CLARISSIMI VIRI

D. IODOCI DAMHOVDERII,

BRVGENSIS, EQVITIS AVRATI, I.V.D.

CONSILIARII REGII

Conventus Bambergensis Ordinis Prædicatorum

PRAXIS RERVM CRIMINALIVM.

OPVS ABSOLVTISSIMVM,

Prætoribus, Consulibus, Magistratibus, atq; omnibus Iustitiæ administris necessarium.

Ab ipso Auctore ante mortem tertia sui parte auctum, & nunc tandem vltimò editum.

Cum Summariis, Capitum & Titulorum, Materiarum item Indicibus copiosissimis.

Seorsum accesserunt eiusdem Auctoris

SENTENTIÆ SELECTÆ, PERTINENTES ad materiam Praxeos Rerum criminalium;

Nunc primùm in lucem editæ.

ANNO MDCI.

ANTVERPIÆ,
Sumptibus viduæ & hæredum IOAN. BELLERI, sub insigni Aquilæ aureæ.
Cum priuilegio Sacr. Cæs. Maiestatis ad decennium.

SERENISSIMO PRINCIPI, AC DOMINO D. GVILHELMO, COMITI PALATINO RHENI, VTRIVSQVE BAVARIÆ DVCI, DOMINO suo colendissimo,

CASPAR BELLERVS TYPOGRAPHVS Antuerpiensis S. D.

DVABVS potissimè rebus, SERENISSIME PRINCEPS, publicæ rei salus & tranquillitas continetur, ex priscorũ Philosophorum sententia, PRÆMIO ET POENA. Nam vt est humani ingenii prauitas, plærique necessitate magis quàm ratione, mulctis & pœnis, quàm ipso honesto, ad honestè viuendum adducuntur: Hinc *legis virtus, non in imperando vetandoq; consistit tantùm, sed & in puniendo,* Modestino authore. Cum enim *tria Iuris præcepta sint, Honestè viuere, Alterùm non lædere, Ius suum cuique tribuere*: Huius quidem duæ partes sunt, vt bonis præmia, prauis pœna tribuatur; ad cætera verò seruanda pœna magis quàm honesto (vt diximus) plæriq; mouentur. Itaque Papinianus ex Demosthenis authoritate, Legem definiebat, *Delictorum quæ sponte, vel Ignorantia contrahuntur coërcitionem*: & Martianus ex Chrysippo scribit, *Legẽ præsidem, Principẽ ac ducẽ esse oportere, & bonis, & malis*; bonis quidẽ pręmio, malis pœnâ. Vlpianus

692901

etiam, Iustitię Sacerdotum, id est Iurisconsultorum studium esse ait, *bonos tam metu pœnarum, quàm præmiorum exhortatione efficere, in quo veram, non simulatam philosophiam affectent.* Quapropter magna Iuris vtriusque pars terribili pœnarum atrocioribus sceleribus inferendarum tractatu continetur.

Verùm cum iudiciorum forma alia, aliæ maleficiorum pœnæ, alius deniq; Iudicum & Magistratuum, qui vindicandis sceleribus præsint, ordo moribus nostris sint, quàm fuerint olim iure Romanorum, quod libris Iuris ciuilis continetur: præclarè de Republ. dubio procul, meriti sunt ii authores, qui de rebus Criminalibus ad vsum fori nostri, & temporis huius mores accommodatè scripserunt. Quorum è numero præcipuas partes obtinet IODOCVS DAMHOVDERIVS Brugensis Iurisconsultus, D. CAROLO V. CÆSARI, & deinde PHILIPPO II. REGI CATHOLICO in Flādria à consiliis; qui ante annos iam quinquaginta rerum criminalium Praxin scripsit, nostris moribus, nostriq; æui Magistratibus ac Iudiciis accōmodatissimam. Ea quanto omnium tribunalium, omniumq; in Europâ, Germaniâ maximè, ciuitatum consensu recepta sit, testimonio sunt iteratæ editiones, & varias in linguas translationes. Quem sui laboris fructum, institutiq; sui successum expertus author, adhuc in viuis agens, maiorem etiā operam, maiusq; studium ad id opus exornandum, adaugendum-

gendumque sibi conferendum esse censuit. quod & assecutus est prius, quàm fatis cōcederet, opere toto magna accessione adaucto & vltimâ limâ expolito. Cum itaq; author ipse superstes adhuc, opus hoc ita auctum typographiç iterùm nostrç euulgandum crediderit, neque hactenus id præstare, per temporum patriæq; calamitatem licuerit: nunc tandem auctoris piis manibus, & Reipubl. cōmodis satisfaciendum esse, neq; vltra differendum putauimus. Patronum verò nouum, nouato operi quæsiturus, visum est iis Regionibus quærere, in quibus infans adhuc hic fœtus maximo applausu susceptus fuit, id est, in Germania, spe conceptâ fore vt adultus iam, maiore etiam suscipiatur. Inter Principes verò Procerosq; Germaniæ, quem potiùs deligamus quàm te, DVX SERENISSIME? qui & splēdore familię, & Imperii amplitudine ac potentia, & veræ Religionis procuratione, & rei literariæ studio, & deniq; seuerâ Iustitię administratione longè cæteris antistas.

Quare supplices oramus, vt libri huius frontem, tuo inscribi nomine, ipsumq; tuo censeri patrocinio, facilis lubensq; patiaris: Ita nobis animū magnopere augebis rei literariæ laboribus nostris promouendæ; & in vicem gratiarum agendarum, D.O.M. orabimus, vt te

SERENISSIME PRINCEPS, Magnum Ecclesiæ suæ, Reipublicæque Christianæ columen quam diutissimè seruet. Dat. Antuerpiæ, IIII. Kal. Aprilis, Anno MDCI.

INDEX OMNIVM CAPITVM, ET TITVLORVM, IN PRAXI CRIMINALI contentorum.

Cap.		Pag.
1	*De criminibus & Maleficiis*	1
2	*De Iudiciis seu litib. (vulgò)* Processibus criminalibus	4
3	*Quo pacto in iudiciis criminalibus procedendum fuerit*	5
4	*Qualiter crimina ad iudicis notitiam perueniant*	6
5	*De accusationibus*	7
6	*De denunciationibus*	8
7	*De exceptionibus criminalib.*	10
8	*De Inquisitionibus*	11
9	*De diffamationibus praecedentibus per famam sparsis*	14
10	*De diffamationibus per indicia, suspiciones, cōiecturas, aut praesumptiones dispersis*	15
11	*De notorio*	18
12	*De commissionibus criminalib.*	21
13	*De citatione*	22
14	*De annotatione bonorum*	24
15	*De citatione reali, id est, captura, ibi.*	
16	*De carceribus*	30
17	*De carcerariis, siue commentariensib. hoc est, carcerum custodib.*	31
18	*De effractione carceris*	35
19	*De relaxatione carceratorum*	37
20	*De fideiussionè in re, seu materia criminaria*	40
21	*De captiuorum, seu vinctorum aggrauatione*	44
22	*De praesentatione siue cōtumacia*	45
23	*De comparitione in materia criminali*	ibid.
24	*De procuratorib. in re, siue materia criminali*	46
25	*De exoniādo in materia criminū*	48
26	*De publica fide siue (vt vocant)* Saluiconductu	50
27	*De defectu, non cōparitione, siue contumacia contra impetrantem in materia criminum*	51
28	*De defectu, absentia, & non comparitione contra citatum*	52
29	*De contumaciis purgandis*	54
30	*De libello formando, seu petitione facienda in re criminali*	55
31	*De dilationibus in re criminaria*	56
32	*De respondendo per exceptionem*	57
33	*De remiss. in materia criminali*	58
34	*De respondendo pede ligato*	60
35	*De criminoso tradendo tortura*	62
36	*De indiciis tortura cōdignis, hoc est, ad torturam sufficientib.*	64
37	*De quaestione siue tortura*	70

38 *De*

CAP. PAG.
38 De repetitione quæstionis siue tortura 78
39 De confessione rei in tortura 81,82
40 De negatione patientis in tortura 83
41 Qui a tortura sint excusandi ibid.
42 De purgatione vulgari, & principio de Monomachia, siue de duello 84
43 De alia purgatione vulgari 86
44 De purgatione canonica ibid.
45 De purgatione legali 87
46 De sese præsentando torturæ, contra partem aduersam 88
47 De confrontatione ibid.
48 De probatione ordinaria 89
49 De plena probatione in materia criminali 90
50 De reprobatione ibid.
51 De Saluatione 94
52 De concludendo in caussa, siue malis, de ipsa caussa dedenda Iustitiæ 96
53 De causa sua cõmittenda in gratiam Iudicis, vel de imploranda gratia Iudicis 98
54 De processus visitatione & examine ibidem.
55 De condemnatione & punitione in re criminali 102
56 De ordinaria capitali punitione in Flandria 104
57 De ordinaria punitione criminali ciuili ibid.
58 De exiliis siue bannis 104,105
59 Qui excusandi, non puniendi, ob delicta commissa 107
60 De capitalium et publicorum criminum multiplicitate 108

CAP. PAG.
61 De crimine læsæ Maiest. diuinæ 109
62 De crimine læsæ Maiestatis temporalis siue humanæ 143
63 De seditionibus 146
64 De priuatis carcerib. faciendis 148
65 De monetæ adulteratoribus 149
66 De confiscatione bonorum 152
67 De cæde seu homicidio 163
68 De plurib. ac diuersis modis homicidii 166
69 De homicidio manuali 167
70 De homicidio linguæ 168
71 De homicidio per consensum 171
72 De homicid. per indicia, seu signa 172
73 De homicidio per sortilegia ibid.
74 De homicidio per venenum 173
75 De inspectione occisi 176
76 Cui permissum occidere 178
77 De inuasione 186
78 De necessaria suorum bonorum defensione 194
79 De necessaria proprii honoris defensione 195
80 De necessar. defensione amicorũ 197
81 De aliis homicidiis licitis 203
82 De bello 205
83 De armigeris, militib. ac stipendiariis 238, 239, &c.
84 De pace 325
85 De assasinis, & assasiniis 331
86 Qui excusandi ab homicidio 334
87 De homicidiis casualibus 341
88 De latrociniis 344
89 De parricidio 347
90 De suiipsius homicidio 349
91 De adulterio 353
92 De permissione adulterii 374
93 De lenocinio 377

CAP. PAG.

94 *De stupro.* 379
95 *De Fornicatione.* 381
96 *De incestu.* 384
97 *De Raptu.* 386
98 *De peccato contra naturam.* 390
99 *De vi publica.* 397
100 *De Pignorationibus, vulgo,* Repræsaliis 399
101 *De teloniis, ac aliis exactionib.* 403
102 *De vi priuata* 407
103 *De rapina.* 409
104 *De latrocinio simplici.* 410
105 *De incendiariis* 411
106 *De spontaneo incendio* 414
107 *De aggerum ruptoribus* 416
108 *De violatione templorum* 417
109 *De publicæ fidei, Saluaguardiæ, siue securitatis violatione* 421
110 *De pacis ac Induciarum violatione.* 422
111 *De violatione sepulcrorum* 423
112 *De furto.* 424
113 *De Sacrilegio.* 438
114 *De crimine expilatæ hæreditā.* 441
115 *De abigeatu.* 443
116 *De furto incendiario* 444
117 *De peculatu.* ibid.
118 *De receptoribus furtorum* 445
119 *De furtorum emptoribus* 446
120 *De repertis* 448
121 *De falsis.* ibid.
122 *De falsitate per consensum* 449
123 *De falsitate in verbis* ibid.
124 *De falsitate scriptorum.* 451
125 *De falsitate per abusum* 454
126 *De falsitate per silentium.* 458
127 *De diffamatione per libellos* 460
128 *De falsis aleis* 461

CAP. PAG.

129 *De translatione limitum* 467
130 *De calumnia* 468
131 *De concussione* ibid.
132 *De corruptione* 470
133 *De emptione officiorum* 471
134 *De monopolio* 474
135 *De coadiutoribus criminum* 477
136 *De receptione delinquentium* 478
137 *De iniuriis* 479
138 *De iniuriis verborum* 480
139 *De iniuriis factorum* 483
140 *De iniuriis per scripta* 486
141 *De iniuriis per gestus* 487
142 *De læsione & mutilatione* 488
143 *De correctione* ibid.
144 *De damno pecuario* 490
145 *De damno per eiecta* 491
146 *De damno generaliter* 492
147 *De pace componenda* 493
148 *De abolitionibus* 496
149 *De remissione* 497
150 *De reuocatione exilii* 501
151 *De appellatione* 503
152 *De confessione Maleficorum* 505
153 *De relegatione ad ergastula, seu vincula nautica* 509
154 *De executione criminalis sententiæ* (528
155 *De carnifice* 530
156 *Casus in quibus pœna mortis specificè à lege est imposita* 533
157 *Casus in quibus pœna citra mortem specificè à lege est imposita* 537
158 *De iustitia, siue mundana Iustitiæ descriptio* 540
159 *Adhortatio ad obseruationem Æquitatis* 549.

Finis indicis Capitum & Titulorum.

PRAXIS RERVM CRIMINALIVM, PRÆTORIBVS, PROPRÆTORIBVS, CONSVLIBVS, PROCONSVLIBVS, Magistratibus, reliquisque id genus Iustitiariis ac Officiariis, apprimè vtilis & necessaria.

AVCTORE CLARISS. VIRO D. IODOCO Dambouderio, Brugensi, Equite aurato, V. I. Doctore, quondam Cæsareo, nunc Hispaniarum Regis Philippi Consiliario, atque eiusdem Regis per totam Belgiam Financiarum Commissario.

PROOEMIVM IN RERVM CRIMINALIVM PRAXIN.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis Prooemii.

1 *REipublicæ interest delicta puniri.*
2 *Publicæ disciplinæ fauor dictat & suadet, vt maleficia puniantur.*
3 *Publicè interest, prouinciam malis hominibus purgari, vt in quiete permaneat.*
4 *Publicè interest pœnam facilè non remitti, ne ad maleficia temerè quisquam prosiliat.*
5 *Dare pœnas, maximi mali euitatio est, &c.*
6 *Castigare noxam oportet, non ob præteritum delictum, cùm id corrigi nequeat: sed ne iterum peccet, tum ne ipsius exemplo cæteri quoque peccent, &c.*
7 *Facilitas veniæ, incentiuum tribuit delinquendi.*
8 *Si ea quæ malè vsurpantur, omittimus, excessus viam aliis aperimus.*
9 *Punienda sunt maleficia, vt vnius pœna, metus possit esse multorum.*
10 *Quos ad vitæ decora, domestica laudis exēpla non prouocāt, correctionis saltem medicina cōpellat.*

PRAESENTIS Praxis materiam exactiùs ac penitiùs explicare, non solùm ad Iurisconsultum, verùm etiam ad Latrunculatorem multiscium & expertum pertinet. Satis tamen fuerit quomodocunque datur, pingui (quod aiunt) Minerua, Deo opt. max. auxiliante & suppetias ferente, eam indicare, ad huius operis sufficientiam, quantumque huic nostro proposito seruiat: quo securiùs, clariùs ac enucleatius nouerint & intelligant quid agendum, quidve omittendum sit, qui vel nummis datis, aut

parentum amicorumque fauore, officium aliquod conſecuti ſunt. Ne igitur materiæ ſcopum prætereamus, paucis rem ipſam
1 nunc aggrediamur. Reipublicæ † intereſſe conſtat delicta puniri, ne maleficia maneant impunita. Trita l. Ita vulneratus primo reſponſo, in fine ff. ad l. Aquil. ibiq; nec ineleganter ait Baldus acutiſſimus. Publicæ
2 diſciplinæ † fauorem dictare ac ſuadere, vt maleficia puniantur, l. Licitatio §. quod illicitè. ff. de publica & vectigalibus, l. Stichũ, §. tametſi, ff. de ſolut. l. Si longius §. 1. ff. de iudic. vulgata l. Capitalium § famoſos. ff. de pœnis, c. vt famæ, extra de ſentent. excommuni. His illud quoq; ſeruit. Publicæ
3 † intereſt, prouinciam malis hominibus purgari, vt in quiete permaneat. Notabili l. Congruit, ff. de officio præſid. l. 2. C. quando licet vnicui. ſine iudi. ſe vindicare. Cùm
4 † non remitti pœnam, facilè publicè interſit, ne ad maleficia temere quiſquã proſiliat, l. Si operis, C. de pœnis: his concordat gloſſa notabilis in verbo, confusè, in fine in c. Cùm clamor, extra de teſtibus. Quàm autem vtilis, imò neceſſaria ſit in delinquentes ea iuſtitiæ pars, quæ vindicatio à Philoſophis appellatur, quam & animaduerſionem vocare licebit, docet diuinus ille Plato
5 in lib. de Republica, cum ait: † Dare pœnas maximi mali euitatio eſt: facit enim alibi prudentiores & iuſtiores & medicina quædam iniquitatis, ipſum eſt iudicium. Illud verò neque deorum neq; hominum vllus audebit dicere, vt ab eo qui iniuſtè egerit,
6 pœna non ſit exigenda. † Caſtigare noxam oportet, non ob præteritum delictum, cùm id corrigi nequeat, ſed ne iterũ peccet: tum ne ipſius exemplo cæteri quoque peccent.
7 Quod fit, ſi † crimina non puniantur: facilitas enim veniæ, incentiuum tribuit delinquendi, c. vt clericorum, ext. de vita & ho-
8 neſt. cleri. & † ſi ea quæ malè vſurpantur omittimus, exceſſus viam aliis aperimus, c. loci, §. proinde, 5 q 9. c. Peruenit, 90. di-
9 ſtinct. Punienda ergo † ſunt maleficia, vt vnius pœna, metus poſſit eſſe multorum. Aurea l. 1. C. ad l. Iul. repetun. d. l. Capitalium, §. famoſos. His conformis eſt gloſſ. in verbo pertimeſcat, in c. Sicut, extr. de iure-
10 iurando. Et quos † ad vitæ decora domeſticæ laudis exempla non prouocant, correctionis ſaltem medicina compellat, l. vnic. C. de emenda. propin. cuius itidem meminit gloſſa in verbo Pœna, in priùs citato c. vt clericorum: nonnulla ibidem allegans nequaquam diſſimilia. Sed quorſum tam multa de malefactorum pœna? nempe vt cognoſcas hanc iudiciarii fori partem Prætorib. Proprætor. Conſulib. Proconſulib. Magiſtratibus, reliquiſque id genus Iuſticiariis ac Officiariis opido quàm neceſſariam eſſe. Quare ad munus ſuſceptum redeamus; & in capita aliquot vniuerſæ praxis noſtræ ſummam redigamus.

CAPVT I.

De Criminibus & Maleficiis.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis, CAP. 1.

1 *Criminum Alia*
- *Publica,*
  - *Ordinaria.*
  - *Extraordinaria.*
- *Priuata,*

2 *Crimina quare dicantur publica.*
3 *Ad publicam vtilitatem ſpectat, ne crimina maneant impunita.*
4 *Crimina quare dicantur ordinaria.*

Quando

5 *Quando ordinariam pœnam potest Iudex, caussa cognita, augere,*
6 *Quando minuere.*
7 *Publica extraordinaria quare dicantur.*
8 *Extraordinaria quare dicantur.*
9 *Crimina dicuntur priuata, vna ex caussa.*
10 *Crimina dicuntur priuata, altera ex caussa.*
11 *Criminum Alia* { *Capitalia.* / *non Capitalia.* }
12 *Crimina capitalia sunt.*
13 *Crimina non capitalia sunt.*
14 *De iure Canonum non imponuntur pœnæ capitales, &c.*
15 *Crimina an viginti annis iure Ciuili præscribantur.*
16 *Crimina an viginti annis iure Canonico, sicut ciuili præscribantur.*

1 PRincipio præmittendum † & animad-
uertendum est, Criminum alia esse pu-
blica & ordinaria: Alia publica & extraor-
dinaria, & alia priuata. Crimina publica &
ordinaria sunt, vt crimen læsæ Maiestatis,
Hæresis, Simoniæ, Adulterii, Homicidii,
Falsi, & plurimorum nec dissimilium, quæ
ex iudiciorum publicorum legibus sunt in
2 troducta. Ex eo dicta † publica, quod eo-
rum executiones siue denunciationes, siue
accusationes, cuilibet ex populo pro inter-
esse iustitiç competant. §. 1. vers. Publica au-
tem, Institut. de public. iudic. l. 1. ff. eo tit.
3 quoniam † ad publicam vtilitatem spectat,
vti sæpiuscule allegatum est, ne crimina
4 maneant impunita. Dicuntur verò † ordi-
naria quia certa pœna lege Principis statu-
to, aut consuetudine introducta in eis sta-
tuitur: quam ordinariam non licet Iudici
minuere. Nam vt Papi resp. facti quidem
quæstio in arbitrio iudicantis est, pœnæ
vero persequutio non eius voluntati man-
datur, sed legis authoritati reseruatur, l. 1. §.
2. ff. ad S. C. Turpil. nisi forte caussa cogni-
ta, quia tum vel augere vel minuere admit-
5 titur. Augere, † quando multis grassanti-
bus opus est exemplo, vt variis pœna, me-
tus sit multorum, l. 1. C. ad leg. Iul. repetun.
6 Minuere, † quoties persona delinquens ho-
nesta est, neque deliquit nisi semel, l. Quid
ergo. §. pœna grauior ff. de his qui notan-
tur infamia, l. in seruorum, §. finali & l. Re-
spiciendum, ff. de pœnis. Publica † autem
7 extraordinaria, vt l. Iul. repetun. & l. Fla. de
plag. & huiusmodi, de quibus habetur, l. pri-
ma, ff. de publi. iudic. l. Lex Iulia, §. hodie, ff.
ad l. Iul. repet. & l. finali, ff. ad l. Fla. de pla.
8 Ideo dicuntur † extraordinaria, quod nō sit
illis certa, aut lege, aut Principis statuto, aut
consuetudinis introductione constituta pœ-
na, sed arbitrio imponitur iudicantis, & hoc
secundum delicti & personæ qualitatem,
c. super his, extra, de accusat. c. de caussis, §.
illis, extra de offi. de leg. l. 1. ad medium, ff.
9 de effract. & expilat. Porro † priuata sunt,
ob quæ priuatim ad interesse nostrum agi-
mus, nobisq; aliquid dari aut applicari de-
bere pro delicto in nos commisso petimus,
id est, pecuniariter pro illis agimus. Aut di-
10 cuntur † priuata, quòd eorū executiones &
denunciationes siue accusationes ad illos
tantum pertineant quibus inferuntur, vt
furtum, iniuria, damnū, crimen abigeatus,
& c. l. finali, ff. de priua. delictis, l. finali, ff. de
11 furtis. Rursum, † dictorum criminum alia
sunt capitalia, quæ vltimo supplicio affici-
12 unt homines, veluti sunt ea, ob † quç mors,
pœna sanguinis, confiscationis bonorum
13 aut exilii infligitur. Cætera non † capita-
lia, ex quibus pecuniaria, aut in corpus ali-

qua coertio, pœna est, l. 2. ff. de pub. iudic. §. Publicorum, Instit. eo tit. De iure autem canonum non † imponuntur pœnæ capitales seu corporales, c. Cùm non ab homine, extra, de iudic. licet sint argumenta, quæ cum ista autoritate pugnare videantur in c. 2. extra de maiori. & obedient. in c. Per venerabilem, extra, qui filii sint legitimi, in c. Sicuti, §. Quia ergo, 2. q. 7. quòd hîc breuitatis caussa examinare ac discutere sciens prudensque prætereo. Cæterùm varia præsentis materiæ, ex diligenti passuum consideratione inferius declarandorum, lucidiùs colligi poterunt. Restat adiicere, antequam præsens caput absoluam vnam & alteram quæstionem non absurdam. Crimina † & maleficia, an viginti annis, iure ciuili, præscribantur? Licet ad hāc quęst. videantur & cernātur diuersę doctorum opiniones, quibusdam dicentibus & sustinentibus præscribi duntaxat triginta annis, aliis viginti. Sanior tamen mihi videtur opinio sustinentium pręscribi viginti annorum spacio. Sicuti videtur tenere eximius D. Barto. in l. Querela. C. ad l. Corneliam de falsis, quā l. dixit notabilem & singularem esse, quam etiam summopere commendauit D. Iacobus Robertus V. I. Doctor, præceptor meus Aureliæ legens. Anno M. D. xxx. quam ait digito perpetuo alligandam pro amico liberando. & hæc lex habet tantum locum in foro fori, secus in foro poli siue animæ. D. Panor. in c. Cum haberet, extra de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium, c. Cum tanto. extra de cōsuetu. & in d. c. Cum haberet, notabiliter distinguit D. Panor. in 3. notabili. quem omnino vide. Huius quęstionis etiam meminit D. Nicolaus Boerius suis in decisionibus aureis in prima parte, quæstione 26. numero 7. & seq. folio 38. quem etiam videre lector poterit. Crimina † an viginti annis iure canonico, sicut ciuili, præscribantur? vt huic q. satisfaciamus, dicendum videtur de iure canonico, quod non præscribantur delicta & maleficia dicto viginti annorum spacio, vt per Abba & Felin. in c. Licet caussam. colu. 93. versic. Tertium remedium, extra de probat. & per Aufred. in decisione Capellæ Tholos. q. 1. c. 88. volentes quod in criminibus impedientibus executionem ordinis vel beneficii retentionem, etiam post peractam pœnitentiam (de quibus in c. Inquisitionis, de accusatio.) non currit præscriptio, nec illis præscribitur, quia talium accusatio non clauditur præscriptione legali, vt volunt Anto de Butrio, Imola, & Abbas Sicul. ib. in aliis vero tollitur directa accusatio dicto viginti annorum tempore, cum lex ciuilis non reperiatur secundum ipsos a canone correcta. per tex. in c. 1. de no. oper. nunciatio. Et sic extat regula tam de iure ciuili, quam canonico, crimina & maleficia viginti annorum præscriptione tolli, &c. De his & aliis huic materiæ congruentibus ponit D. Nicolaus Boerius in suis decisionibus aureis. q. 26. numeris 6. 7. 8. 9. 10 & sequentib quem Lector etiam videre nequaquam grauabitur.

14 15 16

CAPVT II.

De Iudiciis seu Litibus vulgo Processibus criminalibus.

Summę rerum tractatarum in Commentar. CAP. 2.

Criminalium Iudiciorum, Alia { *Criminaliter intentata,* / *Ciuiliter intentata.* }

Iudicia

2 *IVdicia criminalia criminaliter intentata sunt.*
3 *Iudicia criminalia ciuiliter intentata sunt.*
4 *Iudicia criminalia secundum nonnullos sunt.*
5 *Iudicia ciuilia sunt.*
6 *Criminaliter agi quando dicatur.*
7 *Ciuiliter agi quando dicatur.*

QVemadmodum Crimina ipsa paulò
antè duplici genere distinximus: ita iu-
dicia quoque criminalia, bifaria ratione se-
1 iunximus. Sunt † enim criminalium iudi-
ciorum alia criminaliter intentata, alia ciui-
2 liter intentata. † Iudicia criminalia crimi-
naliter intētata sunt, in quibus tractatur de
crimine capitali, siue pœna vltimi supplicii:
nempe decollationis, suspendii, incendii,
mutilationis, aut amputationis mēbri, se-
ctionis, exilii, aut alterius cuiuscunque ma-
gnæ corporalis punitionis. Iudicia verò cri-
3 minalia, ciuiliter † intentata sunt, in qui-
bus non agitur de capitali crimine, sed de
mulcta duntaxat, hoc est, emenda pecunia-
ria, aliave ciuili animaduersione simili. Ne-
que hîc me clam est, esse nonnullos autho-
ritate graues ingeniiq; perspicacitate cele-
bres qui aliquantulo diuersiùs isthæc defi-
4 nisse videntur: vocant † enim Iudicia cri-
minalia, quorum finis ad Reipublicæ & Fi-
sci commodum tendit, siue pœna sit corpo-
5 ralis siue pecuniaria. Ciuilia † autem, quo-
rum finis ad commodum partis tendit, quę
nec absurdè priuata dicuntur. glossa nota-
bilis in verbo Centum aureorum, in l. Præ-
tor, in principio, ff. de sepul. violat. quam
nequaquam erubuit dicere singularem Io-
han. Imolensis in Rub. de public. iudic. ad
6 illud tritum videlicet: Quòd † criminali-
ter agi dicitur, quando pœna postulatur ap-
plicari Fisco, vel cōmunitati, prouenlens ex
7 delicto. Quando autem applicatur † parti,
dicitur agi ciuiliter. Idem nec displicuit exi
mio Bartolo in l. Agraria. ff. de termi. mot.
Angelo Aretino Institu. de actionibus, in
exordio: fuitque hæc opinio Innocentii in
c. Qualiter & quando, 2. de accusat. necnon
doctorum in c. 1. de Iudic. & potissimum
Abba. Panor. super Rubro de Iudic. in ver-
sic. Tertiò quæro de vtili quæstione, reci-
tantis varias ac diuersas scribentium opi-
niones, quas studio breuitatis posthabe-
mus & omittimus, atque studioso in re-
bus publicis non occupato, videndas re-
linquimus. Hæc rimari penitiùs, & vter
modorum magis proposito seruiat, exami-
nare discussiùs, neque animus est, neque
ipsi loco certè conueniens, quum in subie-
ctis capitibus quantum isthæc assumpta
materia postulare videbitur, abundè satis
meminerimus.

CAPVT III.

Quo pacto in Iudiciis Criminal. procedendum fuerit.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 3.

1 *In iudiciis criminalibus criminaliter intentatis proceditur*
- *Ordinariè*
  - *Delatiuè. i. per querelam partis,*
  - *Probatiuè. i. quando delata inuestigatione, vera probantur,*
- *Extraordinariè*
  - *Summariè in cognitis,*
  - *Simpliciter, cùm res vrget maturationem.*

2 *Ordinariè*
3 *Extraordinariè,*
4 *Summariè,* } *quando proceditur.*
5 *Simpliciter & de Plano,*
6 *In notoriis non est opus iuris ordinem seruare.*
7 *Dissimulatio aliquando bonæ iustitiæ nomen meretur.*

1 IN iudiciis criminalibus † criminaliter intentatis nonnunquam proceditur Ordinariè & secundum iuris ordinem: & aliquādo Extraordinariè, id est, iuris ordine non
2 seruato. Ordinariè, † quum adest persona conquerens & offerens probare, aut quoties delicti certa veritas constare potest probatione ordinaria: Hoc casu, dantur processui omnia ac singula requisita. Extraordi-
3 nariè, † quando non est pars conquerens, sed cùm Iudex aut Fiscus procedit ex suo officio per inquisitionem quæstionis aut torturæ super indiciis & præsumptionibus: quo quidem casu proceditur nonnunquam summariè, aliquando simpliciter, de plano, & sine strepitu ac apparente forma iu-
4 dicii. Summariè, † quum crimen Iudici notum est: tum enim iuris ordinem seruare non est necesse. Attamen sic in notoriis criminibus iuris ordinem non seruare, est nihilominus secundum iuris ordinem procedere, c. Ad nostram. 3. extr. de iureiuran. Recepti iuris est, quòd in notoriis non est necessaria accusatio, vel denunciatio, vel inquisitio, vel exceptio, de quibus
5 infrà dicemus. † Simpliciter de plano & sine strepitu & figura iudicii, quum negotium celeritatem desiderat, adeò vt mora ac dilatione maius dispendium, periculum, & incōueniens Reipublicæ imminere posset, veluti tempore commotionis aut seditionis: quo quidem tēpore quatuor aut quinque ex præcipuis seditiosis subita decollatione tolluntur è medio: ac postea disputa-
6 tur æquo ne iure sublati sint. Nam † in huiusmodi notoriis nequaquam opus est iuris ordinem seruare, præcitato c. Ad nostram. 3. Si verò iudici perspectum fuerit occasione temporis, ex huiusmodi subita punitione plus mali quam boni Reipublicæ posse oriri, eo tempore iudex dissimulanter ac conuenienter iustitiam protrahet. Atque
7 † eo tempore talis dissimulatio veræ bonæque iustitiæ nomen merebitur.

CAPVT IIII.

Qualiter crimina ad Iudicis notitiam perueniant.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis. CAP. 2.

1 *Crimina variis modis ad Iudicis perueniunt notitiam*
- *Ordinariè* — *Accusatione.*
- *Extraordinariè* — *Denunciatione.* / *Exceptione.* / *Inquisitione.*

2 *Accusationis*
3 *Denunciationis* } *definitio seu descriptio.*
4 *Exceptionis*
5 *Inquisitionis.*

Signan-

1 SIgnandum nunc est, Crimina variis † multisque modis ad Iudicis peruenire notitiam: nempe Ordinariè, Accusatione. Rursum extraordinariè, Denunciatione,
2 Exceptione, & Inquisitione. Est autē † Accusatio siue accusare (quod idem est Azone teste in summa tit. de accusationibus in principio) quempiam in libello reum criminis deferre, vel criminis reum ad vindictam efficere. Vide Hostiensem in summa eod. tit. in exordio, necnon D. Ioannem Oldendorpium virum in iurium studiis doctissimum, in suo libello de Copia verborum & rerum in iure ciuili, dicentem: Accusare est apud Iudicem causari, ali-
3 quem peccasse. Denunciare † siue denunciatio, est alicuius crimen ad superiorem nunciare. Præfatus Hostiensis in summa, tit. eod. de accusat. hanc ita definit: Denunciatio est criminis alicuius apud Iudicem sine inscriptione legitimè facta, delatio, ad pœnitentiam peragendam, vel aliam legitimam pœnam imponendam, vel etiam
4 ad vtrunque, &c. Exceptio † siue excipere, est parti crimen imponere in iudicio siue iudicialiter ad aliquam defensionem, tanquam proposito subseruiens, cum protestatione, ac animo non iniuriandi, vide Specul. lib. 3. par. 1. tit. de criminibus in mo-
5 dum excep. pro. † Inquisitio, est alicuius criminis per superiorem respectu inferiorum suorum inuestigatio, vt in tit. de Accusat. inquisit. & denunciat. Cæterùm qua forma in accusatione, denunciatione, exceptione, ac inquisitione procedendum fuerit, latiùs infrà suo loco dicendum produximus: nunc hasce definitiones vtcunq; tetigisse, abundè hic fuerit satis.

CAPVT V.

De Accusationibus.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 5.

1 *IN Iudiciis criminalibus proceditur accusatione.*
2 *Absque accusatore seu accusatione nemo venit condemnandus.*
3 *Antiqua iura scripta, quemlibet legitimum & idoneum criminaliter accusantem admittebant.*
4 *Accusator, ad quæ de iure cogebatur.*
5 *Accusatori sine vinculo inscriptionis ex communi vsu, accusare conceditur.*
6 *Accusare volens alium criminaliter, habeat suas probationes, luce meridiana clariores paratas.*
7 *Quorundam opinio.*
8 *Accusator succumbens quibus obnoxius.*

1 IN omnibus iudiciis † criminalib. necessa-
2 riò proceditur accusatione. Nā absq; † accusatore seu accusatione vlla, nemo producitur condemnandus. l. Rescriptio, § si quis accusatorem, ff. de muneribus & honoribus, l. 3. C. de his qui accusa. non possunt, c. vnico, ext. vt eccl. benef. sine diminu. conferan. c. Relatum, 5. q. 3. & c. De manifesta. 2. q. 1. Quamobrem nec Dominus noster Iesus Christus mulierem repertam in adulterio condemnare voluit; quòd nemo ipsam adulterii accusauerat: nec Iudam eiicere, cum fuisset fur, quòd nemo
3 eum furti accusauerat. Antiqua † autem iura scripta, quemlibet dignum, legitimum & idoneum criminaliter accusantem, apud Iudicem omnis criminis aut sceleris publi-
4 ci admittebant. Sed interim † hic accusator cogebatur sese mancipare carceri, ac inscriptionis vinculum assumere: hoc est, ad pœnam talionis semet obstringere, nisi delata legitimo testimonio comprobasset.

Nempe vnam eandemque subire pœnam, quam reus vera accusatoris delatione, veraque comprobatione iure suscepisset, vel certè talem pœnam quam ipse accusator, sua delatione spectare & intendere videbatur l. fin. C. de accusat. & inscri. quæ lex partim canonizata reperitur in c. Quisquis, & in c. Qui crimen, 2. q. 8. atq; gloss. in c. Super his, ext. de accusat. denuncia. & inquisit. Sed
5 quoniam huiusmodi iuris † ratio ac inscribendi, sesequе in carcerem tradendi solennitas nimium austera nimisque rigida fuerat, vt hac de caussa multi etiam maleficentissimum quemque, atque adeò Reipublicæ etiam sceleratissimum accusare timerent, censentes satius esse propriæ saluti cõsulere, quam forsitan cum iactura vitæ, accusatione sua temeraria alterius vitam auferre velle: ideo stylo & consuetudine præfatum ius merito antiquatum est: ac introductum vt quilibet liberè tutoque posset accusare & criminaliter concludere sine timore alicuius pœnæ aut mulctæ: & quòd Pars duntaxat concludat ad emendam ciuilem, & ita habet communiter vsus. Nihil-
6 ominus tamen pars † formalis, aut volens alium accusare criminaliter, oportet habeat suas probationes paratas, quæ in talib. plenæ & clarissimæ requiruntur, l. Is apud quẽ, C. de eden. vulgatissima l. Sciant cuncti. C. de probat. quam legem verbotenus canonizatam legimus in c. Sciant cuncti, 2. q. 8.
7 Et secundum † nonnullos obligatur tale iudicium criminale seu (vulgò) processum propriis sumptibus & expensis deducere: &
8 succumbens † condemnari ad detrimenti, imò ad totius iusticiæ reparationem, atque Rei ipsius perperàm per ipsum accusati omnibus detrimentis & incommodis facere satis: deinde de iniqua vanaque proximi accusatione (vulgò *vàde vvà laeghè*) acrẽ dignamq; subire supplicii pœnam, nõ quidem talionis atque delato crimini parem: sed iudicis arbitrio imponendam.

CAPVT VI.

De Denunciationibus.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 6.

1 *Iura* { *Ciuilia* / 2 *Pontificia* } *Quos ad denunciandum admittunt.*

3 *Infamis,*
4 *Vilis,*
5 *Conspirator,*
6 *Inimicus,*
} *non denunciant.*

7 *Bona vita, fama, & conuersationis, qui ex charitate & non ex odii fomite procedit denunciare admittitur.*
8 *Denunciationes oportet esse veras.*
9 *Inter accusatorem & denunciatorem differentia.*
10 *Denuncians ad qua obligatur.*
11 *Denuncians nonnunquam obligatur iurare denunciationem veram esse.*
12 *Iudex, Fiscus, & similes in denunciatione ad qua an inaduertere obligantur.*
13 *Finis denunciationis.*

1 IVra Ciuilia † neminem ad denunciandum admittunt. nisi officiarios ad id muneris ordinatos: veluti messarios, saltuarios, forestarios, clientes, satellites apparitores, catholicianos, amanos, atque id genus non dissimiles: quorum sunt partes, virtute iuramenti præstiti, crimina bene legitimeque Iudicibus Magistratibus, Iustitiariis, vel Officiariis denunciare. quibus tamen non nisi in minutulis, leuibusque criminib. fides habenda fuerit: In magnis grauibusque criminibus minimè: nisi forsitan quum Iudex, Magistratus, Iustitiarius, Officiarius, aut Fiscus de illis grauioribus criminibus exactiùs penitiusque sciscitari velit & in-
2 quirere. Iure verò † Pontificio etiam quiuis, quorum interesse ratione aliqua posset, admittuntur, c. Illa præpositorum, ext. de accusat. & ibi Panor. eiusque sequaces. Idem similiter recipit & eos qui recto vtilitatis publicæ desiderio moti, atque adeò vero Iustitiæ excitati zelo, quemlibet de quocunque etiam crimine denunciant: modò hic tamen denuncians non sit infamis, in-
3 famia † iuris & facti, secundum Canones, aut iuris tantum, secundum leges, c. 1. & ibi Panor. & alii scribent. ext. eod. t. de accusat.
4 Neque † etiam si vilis persona fuerit, aut
5 † conspirator quispiam. c. Cùm dilectus,
6 ext. eod. de accusat. Neq; † inimicus, c. Repellantur, eod. tractatu: Neq; si ex odio aut ea conditione denunciare videatur, vt denunciatus puniatur aliqua pœna canonica, aut legali: sed eò duntaxat spectet, vt ipsius delati saluti consulat: vt vel hoc pacto nempe iusta atque euangelica correptione superioris, tandem resipiscat: aliique simili metu, ac pudore perterriti coërceantur, ne liberiùs impunitiusve peccent. Quisquis verò alio animo confratrem deferre parauit, iure ab huiusmodi denũciatione reiectabi-
7 tur. Sed qui bonæ † vitæ, famæ & conuersationis fuerit, qui ad hoc ex charitate procedit, nec ex odii fomite denunciare conspicitur, indubiè admittitur, c. Repellantur, &c. Qualiter, ext. de accusat. Quamob-
8 rem † denunciationes omnes oportet esse veras, alioqui denunciator iste ad detrimẽti, imò ad totius iustitiæ reparationem deuinciretur, atque ipsius etiam Rei perperàm per ipsum denunciati, omnibus detrimentis & incommodis facere satis obligaretur Iudicis arbitrio, aut (vt quibusdam placet) ad pœnam etiam talionis. Hoc ta-
9 men inter † accusatorem & denunciatorẽ interesse sciendum, quòd accusator inscribere se cogatur, accusationem suam pronunciare, Fisco assistere, Iudicium inter-
10 dum suis sumptibus prosequi. Denunciator verò horum nihil præstare cogitur, nec se inscribere nec denũciationem suam pronunciare, nec Fisco assistere, neque litem suis prosequi sumptibus: sed duntaxat obligatur ostendere ea quę de illo crimine nouit, atque etiam nominare testes criminis huiusmodi conscios, c. Super his, ext. de ac-
11 cusat. Etiamque † iurare (inquantum Iudici, Magistratui, Iustitiario, Officiario, aut Fisco placeat) obligatur, suam denunciationem esse veram, & non facere calumnię caussa, c. Veniens, ext. de accusat. & ibi
12 Iohan. And. Iudicis † interim fuerit, atque ipsius etiam Magistratus, Iustitiarii, Officiarii, aut Fisci (priusquam denuntiationem quampiam acceptent) diligenter introspicere ac animaduertere personæ denunciãtis qualitatem, ingenium, mores, omnesq; conditiones, necnon studiosè & accuratè perscrutari singulas tam denunciatoris quàm aliarum rerum pænè omnium circunstantias, ne cui (quod huiusmodi rerum neglectu fieri potest) temere odiosam molestiam pariat, ac frustra in graues expẽ-
13 sas inducat. † Finis igitur seu Effectus denunciatoris est, vt Iudex, Magistratus, Iustitiarius, Officiarius, aut Fiscus, denunciatione audita, inquirat vera ne sit an falsa eiusmodi denunciatio, & si denunciata cuncta vera reperiat, ilico correpturus procedat in delinquentem seu maleficum.

CAPVT VII.

De Exceptionibus criminalibus.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 7.

1 *CRimen in modum exceptionis, secundum ius canonicum & ciuile diuersimodè proponi dicitur.*
2 *Crimen obiectum & probatum, quem habet effectum.*
3 *Nullum malum remanet impunitum.*
4 *Exceptio non extendit sese latiùs, quàm ad finem ad quem proposita est.*
5 *Fisco aut officiario quid liceat.*
6 *Fiscus & similes, Ius, Consuetudinem, vel stylum obseruare tenentur.*

REis omnibus non minùs ciuili iure, quàm canonico probabili sanè ratione permissum inuenimus, vt aliis pro sua defensione crimina quæpiam impingant, vt certè vel hoc pacto semet tutentur ab aduersariis. Id autem efficiunt multifariam.
1 Excepturi † enim nonnunquam iudici ipsi criminis notam obiiciunt, aliâs actori, aliquando testibus, postremò literis instrumentalibus, aliisve documentis ipsi reo contrariis, modò tamen isthæc in exceptione proposita veritati fuerint consentanea: alioquin si falsitatis ea conuicta fuerint, & reus falsa sua exceptione succumbens nil probauerit, ad iustitiæ partisque læsæ reparationem obligatur pro delicti falso illati quantitate & magnitudine: pro ipsius etiam iniuriati qualitate, ad iudicis arbitrium.
2 Verum quisquis † exceperit criminaliter, & etiam probauerit in exceptione obiecta, non ideo punitur Pars, cui obiecta fuerat exceptio: neq; etiam ob hoc in infamiæ notam incidit, sed in hoc iudicio seu processu duntaxat per reum à iudicio ferendo, siue à testimonio, siue ab accusatione probati sceleris caussa, iustè repellitur, l. Lucius, ff. de his qui not. infa. c. Cum dilectus. §. final. ext. de ord. cogni. c. Super eo, ext. de te-
3 stib. & c. 1. ext. de excep. Porrò † quo nullum malum impunitum remaneat iuxta l. Ita vulneratus. § quod si quis, vers. cum neque, ff. ad l. Aquil. & l. Licitatio. § quod illicitè, ff. de publica. & vectigali. cum sine numero nec dissimilibus iuribus, & vt per rei impositionem pro criminis obiectione iure plecti posset, denuò intentandum fuerit nouũ iudicium, seu (vt vulgo loquimur) processus contra talem per exceptionem, accusa-
4 tum. Non enim † sese latiùs extendit quæuis exceptio, quam ad finem, ad quam proposita est: nempe ad iudicem à cognoscendo, partem ab agendo, testes à deponendo, & documenta seu instrumenta ab aliquid
5 operãdo seu probando, repellendũ. Sed † fisco aut simili officiario, audita exceptione, suã actionẽ ea de caussa intentare, conclusionẽ criminalem capere super verificatio-
6 ne partis, integrum erit. Aut † certè ad eum modũ, quo de iure, consuetudine, stylo, vel ex consilio factitandum videbitur.

CAPVT VIII.

De Inquisitionibus.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 8.

1 *INquisitio (vulgò) Informatio.*
2 *Inquisitio semper ex iudicis officio fit.*

Solius

3 *Solus Iudex, aut eius potestatem habens, inquirere potest.*
4 *Ad inquisitionem debitam, multa concurrunt necessaria.*
5 *Subditus* { *Originis* / *Delicti* } *ratione.*
6 *Inquisitio fit de maioribus criminibus.*
7 *Inquisitio non fit de leuibus criminibus.*
8 *Inquisitionem pracedit publica fama.*
9 *Contra indiffamatos minimè inquiri potest.*
10 *Fama in maleficiis initium habere debet à personis fide dignis.*
11 *Ante inquisitionem necessum est crimen esse commissum.*
12 *Inquisitio in decenti ac forma debita redigi debet.*
13 *Quando debita ac decens forma intelligitur.*
14 *Inquisitio triplex.* { *Generalis.* / *Specialis.* / *Generalis simul & specialis.* }
15 *Inquisitio generalis non requirit famam publicam pracedere.*
16 *Inquisitio specialis famam publicam pracedentem requirit.*
17 *Inquisitio generalissima secundum Panor.*
18 *Inquisitio specialis secundum eundem.*
19 *Inquisitiones duntaxat seruiunt ad praparandum, & nequaquam ad instruendum iudicium.*
20 *Iudex de iure obligatur dare parti inquisitionis copiam facta ad instantiam partis.*
21 *In inquisitione facta, ex mero iudicis officio absque alicuius requisitione non traditur reo inquisitionis copia.*
22 *In Flandria consilio ac praxi Procurator generalis nunquam tradit Parti inquisitionis seu informationis pracedentis copiam.*
23 *Iudex ac fiscus in multis Flandria Curiis obligantur dare Parti testium nomina ac cognomina, necnon totius inquisitionis copiam.*
24 *Iudex & fiscus inquirunt duntaxat de crimine intra viginti annos admisso: supra verò viginti annos, nequaquam.*
25 *Inquisitio siue officium iudicis inquirentis, tollitur viginti annis.*
26 *L. Querela. C. ad l. Cornel. de fals. duntaxat habet locum in foro fori: secus in foro poli.*

1 INquisitio † (quã vulgò informationem
2 præcedentem appellamus) ex iudicis & †
officio & autoritate, semper fiat necessum
3 est. Nemo † enim nisi solus Iudex, aut Iudicis potestatem habens, de crimine efficaciter inquirere potest.
4 Atque † ad debitam veramque inquisitionem multa concurrunt necessaria. Principiò, vt inquisitor sit Iudex competens ac proprius, potens de crimine cognoscere: nempe vt is, de quo inquisitionem sit producturus, suo tribunali subiectus fuerit, aut certè vt crimen illud ac delictum in ditione iurisdictioneque sua commissum esse constet. Subdi-
5 tum † autem intellige, vel originis vel delicti ratione, l. 1. & in Authentica, Qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. Aliàs inquisitio esset nulla. l. 1. & per totum titulum C. Si à non compet. iudic. Ad hæc
6 requiritur, † vt crimen sit magnum, inquisitione dignum: non enim inquirendum est, nisi de maioribus criminibus, puta læsæ Maiestatis, Homicidii, Sodomiæ, Simoniæ, Adulterii, Periurii, Incestus, Raptus,

Furti, & huiusmodi, quorum capitibus se-
quentibus, (quantum materia subiecta po-
stulet) abunde mentionem faciemus. De
7 leuibus † autem ac de dissimulandis crimi
nibus nequaquam inquiritur, l. leuia. ff. de
accusat. c. Inquisitionis, extra eodem titulo
de accusat. Tertiò oportet præcedere famã
verisimilem, quę Iudicem de commisso aut
perpetrato crimine indagando excitet, &
8 inquisitionis occasionem præbeat. Non †
enim potest ad inquisitionem procedi, nisi
præcesserit publica fama, tanta quæ offen-
diculum populo præbeat, adeò vt absque
periculo tolerari nõ possit, vt in c. 1. c. Cùm
oportet, c. Ad petitionem, c. Inquisitionis.
& c. Qualiter & quando, 2. extra de accusat.
9 contra † enim indiffamatos minimè in-
quiri potest. Quartò, ne fama hæc siue po-
tiùs diffamatio præcedens fingatur à male-
uolis, à maledicis à criminosis, ab inimicis
10 & suspectis: sed potiùs ab † honestis, pru-
dentibus, veridicis, virisque fide dignissi-
mis, néve semel duntaxat sparsa audita fue-
rit: sed vt frequenti sermone, atque adeò in
probatorum hominũ ore increbuerit, præ
citato, c. Qualiter & quando, 2. c. Iudicet, 3.
q. 7. c. Cùm oporteat, eo titu. de accusat. c.
In cunctis, & ibi glos. in verbo maledico-
rum. 11. q 3 c. licet Heli. versic. Cõtra quos,
de Simonia, & l. miles. §. mulier, & ibi nota-
tur, ff. ad l. iul. de adulte. & stup. Quintò, ne-
11 cessum † est inquisitori certum esse, crimen
commissum ac perpetratum esse, de quo
inquisitionem sit facturus. Contigit nam-
que aliquãdo inquisitionem factam de ho-
micidio necdum perpetrato. nempe viro
læso etiamnum viuente: & informationem
factam ex leui rumore vulgi de incendio
domus, quæ tamen pòst integra inuenie-
12 batur & illæsa. † Sextò, debet inquisitio
seu informatio in decenti ac forma debita
redigi. nam si in forma isthæc peccaret, in-
ualida esset, nullius momenti, nulliusque
roboris, vt in c. Inquisitionis, & in c. Quali-
ter & quando 2. extra de accusat. facit, l. 1. si
13 mens. fals. mod. dixe. † Intelliges debitam
ac decentem formam, quoties substantialia
informationis non omittuntur, vtpote per
quem facta, quando, quo loco, cuius iussu,
ætates, iuramenta, nomina cognomina,
qualitates, domicilia testium & huiusmodi
circumstantiæ. Neminem autem hic præ-
terire volumus, Inquisitionem esse tripli-
14 cem. Prima, † nempe generalis est simpli-
citer, & personarum & delictorum respe-
ctu, vtpote cùm Præses, Iudex, aut Fiscus
generaliter inquirit, an sint homines faci-
norosi: an scelera vsquam latenter suppullu-
lent, aut commissa fuerint, de qua in insi-
15 gni l. Congruit, ff de offic. præsid. † vt pro-
uincia facinorosis hominibus purgetur, vt
in quiete permaneat. Et in hac inquisitio-
ne generali minimè necessaria est fama: sed
eo casu proceditur generali apprehensione
per cursoriam, leuem siue plebeiam quam-
piam vicatim peruestigationẽ. Altera spe-
cialis est simpliciter, idque personarum et-
iam ac delictorum ratione: vt cùm de certo,
finito, seu limitato delicto, contra certam,
& finitam seu limitatam personam, Præses,
16 † Iudex, Prælatus, vel Fiscus inquirit: de
qua in l. Ea quidem, C. de accusat. & ibi ne-
cessario desideratur fama, vel diffamatio
præcedens, quemadmodum superiùs me-
minimus, alioqui ipsa informatio esset nul-
la, parte scilicet refellente ac contradicente.
Tertia generalis simul & specialis, genera-
lis vtique ad personas, ad delicta autem spe-
cialis, vt cùm Præses in genere vel vniuersa-
liter inquirit de iis qui Socratem occide-
runt: vel contra, generalis ad delicta, & ad
personas specialis: vt cum Potestas, aut alius
punitur ad Syndica: Attamen secundum D.
Abbatem Panormitanum in præallegato
c. Qualiter & quando, 2. numeris 11. 12. &
17 13. extra de accusat. Alia datur † inquisitio-
nis distinctio. Nam alia est Generalissima,
qua inquiritur super statu alicuius Ciuita-
tis, Arcis, Castri, vel Loci. Alia dicitur spe-
18 cialis: † qua inquiritur contra certam per-
sonam,

sonam, siue ad imponendam pœnam, siue ad scelera extirpanda ex debito officii: hanc distinctionem pie lector precor ne ibi videre pigeat. Porrò in inquisitionibus nec Pręses nec Iudex, nec Fiscus astringuntur ad aliquas constitutas leges, aut ad solennitatem illam, quæ debet obseruari in inquisitionibus seu in informationib. ordinariis, quia non vocant partem aduersam vt videat informationem fieri, aut vt videat testes iurare, nec etiam tradũt huic aduersario nomina aut cognomina testium, vt his omnibus per exceptionem obueniat, cunctaque refellere posset, idque secundum receptum
19 vsum, stylũ, & consuetudinem. † Cuius ratio est, quòd inquisitiones duntaxat seruiunt ad præparandum, & nequaquam ad instruẽdum iudicium, ac vt illius virtute quis condemnetur aut absoluatur: quorsum tamen seruiunt & spectant inquisitiones seu informationes ordinariæ. Tametsi autem in inquisitionibus per Iudicem aut Fiscum aut quempiam ex ipsorum mandato peragendis, nec ante nec post litis contestationem vocanda fuerit pars, ad videndam informationis deductionem, vel ad audienda
20 testium iuramenta: de iure tamen, & † Iudex & Fiscus obligantur dare parti inquisitionis copiam priusquam partem ream cogere possint ad respõdendum, potissimum si fuisset facta inquisitio ex autoritate, voto, & mandato ad instãtiam seu requestam partis, teste Angelo summi iudicii viro, in l. Si vacantia. C. de bo. vacan. lib. 10. ver. quin-
21 to not. in ver. Item fallit. Sin autem facta † ea fuerit ex mero iudicis officio absque alicuius requisitione, non debet reo de iure tradi informationis copia. Ita D. Angelus
22 in d. l. Si vacantia. † In praxi autem seu consilio Flandriæ, Procurator generalis nunquam dat parti inquisitionis seu informationis præcedentis copiam: licèt id fieri vi-
23 deamus in multis aliis Flandriæ † Curiis: vbi obligantur, accusato aut denunciato etiam dare testium nomina ac cognomina, necnon totius inquisitionis seu informa-
24 tionis copiam, si quando id postulet. † Postremò sciendum est, quod Iudex, Fiscus, aut similis debet tantum inquirere de criminibus intra viginti annos admissis, computando ab ipso die commissi criminis: supra verò viginti annos nequaquam, l. Querela. C. ad l. Corn. de fals. quam legem inquiunt notabilem & singularem magnus ille Bartolus, necnon Baldus, & Angelus ibidem, quos Iurisperiti pro numinibus colunt: quam legem & ego censeo semper pręsenti memoria tenendam, ac quasi ad vnguem pro amici liberatione perpetuò habendam. c. Cum venerabilis, ext. de excep. glos. in c. 1 in verbo per sententiam, eod. de
25 tit. de except. Itaque † inquisitio siue officium iudicis inquirentis tollitur viginti annis. d. c. Qualiter & quando, 2. Bartolo, Angelo Saliceto, & communiter doctoribus testibus, ita fixo pede tenentibus in d. l. Querela, qui glossæ opinionem contrarium sustinentis, expressim reprobant. Quę
26 † quidem l. Querela duntaxat habet locum in foro fori: secus in foro poli, conscientiæ siue animæ. Panor. in c. Cum haberet, ext. de eo qui dux. in matri quã polluit per adulter. per c. Cum tanto. ext. de consuetud. & in d. c. Cum haberet, notabiliter distinguit Panor. quem omnino in 3. notabili videndum non dissuaserim. Aliarum tamen limitationum, ad d. l. Querela, abundè meminit præclarus I. V. Doctor D. Iohannes Franciscus Balbus in suo perutili & subtili tractatu Præscriptionum. §. Secundò quæro: ad quem prolixitatis euitandæ causa, lectorem, casu occurrente, remitto.

CAPVT IX.

De Diffamationibus praecedentibus per famam sparsis.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. Cap. 9.

1 *Iudex aut Fiscus habens duntaxat famam pro inquisitione facienda, ad quæ obligatur.*
2 *Fama quæ originem sumpsit ex* { *Ebriosis,*
3 *Leui plebecula,*
4 *Inimicis,*
5 *Aduersariis maleuolis,* } *ad alicuius diffamationem est inualida.*
6 *Fama recens orta, aut quæ post capturam demum exoriri cœpit, ipsum reum non diffamat.*
7 *Fama sola nullis aliis indiciis fulta, nihil efficit.*
8 *Fama vnico teste non suspecto, de casu factoque ipso loquente, sufficit ad inquisitionem ineundam, ad capturam, ad arrestam, denique ad torturæ etiam subinde supplicium.*
9 *Diffamatio omnis inquisitione digna, nasci debet ex viris probis, &c.*
10 *Famæ actores sunt nominandi.*
11 *Opiniones circa numerum proborum virorum, ad probandam iustam diffamiam.*
12 *Æqua & nequaquam irrationabilis opinio*
13 *Ad famæ probationem duos testes haud suspectos sufficere (etiam autoritate euangelica) aiunt.*
14 *Famæ qualiter probetur remissiuè.*

SI iudex aut Fiscus pro inquisitione sua producenda, nihil habuerit explorati, nihilque certi nouerit, quàm quæ qualicunque fama aliquando percepisset, longè profectò ab omni æquitatis tramite deuiaret, si huiusmodi rumusculi (plerunque falsi) fama fretus, inquisitionem suam ten
1 tare præsumeret. Necesse † enim est ipsum, antequam eam inquisitionem aggrediatur, ritè atque per omnia edoctum, beneque de isthac fama informatum esse, & exactè cognoscere: cuiusnam ex ore primò prodierit,
2 qua occasione exorta: Num † ex ebrio-
3 sis, aliave leui † plebecula surrexerit: num
4 ex † inimicis: ex aduersariis, † maleuolis:
5 quandoquidem hæc † omnia ad alicuius diffamationem (cuius gratia fieret inquisitio) sunt inualida, sicuti capite etiam præcedenti nonnihil meminimus. Similiter
6 fama † nunc recens orta, aut quæ post capturam demum exoriri cœpit, nulla est, neque ipsum reum diffamat, potissimum informatione celebrari cœpta. Bartolus in l. Maritus, in frontispicio, & in l. De minore. §. Tormenta, in versic. Quæro ex quo tempore, &c. ff. de quæstionibus, & Bald. & Imol. in l. Is potest. ff. de acquiren. possess. I-
7 tidem nihil † efficit fama sola, nullis aliis apertis indiciis fulta. glossa celebri in verbo Illorum, & Doctoribus testibus in c. veni-
8 ens, 1. extra de testibus. Porrò fama, † vnico teste, nulla suspicionis caussa refellendo, de casu factoque ipso loquente, sufficit ad inquisitionem ineundam, ad capturam, ad arrestam: Denique ad torturæ etiam subin-
9 de supplicium. Debet igitur † omnis diffamatio inquisitione digna nasci ex viris probis, constantibus, morum grauitate fidendis, nullo vitio nullave alia circumstantia suspectis, c. Qualiter & quando. 2. c. Cum oporteat, extra de accusat. c. Iudicet. 3. q. 7. c. In cunctis, & ibi gloss. in verbo Maledico-
10 rum, 11. q. 3. Quamobrem famæ † autores seu actores nominare oportet, quò sciatur, quæ personæ sint, & an possint reprobari, l. Si quis decurio. C. de fals. & in Authent. Hodie.

Hodie. C. de repud. De istorum autem nu-
11 mero, ad † probandam iustam diffamiam, non satis conuenit inter iurisperitos. Sunt enim qui huiusmodi famam vel diffamiam constare velint decem bonorum proborumq; virorum testimonio, vno eodemque ore loquentium, cuius meminit (licèt reprobauit & meritò) amicus veritatis Bart. in d.l. De minore. §. Tormenta, ff. de quæstionib. Alii reorum saluti addictiores cõtendunt non nisi viginti quinq; aut ad minimum viginti bonorum virorum testimoniis reum posse diffamari. Nõnullis placet famam fieri validam maiori testium acuius viciniæ numero, vbi res contigisse
12 narratur. Aliis † verò (quod mihi quoque probatur maximè) nullus certus proborũ virorum de diffamia stabilienda cõstituitur numerus, neq; hunc etiam iura præscribunt, sed Iudicis prudentiæ hic plane cõ-
13 mittitur. Sunt † deniq; qui dicant (etiam autoritate euangelica) ad famæ probationẽ duos testes haud suspectos sufficere, quatenus ipsorum testimonia apparenti rationi consentiant, vt simul edicant suæ notitiæ caussam à quibus sua ista testata didicerint: atque vt hic nominent viros probos & honestos c. In omni. & c. Licet vniuersis, ext.
14 de testib. Qualiter † autem fama probetur, atq; per quot testes, lubebit videre per glos. & doctores in admodum trita l.3. §. eiusdẽ. ff de testib. Cætera quippe, quæ pertinerent ad huius materiæ ampliorem enodationem, breuitatis studio, prætereo. Sed plura desiderantem ac expectantem remitto ad dominos, Bartolum in præcitata l. de Minore. §. Tormenta, ff. de quæstionib. & ibi Dy. & Cy. Abbatem & Felinum in c. Veniens primo, iuncta ibidem glos. singulari ac celebri, in verbo Illorum, ext. de testib. Amedeum Iustinum de Castello, in suo insigni tractatu Syndicatus, atque ad quosuis etiam istorum posteros, quorum opiniones, dogmata, & interpretationes in hac materia, nostra ætate omnes passim sequẽtes, constanter laudant & asserunt.

CAPVT X.

De Diffamationibus per indicia, suspiciones, coniecturas, aut præsumptiones, dispersis.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 10.

1 *IVdex aut Fiscus, si pro inquisitione sua producenda præter coniecturas, præsumptiones, indicia aut suspiciones habuerit nihil, obligatur de illis informare.*
2 *Indicia quæ sunt?*
3 *Indicia ex quibus oriuntur?*
4 *Malæ conuersationis descriptio.*
5 *Ex mala, cumque malis conuersatione, ipse etiam bonus, malus efficitur.*
6 *Qualis quisque est, tali socio delectabitur.*
7 *Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris.*
8 *Ex locorum varietate, varia coniectura ducitur, indicium seu præsumptio.*
9 *Fuga haud dubiè non mediocrem suspicionem ac indicium parit.*
10 *Iudex qua indagine obligatur.*
11 *De vnoquoque bonum vel malum præsumimus, consideratis primæ ætatis suæ moribus.*
12 *Ex gestis præteritæ vitæ, præsentia metimur.*
13 *Ex dictis hominum facta pensamus.*

14 *Indicia testibus nequaquam suspectis constare debent.*

15 *Vnus testis integer & sufficiens, omnique exceptione maior ex visu deponens, aliamque sufficientem scientiæ caussam reddens, indicium sufficiens ad capiendum, inquirendum & tormentis subdendum efficit.*

16 *Super indiciis, aut ex præsumptionibus, siue mendicatis suffragiis, nemo venit criminaliter condemnandus.*

17 *Indicia vel præsumptiones in criminalibus debent esse luce clariores.*

18 *In caussis criminalibus perspicacius consilium est adhibendum: quia ibidem maius periculum vertitur.*

19 *Confessio extraiudicialis vnico teste sufficiente, & caussam scientiæ reddente ad inquirendum ac procedendum sufficit.*

20 *Minæ vnico teste probatæ, aliquando ad inquirendum ac procedendum sufficiunt.*

ETsi præsentis capitis materia eadem opera potuisset expediri & tractari in capite proximè præcedenti, vbi actum est de diffamationibus præcedentibus per famam sparsis, tamen ne nimia eiusdem capitis longitudo cuiquam fuisset offendiculo: deinde quò clarius aut enucleatius (præsertim ingeniis tardiusculis) explicetur, hoc loco penè eandem materiam statui latius rudiusque rursum Deo opt. max. auxiliante explanaturus discutere.
1 † Si igitur Iudex aut Fiscus, pro inquisitione sua producenda, præter coniecturas quasdam, præsumptiones, indicia aut suspiciones, habuerit nihil, obligatur profectò principio seipsum
2 de illis informare. † Indicia enim sunt media intellectualia veritatis eliciendæ, ex aliqua circunstantia singulari exurgentia, l. Iudicia certa, C. de rei vendic. c. Inter quatuor iuncta gloss. in verbo Per argumenta, ext. de cleri. peregri. &c. Cùm caussam, in
3 fine, de probat. Oriuntur † autem istiusmodi indicia nonnunquam ex communi publicaq; voce & fama, aut ex moribus & modo viuendi ipsius diffamati, nempe ex mala conuersatione, ob quā non temere isthęc
4 indicia oriri cernimus. Mala enim † cōuersatio est malorum operum, & animi internis sceleribus infecti probabile argumentum, aut (vt aliis placet) est malæ operationis & conscientiæ deprauatæ indicium, l. Si plures, §. Assiduè, ff. de administra. tuto. Et
5 † ex mala, cumq; malis conuersatione, ipse etiam bonus malus vel viciosus efficitur, l. Ædiles, §. Pedius, ibi, aleator fortè, &c. ff. de ædi. edict. Huc seruit illud magni nominis
6 Philosophi dictum, Qualis † quisque est, tali socio delectabitur. Cui consonat & il-
7 lud Psalmistæ: Cum † sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Interdum indicia colliguntur ex loco, in quo quis con-
8 uersatur, aut aliquando versatus est, quia † ex locorum varietate, varia similiter coniectura ducitur, indicium seu præsumptio, l. finali. c. Si mancip. ita fuer. alienat. & l. Aut
9 facta. † § Euenit, ff. de pœnis. Quandoque verò ex fuga. Fuga enim haud dubiè non mediocrem suspicionem ac indicium parit. Dynus in l. Diuus, ff. de custod. reo. Vtrum verò fuga, & quando suspicionem generet, aut indicium, vel semiplenam probationē, refert vir ille summi nominis Bartolus in l. lege, ff. De Syll. nec non D. Cataldinus de Boncōpagnis de Viso. I. V. Doctor celeberrimus in suo tractatu Syndicatus, numero 74 qui plura huius rei ibidem ad plenum cōgessit, quæ, ne sim æquo prolixior, transeunda putaui. Poterit prætereà Iudex indicia efficacissima elicere ex hominis constantia, vel ex vocis, aut membrorum trepidatione tremula, vel pallore. Iuxta illud, *Heu quam difficile est crimen non prodere vultu!* l. De minore, §. Tormenta, ff. de quæstionibus. Ideoque & hæc indicia Iudici fuerint obser-

obseruanda, per quæ sæpenumero emergit & elucescit veritas, d. §. Tormenta. Iudex
10 etiam † indagare obligatur, cuius primò vitæ fuerit, & an talia, aut similia, de quibus impræsentiarum inculpatur, facere cōsueuerit. Nam de vnoquoque † bonum,
11 vel malum præsumimus, consideratis primæ ætatis suæ moribus l. Desertorem §. Is qui. 2. ibi, inspecto vitæ eius præcedenti actu, l. Non omnes, §. A barbaris, ff. de re militar. l. Tutor quoque. §. Quæri potest, ff. de
12 suspect. tut. Ex † gestis enim præteritæ vitæ, præsentia metimur, l. pen. § fi. C. de agē. in reb. li. 12. Item an fuerit occiso seu interfecto minatus: quoniam erit probabile indiciū, quod ipse re adimpleuerit, quicquid
13 verbis profudit: cum ex † dictis hominum facta pensemus, l. vnica, C. Si quis Imper. maled. l. Labeo, ff. de supel. leg. l. Item apud Labeonem, §. Adiicitur, ff. de iniur. Præterea considerandum est: An sit talis, qui consueuerit, taliaque viribus conficere potuerit, l. famosi, ibi, an potuerit facere: & an ante quid simile fecerit, &c. ff. ad l. Iul. maiest.
14 Et hæc † indicia testibus nequaquam suspectis constare debent. Vnus testis integer
15 & sufficiens, † omnique exceptione maior, ex visu deponens, aliamque sufficientem scientiæ caussam reddens, indicium sufficiens ad capiendum, inquirendum, & ad tormentis subdendum efficit, l. Si quis, C. Ad l. Iul. maiest. & ibi notant gloss. & Doct. & Sali in l. fin. C. de quæstionib. sed insuffi-
16 ciens ad condemnandum. Quod † super indiciis, aut ex pręsumptionibus, siue mendicatis suffragiis, nemo venit criminaliter condemnandus, l. Absentem, ff de pœnis l. 1. in fine, ff. de quæstionib. l. Singuli, C. de Accusat. atque D. Bart. in l. fin. eod. tit. quātumque etiam fortia sint: † quia in crimi-
17 nalibus indicia vel probationes debent esse luce clariores, vulgatissima l. Sciant cuncti, C. de probat. vbi Imperatores Grat. Valent. & Theodo. inquiunt, ac statuunt in hæc verba: Sciant cuncti accusatores eam se rem deferre debere in publicam notionem, quæ munita sit idoneis testibus, vel instructa apertissimis documētis, vel indiciis ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita. Huic legi subscribunt Pontificii canones, c. Sciant cuncti, 2. q. 8. vbi eam legem verbotenus habemus canonizatam, & c. Epiphanium, 5. q. 6. Idem dicitur in l. Qui sententiam, C de pœnis. ac d. l. Singu-
18 li. Quod ea † ratione videtur procedere, quia in causis criminalibus perspicacius est consilium adhibendum: ibi enim maius periculum & detrimentum vertitur & contingit, argumento l. Addictos, C. de appellat. & l. 1 §. de ventre inspic. cum sine nume-
19 ro haud dissimilibus iurib. † Cōfessionem Rei extraiudicialem vnico teste sufficienti, & caussam scientiæ reddente ad inquirendum, ac procedendum, siue torturæ subiiciendum sufficere aiunt, l. Capite quinto, ff. de adul. & ibi gloss. in verbo, Accusatori, quam scribentes ad hoc notabilem ac singularem astruunt. Adde quod not. Panor. in c. De hoc, numero 7. in verbo, confessi, ext. de simonia, & in c. Quam sit graue, numero 2. ext. de excessib. prælato. Bart. in l. Quoniam, ff. de his qui notant. infam. Bald. in l. Ictus fustium. eodem tit. Ang in l. 1 ff.
20 de confessis. cum infinitis locis similib. † Quemadmodum etiam minæ vnico teste probatæ, maximè quum minator consueuerit suas minas mandare executioni: Et ex multis aliis poterit curiosus Iudex indicia sumere ad firmandam & informandam conscientiam, pro exquirenda ac eruenda veritate delicti, vt inquit Bar. in suo tractitu de quæstionib. in Rub. Quæro aliqua indicia, &c. Circa ergo materiam, quomodo sumantur indicia, & qualibus sit opus indiciis, quę Iudicem ad inquisitionem & etiam torturam meritò extimulent, meminerit pius lector hîc nihil certi posse constitui: sed pleraque ex prudentis Iudicis arbitrio dependere: Ideoque exactam de ipsa doctrinam dari nō posse. Quod perpulchrè

etiam astruit D. Abbas in c. Cùm in cõtemplatione, in 1. colum. in versic. Et quæ indicia sufficiant, &c. ext. de Reg. iur. Sensit item hoc variis in locis subtilissimus Bald. in l. 1. in principio vltimæ columnæ, C. cõmu. de leg. & in l. Seruos, C. de testib. atque expressè, in l. 2. C. Quorum appellat. & D. Angelus Areti. in suo libello vtilissimo maleficiorum. in gloss. fama publica præcedente in 5. colum. in versic. Quarto, an vnum indicium. Ad quos consulendos (causa vrgente) conuolare ne grauemini.

CAPVT XI.

De Notorio.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis Cap. II.

1 *Notorium* { *Facti* { *Actu transeuntis*, *Interpellati*, *Actu permanẽtis* } ; *Iuris* ; *Præsumptionis*. } — *Notorium est* { *Iudici tantum.* *Aliis tantum* *Iudici & aliis simul,* } — *Incognitum.* { *Aliis.* *Iudici.* }

2 *Notorium facti quid sit?*

3 *Aliter, facto res fit iudici notoria.*

4 *Populi testimonium, quomodo intelligitur?*

5 *Decem faciant plebem siue turbam.*

6 *Palam ac publicè, quomodò intelligitur.*

7 *Quando crimen efficitur notorium, sunt opiniones.*

8 *Vbicunque non est expressum aliquid à iure, iudicis arbitrio indubiè relinquitur.*

9 10 11 12 *Notorium* { *Facti actu transeuntis,* *Facti interrupti,* *Facti actu permanẽtis,* *Iuris,* } *Quid sit?*

13 *Vel iure crimen fit notorium.*

14 *Contra notorium iuris subinde admittitur probatio in contrarium.*

15 *Notorium præsumptionis quid sit?*

16 *Filius is est, quem nuptiæ demonstrant.*

17 *In rebus iudici certa notione perspectis, nullus legum ordo, nulla recepta procedendi forma seruanda est.*

18 *In notoriis criminibus, coram Iudice commissis, Iudex rei omnia necessaria defectũ solus adimplet.*

19 *Crimine in Iudicis conspectu pro tribunali sedentis admisso, licet Iudici contra reum summatim procedere sine forma ac Iudicii strepitu.*

20 *Crimina manifesta iudiciarium ordinem non requirunt, occulta verò maximè.*

Minimè nostri erat instituti, quamlibet hic notorii materiam fusiùs prolixiusq; discernere atque excutere (quum id citra ingentem fructum, laboris penè fuerit immensi) quare id duntaxat, quod nostro scopo seruire videbatur, clarius aperire statuimus. 1 Est † igitur hic tale notorium triplex: Notorium facti, Notorium iuris, Notorium præsumptionis. 2 Notorium facti † est, quod sese apertè plurimorum oculis exhibet, tamq; est euidẽs, vt probabiliter negari nequeat, vt nulla causatione, nulla tergiuersatione celari possit, l. Sed & si pupillus, §. Proscribere. ff. de instit. acti. l. Palam. ff. de ritu nup. l. Palam ff. de verbo signific. & l. Quod maior, ff. ad municip. Vel aliter:

† Fa-

3 † Facto res fit iudici notoria, quoties deli-
ctum palam, publicè, frequentiq; populo
teste committitur: adeò vt maleficus infi-
4 ciari admissa nequiuerit. Populi † autem
hic testimonium intellige: quando decem,
5 aut plures perpetrato crimini adfuerunt. †
Nam decem faciunt plebem siue turbam, c.
Vnio 2.q.2. iunct. gloss. finali. c. Presbyter si
6 à plebe, 2.q.4. Palam verò † ac publicè com-
mitti intelliges, quando in plateis, in tem-
plis, in foris ipsis senatorum consessionibus
aliisve locis publicis res commissa fuerit.
7 Quando autem † crimen efficiatur notoriũ,
varii varia meminerũt. Sunt qui velint tum
crimen effici notorium, quando nullus in-
ficiationi locus penitus existit: vtpote cuius
vniuersæ viciniæ populus testis est, c. Cum
dilectis filiis §. Præsertim, extra, de purg.
canoni. c. Scelus. 1. q. 1. Alii contendũt suf-
ficere, si id apud maiorem partem istius vi-
ciniæ vt certum & notũ videtur, d. l. Quod
maior, ff. ad municipal. & d. c. Cum dilectis
filiis. Postremo sunt, qui id omne iudicis
arbitrio relinquẽdum constanter affirmẽt:
quãdo scilicet hominum numero quid fiat
notorium: quod non sit hoc ipsum expres-
se in iure diffinitum ac terminatum: tunc
enim omnia iudicis arbitrio statuenda esse
certissimum est, c. De caussis, ext. de offic.
8 delegat. Nam vbicunq; † non est expressum
aliquid à iure, iudicis arbitrio relinqui in-
dubitatum est, d. c. De caussis, & l. 1. ff. de
iure deliber. Quorum sententiæ ac opinio-
ni adstipulari nec ipse vereor. Intellige ta-
men quando interdiu, nequaquam de no-
cte id delictum committitur, ita vt clarè cõ-
spici possit, argumento c. Consuluit. in fi-
ne, extra, de offic. delegat. l. Testium § Tu
magis scire potes, ff. de testib. & l. Aut facta,
§. Tempus. ff. de pœnis. Cæterum hic ani-
maduertendum velim, notorium facti tres
præterea habere species. Nam aliud dicitur
9 Notoriũ † facti actu trãseuntis, vt hoc, quod
semel notorium factum est, ita vt non pos-
sit tergiuersatione aliqua celari, nec vllam
habeat sui actus reiterationem, vt est homi-
cidium publicè commissum, quod reitera-
tionem non recipit: quale fuit Christi ser-
uatoris nostri, c. Semel Christus mortuus
est, de consecrat. distinct. 2. c. Aut facta, de
pœnitent. distinct. 1. & c. Pernouit, extra,
10 de testib. cogend. Aliud est † notorium fa-
cti interrupti, hoc est quando ita publice fit,
vt non possit celari per tergiuersationem,
sed sæpius reiteratur, non tamen continuè:
tale est crimen vsurarii manifesti, qui habet
mensam paratam ad mutuandum, & publi-
ce tenet, non tamen facit continuè mutuũ,
sed frequenter hoc reiterat, c. Cum tu ma-
nifestos, ext. de vsur. & c. Vsurarum vora-
ginem, eodem tit. libr. 6. vbi de hoc. Et in
hoc notorio semiplena probatio requiritur,
11 vt in c. Cum in diœcesi, extra, de vsur. † A-
liud est notorium facti actu permanentis,
quod ita fit publicè, vt celari non possit, &
habet in se facti continuationem: vt est vi-
dere in illo, qui cõtinuè in carcere contine-
tur, de hoc in c. Cum dilectis filiis, extra,
de appella. Porro quodvis notorium facti,
aliquando notorium est, & manifestum Iu-
dici, sed incognitum aliis. Contra, aliquan-
do cognitum est & notorium aliis, sed oc-
cultum Iudici. Denique aliquando noto-
rium & Iudici, & aliis, c. De manifesta. 2. q.
1. quorum omnium ac singulorum memi-
nit D. Ioann. Millæus, in sua praxi criminis
persequendi, in tractatu de notorio: ad quẽ
plura sciscitari desiderantem (vt compen-
dio studeamus) remittimus. Hactenus de
12 notorio facti. Nunc de notorio iuris. † No-
torium iuris est id crimen, de quo quis con-
demnatus est, vel quod in iustitia quis con-
fessus est, c. Euidentia, extra, de accusat.
l. Ingenuum, ff. de statu homin. l. Res in-
dicata, ff. de regulis iuris. dummodo certè
hic in iustitia confessus perseueret in sua
confessione, facta sine tormentorum for-
midine, post diem & noctem: aliter enim
non foret iure notorio talis confessio, lege
prima, paragrapho, Quæstioni, Digestis

C 2

13 de quæstio. Aut sic: Iure † crimen notorium fit Iudici, quandocunque maleficus id liber in præsentia Iudicis pro tribunali sedentis, & debitum sui officii exequentis, fatetur, liber (inquam) omni metu, compedibus, vinculis, & quibuscunque tormentorum generibus: vel quoties Iudicis delictum constat inquisitione præuia, legitimo testimonio, aliisve similib. argumentis efficacibus: ita vt hinc posset sequi condemnatio, l.
14 fin. C de probat. l. Gesta, C de re iudic. † Nihilominus contra notorium iuris admittitur subinde probatio in contrarium, veluti si tale notorium negetur, aut in dubium reuocetur: quibus modis quis appellans audiri debet & admitti c. Romana ecclesia, §. Sin autem De appell. in lib. 6. Tertiò, restat de notorio præsumptionis pauca disserere.
15 Notorium † præsumptionis, est euidentia iuris vehementis præsumpta. Præsumptionibus namque Iudex ad criminis noticiam peruenit, quando indicia ipsa, vel cuiusquam hominis mores tales sunt, vt non temere iustitiæ præbeat apertam & penè certam de criminis veritate censuram. Veluti quum maleficus familiam alit cum alterius vxore: iura hinc eliciunt, & veluti certissimum ducunt, ipsum ita mœchantem in adulterio viuere. Rursum quando vsurarius fœnoris gratia publicam mensam exponit: colligunt iura, & certissimum habent, hũc fœnerare. Tertiò, quando maritus & vxor puerum aliquem nominant filium: tunc est præsumptio iuris, puerum illum esse ipsorum filium, c. Per tuas, ext. de probat. & c. Transmissæ, ext. Qui filii sint legit. quia
16 filius † is est, quem nuptiæ demonstrant, l. Quia semper. ff. de in ius vocan. & l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. atque item in similibus. Nunc verò in notoriis, ac manifestis huiusmodi criminibus noueritis, quod sufficiat de istius notitiæ, seu vulgò (si ita fari liceat) notorietatis certitudine inquisitio. Quæ quidem notoria ac manifesta notitia haud parum efficax est in inquisitionibus, tantumq; habet momenti, vt in apertis, ad formam prædictam criminibus, iudex procedere possit, absque vllius accusatione vel delatione sine traditione, pro reo exemplaris copiæ indiciorum, sine consueto articulorum libello: denique absque vlla conclusionis peroratione. Atque huiuscemodi processus neutiquã sunt improbandi, neque vt nihili, parumque efficaces, refellendi: quasi ob non adhibitas debitas, necessariasque iustitiæ solennitates.
17 † Quandoquidem in rebus Iudici certa notione, siue notorietate perspectis, nullus legum ordo, nulla recepta procedendi forma
18 seruanda fuerit. In notoriis enim his † criminibus coram iudice in loco iudiciali sedente commissis, Iudex ipse rei omnis necessariæ defectum solus adimplet. Crimine
19 verò in Iudicis † conspectu pro tribunali sedentis, ac debitum sui officii exequentis, & præsentia decem vel duodecim admisso, licet Iudici contra Reum summatim procedere sine vlla processuum, ac iudicii strepitu, c. Vestra, & c. Tua nos, ext. de cohabit.
20 cler. & mulier. Nam crimina † quæ manifesta sunt, iudiciariũ ordinem nõ requirũt: occulta verò maximè, c. prohibentur, § fin. 2. q. 1. Verũ enimuero si crimen perpetratũ fuerit præsente, testeq; Iudice extra tribunal seu locũ senatorium, non pro tribunali sedente, foris vspiam: procedendũ fuerit Iudici per inquisitionẽ, atq; processus legitimo ritu instituendus. Quod scilicet crimen tali loco cõmissum, non fuerit ipsi notoriũ seu cognitum tanquam Iudici, sed veluti priuato. Itaque eo casu omnis ordo iudiciarius est necessarius, l. 1. & Authent. Offeratur, C. de litis contesta. c. Cùm tu, ext. de vsur. c. Cùm de tua, ext. de corp. vitia. ordinã. & c. Si sacerdos, ext. de offic. ordina.

CAPVT

CAPVT XII.

De Commißionibus Criminalibus.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 12.

1 *In crimine capitali iubet Iudex*
- *Reum apprehendi,*
- *Rei bona fideliter conscribi,*

Idque per
- *Cōmißiones criminarias in Flandriæ & Mechliniensi consiliis, ex petitione*
  - *Partis tātū,*
  - *Procuratoris tantum,*
  - *Vtriusque*
  - *vel*
    - *Ad informationē iāiā habitā.*
    - *Ad informa. mox producēdam.*
- *Satellites, nuda ipsorum scilicet autoritate & iuramento, In*
  - *Curiis feudorum.*
  - *Quibuscunque aliis tribunalibus.*

2 *In materia criminis, nulli licitum est citatione vel captura vti, nisi informatione præuia.*
3 *in Cancellaria Brabantiæ, quales nonnunquam commißiones criminales admittantur.*

QVoties crimen ipsum aliquo superiorum modorum innotuit Iudici, mandat is reum, siue criminis rumusculo infamem citari, & Senatui sistendum accersiri.
1 † In crimine autem capitali iubet Iudex reum apprehendi, ipsiusque bona cuncta fideliter conscribi seu annotari. Absque huius enim decreto seu autoritate, nulli vnquam fas esse potest in re criminaria quemuis aut citare, aut apprehensione constringere: sicuti spectabilis egregiusque Iurium Doct. D. Bartholomeus Chassaneus in Consuetudines Ducatus Burgundiæ, titulo: *Des Iudices & droictz d'icelles.* §. 6. fol. 65. ad finem numeri 19. commemorat. Tex. est, & ibi Bartolus, in l. Neminem. C. de exhiben. reis. quapropter super hac re in Flādriæ nec non in magno Mechliniensi conciliis, consuetudinis est elargiri commissiones (quas vocant) criminarias. In Curiis verò Feudorum, cæterisque tribunalibus, satellites, & quotquot sunt huius muneris absque vllo largiori mandato, sola officii autoritate, hanc apprehensionem sibi vsurpant, quorum nonnulli sunt generales, quibus huiusmodi apprehensionis cura à superiorib. suis, vnà cum officio committitur, maturationis scilicet gratia, quam isthæc captura interdum deposcit. Multifariam igitur cōmissiones criminales in memoratis consiliis super libellis supplicatoriis (vulgò Requestis) expediuntur. Alias ad solam postulationem & requisitionem partis, vt placuit Aret. in c. 1. de iudic. c. Licet, de accusat. Ad l. peremptorium, ff. de iudic. Nec non Bart. in l. Si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. in l. Consentaneum, & in Authent. Qui semel. C. Quomodo & quando Iudex. Rursum ad solam quæstionem seu petitionem ipsius procuratoris. Postremò ad vtriusque & partis, & procuratoris quęstionem simul. Sunt harum præterea nonnullæ commissiones, quæ ad iamiam habitam informationem expediuntur. Aliæ ad informationem mox producendam. Sed hanc † peragi
2 oportet, priusquam vel ad citationem, vel ad apprehensionem procedatur: quandoquidem in materia criminis nulli licitum

est citatione vel captura vti, nisi informatione præuia. Atque in omni commissione eius rei de qua producenda foret inquisitio, necessum est per libellum articulatim singula enarrari crimina: quod non requirit res, cuius informatio antè habita est. Sed hîc sufficit dicere (informatione visa, &c.) absque vllâ criminalium articulorum enarratione.
3 In † Cancellaria autem Brabantiæ nonnunquā admittūtur commissiones criminales sine vlla persona efflagitante, sine narratione criminum, sine aperta rerum caussa: nempe peculiari ratione hoc suadente: aut certe ex absoluta voluntate & autoritate Principis, cuius vnius potestatis est hoc efficere, & non cuiuspiam alterius è suo consilio. Quoties item crimen punitione corporali dignum est aut certe tale, vt citatus caussæ suæ defensionem per procuratorem tutari nequeat, tradit tum Consilium ipsam corporalem citationē, modò istiusmodi præmissa apertè constiterint.

CAPVT XIII.

De Citatione.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 13.

1 *Citatio* { *Diuini*, *Naturalis*, *Canonici*, *Ciuilis* } *Iuris est.*

2 *Citatio est de substantia iudicii criminalis.*
3 *Citatio rei criminaria fieri debet in personam diffamati, modo inueniri posset.*
4 *Citatio fit ad domum, quam citationis tempore inhabitat, si personaliter reperiri nequit.*
5 *Domus quomodo hic accipiatur.*
6 *Reus si domibus careat, fugamq; dederit, quo pacto citandus?*
7 *Executori semper incumbit, vt citato insinuatio innotescat.*
8 *Reo citato competens commodumq; comparitioni tempus à Iudice elargiendum.*
9 *Executori fides fit de commisione peracta.*
10 *Nonnunquam Iudicis est, vtrilibet credere, aut executori, aut diffamato.*
11 *Consilium haud aspernandum pro executoribus, quo cauillationem & periculum effugiant.*
12 *Executor in negotio criminali, reo expletorum copiam non tradit.*
13 *Executor in negotio ciuili, reo expletorum copiam ex vsu ac stylo tradere obligatur.*

1 CItare, diuino, † naturali, canonico, atque ciuili iure, iam olim à multis seculis introductum esse constat, vt Genes. 3. vbi legimus, Dominum Deum priusquam Adam de peccato inobedientiæ punierat, ipsum ad sese vocasse. Adam vbi es, atque ipsius audiuisse admissi criminis expurgationem. Huic seruit c. Deus omnipotens. 2. q. 1. vbi inquit, Deum noluisse prius punire Sodomorum enormia mala, quam inuestigatione ac fidelibus testibus factus certior, ipsorum opera aperto iudicio comprobasset, Clement. Pastoralis, cum ibidem not. de sentent. & re iudicat. & extrauaganti, Rem non nouam aggredimur, iuncta ibi glossa de dolo & contum. in extrauagantib. communib. c. Cùm olim, extra de testib. tritissim. l. De vnoquoque. ff. de re iudicat. l. Nam ita Diuus. ff. de adoptio. l. Tres denunciationes. C. Quomodo & quādo iudi. l. Si quando. C. de testib. cum sine
2 numero similib. iurib. † Citatio autem est de substantia & essentia ipsius iudicii seu processus criminalis; vsque adeò, vt nullus nisi

nisi huiusmodi citationis accessu, processus valeat: teste D. Lanfran. de Oriano in insigni practico in cap. Quoniam contra falsam §. Citationes ad exordium, extra de probat. Ideoque huic materiæ planè est necessaria. Nam omnia atq; singula processuum substantialia, ritum atque ordinem suum obseruent, necesse est alioqui perperā omnia procederent, processusque ipse foret nihili. l. Prolatam C. de sentent. & interlocut. omnium iudic. Prætor enim incipit iudiciū ab ea parte, quæ est de in ius vocando. §. finali. Institut. de pœnis temer. litigant. l. 1. ff. de in ius vocand. atque per Iacob Rebuff. in l. hac lege. de proxim. sacro. scri. libro 12.
3 C. Debet autem omnis † citatio rei criminariæ fieri & peragi in personam Rei siue diffamati, modò is inueniri posset, l. 1. ff de lib. agnoscend. & l. 4. ff de dam. infecto.
4 Vel † certe pronunciabitur citatio domi suæ, quam scilicet nunc inhabitat citationis tempore, non in aliis domibus suis d. l. 1. & d. l. 4 & ibi Bartolus, l. Scire oportet, §. Sufficit. ff de excusat tuto l. Aut qualiter, §. Et si fortè, ff. quod vi aut clam, & c. Caussam quæ, extra de dolo & contumac. Do-
5 mum autem † hîc accipimus, siue in proprio domo quis habitet, siue in conducta, siue gratis, siue hospitio quis receptus sit, §. Domum. Institut. de iniur & l. 1. §. Habitare, ff. de his qui deiecer. vel effud. Idem quoque censet Lucas de Penna in l. 2. C. de
6 meta. & epidim. lib. 12. Quòd † si domib. omnino careat, atque loco suo fugam dederit, peragetur citatio ad normam executori in commissione traditam: vtpote edicto siue proclamatione publica, voce præconaria, tubæ sonitu, aut simili solennitate, quorum meminit excellentissimus vir D. Guilelmus Duran variis in locis sui Speculi, ad quem iuris studiosum, breuitatis
7 gratia, remitto. † Verùm curandum semper fuerit executori, vt insinuatio seu intimatio citato palàm fiat per commissionem, aut per aliam non absimilem formam, qua aperte Iudex cognoscat commissionem ac citationem verisimiter Reo innotuisse. Ci-
8 tatione † autem isthac ex commissione facta, necessum fuerit ipsi Reo citato competens commodumq; comparitioni tempus elargiri, plus minusve septem dierum, pro ratione distantiæ inter citatum & Iudicem.
9 Atq; † istiusmodi executori, quisquis is fuerit, fides fit de commissione peracta, vt etiam ex ipsius relatione per Iudicem decernatur ac detur contumacia ad eum finem atque commodum, vt decet: quatenus de commissione sua & onere constiterit. Verùm enimuero non habetur isthæc executori fides de iure ciuili, sed absolutam fidē illi hac tempestate dari cernimus. Quoties tamen nuntius siue executor refert se citasse personaliter Socratem, isq; constanter id
10 neget, & † iuramento contrarium asserat: hic in Iudice fuerit (vt nonnullis placet) vtrilibet credere, cōsiderato ingenio & qua-
11 litate personarum. Quocirca † tutissimum fuerit (sicuti doctores autumant) binos emittere nuntios, vel certe, vt nuntius siue executor commissionem suam peragat præsentibus testibus: quos insuper orationi suę referendæ prudens inseret. Sunt tamen qui volunt, soli nuntio siue executori habēdam fidem de commissione facta quòd in re criminaria plerunque difficile foret testes ad-
12 hibere. Cæterū † in negotio criminali, nuntius siue executor expletorum siue sui mandati seu commissionis & relationis copiam, Reo nequaquam tradit, quod tamen efficere cogitur in materia ciuili, idq; ex vsu styloq; recepto. Horum plura, quia sunt omni-
13 bus obuia, referre postpono. † Interim tamen si quis nuntiorum siue executorū materiam pulchram, vtilem, singularem, & quotidianam abundanter scire desiderauerit, ad Bartholomæum Chassanæum Consuetudinum Burgundię Commentatorem insignem, tit. *des Iustices & droicts a'icelles*. vniuerso §. 7. ne sim longior, eundem remitto.

CAPVT XIIII.

De Annotatione bonorum.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 14.

1 *Annotatio bonorum fit propter primam contumaciam.*
2 *Annotatio dicitur quædam compulsio ad comparendum.*
3 *Annotatio dicitur quædam præparatio ad confiscationem.*
4 *Annotatio duntaxat fit in causis criminalibus, in quibus fit bonorum publicatio.*
5 *Error non pusillus nonnullorum Iudicum nostri temporis.*
6 *Annotatio quando fieri debeat, remissiuè.*
7 *Recepto vsu, stylo, ac consuetudine, quorum bonorum annotatione vtimur.*

1 Bonorum † annotationem non fieri, nisi propter primam contumaciam, explorati iuris est, vt puta, quando aliquis de aliquo crimine in iudicium euocatus, præsentiam sui facere contemnit, id est, se absentat, nolens ad iudicium venire: eius bona tum ad manum iustitię (si ita fari liceat) ponuntur: dicunturq; annotari, vt si infra annum redierit, & se crimine purgauerit, integram rem suam habeat: si neq; redierit, neque qui se defendat, habuerit, tunc post annum bona publicentur, l. finali. ff. de requi. Reis, & l. 1. C. eodem tit. Itaque anno-
2 tatio † meritò dici potest quædam compulsio ad comparendum, & casu aduenięte ve-
3 rificationis † delicti, quædam præparatio
4 ad confiscationem. Animaduertite † tamen secundum D. Ang. in d. l. 1. Cod. de requi. Reis, Annotationem duntaxat in caussis criminalibus fieri debere, in quibus fit bonorum publicatio. In aliis autem caussis criminalibus, vbi non venit publicatio imponenda, bona non sunt ad manum curiæ ponenda, quantumcumque sit contumax
5 Reus. Iudices † tamen nonnulli huius temporis secùs faciunt, ingenio ac iudicio quo moti, nescio, & pro contumacia faciunt indistinctè subhastari bona, secundum l. fin. C. De requi. Reis, de qua annotatione habetur in l. 1. & per vniuersum illum tit. ff. de requi. Reis. Per Bartolum, qui ibi decla-
6 rat † quando fieri debeat annotatio, in l. Inter. ad finem, ff. de publi. iudic. & quo-
7 modo † fieri debeat, habetur in l. 1. §. 1. & in l. fin ff. de requi. Reis. Inolito receptoque vsu, stylo, ac consuetudine, bonorum vtimur annotatione, per commissionem criminalem executoris, simulatq; per inquisitionem ipsi de præmissis constiterit.

CAPVT XV.

De Citatione reali, id est, Captura.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 15.

1 *Citatio realis absque { Licentia, Authoritate, Commissione } Iudicis fieri nequit.*
2 *Exceptiones aliquot superioris præcepti.*
3 *Exules, hostes Reipublicæ sunt.*
4 *Repertus in flagranti crimine, potest capi etiam sine licentia Iudicis.*

5 *Capti citra Iudicis authoritatem, carcere claudendi sunt intra 20. horas, secundum Bart.*
6 *Iidem carceri tradendi intra sex horas, secundum alios.*
7 *Captura quatuor modis ab officiariis exercetur.*
8 *Officiarius Iustitialis innocentes suo arbitrio comprehendens, punitioni fit obnoxius.*
9 *Iniectio in nonnullos arrogantes Officiarios.*
10 *Diffamatum duntaxat comprehendere licet.*
11 *Diffamati infamia sua dicam suis moribus praeferunt.*
12 *Executor dissimulans commissam manus iniectionem, quomodo puniendus.*
13 *Executoris aut Apprehensoris non est captum ob quamlibet etiam pollicitam fidem libera donare relaxationi.*
14 *Executori in captura poscenti subsidium, nullus officiarius, nullus ipsi subditus impunè id recusare poterit.*
15 *Executori vbiuis locorum aperiendi sunt carceres, modò id poposcerit ad minimum vna nocte.*
16 *Executori maleficum rebellem comprehensuro, permittitur domum obsidere, ostia & fenestras infringere.*
17 *Executori ex vna authoritate concredita permittitur item quicquid ad illam capturam videbitur necessarium.*
18 *Executoris non esse, carcere constrictum vi illinc eximere, nisi, &c.*
19 *Executori non permissum è templis, aut cœmeteriis temere abstrahere.*
20 *Loca sacra nemini grauioris sceleris reo patrocinari possunt.*
21 *Executori quando & quomodo, maleficum è sacratis locis abstrahere dabitur.*
22 *Loca sacra leuiter maleficis patrocinia sunt, nisi, &c.*
23 *Officiario seculari quando clericos captiuare conceditur.*
24 *Executori licitum subinde maleficum è propria domo ereptum, captiuare.*
25 *Executor omnem dissimulabit saluiconductum, vel similem purgationem.*
26 *Appellatio in re criminaria per totam Flandriam nulla.*
27 *Executori non licere rebellem maleficum interficere.*
28 *Executor quando ab homicidio malefici capiendi excusandus.*
29 *Violenta manus iniectio in Officiarium aut executorem quomodo punienda.*
30 *Captum è manibus Executoris siue Officiarii vi liberans, Rei capti periculo fit obnoxius.*
31 *Officiarios in Captura non iuuantes, quantum peccent.*
32 *Capturae maleficorum quibusuis incumbendum est.*
33 *Cur regiones nostras passim habeamus latronibus oppletas.*
34 *Executori de commissione peracta, non de iniuriis relatis, fides adhibenda.*
35 *Executori maleficum in aliud territorium confugientem, & subsequi, & captiuare licebit.*
36 *Clericus in sacris constitutus, in flagranti crimine repertus, an capi possit etiam à laico?*

1 NVLLI fas esse † potest (antè meminimus) absq; commissione sine authoritate Iudicis, quemuis violenter siue realiter citare, aut apprehensione constringere: Textus clarus, & ibi nec inconcinniter Bart. in l. Neminem C de exhib. reis: verùm fal-
2 lit † haec regula multifariam, veluti in monetarum falsariis seu violatoribus, l. 1. Cod. de fals. monet. In iis passim qui publice latrocinio grassantur. trita & vulgata l. Capitalium. § famosos, ff de poenis. In incendiariis, § Incendiarii in iamiam dicta l. Capitalium, l. Qui aedes, in principio, ff. de incend. & l. Qui vltimo, ff. de pœnis. In violentis fœminarum compressoribus, l. Raptores, C. de episco & cleri. & l. vnica. C. de rap. virg. In stipendiariis, qui furtim duces effugiunt, l 3. ff. de re milita. & l. 1. C. de

deserto. & occult. lib. 12. In arborum & vinearum stolidis incisoribus, ac deprædatoribus, l. 2. ff. arbor. furt. cæsar. In furibus cum sarcina furti deprehensis, populoque fugientes ipsos clamore tali insectante: Tenete furem, Prehendite furem, l. Si quis in seruitute, ad finem, & l. Interdum. §. Qui furem, ff. de furt. huic non parum seruit l. itaque, ff. ad l. Aquil. In veneficis, in incantatoribus, qui veneficiis siue incantationibus aut puteos aut aquarum riuulos vitiãt, l. finali C. de malefic. & math quos omnes, hisq; adeò similes, quilibet citra iudicis vel permissum vel mandatum comprehendere potest. Capturæ † itidem quorũlibet ex-

3 positi sunt, Apostatę, Nonnę velatæ, transfugæ, fugitiui, item exules: quos nemo nõ Reipublicæ, secundum iura ac Stylum, hostes suspectos habet, & communem perniciem. Verùm enimvero, citra informationem prçuiam huiusmodi captura nulli permittitur: nisi vbi delinquentes inuenti fue-

4 rint † in ipso facto, & adhuc flagranti crimine comprehensi: quo quidem casu cuiuis conceditur, quoties flagrans crimen capitale est, aliàs verò minimè, l. Raptores & l. vnica, paulo ante citatis, & l. Capite quinto, ff. Ad l. Iul. de adulr. & stup Debent autem omnes iam dicti captores quibus sine iudicis authoritate apprehendere datur, captum

5 illico † carceri iustitiali intra 20. horas (vt nonnullis placet) tradere sub pœna priuati carceris, aut alia arbitraria: aliàs priuato capere nõ licet, vt l. vnica. C. de priuat. carce. Ita egregius iuris interpres Bart. & sequaces tenent in iamiã allegata l. Capite quin-

6 to. Alii † intra sex horas id faciendum (si quidem id fieri potest) autumant. Huius

7 meminit S. Tho. 22. q. 65. † Prætores, Suppræsetores, Satellites, Clientes, idq; genus reliqui Officiarii Ciuitatum, Oppidorũ, Castrorum, Ditionũ, Pagorum, quatuor modis capturam excercent: Aut ex delatione generalis inquisitionis: In præsente flagranti crimine: Ex partium postulatione siue requisitione: Ex iudicatis multis. Of-

8 ficiarius † iustitialis qui aliquem legalem, legeve dignum prehendit proprio arbitrio, quouis tempore, nulla vigente causa siue (vt vulgò dicitur) ex vẽto, capro haud mediocrem facit iniuriam, imò ignominiam irretractabilem, teste Baldo, in l. vnica. C. de in integr. restitut. nec non Iasone multa allegante in l. 4. §. Si quis condemnatus sit, numeris 22. & 23 ff de re iudicat. atque ea de causa punitioni subiacet nequa-

9 quam mediocri, etiam si huius † infelicissimi æui nonnulli arrogantes Officiarii, contra omnem rationem ac æquitatem, contrarium facere minime erubescant, intrepidè sustinentes sese habere (vt practicorum voculis vtar) ora aurea, & manus aureas: quasi ipsis omnia tam iure quam iniuria impunè concessa fuerit dicere & fa-

10 cere: quum † tamen neminem nisi malæ famæ siue diffamatum comprehendere liceat: veluti scurras, ganeones, heluones, nebulones, tenebriones nugatores, vanos, & nullius precii homines, quos vtique proprio arbitratu siue ex vento captiuare lice-

11 bit: † quod ii infamiæ suæ dicam suis moribus præferant, iuribus paulo ante allega-

12 tis. Quisquis executorum dissimulanter † manus iniectionem negligit, quam tamen in mandatis susceperat, suisque viribus id fuerat integrum & liberum, suspendendus est officio, & pro Iudicis prudentia plectendus acriter. Si vero captum remiserit liberum adeoque ad fugam conniuenter iuuerit, veluti ex malicia, aut alioqui corruptus muneribus: tum planè priuandus mouendusque foret officio, & prætereà quouis officio declarandus perpetuo indignus, & omni executioni inutilis & inhabilis: deinde exilio, aliaque pœna arbitraria mulctan-

13 dus. † Neq; item executoris aut apprehensoris est, captum donare relaxationi siue dimittere, etiam si bona fide recipiat se ad constitutum diem rediturum. Hoc pacto enim commissionis formã excederet. Non

potest

14 potest Iudex, Officiarius, † aut quicunque
subditus executori in apprehensione vllum
recusare subsidium, si quando illud petie-
rit. Nam si ex illius detrectatione quippiam
consequeretur dispendii, vel pars aduersa-
ria, vel ipsa Iustitia, in illum animaduerten-
15 dum foret, pro Iudicis prudentia. † Vbiuis
locorum executori aperiendi sunt carce-
res, modò id poposcerit, certè vel minimũ
vna nocte, quatenus commentariensi pro
sumptibus & laboribus ibi respondeat. Ex-
16 ecutori, † vt maleficum rebellem & pugna-
cem comprehendat, permittitur multa sa-
tellitum manu, & præsidio domum circũ-
cingere & obsidere: ad hæc & ostia & fene-
stras infringere, etiam si id literæ commis-
17 sionis non expresserint. † Quando enim il-
li captandi authoritas concreditur & com-
mittitur, intelligitur tum illi permissum
quicquid ad commissionis suę plenam exe-
cutionem spectare videbitur: textus nota-
tu dignus ac literis purpureis scribendus in
l. Illud, & ibi Bart. Paul. Castrens. & Doct.
ff. de acquiren. hæredit. textus ad modum
singularis in c. Ex parte, cum ibi notatis per
Anto. de But. Panorm. Præpos. & alios Ca-
nonistas, De sponsalib. c. Prudentiam, §
Sexta. ext. de officio deleg. his accedat tex-
tus aureis literis scribi haud indignus, cum
adiuncta sua singulari gloss. in l. Quamuis,
18 Cod. de fideicommiss. Si verò † maleficus,
constrictus carceris vinculis per Iustitiam
foret, non esset Executoris illum per fra-
ctionem carceris eximire, nisi id expresse per
commissionem in mandatis habeat. Ne-
19 que itẽ fas † illi potest esse maleficos è tem-
plis, ex cœmeteriis, aliisve locis sacratis vio-
lenter extrahere absque peculiari illius mã-
dato habito, l. Fideli, & l. vlt. C. de his qui
ad eccles. confugi. vbi (solito more) D.
Cynus, acutam narrat distinctionẽ: quam
casu emergente videndam non dissuadeo,
&c. Inter alia, extra, de immu. eccles. Ve-
rum licet interim templum istud & cœme-
terium obsessione circumdare, & tum cu-
rare de amplioris authoritatis commissio-
ne, si id negotii circunstantia, & materiæ
20 dispositio postulent. De homicidio, † de
raptu virginum, idque genus grauioribus
siue atrocioribus criminibus, nullum tem-
plum, nullum (inquam) cœmeterium,
maleficum vlla libertate tuto donare po-
test: quamobrem non iniuria illinc abstra-
hi possunt. textus, & ibi glossæ in paragra-
pho, Homicidia, & in paragrapho, Neque
autem, in Authentic. de mandat. princip.
collat. tertia, & notat gloss. in verbo, Ab-
ducere, in lege secunda, Cod. de his qui ad
eccles. confug. Angel. laboriosissimus in
suo tractatu maleficiorum, sub singularis-
sima gloss. in verbo Fama publica, versic.
Quarto quæro an vbilibet liceat capere ma-
lefactorem, & cap. Idem Angel. in eodem
tractatu in gloss. in verbo, In scalis sancti
Petronii, ad exordium, quem in materia
hac, & alia criminali legendum ac rele-
gendum nemo non suadet. Attamen æ-
21 quum † est hic talem violentiam à sacro
abstractionem, ab Episcopo, ipsiusve vi-
cariis prius efflagitare: quam si impruden-
ter hi negauerint, vi illinc extrahere licet
contrà Episcopi mentem & gratiam citra
sacrati etiam loci violationem: vt iura præ-
fata aperte demonstrant, præallegatis §.
Homicidia, & paragrap. Neque autem, nec
non D. Angel. in locis statim citatis & Sa-
liceto in Authentic. Si quis, Cod. Ad l. Iul.
22 de adulter. & stup. De † leuioribus autem
criminibus, templum & cœmeterium Reo
libertatis confugia sunt, l. Fideli, l. vlti. &
cap. Inter alia, suprà in medium adductis,
nisi hic maleficus sacratum locum malefi-
cio suo violauerit ipse, committendo sci-
licet crimen in templo, vel in cæmeterio,
ca. fin. & ibi D. Panorm. & alii scribentes,
ext. de Immu. eccles. In Authentica, vt li-
ceat matri & auiæ, §. Quia verò ita reperi-
untur. colla. 8. In his enim non admodum

insisto, quandoquidem iuris canonici dispositioni in his standum sit, arg. no. cap. 1. de no. oper. nuncia. Si tamen quispiam immunitatis materiam fusiùs & acutiùs examinatam inspicere desideraverit, conuolabit ad commentaria in Consuetudines Burgundiæ, incomparabilis viri Bartholomęi à Chassanæo, sub titulo, *Des Iustices & droictz d'icelles.* Rub. *Si aucun commet simple larcin.* §. Quinto, versic. Sed ad materiā immunitatis, &c. per tres columnas, necnō ad excellentissimum V. I. Doctorem D. Oldradum in suis consiliis, consilio 154. inci-
23 piente, Quidam deliquit, &c. † Officiario seculari clericos itidem & viros Ecclesiasticos in flagranti crimine repertos cōprehendere licet, sed captos tradere debet ipsorum ordinario, sed hic exoluere procul dubio expensas iustitiæ cogitur, c. Si iudex laicus, cum ibi notatis, de sentent. excommuni. lib. 6. Neque hic in flagranti crimine ipsis duntaxat officiariis fas est clericos siue ecclesiasticos captiuare: verùm etiam quibusvis aliis extra omnē officii administrationē modò eos captos tradāt vt suprà d. c. Si iudex laicus. Secularib. itē officiariis licet capere clericos seu ecclesiasticos nō in vestitu, habitu, tonsuraq; ecclesiasticis repertos, captosque detinere, donec Iudici spirituali innotuerit, an vestis in qua capti fuerint, clericalis sit, an non. c. Ex part. 3. & ibi. D. Panorm. eiusq; imitatores, ext. de priuil. & excessib. priuile-
24 giato. Executori † licitum est captiuare criminosum, atq; etiam è domo propria extrahere, l. 1. C. de offic. diuer. iudicum. & nota-
25 tur in l. Nemo, ff. de reg. iur. In † grauioribus item delictis non abstinebit ab apprehensione, gratia alicuius saluiconducti aut similis permissionis, & condonationis prærogatiuæ, quales literas maleficus ipse huic executori exhibere contenderet: sed executione exercenda perget executor, Rei ipsius omnem cognitionem tum dissimulaturus: neque similiter ipsum ad vllam appellatio-
26 nem admitteret. † quandoquidem appellatio in re criminaria per totam Flandriam nihil loci habeat; sicuti id passim fortiter asserunt; vel saltem comprehensum non sinet abire liberè, donec illi per superiorem fuerit vlterior constringendi per prohibitionem adempta potestas, vt antè. Neque etiam de iure licet aliud appellare tribunal ob capturam, sed tantum ob immodicam & plus æquò diuturnam carceris custodiam, & ob si-
27 bi † pernitiosum administrationis Iustitiæ defectum. Nulla ratione licet apprehensori, maleficum inter apprehendendū (quamlibet acris etiam fuerit & fortis malefici rebellio, & corporis sui defensio) interimere, etiam si exul sit, aut alioqui morte ipsa dignissimus. Id enim non permittitur præterquam Iudici: cui soli vniuersa, in corpus, atque adeò in vitæ extinctionem potestas
28 est collata. † Verùm enim verò si certò aperteq; executori cōmissum fuisset, talem maleficum ita apprehensione vrgere, vt aut viuum aut enectum tandem caperet, vel certè ea tamq; violenta fieret scelerati rebellio, vt concertatio videretur periculosa, victoria dubia, & contra executori à sese propulsanda foret scelerosi violenta inuasio, hoc pacto apprehensor ab homicidio tali commisso excusaretur. Neque culpæ vlli executor fit obnoxius, ob læsionem, ob mutilationem, si quando de malefici impetuosa rebellione docere poterit, l. 2. & l. si quis percussorem. C. ad l. Cornel. de sica. Ita videtur sentire Bal. subtilis in simili, in l. Addictos; C. de Episc. audien. nec non d. Angel. in suo tractatu malefi. in gloss. in verbo, Fama publica. versic. Et primo, quando Officialis vadit pro malefactore capiendo. Idem
29 Bald. in l. fin. C. de exhib. Reis. Quisquis † violenter executori apprehensuro restiterit, violenta manu ipsius sinum aut gulā constrinxerit, similemve violentiam illi impegerit: periculo se committit perdendi pugni, aut alterius mulctæ pro qualitate impetus, & animi ad nocendum auidi. Quis-
30 quis autem † violēter maleficum criminis gratia

gratia vinctum, è manibus executoris aut satellitis extraxerit, is sese exponit periculo subeundi eandem pœnam corporalem, vel ciuilem, pro Iudicis arbitrio, quam subiisset captus, si extractus nõ fuisset, argumento l. Ad cõmentariensem, C. De custo. Reo. l. Quoties, C. De exactorib. tributo lib. 10. Porrò quum hominum natura pronior sit ad malum, quàm ad bonum, non raro fit, vt multi ita sint erga iustitiæ executores af-
31 fecti, vt ad apprehensionem † maleficorum (tametsi non eripiant) requisiti, aut fugiant aut operam suam recusent, sed veluti otiosi spectatores baculis suis innituntur, & euentum colluctationis expectãtes, quasi ad iustitiæ executionem impediendam alacriores sint, quam ad eiusdem promotionẽ (quod ipse nimis vera experientia didici) Officiarium in periculo relinquũt, aut subinde etiam occidi permittunt, ob quorum inertiam, siue potius ob iustitiæ propagandæ supinam negligentiam, atque pernitiosum despectum fit vt ipsi malefici è manib. iustitiarii sæpe elabantur, audaciores fiant, & etiam passim multis modis maleficẽtiores, imò & ipsis rusticis iustitiæ maleuolis despectoribus sæpe nocentiores: cui damno suo, imò communi malo potius, facilè mederi potuissent, si vel leuiter Officiarium in apprehensione iuuare libuisset: Alii verò multò sunt pusillanimiores, qui ob rusticum & nimis ignauum timorem, maleficorum gratiam potius sibi conciliare malunt, quam malam apud eos inire gratiam. Hinc fit vt etiam aliquando de iis bene mereri studeant, eos domi quum veniunt, alãt: requisiti, eos occultent, patrocinẽtur, clancularias suppetias sufferant: Officiariis eos requirentibus, denegent, adeò vt vel iuramento adacti, malint nequiter peierare se eos nescire, aut non vidisse, quàm eos sola commonstratione in Officiarii manus salubriter tradere. Atque hæc omnia (ex eo vt dixi) metu, quo timent postea ab ipsis si euaserint, aut à complicibus suis nocte op-
32 primi, spoliari aut incendi. Verùm † si omnes Rustici coniunctis & animis & operis huiusmodi nebulones, Reipub. pernicies, & nefaria scelera, vt rabidas bestias nõ tam à sese quam à tota Repub. profligatos, atq; prorsus extinctos curarent, longè præclarius Respublicæ nostræ florerent, tutiusq; passim bonis ciuibus iter facere quocunq; velint, liceret. Verum, proh dolor, plures inuenias qui in ipsam Iustitiã, virtutem Reipublicæ quam maximè necessariam, quam in ipsos iustitiæ oppressores, aut propugnatores sæuire malunt. Atque hinc fit, vt tam
33 † impunè tot latronibus regiones nostras oppleri videamus, qui laxis vestibus interiusq; occultatis loricis, aut aliis armis clara luce inter bonos ciues conuersentur, qui quoties volunt, bonos mercatores Reipub. fortes neruos, in viis opperiunt, spoliant, & interimunt. Sed huiusmodi omnes peregrinos, vestibus aut armis quocunq; modo suspectos, optarim ab Officiariis apprehendi, perquiri cuiates sint & vnde viuãt. Quos si apprehenderint, cautè eos seruent (vt omnes alios) nusquam quiescant aut rarius, potissimum si per Cœmeteria, aut per loca alterius iurisdictionis, aut per loca alia priuilegiata ipsos conducere debeant, ne eo ex manibus ipsorum elapsi, tanquam ad cer-
34 tum asilum profugiant. † Executori de iniuriis, violentiis, aliisve excessibus in commissionis suę executione (vt fortasse refert) nulla alia, nullaq; maior fides per Iudicem dabitur, quam quòd ad talium iniuriarum veritatem inquirendam (si volet) iubebit procedere. De ipsa verò executione facta, & quicquid ipsam concernere videbitur, executori indubitata fides habebitur, vti &
35 paulo ante meminimus. † Quoties maleficus diffamatus executorem insequentem profugiens, sese in alterius ditionem & territoriũ receperit, licebit nihilominus executori, & ibi per alienam iurisdictionem è vestigio, atq; ardẽti cursu fugientem maleficũ subsequi, atq; in territorio eodem in im-

ſtitiæ fauorem apprehendere: ſed ita captum debebit tradere illius territorii domino & præfecto, vbi captus fuerit, ſiquidem id captus, aut dominus popoſcerit. Huius quæſtiunculæ vtcunq; meminit D. Angel. in præfato ſuo tractatu maleficiorum, ſub gloſſ. in verbo, Fama publica, verſic. Sexto quæritur, An ſi Officialis vult capere malefactorem, &c. coniunctis additionibus ibidem, quę petite. Hic quoq; oritur quæſtio, An clericus in ſacris ordinib. cõſtitutus, repertusq; in enormi & flagranti crimine, capi poſſet etiã à laico? ad quam quæſtionem reſpondendum eſt quod ſic, modo eum ducat ad iudicem eccleſiaſticum. Iuxta Innoc. in c. vt famę de ſentent. excommunic. D. Flor. in l. 4. ff ad l. Aquil. Hippol de Marſilus in repetitione l. vnicæ, numero 98. & 90. C. de rapt. virg. Quorum ſententiam & refert, & ſequitur Ang. de Aret. in ſuo malefic. tractat. in verb. fama publica, in 10. charta, verſic. 9. &c. & ibi in additionibus. Quos authores occaſione habita conſulere poteris.

CAPVT XVI.

De Carceribus.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 16.

1 *Carcerum alii parantur Maleficis*
- *Puniendis*
  - *In curiis ſpiritualibus ſemper.*
  - *In ſingularis iuſtitia ſubinde.*
- *Seruandis*
  - *Simpliciter,*
  - *Per compedes, &c.*

Carcerum alii parantur
- *Debitoribus ſeruandis, vel*
  - *Moleſtia carceris ad ſolutionem vrgentes,*
  - *Iuramento, In domibus* { *Satellitum* / *Stipatorum* } *Sic impropriè.*
- *Militibus aliisq; captis tempore belli, vſq; ad mulctæ ſolutione ibi continedis.*

2 *Pœna perpetua carceris, morti comparatur.*
3 *Carcer custodia, non pœna eſſe debet.*
4 *Carceralis punitio in pane & aqua ad tempus Iudici ſeculari nonnunquam conceditur.*
5 *Apoſtolus Paulus Romæ fuit detentus ſub libera cuſtodia.*

1 MVltæ ſunt carcerũ ſiue ergaſtulorum formæ. † Alii namq; carceres ad corporis punitionem, ſiue pœnam parantur, qualibus vtuntur curiæ ſpirituales, ſeu Iudices eccleſiaſtici, maleficos condemnãtes ad perpetuã, vel temporalem carceris pœnam, c. Quamuis, de pœnis, lib. 6. Ioan. à Platea, & Angel. in l. Nemo carcerem, C. de exactorib. tribut. lib. 10. c. Nouimus. extr. de verb. ſignif. Panorm. in c. At ſi clerici, &
2 in c. Cùm ab homine. extr. de Iudic. † quæ quidem pœna perpetui carceris, morti procul dubio comparatur, Innocentio & aliis teſtibus in c. Qualiter & quando, ext. de accuſat. Panorm. in c. Tuæ diſcretionis, ext. de pœnis. Alii ad ſolam criminoſorum ſiue facinoroſorum cuſtodiam ſeruiunt, donec proceſſus fuerit formatus. Hoc autem fit bifariam, quando ſcilicet leuiter malefici, ſimpliciter abſque vllius catenæ, compedis, aut alterius ferramenti adhibitione ſeruantur. Grauiter verò criminoſi, dictis compedibus adſtricti cuſtodiuntur, donec de delicto cognoſcatur, l. 2. C. de exhibend. reis ad finem: ibi, donec reperit cognitio celebrata diſcrimen. Hac incarcerandi forma vtuntur Iudices ſeculares, qui nullos vnquam perpetuis mancipandos carceri-
3 bus decernunt. † Quandoquidem cuſtodiæ iſti ciuili iure conſeruandis, neutiquam puni-

puniendis corporibus inuentæ siue extructæ sunt, l. 1. & fin. C. De custo. reo. l. Aut damnum, §. Solent, ff. de pœnis, l. Incredibile, Cod. eod. titul. de pœnis, d. l. Nemo carcerem, l. Verum est, ff. de verbor. significat. Vnde iurisconsultus perpetuos carceres prohibet, de quo admodum multa D. Angel. in d. l. Nemo carcerem. Horum recordatus est Angelus in suo singularissimo tractatu maleficiorum sub gloss. in verbo, Fama publica præcedente. versic. Et primò sciendum est, quod carcer regulariter ad custodiam non ad pœnam inuentus est. Bald. in l. Imperium, ff. de Iurisd. omnium iudicum. Idem Bald. in l. 1. Cod. de confess. Angel. in l. Qui in carcerem, ff. de eo quod met. caus. quos loco atque tempore oportunis, studiosus lector videre poterit. Verùm enimuero † in leuioribus delictis, quibus iura aut statuta nullum peculiare decernunt supplicium, subinde seculari Iudici permittitur carceralis punitio: nempe, vt criminosus in carcerem coniectus ad certum tempus, solo pane & aqua maceretur, aut alias castigetur, l. 1. § fin. ff. de aleæ lusu, & aleator. vbi textus, Qui compulit ludere aut mulcta mulctetur, aut in latumias, vel vincula publica ducatur; vbi de iure ciuili est vnicus casus specialis, quo carcer est ad pœnam, teste D. Bartolus in suo tractatu de carceribus. Huius meminit ad amussim Ioan. a Platea, in allegata l. Nemo carcerem. Alii carceres soli extenuationi atque corporum exercitationi accommodantur, eorum potissimum qui condemnationi ipsorum pro viribus satisfacere negligunt, nec sese ære alieno, quo grauantur, eximere student. Angel. in suo tractatu malefic. sub gloss. in verbo. Fama publica præcedente, versic. Quotuplex autem sit carcer. Alii bellorum temporibus magis sunt vsui, quibus coarctantur capti, donec constitutam ipsis pecuniariam mulctã pro iure militari dependerint, vt in vniuerso titulo De cap. & postlim. reuers. Qui autem seruantur sub fida seu libera custodia, hoc est, quos seruandos tradimus fidei satellitum, aut stipatorum, non dicimus hos proprie incarceratos: non licet tamen illis longius quam pro permissa fide, quoquam sese diuertere, l. Diuus, 1. ff. de custod. & exhibit. reor. & iamiam citata l. Nemo carcerem.
5 Itaq; † fuit Romæ Paulus Apostolus detentus sub fida siue libera custodia, cap. vltimo Actuum Apostolorum. Ad eandem quoque fidem deuincti sunt, quicunq; sese iuramento adstrinxerunt non exire Oppida, Castra, domus Satellitum, atq; similia ipsis constituta loca: hic, si quid amplius de carcere desideres, ex variis eximii D. Baldi scholiis petito, nempe, Authent. Si captiui C. de Episc. & cleric. l. Imperium, ff. de iurisdictio. omnium iudic. l. vnicæ, C. de confess. atque Angeli, in l. Qui in carcerem, ff. de eo quod met. caus. nec non in tractatu maleficiorum, sub solenni & sæpe allegata glossa, in verbo, Fama publica præcedente, versic. Quotuplex autem sit carcer, atque Bart. in d. suo tractatu de Carceribus, cum sine numero similibus scribentium passibus, hoc loco prolixitatis euitandæ gratia omissis.

CAPVT XVII.

De carcerariis, siue Commentariensibus, hoc est, carcerum custodibus.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 17.

Commentarienses in iure qui dicantur.
Commentariensium eligendorum diligens habenda est ratio.
Commentariensium quorundam improbanda vitia.

4 *Commentariensium bonorum conditiones quales.*
5 *Capti, ab ipsa hora traditionis, periculo carcerarii commissi sunt.*
6 *Carcerato reperto mortuo, contra commentariensem præsumitur.*
7 *Carcerum custodes negligentes, qua pœna puniantur?*
8 *Incendium, Ruina, aut similis casus fortuitus, claustrarium absoluit ab eruptione, fugaq; captiui.*
9 *Carcerarii plures, quomodo excusentur, fugam capiente ipsorum vno cum captiuis.*
10 *Carcerum custodibus fas est nonnunquam ferreis manicis siue catenis vinctum constringere.*
11 *Validiores arctius constringendi sunt debilioribus.*
12 *Commentariensium est vinctos blandè, alacriterq; exceptos, grata humanitate tractare.*
13 *Quæ carcerum custodibus sint prohibita.*
14 *Incarcerati non sunt inedia, siti, aut fame torquendi, dignove solatio priuandi.*
15 *Carcerum custodibus, quæ officia potissimum incumbant?*
16 *Iudicis officium erga Captiuum insontem.*
17 *Captiui intra mensem relaxandi, nisi, &c.*
18 *Carceratorum caussas oportet esse summarias.*
19 *Mulierum carceres secludendi à virorum carceribus.*
20 *Commentariensis vinctam cognoscens, qua pœna plectendus?*
21 *Custos carcerum mulierem incarceratam honestè custodire debet.*
22 *Carcerarius iure debet Reum absolutum ilico dimittere, verum vsus nunc secus obseruat.*
23 *Officiarius, Fiscus, aut Hostiarius, nullam dat cautionem de expensis carcerati.*
24 *Commentariensibus prohibetur vinctos pecunia, vestibus, aut aliis rebus spoliare.*

1 COmmentarienses † in iure vocantur, quicunque carceribus præficiuntur, à quibus apertius carcerarii dicuntur, à Cip-
2 pis, Cipparii: Horum † Commentariensium circa electionem diligens habenda est ratio, ne quibusvis hoc officium citra dele-
3 ctum committatur. Sunt † enim hodie (quod sine dolore commemorare non possum) permulti carcerarii tot sceleribus coinquinati, tot, tamque fœdis vitiis infamati, vt ipsi verius neruis sint implicandi, & coercendi compedibus, quam quos ipsi durissimis vinculis immaniter constringunt. Nempe strenui potatores, scortatores, adulteri, suarum captiuarum aut compressores, aut ad libidinum varias species conniuentes, coadiutores. Et ne quid sæuius interim dicam: Carceres iustitiæ profanãtes, & quasi prostibuli loco abutentes, aut dissimulatione abuti permittẽtes, vt hinc propriis suis libidinibus seruiant, aut certum quæstum (licet turpissimum) secretò faciant. Inueniuntur alii, qui munerib. corrupti captiuos aut claustra aperiant, aut sibi vim illatam ad eruptionem simulent, aut ad varias effractiones conniueant, & fortassis etiam subsidium præbeant, aut propriis carceribus incendium inferant. Sunt alii quibus res est contractior, qui captiuos suos æquò durius excipiant, inclementius tractent, parcius subseruiant, sæuius in vincula & compedes coniiciant, contumeliosius alloquantur, commissa exprobrent, missas portiones aut minuant aut prorsus sibi reseruent, debitam carceris quoq; portiunculam tenuius præbeant. Hisq; modis miseros captiuos inedia torqueant, & afflictis afflictionem conduplicant. Sunt alii præterea Cõmentarienses verius aleatores quã officiarii iustitiæ, qui nullum non aleatorum genus in carceres inferũt, per quos captiui sua deperdant, ipsi vndecunque suum lucellum venantes, captiuos suos quacunque in re (ne dicam expoliantes) emulgentes, atque emungentes, nihil pensi habentes, quomodo suos patientes excipiant, tractent, & dimittant. His malis vt piè occurratur, & remedium prudenter adhibeatur,

admo-

admonendi sunt mihi iudices, vt in assu-
mendis Cōmentariensibus, vigilantes sint
& prudentes, ne quibusvis citra delectum
4 hoc officium committant. Quin † potius
eligant viros bonos, cordatos, humanos,
mites, misericordes, benignos, affabiles, pi
os, bonæ conscientiæ, timentes Deum, qui
suis captiuis diligenter necessaria submini-
strent, eos subinde consolentur & vt pii pa-
tresfamilias, in quibusvis necessitatibus iu-
uamen & solacium præbeant afflictis. Ni-
hil piaculi, nihil spurcitiæ, nihil exactionis,
nihil imposturæ, nihil fraudis, nihil crimi-
nis, nihil denique maleficii, aut per se, aut
per alios, in suos carceres irrepere sināt. At-
que huiusmodi cura maxime adhibēda est
in primariis ciuitatibus, quales sunt in Bra-
bantia, Louanium, Bruxella, Antuerpia,
Buscumducis. In Flandria, Gandauū, Bru-
gæ, Ypra. Item Insulæ, Tornacum, atque
his permultæ similes, in quibus plærunque
magnus est captiuorum numerus. In reli-
quis verò ciuitatibus, iisque minorib. Pa-
gis aut Castris, propter raritatem prædicto-
rum Ciuium, superuacanea fortassis foret
prædicta tamque accurata diligentia in eli-
gendis Commentariensibus. Interim tamē
supradictam delectionis curam non asper-
nabuntur sed ad præscriptam formā, suam
quoque diligentiam, quantum in ipsis erit,
adhibebunt, eam imitabuntur, & ad eam
sese diligenter component. Nacto igitur ta-
li iuxta formam præscriptam probo Carce-
rario, tutò huic Carceres committantur, i-
psisque per Iudicem ac magistratum præfi-
5 ciatur. Capti itaq; omnes † quotquot sunt,
ab ipsa hora traditionis fortunæ ac pericu-
6 lo Carcerarii cōmissi sunt: adeo vt si † quis-
piam in Carcere casu quodam repertus fuis-
set enectus, neque certò de interemptione
constaret, mors isthæc ipsi commentariensi
imputaretur, nisi legitime hinc sese expur-
gatum reddere posset. Glossa est admodum
singularis in l. Cùm ita, § Species. in verbo
nec dolo. ff. de leg. 2. seruit l. Cùm res, §.
Item. ff. de legat. 1. quam gloss. refert ad hoc,
& sequitur Ioan. de Ana. in c. Ad falsario-
rum, in fine primæ columnæ, de crim. fals.
eandem astruit singularem Ang. Aretinus
in suo tract. maleficiorum. in gloss. incipi-
ente, fama publica præcedente, in 13. char.
in verb. 2. quæro. In l. 1. in fin. & in l. Ad
Commentariensem, C. de custo. Reo. Hu-
ius meminit excellentissimus I. V. Doct. &
illuminatissimus D. Hippol. à Marsil. in
suis consiliis criminalibus, consilio 52. nu-
7 mero 36 in 1. volumine. Si præterea † ca-
ptiuus crimine notatus, incuria, negligen-
tia, aut ebrietate carcerarii, vel suorum, car-
ceribus effractis aufugerit, obnoxius fit hic
idem carcerarius iisdem pœnis, mulctis, &
suppliciis, quibus ille fugitiuus, siue capi-
talibus, siue ciuilibus arbitrio iudicis. trita
& vulgata l. Ad commentariens. addita
gloss. memorabi. in verbo, Qui fugerit. C.
de cust. reo. Neq; vlla expurgatione claustra-
rii carceris, aut ipsorum cuiuspiam, dilueře-
8 tur incuria. † Verum si incendium, ruina,
aut quid similis fortè euidentis periculi ac-
cidisset carceribus, ab istiusmodi scelerosi
eruptione, fugaque claustrarius immunis
foret & liber, potissimum si quid eorum,
præter ipsius culpam euenisset, l. milites &
l. fi. ff. de cust. & exhib. reo. nec inconcin-
niter his seruit l. Si vt certo, § Proinde, ff.
commoda. Si vero malitia, fauore, aut do-
nariis corruptus illos scelerosos apertis clau-
stris emisisset, plane capitaliter plectendus
9 foret, præallegata l. fin. Sicubi † locorum
carceribus præficerentur carcerarii duo aut
tres, quorum tertius vnà cum captiuis laxa-
tis vinculis sese in fugam daret: reliqui clau-
strarii (nisi huic re aut consilio suppetias at-
tulissent) indemnes. & immunes erunt à
culpa, & à pœna liberi l. final. versic Inter-
dum, ff de custo & exhibit. reo. & ibidem
D. Alexander in apostil. ad Bart. ait prædi-
ctam l. finalem nedum singularem sed sin-
gularissimam ad hoc, Quod custos carceris
non tenetur de facto sui socii, quia iuste erat

de suo socio confisus, quod dictum refert D.
Bolog. signandum pro castellanis, in suis
additionibus ad præcitatam l. fin. Fas est †
10 Cippariis (si ita fari liceat) seu carcerum
custodibus sibi criminosos captiuos, ad re-
petitionem vsque traditos, ferro, compedi-
busque constringere, modò furis, tibiis, pe-
dibus, aliisq; membris illæsis, minimeque
mutilis reddiderint, l. 1. §. Interea, C. de cu-
stod. reo. Captiuus ilico à confessione cri-
minis capitalis coniiciẽdus est in cõpedes,
siue in vincula publica: aut cum primũ te-
stimonio criminis Reus conuictus fuerit,
donec de eo pronuncietur, l. Si confessus,
ff de custod. & exhibir. reo. Idem quoque
fiat ei, qui erupto carcere furtim effugerit,
quod similis fugæ suspicione, iam certò
11 taxandus fuerit. Iuuenis † arctius, fortius-
que constringendus est sene. Rursum va-
lidus firmius continendus languido Sa-
nus fortius ægroto ac valetudinario atque
item de aliis, vbi summa prudentia in re-
rum ac personarũ perspectione Commen-
tariensi vtendum fuerit, secundum glos-
sam & doct. in l. Si vt certo, ff. Commo.
quod nec displicuit D. Hippolyto de Mar-
sil. I. V. Doctori emeritissimo in sua pra-
ctica caussarum crimin. in §. Attingam,
12 numer. 15. Cippariorum † siue Commen-
tariensium erit, captiuos blandè, alacri-
terque exceptos, grata humanitate, atque
13 clementia officiosa tractare. Saltem illos †
ad loca quò cœlestis aer pertingere nequit,
non seducere: neque aliquò protrudere
tam procul ab omni hominum copia, vn-
de voces ipsorum & clamores à nemine ex-
14 audiri valeant. Neque vlla sinant † ratione,
captiuos siue vinctos inedia, siti, aut fame
torqueri ne pœnis carcerum perimantur,
l. 1. C. de cust. reo. Iason Doct. insignis. in
l. Si victum, ff. de re iudicata Nullos ami-
corum aut affinium ab horum solatio ar-
ceant & colloquio, nullorum eleemosy-
nis ciborum, aut potuum ipsis elargien-
dis obsistant, nisi per iudicem ipsis expressè
15 fuisset vetitum. Singulis † quibusq; men-
sibus carcerariorum est suorum captiuo-
rum seu vinctorum numerum significare
Iudici, caussam & delicta quorum gra-
tia sibi traditi sunt, pariter cum ipsorum æ-
tate, valetudine, & imbecillitate, vt aut
conuictos, velox pœna subducat: aut libe-
randos custodia diuturna non maceret, id-
que sub pœna viginti librarum auri, l. si C.
de custo. reo. Verum istud, practicæ vsus
non recipit. Iudicis item fuerit captiuis di-
ligenter de singulis prospicere, iubere, &
mandato curare, ne quid ad vitæ commo-
ditatem necessariũ ipsis deficiat, Clement.
16 1. § Sanè, & ibi Car. de hæret. Si † Iudici
compertum esset, captiuum quempiam
ibi coniectum, absque vlla persona, acto-
re, aut criminatore, illius muneris foret
hunc vinculis, & carceribus relaxatũ pri-
17 stinæ libertati restituere. † Debet insuper
iudex omnes captiuos intra vnius mensis
spacium (iuris ratione) absoluere vel sen-
tentia damnare, quatenus ipsa ad hoc ma-
teria planè parata deposcat expressa l. fina-
18 li C. de custo reo. † Carceratorum enim
caussa est summaria, sicut caussa miserabi-
lium personarum, vt inquit D. Cynus in l.
finali. C. si quis alteri, vel sibi. quem refert
& sequitur D. Bartolus in tractatu suo, de
carceribus, ad finem, vbi etiam allegat D.
Cynum in l. 1. C. Quando Imper. inter pup.
& viduas. Dicitque quod de hoc videtur es-
se textus, & ibi Bald. in l. finali, C. de custo.
reor. sæpiusculè allegata. Ita recitat D. Hip-
polytus de Marsiliis, in sua caussarum cri-
minalium practica, sub §. Attingam. nu-
19 mero 75. Mulieres † captæ ob crimina, à vi-
rorum consortio separandæ sunt, ac priua-
tis suis mancipandæ custodiis. Aperta l.
Quoniam, cum Authentica seq. & ibi Bald.
& Salicetus, Cod. de custo reo Cardina. in
Clement. 1. §. 2. de hæretic. Vel pro nouis
Constitutionum legib. detrudantur in ar-
ctum aliquod monasterium & cœnobium,
fideliter ibidem conseruandæ, donec Iudex

nego-

negotiũ plenè discussum finierit. Authent. Hodie, C. de custod. reo nec non in Authẽtica, vt nulli Iudicum, § necessarium, vnde iam iam citata Authentica deprompta
10 est, colla 9 constitut. 9. Quisquis † Ciparius siue Commentariensis carnali compressione quampiam suarum captiuarũ cognouerit, etiam si id cũ ipsius cognitæ gratia factũ fuerit, capitis crimini fit obnoxius, & gladii animaduersione plectẽdus, Iohannes Fabri in § Item lex Iulia, ad finem. Instit. de publ. iudic. Paris de Puteo non mediocris sui temporis pract. in suo tractat. de syndi. in c. Adulterium, §. siue: tenetur enim diligenter ac honestè custodire & alere mulierem incarceratam, atq; illam illæsam supplicio vel innocentiæ conseruare, vt l. 1. & final. C. de custo. reo. Barthol. à Chassanæo in Rubrica, *des iustices & droictz d'icelles*, folio 17. col. 3. etiam si incarcerata esset meretrix, teste D. Iacob. Boull ne. Ebroicensi I V. prolyta, in Repetit. § Famosos, constitutis in l. Capitalium, ff. de pœnis: licèt enim meretrix possit impunè cognosci, non tamẽ dum est in carcere iudicis detenta, ne fiat iniuria castitati carceratorum, ratione loci, qui est publicus, l. 1. C. de offic. eius qui Iudi. pro hoc text. in arg. in l. Quod ait lex, ibi, quare non vbicunq; ff. de adult. Ad hæc casu emergente, consulite D. Nicolaum Boer decisionum aurearum insigniũ, q. 317 vbi tractat Quid de iudice, aut senatore, siue consiliario regio, vel præside, aut cancellario, vel commentariense, qui carnaliter cognoscit mulierem coram eo, vel curia litigantem aut carceratam, vel alia ratione iurisdictioni tantùm subditã, an puniatur:
21 Cogitur † carcerarius captũ crimine absolutum illico relaxare, atque suæ libertati pristinæ dimittere: semper actionẽ suorum sumptuum recuperaturus ab illis, qui talem capturæ priùs mandare ipsi curauerant idq; solum iuris decreto. Verũ hodie vsu iam recepto, solent cõmentarienses suos captiuos seu vinctos retinere, donec per ipsos, aut alios sibi de impensis sumptibus satisfactum fuerit. Cõmentariensium fuerit, ipso captiui traditionis tempore à partibus aduersariis, quorum authoritate capti sunt, flagitare cautionem & fideiussionem de expensis insumendis: Vel certè ab his expensis per exteri cuiuspiã suppeditationem liberari: nisi is captus ad sumptuum certitudinem satis fuerit opulẽtus, vel nisi contra officiarium aut fiscum duntaxat carceri traderetur, quò d[illegible] vterq; satis [illegible]
22 soluendis sumptib. Hostiarii, & [illegible] officiarii, qui in captos tradunt carcerariis ex mandato siue commissione Principis aut Consilii, non debent vnquam respondere aut iubere fidem de expensis exsoluendis. Quod fuerit solius impetrantis: nisi hostiariis illis per impetrantes de executionibus, atq; ceteris sumptibus euenturis esset satis-
23 factum. Non possunt commentarienses, † aut suorum quiuis captum, pecunia, vestibus, aut aliis rebus vllo modo spoliare, sub prætextu & titulo sumptuum aut expensarum carceralium, neque vllo alio prętextu. Hæc de Carcerariis scripta sufficiant.

CAPVT XVIII.

De effractione Carceris.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. Cap. 18.

Fugiens è carcere
- *Per ipsum vi effracto, aut*
  - *Criminis obiecti Reus est*
  - *crimine innocens est*
  - *Et punitur*
    - *Capitaliter, crimine tum per se aut è non capitali,*
    - *Tamen tanquam id ipsum commisisset.*
- *Aperto, non effracto, puniendus est pro arbitrio Iudicis.*

2 *Captus, commentariensem effugiens, lædens, aut occidens, gladio punitur.*
3 *Captus reuelans carceris effractionem, laxandus est vinculis.*
4 *Captiuum criminarium violenter extrahens carcere, quomodo puniatur.*
5 *Qui aufugit carcere, is fuga (ex quauis etiam captiuitate) suspectus conuincitur.*
6 *Iudex debet considerare quid mouerit fugientem vel effringentem, quo securius iudicet.*
7 *De iure Pontificio non reperitur specialis pœna statuta in effractores carceris.*
8 *Sacri canones, sacras leges imitari non dedignantur, & econuerso.*

1 QVisquis † criminaliter captus, carceribus, citra omnem etiam violentiam, effugerit: vt quorum ostia repererit aperta, is exilii, relegationis, siue alia pœna arbitraria, pro Iudicis prudētia damnandus fuerit, aperta & clara l. 1. ff. de effracto & expila. Si vero hinc violentè atque effractis foribus, siue conspiratione cum cæteris, qui in eadem custodia fuerant, eruperit, atque crimen ob quod coniectus sit in neruum, nunc factum sit propatulum, siue ipsius criminis nunc cōuictus fuerit testimonio, capitis animaduersione plectendus fuerit, etiam si crimen ipsum antè capitale non fuisset, l. 1. in princ. paulò antè citata, notabili l. Milites agrum §. Eius fugam, ff. de re milit. Marcia. Eum qui carcere effracto fugerit, etiam si non antè deseruerit, capite puniendum Paulus scripsit, & l. Si quis aliquid 2. §. Miles, ff. de pœnis. Ipsa namque carceris violenta eruptio fugientem, illius reum efficit, l. In eos ff. de custod. & exhibit reor. & ibi glos. D. Iasonem in sua solenni repetitione, l. Admonendi, sub numeris 172. 173. 174, & 175. ff. de iureiurand. multa deducentem videbitis. Et ratio, cur is acrius puniatur, est, quòd maius & intensius hac effractione, delictum reddatur, ideoq; nec mirum si plus puniatur, argumento l. 3. in fin. C. de episcop. audient. l. Seruos, circa medium C. ad l. Iul. de vi publ. l. Capitalium, §. Solent, ff. de pœnis, & l. Omnes, De delatorib. lib. 10. C. Itidem quicunque
2 captus † commentariensem effugerit læserit, aut occiderit: is gladii animaduersione
3 capitaliter damnandus erit. Captiuus seu † vinctus reuelans, prodens, & quoquo modo Iudici proferens, quod cæteri concaptiui carceris effractionē moliantur, laxandus est vinculis, & crimē per Principem (modo id remissibile fuerit) merito remittendum erit. d. l. In eos, ad fin. iuncta ibidem gloss. plurima allegante in verb. Releuandos, quā per occasionem lege & mastica, lectionis te
4 nunquam pigebit. Quicunque † violenter criminarium captiuum (criminis tametsi immunem) extraxerit carcere, is quinquēnalis exilii pœna iuridice damnabitur l. 1. §. Item & effractores, ff. de effracto & expilato, iamiam quam sæpissimè allegata. Sin crimini obnoxium capitali, confesso, aut testibus conuicto ita extraxerit, capitali et item puniendus erit, argumento l. 1. statim adductæ, & l. Ad commentariensem, C. de custo. reo. atque glossæ singularis ibid. in
5 verb. Qui fugerit. † Cuius carceres, compedes, aliave vincula vel minimis etiam indiciis, confractione aut violatione notantur, is fugæ, & ex quauis etiam captiuitate, aufugii suspectus conuincitur, perditque priuilegia, gratias, & omnem benignitatem aliis concessam captiuis, veluti relaxationes sub fideiussione, liberationem ex compedibus, exitus ad beneficia cæli, accessus ad luculentas fenestras, idque genus alia amica humanitatis donaria. Si contingeret captiuum semet grauiter lædere, aut etiam ex desperatione similive occasione sese interimere, neque Iudex, neque commentariensis in huius læsionis ac interemptionis (siquidē eas ex desperatione factas apertè constiterit) culpam incideret. Si verò ea occasio non clara, sed dubia prodiret, obiicienda esset commentariensi, donec ab ea sese expur-

expurgatum reddidisset, l. fin. §. Ergo, ff. 6 de custo. & exhibit. reo. Casu† tamen emergente debet Iudex animaduertere & considerare, quid mouerit fugientem vel effringentem, quo securius iudicet: Ita adstruit egregius vir, iurisq; peritissimus Ioan. Berberius in suo singularissimo ac compēdiosissimo viatorio seu directorio iuris, sub Rubrica, de effractoribus carcerum, versus medium. 7 †De iure autem Canonico seu Pontificio non reperitur specialis pœna statuta, sed per generalitatem regularum, de quib. in c. At si clerici, & in c. Cum non ab homine, de Iudic. ac per c. Tuæ, ext. de pœnis, poterit Iudex ecclesiasticus ad instar regularum ciuilium, qualitatibus personarum & delictorum pensatis, punire. Nam posset effractorem deponere, per lecturam, & no-

8 tata in c. Ex literis, de excessib. prælato. †Sicut enim leges non dedignantur sacros canones imitari: ita & sacrorum statuta canonum, principum constitutionibus adiuuātur. c. 1. & ibi scribentes, extra de no. oper. nuncia. c. vlti. in fin. ext. de secund. nupt. In Authentico, vt cleri. apud proprios episcopos primum conueniantur. §. penult. colla. 6. In Authent. de eccles. tit. in principio, colla. 9. & in Authēt. quomodo opor. episcop. §. vlt. colla. 1. vide Nicolaum Boer. in suis decisionib. aureis. q. 215. & 216 Huic Capiti non absurdum foret adiicere aliquot modos, quibus malefici Carceres effringere soleant; verum quum horum multi multos lateāt, deinde ne eos edocere videamur, ab eorum explicatione calamum cohibere volui.

CAPVT XIX.

De relaxatione Carceratorum.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 19.

1 *Relaxationum carceratorum*
- *Aliæ fiunt post caussæ, siue litis decisionem, & sic post sententiam.*
  - *Alia per sententiæ executionem.*
  - *Alia per gratiam ex beneficio & indulgentia principis,*
  - *Alia propter innocentiam incarcerati, &c.*
- *Alia lite pendente*
  - *Alia per compositionem pœnæ factam cum Curia, aut Fisco, &c.*
  - *Alia gratia fideiussionis præstita, &c.*
- *Alia licenter, & de facto per fugam incarcerati*
  - *Alia cum fractura & violentia carcerum.*
  - *Alia absque fractura aut violentia.*

2 *Carcerarius nequit criminosos vinctos vllo modo relaxare sine Iudicis ordinatione.*
3 *Iudex temerè captiuum relaxans, aut mandans relaxandum, ad quid teneatur?*
4 *Criminaliter coniectus in carcerem absque mandato, aut informatione prævia, is repente laxandus est.*
5 *Quomodo & quando incarcerati laxantur à vinculis.*
6 *Flandriæ vsus.*
7 *Captiuus non est relaxabilis, vbi Fiscus alternatiua vtitur conclusione.*
8 *Flandriæ vsus.*

9 *Captus nonnunquam relaxatur, aut per cautionem ante adiudicationem, aut per consignationem post adiudicationem.*
10 *Mulieres honestæ in leuibus criminibus non debent personaliter detineri,*
11 *Mulieres non relaxantur fideiussoribus, si crimina atrocia sunt.*
12 *Mulieres infames, impudicæ & inhonestæ, etiam pro leuibus detineri possunt criminibus.*
13 *Cessio bonorum nil habet loci in lite criminaria, in qua captus patienter criminis mulctam corporali pœna subeat, necessum est, &c.*
14 *Paupertas à pœna non excusat.*
15 *Qui non habet in ære, luat in corpore.*

QVum sæpiuscule cernamus reos pro multifariis criminibus incarcerari, ex quibus carceribus postea diuersimodè relaxantur, non incongruum nobis fuit, hoc loco de carceratorum relaxatione paucula in medium afferre. Reorum † itaq; relaxationes diuersæ sunt. Aliæ namque fiunt post caussæ decisionem, idq; post latam sententiam. Aliæ autem, fiunt lite adhuc pendente. Earum verò relaxationum, quæ post litis decisionem fiunt, quædam fiunt, per sententiæ executionem: Aliæ per gratiam ex beneficio & indulgentia principis: Aliç deniq; propter innocentiam incarcerati, cunque plene & ad amussim de illius innocentia constiterit. Relaxationes autẽ, quas fieri diximus lite pendente, quædam fiunt per compositionem pœnæ factam cũ curia, officiario, fisco, aut similibus. Aliæ fiunt, gratia fideiussionis præstitæ de sese præsentando, quoties id Iudici visum fuerit, & soluendo pœnam, &c. Aliæ sunt, quæ fiunt licenter & de facto, per fugam incarcerati: quæ subinde accidunt cum fractura & violentia carcerum: quandoque autem clanculo absque aliqua fractura aut violentia. Huius autem postremæ diuisionis vtcunq; meminimus cap iam iam præcedente. De effract. carceris. Quamobrem nequaquam hic decreuimus istarum diuisionum omnia mẽbra exactius atq; copiosius explicare, nempe contenti earum capita vtcunq; aperuisse, & lectoris auiditatẽ exacuisse, vnde ipsum (hic supersedendo) iustius ad maximi nominis interpretem D. Paulum Grillandum remittimus, libr. 5. tit. de Relaxatione carceratorum. Quantum autem Relaxatio concernat ipsos carcerarios, qui aliquando temerè suo periculo, aut ex Iudicis decreto relaxant. Item & de conclusionum varietate hic obiter paucula monstrare statuimus.

2 Non est igitur † quod Carcerarius aut Commentariẽsis putet sese posse criminosos vinctos vllo modo relaxare, aut emittere, sine Iudicis ordinatione, etiamsi essent innoxii: aut dignos fideiussores ac vades constituerent. Si enim id fecerit, extra ordinem arbitrio Iudicis plectendus est & omnis damni

3 restituendi obnoxius. † Itidem ipse Iudex qui temerè captiuum relaxat, aut mandat relaxandum, ad damni reparationem tenetur, quod hinc iustitia siue pars aduersa cõsequeretur. In relaxatione autem captiuorum optarem Carcerarium suo fungi officio (vti supra meminimus in ca. 17. de Commentariensibus) nempe, vt captiuos relaxatos piè & prudenter admoneant, vt memores consecutæ gratiæ, postea vigilantius studeãt vitare similia maleficia, à malorum consortio sese abstrahant, malis consiliis nõ auscultent, iracundiæ temperent, & quascunque occasiones mali fugiant. Quin potius adhortentur ad studium pietatis & honestæ vitæ, vt relicta via scelerum, viæ insistant virtutum, Deum timere incipiant, & de proximo bene mereri studeant fraternam infirmitatem moderate ferant, nihil vlcisci curent, iniurias quasque fortiter tolerent, easq; per iustitiam propulsent, non per vim, aut per furores, ne ipsos contingat eosdem, aut similes iterare carceres, vnde fortassis nõ perinde facile liberarentur, nisi

cum

cam infami & durissimo supplicio mortis. Ad quam exhortatiunculam adhibeat memorabilia exempla, quæ captiuos terreant, quibus emendentur & resipiscant. Qui cri-
4 minaliter † coniectus fuerit in carcerem, absque mandato, commissione, aut informatione præuia, is repente citra cautionem laxandus erit. Itidem is, cuius caussa talis fuerit vt solo exilio foret relegandus: quandoquidem exilium non vrget captiuũ diu
5 carceribus constringendum. Pari ratione † censebitur de quouis alio crimine, quod capitis pœnam, membri abscissionem, publicam installationem, flagellationem, aut similia non postulat. Captiuus capitaliter captus, non est laxandus vinculis sub fideiussione, nisi crimen in caussam ciuilem fuerit conuertibile, & nisi fiscus niteretur ciuili, conclusioni nempe, vt Reus pœnam centũ librarum grossorũ subiret, aut aliam mulctam pecuniariam. Neq; item laxãdus erit, si fiscus tueretur conclusionem criminalem in subsidium: nempe centum librarũ grossorum, aut aliam summam intra mensem dependendam: quam nisi statuto tempore illi exoluerit, amputetur illi pes, manus aut aliud membrum. Sed ne tum quidem relaxabitur, quoties fiscus concludit copulatiue, hoc pacto: damnetur summa centum librarum grossorum, & manu truncetur. In
6 Flandria † vsu receptum est, vt quãuis procurator alternatiuas conclusiones proferat, criminali tamen suæ conclusioni constãter innitatur quo decernatur ipsi super ea per
7 ordinem iustitia. † Similiter non est captiuus relaxabilis vbi fiscus alternatiuæ ac ancipiti institerit conclusioni: videlicet, præcidatur manus, aut centum libr. grossorum mulctetur. Tu enim in prudentia Iudicis fuerit alterutrum adiudicare pro qualitate
8 facti. Vsus † tamen Flandriæ, iam olim recepit captiuos leuare, quoties procurator quoquo modo à conclusione prima deflexerit, hoc est, alternauerit: quanquã ipsam criminalem conclusionem adhuc mordi-
9 cus presserit. † Quisquis captus fuerit ob non iudicatas, vel ob quas non incidisset mulctas criminales, vnde semet liberũ esse, negando contenderet: profectò is carceris angustiis cum cautione h[...], quod in iustitia comparebit, & iudicata persoluet, leuabitur. Si verò mulcta prius fuerit adiudicata ante subleuationem, oportet prius (pro stylo & vsu) nummos enumeret & consi-
10 gnet. Mulieres † honestæ in caussis criminalibus, vbi crimen sit leue, non enorme, neque admodum atrox & graue, non debent personaliter detineri neque incarcerari: sed per fideiussores de iudicii obseruatione relaxari; siquidem ipsos nancisci & constituere potuerint: si verò eos constituere nequiuerint, ne tum quidem detinebuntur: sed stabitur earum fideiussoriæ aut iuratoriæ cautioni, per quam relaxabuntur. Quod si
11 crimen † esset atrox & grauissimum, tunc non incarcerantur apud viros (vti superioribus titulis tactum est) sed intruduntur siue mittuntur in monasterium, vel in Asceterion custodiendæ aut honestis matronis traduntur per quas custodiuntur, vt inquit text. notabil. in Authent. vt nulli iudic. §. Necessarium, versic. Si vero crimen sit, &c. In Authent. Hodie nouo iure, Cod.
12 de custo. reo. Hæc autem † intellige, de mulieribus honestis, honestamque vitam degentibus. Quandoquidem mulieres infames, impudicæ, & inhonestæ, huiusmodi priuilegio frui non merentur. D. Bart. eximio ita attestante in d. Authent. vt nulli iudic. §. Necessarium, atq; Baldo & doctoribus ita tenentibus in d. Authent. Hodie nouo
13 iure. Cessio † atq; bonorum renunciatio nihil habet loci, nil purgationis in lite criminaria, in qua captus patiẽter criminis mulctam, aut emendationem corporali pœna subeat necessum est, dum nec opibus hanc
14 alioqui præstare potuerit. † Paupertas igitur nequaquam illum à pœna excusabit. Regulare enim est. † vt qui non habet in ære, luat in corpore: ex quo sumere hanc

conclusionem nec extraneum fuerit. Qui pœnam pecuniariam præ inopia soluere nō possit, corporalem pœnam sustineat, & corpore iure plectatur, l. 1. §. Generaliter, ff. de pœnis. Vbi text. Generaliter placet in legibus publicorum iudiciorum, vel priuatorum criminum, qui extra ordinē cognoscunt præfecti vel præsides, vt eis qui pœnam pecuniariam egentes deludunt, coerctionem extraordinariam (nempe corporalem) indicant, & ad hoc notat illum textum Bart. ibi, & l. Si quis id quod iurisdictionis, §. In seruos, ff. de iurisdict. omnium iudic. vbi in corrumpentem album prætoris, datur actio popularis quinquaginta aureorum, sed in seruos, si non defendātur à dominis, & in eos qui inopia laborant corpus torquendum est, ait text. & ibi per Odofre. & l. fin. ff. de in ius vocando, vbi si libertus vocet in ius patronum sine venia, incidit in pœnam quinquaginta aureorum: si verò laboret inopia, castigatur in corpus, & c. Ad liberandum, ext. de Iudæis, vbi Christiani, arma, ferrum & ligamina galearum deferentes & apportātes Sarracenis, excommunicantur, & anathemate notantur, nec, possunt Ecclesiæ reconciliari, nisi omnia restituant, quæ ex commercio tam damnato perceperint & tantundem de suo transmiserint in subsidium terræ sanctæ. Quod si fortè soluendo non fuerint, sic aliàs reatus talium castigabitur, vt in pœna ipsorum, aliis interdicatur audacia similia præsumendi: nam poteruut subiici verberibus loco pœnę, secundum gl. ibi in verb. Sic alias, & quot passus allegantem, & l. Cum sit iniustum, C. de sepul. viola. vbi si quis propter debitum defuncti, impediat defuncti sepulturam, punitur pœna quinquaginta librarum auri, alioqui laborans inopia luit corpore, dicente text. Eum verò qui in huiusmodi fuerit deprehensus flagitio, quinquaginta libras auri dependere: vel si minus idoneus ad eam pœnam persoluendam sit, suo corpore sub competenti Iudice pœnas luere statuimus: & text. in l. Quicunque, C. de seruis fugit, vbi suscipientes Seruum fugitiuum, tenentur eum restituere, & insuper cum eo parem seruum dare, vel cum 20. solidos reddere. Quòd si ad prædictam pœnam soluendam, is qui susceperit minimè sufficiat, æstimatione competentis Iudicis castigatio in eum procedat. Allegare plura alia iura potuissemus, sed quia plus ostentationis, quàm fructus in eo situm, reliqua hic silētio præterire duximus: hęc pauca ex prolixa disputatione D. Frederici Schenck ex Baronibus de Teutenburch, Iurisconsulti, viri in legum studiis non parui nominis, in sua Triade forensi, sub tit. De liberto actore vel reo. cap. 4. sufficiant. Vbi proculdubio illud præcitatum vulgare axioma: Qui non habet in ære, luat in corpore, admodum feliciter discussit & examinauit, quem loco ac tempore studiosis petere licebit.

CAPVT XX.

De Fideiussione in re, seu materia criminaria.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 20.

Reorum relaxandorum sub cautione { *Obnoxii criminibus, quibus debetur pœna duntaxat pecuniaria* { *Ea confessi,* / *De iis conuicti* } *Non relaxantur.* / *Ea nec confessi, nec cōuicti relaxantur, sed præstita cautione.*

cautione, quidam aut sunt.

Obnoxii sunt criminibus, ob qua infertur pœna arbitraria, Quæ si fuerint. { *Leuia, & gratia digna* { *Relaxantur.*

Atrocia & enormia gratiaque indigna, { *Non relaxantur.*

2 *Iudex detinens volentem idoneè satisdare, tenetur iniuriarum actione.*
3 *Captiuus criminalis non valens constituere fideiussores, captiuus permaneat.*
4 *Pœnam corporalem nemo, nisi reus ipse subire poterit.*
5 *Nemo sui corporis periculo pro alio fideiubere poterit,*
6 *Membrorum suorum dominus nemo est.*
7 *In infligendis pœnis corporalibus, habenda personarum ratio.*
8 *Iudex acriter expendat fideiussiones in crimine criminali.*
9 *Bartoli distinctio pro fideiussione criminosorum.*
10 *Baldi distinctio pro fideiussione criminosorum.*
11 *Quæstio, quomodo nobilis per cautionem relaxandus?*
12 *Quando fideiussio extincta, & quando non.*
13 *Fideiussionis amplitudo in re criminaria.*
14 *Non constituendi fideiussores, de non inferendo maleficio.*
15 *Maleficus non spondet pro maleficio, in grauioribus criminibus: sed, & c.*
16 *Maleficorum bona, fisco commattuntur, saluo creditorum iure.*

QVandoquidem iamiam præcedente Cap. nonnullarum relaxationũ mentionem fecerimus, hoc loco non ab re fuerit & alterius speciei relaxationis meminisse, quæ fit, quum crimen dubium est, & Iudex est incerta inuestigandæ veritatis: quæ fieri solet fideiussore præstito per Reum, de se repræsentando quoties ad hoc fuerit requisitus hoc est ad libitum & voluntatem Iudicis: vel de non recedendo ex certo loco, ciuitate, oppido, castro, aut prætoris palatio, sine Iudicis licentia & de soluendo pœnam. Examinemus nunc de quibus criminibus siue delictis sit relaxandus Reus sub cautione prædicta: Id itaque paucis admodũ, vnica nempe distinctiuncula fiet. Est nã-
1 que † Reus aut in crimine, ob quod venit illi imponenda duntaxat pœna pecuniaria. Hoc autem casu Reus aut fuit confessus aut plenè conuictus: quo non debet relaxari, sed detineri, donec persoluerit pœnam l. Si confessus, ff. de custod. & exhib. reo. Aut nec confessus, nec conuictus fuit: hoc casu debebit relaxari præstita cautione digna de se repræsentando, vel de non recedendo ex certo loco. vt inquit Bar. in l. 1 ff. eod. tit. de custo. & exhib reo vbi post Iacobum de Arena, declarat istum articulum reducendo ad praxim: pro quo item facit text. in l. si C. eod. tit. l. 1. & l. Si quis, ff. eod. tit. In quibus iuribus in effectu disponitur, quòd in criminibus illis in quib. venit imponenda pœna pecuniaria, Reus debet præstito idoneo fideiussore, relaxari, & ratio est, quod pœna ipsa non minus satisfieri potest fisco per fideiussorem, quàm per principalem, argumento l. Denique, & l. sequent. ff de
2 iure fisci. Quinimò, si Iudex † vellet retinere Reum constrictum citra relaxationẽ, qui paratus esset præstare idoneum fideiussorem, posset tum agi contra Iudicem in syndicatu, actione iniuriarum, vt notat Bar. in l. Si verò pro condemnato, §. 1. ff qui satis-
3 dare cogant. Si verò † captiuus criminalis non poterit constituere fideiussores, necesse est captiuus permaneat, teste Bart. in d. l. 1. ff. de cust. & exhib. reo. & in d. l. Si verò pro
4 condemnato † 1 & l. Eos 1 §. Super his, C. de appellat. Aut certe crimen leue est, & nequaquam atrox, tum fideiussoribus relaxa-

bitur, l. Diuus, 1. ff. de custod. & exhib reo. Aut crimen est atrox, vel tale, ob quod incidit in pœnam corporalem, isto casu non debet Reus regulariter per fideiussores relaxari, sed personaliter detineri, d. l. Diuus, 1. ratio est ne eludatur iudicium, si postquam repertus fuisset culpabilis, fugam arriperet, id namque esset propriè iudicium fallere, & eludere: quod scilicet huic pœnæ corporali nõ posset per principalem satisfieri, tametsi fideiussor expresse se ante obligasset ad quamlibet pœnam corporalem, & dixisset se velle subire omnem pœnam in corpore suo, quam reus pateretur, si in carcere ad sententiam vsque fuisset detentus. Nemo
5 † enim poterit se diuincere ad sistendum quempiam iudicio sub pœna proprii capitis, corporis, aut membri sui: quod hac in re nullus sui corporis aut membri dominus
6 fuerit. Attamen principali, † & ei cuius res agitur, licebit se obligare ad redeundum in iudicium, sub pœna duntaxat quasi cõfessi criminis, perdẽdi scilicet beneficii, remissionis, alteriusve gratiæ, exilii subeundi, aut similium: non autem sub pœna capitis pugni, oculi, alteriusve membri, trita l. Liber homo, ff. ad l. Aquil. & videte D. Bart. in d. l. 1. ff. de custo. & exhibit. reo. Nec non c. De occidendis, c. Si non licet, & c. Cum homo 23. q. 5. in quibus quidem iurib. ha-
7 betur: quod † quando sumus in huiusmodi criminibus, in quibus venit inferenda pœna corporalis, fit personarum ratio ac distinctio pro modo facultatum, dignitatis, honoris, pro criminis qualitate, innocentia Rei, & similib. iuxta text. l. 1. crebro allegatum, ff de custo. & exhibit. reo. & secũdum ista Iudex decernet, an Reus sit detinendus in carceribus, an in palatio, militibus ne custodiendus, an fideiussoribus committendus, qui erunt fideiussores, non de repræsentando, sed de sistendo in certo loco, & non recedendo ab illo: aut in vinculis coniiciendus, secundum quod declarat. D. Bart. dictum illud Iacob. de Aret. in d. l. 1, in 2 col. & sic Iudex secundum qualitates & conditiones istas, arbitrabitur modum detentionis ipsius Rei, secundum quod considerat
8 Iurisc. in sæpenumero allegata l. 1. Quare † iudicis hic fuerit diligenter expendere, quo pacto fideiussiones in crimine criminali acceperit. Si enim hinc vllum oriretur incõmodum, id omne fisco aut parti per ipsum depẽdendum esset, aut Reus est in crimine, ob quod inferenda fuerit pœna arbitraria: & isto casu, an Reus sit fideiussoribus relaxandus, an non Bart. in d. l. 1. ff de custo. & exhibit. reo. hunc in modum distinguit:
9 Aut † delictum est adeò turpe, vt verisimile sit Iudicem ob id impositurum pœnam corporalem, & tam iudicatur sicut de pœna corporali simpliciter, ideoque non erit fideiussoribus relaxandus, d. l. 1. ff de cust. & exhib. reo. Aut verisimile est Iudicem arbitraturum, pœnam debere esse pecuniariam & tum licebit relaxari: d. l. Si vero pro condemnato, §. 1. ff Qui satisd. cogantur: isto enim casu iudicatur de eo, sicut de crimine pro quo venit imponenda pœna pecuniaria simpliciter d. l. Si vero pro condemnato, & videte Bart. in d. l. 1. qui tamen (venia tanti viri dixerim) non ita distincte loquitur, sed quærit, Quid si per defectum pœnæ pecuniariæ veniret imponenda pœna corporalis, fas erit tum per fideiussores relaxari? & regulariter id fieri posse concludit negatiuè. Post tamen explicat modum & cautelam, quomodo possit relaxari videte ibi per eum. † Subtilis autem Bald. in d. l. Nullus, C. de exhiben. reis, alia vtitur (suo more) distinctione, & clariore ac copiosiore, dicens: Aut sunt rei in crimine, ob quod venit imponenda pœna ordinaria aut extraordinaria & arbitraria. Primo casu, id est, quando ordinaria & determinata, aut est pœna corporalis, aut pecuniaria: si corporalis, non erit fideiussoribus relaxandus, imo detinendus & custodiendus in carcere, d. l. Nullus, in fine, & l. Si quis in ea, Co. de custo. reo. & l. 1. ff. eod. tit. Quando autem est con-

est confessus delictum, aut legitime conuictus, non solum est detinendus, sed etiam in vincula coniiciendus ad sententiæ definitionem, & deniq; ad ipsius sententiæ executionem, d l. Nullus, in principio, & l. Si confessus, ff. eo. tit. ideò tunc non est per fideiussores relaxandus: quandoquidem fugiendo posset illudere Iudici, & pœnam debitam iniquè iustitiæ suffurari, quod vtiq; non fuerit in potestate fideiussoris soluere iudicatum teste Bald. in d. l. Nullus. Si autem imponẽda sit pœna pecuniaria, & reus confessus delictum fuerit aut conuictus, nõ erit simili ratione relaxandus, sed detinendus, & confestim condemnandus, d. l. 1. & fin. C. de custo. reo. & l. Si confessus, ff. eo. tit. Aut si non confitetur, sed negat, debet per fideiussores dimitti: sed debebũt hi promittere de eo repræsentando, & iudicato soluendo. d. l. 1. ff. de custo. & exhibit. reo. Huic seruit etiam text. in l. Cum clericis, §. 1. Ipse vero. C. de episc. & cleric. qui text. si rectè syncereq; inspiciatur, proprie loquitur de fideiussore huiusmodi: nempe de repræsentando, & stando iuri, & iudicato soluendo sub certa pœna. Tertio vero casu, dum reus est in pœna arbitraria, dicit Bald. considerandum esse criminis qualitatem, loci, iudicis & fori consuetudinem, & conditionem personæ, quemadmodum notatur in simili, in l. Quid ergo. §. Pœna grauior, ff. de his qui notan. infam. vnde si verisimile fuerit pœnam esse corporalem, idem tum iudicabitur quod de ordinaria corporali: si vero cõstet pœnam esse pecuniariam, idem in iudicando seruabitur quod in pecuniaria ordinaria. Prædictis vtcunque enarratis, lubet hìc inserere quæstionem notabilem, & vsibus nostris sæpe frugiferam cuius reco datus est D. Paulus Grillandus in suo tractat. de relaxatione carceratorum, sub c. de fideiussoribus reorum, num. 8.
11 † Spectatæ fidei & autoritatis vir quispiam, nobilitate, opibusque præcellens, accusatur alicuius criminis, ratione cuius de iure communi aut ex statutorum forma, pœna corporalis venit imponenda. Hic in ius vocatus seu citatus comparet, examinatus omnia negat, iudex vult ipsum detinere, donec absoluatur processus, & purgentur indicia. Replicat dicendo: quòd est paratus seipsum obligare de se repræsentando, toties, quoties, &c. sub pœna mille ducatorum, &c. & de stando iuri & parendo iudicato: vel dicit quòd vult præstare idoneam cautionem de se repræsentando, vt sup. Quæritur, an Iudex poterit illum relaxare sub tali fideiussione, vel propria obligatione? videtur prima facie respondendum negatiue, quia cum sit pœna corporalis, posset eludi iudicium, vt ante diximus, & notatur in d. l. 1. Cod. de custod. reo. & l. fin. C. de requirend. reis. Contrarium tamen veritati arbitror consonum: Quod Iudex pro criminis qualitate, & magna personæ conditione, pro dignitate vel innocentia poterit arbitrio suo detentionem ipsam moderari, ac dictum nobilem dimittere, aut sub propria iuratoria, aut sub fideiussoris obligatione, de se repræsentando, vel de non discedendo ex certo loco, secundum quod notat Bartol. in d. l. 1. ff. de custo. & exhibit. reor. Concludendum est igitur, Iudici in relaxandis aut reseruandis reis criminosis magnam dari & concessam esse à lege authoritatem, & arbitrium, teste Iurisconsul. in d. l. 1. ff. de custo. & exhibit. reo. dum dicit: De custodia reorum Proconsul æstimare solet vtrum in carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda, aut fideiussoribus committenda, vel etiam sibi. Hoc autem, vel pro criminis quod obiicitur, qualitate vel propter honorem aut propter amplissimas facultates, vel pro innocentia, vel pro dignitate eius qui accusatur, facere solet: quibus coniecturis verisimile esse videtur, ipsum reum non fugiturum, nec iudicium delusurum, d. l. 1. & l. Non omnes, §. A barbaris, ff. de re milit. & d. l. Cum clericis. §. 1. & §. sequenti Cod. de episcopis &

cleri. & per Bald. & Ang. in l. 2. Cod de ex-
12 hib. reis. Circa prædicta autem † obseruan-
dum erit, quod fideiussio de repræsentãdo,
proculdubio extincta sit, quando sententia
lata est in caussa principali. Item & ea fide-
iussio, quæ fit ad sistendum iudicio, aut Iu-
dicis sententiæ obediendum. Verum illa fi-
deiussio, quę facta est de soluendo ac paren-
do iudicato, nequaquam censetur cessare
atque extincta esse nisi postquam sententię
paritum fuerit. Qui pro alio spoponderit in
rebus criminalib. ciuiliter institutis, is ma-
lefico nullam sponsionem præstabit, quicũ-
que etiam fuerit vbi sententia lata, aut ap-
pellatione, reformatione, aut simili modo
13 fuerit retractata. Notandũ † autem hîc fue-
rit, fideiussionem hîc tam latè accipiẽdam,
vt in se quoq; superiorem appellationis iu-
dicem complectatur & quicquid per ipsum
sententia decernendum fuerit: licet D. Hip-
polyt. de Marsil. contrariæ & negatiuæ sen-
tentiæ inhærere videatur in sua solẽni Re-
petitione Rubricæ, ff. de fideiussorib. sub
numero 108. plurima (vt solet) ibidem al-
legans, ad medium tamen in nostram opi-
nionem condescendens, cui etiam seruiunt
quæ idem Hippolyt. posuit in d. Repetitio-
ne, num. 91. ad quæst. An fideiussor tenea-
tur ad augmentum: quem occasione emer-
gente, videre nec graue fuerit. Nemo etiam
14 cogendus est, fideiussores † constituere de
nullo maleficio inferendo: ad id enim dif-
15 ficulter quis fideiussores inuenerit. † In
grauioribus delictis criminaliter intentatis,
non licet vni malefico præbere fidem pro a-
lio: sed licebit id in paruis delictis ciuiliter
institutis. Et vt præsens cap. absoluamus,
sciendum est, omnia maleficorum bona,
credita & constituta esse in manu Fisci,
dempto creditorum iure, quibus hic sem-
per ius potissimum permanet, tritissima l.
Aufertur, § fiscus, ff. de iur. fisc. Multa hîc
addita, quæ declarari potuissent cap. præ-
cedente.

CAPVT XXI.

De Captiuorum seu vinctorum Aggrauatione.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 21.

1 *Incarceratus an possit recommendari?*
2 *Processus prioris caussæ semper præcedit.*

1 QVisquis vnius maleficii † caussa captus
seu vinctus fuerit, alterius quoq; ma-
leficii gratia ab alio Officiario grauari pote-
rit quod & vulgò dici solet. Is qui est re-
commendatus in carceribus ex vna caussa
siue delicto, poterit ibi recõmendari & ag-
grauari ab eodẽ siue ab alio ex alia causa seu
crimine. Recommendare nihil aliud est,
quàm eum qui est incarceratus, detinere e-
tiam pro alio crimine, D. Vdalrico Zasio Iu-
recons. clariss. teste, in lectura l. In ius vo-
cari, cum duabus legibus sequentib. ff. de
2 in ius vocando. Ita † tamen vt prioris caussę
processus semper præcedat, neque alterius
caussæ grauamine remoretur. Cy. & Bart.
in l. Qui de crimine, Cod. de accusat. & in-
script. Huius meminit plenissimè Bart. in
l. Si quis seruus. §. Qui exhibendi, ff. de cu-
stod. & exhibit. reo. deducens. Carceratus
ex vna caussa, quando possit ob aliam ibi re-
commendari & aggrauari, iunctis additio-
nibus ibidem, ad quem nactis o-
cium recurrendum sua-
serim.

CAPVT XXII.

De Præsentatione siue Contumacia.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 22.

1 *Citato non licet contemnere Iudicis euocationem*
2 *Competentia iudicis in criminalibus, in tribus locis consideratur* { *Domicilii, Delicti, Captura.*
3 *Delinquens tres contra se sortitur Iudices.*
4 *Citatus non comparens, quomodo contra ipsum procedatur.*

1 CItato in † re criminali nullam fas erit
contemnere Iudicis euocationem, sed
coram ipsius tribunali compareat oportet,
modò is competens fuerit, l. Si quis ex alie-
na, ff de iudic. & ibi Baldus & Ang. videte
Bart. in l. Non videtur ff eod tit. In tribus
2 autem locis, † Iudicis competentia in cri-
minalibus spectabitur, videlicet in loco vbi
citatus moratur, l. 2 C. de iurisd. omnium
iudic. & ibi Bald. ac eius sequaces: vbi deli-
ctum commissum fuerit l. 1. & Authent.
Qua in prouincia, & ibi Bald. aliiq; scriben-
tes C Vbi de criminib. agi oportet, & l 3.
ff. de offi. præsi. Et vbi citatus captus fuerit.
3 Itaque † qui deliquit tres contra se sortitus
4 iudices, Baldus in d. l. 1. Quoties † citatus
comparere neglexerit, cõtra ipsum procedi-
tur per non comparitionem c. Absens, 3. q.
9. vti ex sequentibus doceberis. Verùm si is
captus fuerit, atque crimen existat capitale,
nulla opus est præsentatione super rotula
(vt aiunt) aut comparitione in consisto-
ria, quòd tum processus formetur extraor-
dinariè in carcere, nisi certe fuerit aduersa
pars conquerens: aut crimen ipsum nõ fue-
rit capitale: quibus casibus proceden-
dum esse ordinariè, ac caussa
præsentanda.

CAPVT XXIII.

De Comparitione in materia criminali.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 23.

1 *Procurator in caussa criminali, interuenire an possit?*
2 *Officium suum alicui esse damnosum, est iniquum.*
3 *Caussæ ob quas procurator in criminalibus interuenire nequit.*

1 IN rebus † siue materiis criminaliter insti-
tutis, citatus ipse personaliter compareat,
necessum est: per procuratorem autem mi-
nime, secundum D. Bart. §. Theoricam, in
l. Accusatore, §. Ad crimen, ff de publ. iu-
dic. & in l. Seruum quoque. §. Publicè. ff. de
procuratorib. Copiosè D. Alexander in d. l.
Accusatore, §. Ad crimen Doctores in cap.
Veniens. ext. de Accusat. coniuncta ibidem
optima & memorabili gloss. in verb. Cri-
minali. in c. In criminalibus, 5. q. 3. In c. Si
quando, 2. q. 6. In c. Absens, 3. q. 9. latissi-
me D. Alexander in 2. vol. consiliorũ, con-
silio 116. Ludou Roma. consilio 215. & D.
Matthæus de Afflictis, in suis decisionibus
Neapolitanis, decisione 64. Ratio, Quod
vtique sententia contra procuratorem pro-
ferenda, nihil in ipsius procuratoris perso-
nam agere poterit, vt qui nihil peccauerit,
eoq; indignus sit, qui alterius viri peccati
pœnã immeritò sufferat. Quod indignum
si quando contingeret, nullam vicissim a-

ctionem haberet procurator in constituto-rem suum, vt à condemnatione liberaretur. 4 Vnde † colligeretur procuratorium officiũ, ipsi procuratori haud parũ ita fore damnosum: quod cum rationis æquitate apertissimè pugnat, l. Sed si quis. in prin. ff. de testament. 5 Sunt præterea & † aliæ cõplures rationes cur ipsum maleficũ Iudici personaliter sistẽdum velint: quas & Barth. à Chass. iurium doctor expressit abunde in Cõmentariis consuetudinum Burgundiæ, titulo *Des droictz & appertenances à gens mariez*, § v. Fol. 145. numeris 23. 24. 25. 26. 27. Quod iniquum foret procuratorem pro caussa sui (quem defendit) malefici absentis, condemnari ad mortem vel aliam pœnam: deinde ne iudicium fiat illusorium, neve maleficia relinquãtur impunita: & quòd principalis acrius, meliusq; propriam defendat caussam, quã procurator. Postremò (quę rationũ omnium vna est efficacissima) quod ex malefici citati cõparitione, exhibitione & præsentatione, æquè ipsius vultu, aspectu, qualitate personę, cõstantia, trepidatione, ex oculorum sermonisq; indicio, plurimum Iudex consequatur indicii, & censuram subinde multò certissimã: quã ex procuratoris constitutione nunquam eliceret.

CAPVT XXIV.

De Procuratoribus in re siue materia criminali.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 24.

1 *Procurator, in caussa criminali regulariter non admittitur.*
2 *Aliquot fallentia.*
3 *Procurator in crimine publici iudicii, ad allegandum caussas absentiæ admittitur.*
4 *Reipublicæ vtile est, absentes à quibuscunque defendi.*
5 *Absens criminosus non damnatur.*

1 IN criminalibus negotiis tam publicis quàm † priuatis, non solet quispiam regulariter ad constitutionem procuratoriam admitti, D. Barthol. in l. Accusatore, §. Ad crimen, ff. de public. iudic. & in l. Seruum quoque, §. Publicè, ff. procurat. D. Alexander latè in d. l. Accusatore, §. Ad crimen. Scribentes in can. Veniens, ext. de accusat. coniunctа ibi celebri gloss. in verb. Criminali. In c. In criminalibus, 5. q. 3. In can. Si quando, 2. q. 6. In c. Absens, 2. q. 9. Alexander in 2. vol. consiliorum, consilio 116. Ludouicus Romanus, consilio 21. D. Matth. de Afflictis in suis decisionibus Neapolitanis, decisione 64. & l. 1. ff. an per aliũ caus. 2 appel. agi pos. † Verum multifariam comperimus hanc regulam fallere. Primò namque, Academiis, Vniuersitatibus, atq; Collegiis, permittitur in caussis criminalibus constituere procuratores vel syndicos: quod in ipsa iudiciales censuræ, veluti in priuatas personas, non cadunt. Et si vniuersitas conuenitur, non potest respectu vniuersitatis esse pœna capitalis, ideoque defendi potest per syndicum: Cum enim vniuersitas non deliquerit verè, non poterit capitaliter puniri: sed illi de vniuersitate, qui interfuerunt facto vel consilio, bene possunt capitaliter puniri si crimen est capitale argumẽto l. 1. §. 1. ff. de magistra. conueniend. Specula. in tit. de accusat. ver. Quid si vniuersitas deliquit. Bald. in Specul. de pace Constant. § Damna, in verb. Et ideo nos videmus, & in l. Polla in verb. extra quæro quid erit, D. de his quibus vt indig. & in Specul. de accusatore, vers. Sed nunquid potes. Secundò, in accusatione ingratitudinis, cùm quis aliũ ingratitudinis accusat. l. Sed & hæ personæ, § Patronus, ff. de procuratoribus. Deinde in minoribus siue leuioribus criminibus,

nibus, argumento l. Leuia, ff. de accusat. &
l. 1. §. 1. ff. an per alium caus. appel. agi pos.
& plene notatur in d. l. Seruum quoque, §.
Publice. In criminibus non criminalibus,
sed ciuiliter institutis, c. Tuæ, ext. de pro-
curator. & c. Super his, ad fin. ext. de accus.
In consortibus leuiorum criminũ: possunt
enim hi loco alterius in eodem crimine cõ-
sortis constitui, vt meminimus sup. tit. de
fideiussione in re criminaria. In crimine in-
iuriarum, in quo illustris persona etiam per
procuratorem intendere, & excipere potest,
c. Absens, §. Nisi, 3. q. 9. & l. vlt. c. de iniuriis.
In crimine suspecti tutoris, l. Non solum, §.
vlt. ff. de procuratorib. quod Innoc. & Ioã.
And. extendũt ad prælatum suspectũ. In do-
mino defendente seruũ in crimine l. Si cui,
§. pen. ff. de accus. Item in quouis crimine
publico aut priuato, quod sola relegatione,
aut pœna pecuniaria dignũ est, potest pro-
curator suæ petitioni, aut refutationi inst-
ter inniti, ad excusandum, excipiendum,
probandum confutandum. Postremo, in
quibusvis negotiis quæ principalis ipse co-
ram & præsens efficeret ac præstaret l. 1. §.
addita glos. Ignominia ff. an per aliũ caus.
appel. agi poss. d. c. Veniens, ext. de accusat.
iuncta ibidem glos. in verb. Criminali, d. l.
Seruum quoque §. Publice, cum glossa ma-
gistrali in verb. Datur, ff. de procur. Verum
3 in delictis, quę † merentur corporalem san-
guinis pœnam, nunquã procuratori prin-
cipalis absentiam occupare, intendere &
excipere licebit, nisi ad enarrandũ malefici
capitalis absentiæ causas, vel exceptiones
obiiciendas, d. l. Accusatore, § Ad crimen &
ibi amplissime Bar. fa. l. Absens, ff. de pro-
4 cur. & l. Reos, C. De accus. quia reipubl. †
vtile est absentes à quibuscunq; defendi, &
quemlibet pro eo verba facientem audiri, d.
l. Seruum quoq;, §. Publicè, & c. Reos, 23. q.
5. dictis tribus gl. in ver. Ignominia, Crimi-
nali, & Datur: quas videre poteritis has fal-
lentias describentes. In criminalibus verò,
vbi statutorum benignitate criminalia cõ-
uersa sunt in ciuilia, licebit procuratori ab-
sentis criminosi occupare defectum & ab-
sentiam, veluti si statutum sic habeat: Quis-
quis alium occiderit, dependet mille libras
Parisiens. vel similem summã pecuniariam:
vbi procuratori fas erit occupare per vni-
uersium rei processum. Sin hoc pacto Sta-
tutum habeatur, Qui alterum occiderit, vel
decollabitur, vel mille librarum Paris. sum-
ma mulctabitur, non esset eo casu admittẽ-
dus procurator: quòd capitalis pœna, prin-
5 cipalis pœnæ loco sit posita. Non † sinunt
iura absentẽ criminosum cõdemnare (imò
diuinæ & humanæ leges hoc prohibent)
quod ipsemet Iudici, neq; sit auditus neq;
aliàs per procuratorem sese Iudici sistere li-
ceat, l. Absentẽ, ff. de pœnis addita ibi glos.
in verb. Absentem, l. Absentem, C. De ac-
cusat. & d. c. Absens, 3. q. 9. Verùm si ede-
retur Statutum, vt absens contumax ob id
criminaliter cõdemnari posset tanquam in
iudicio victus, tum licitum esset absenti ad
suæ absentiæ expurgationem procuratoriũ
transmittere. Nam si talia Statuta contra
ius commune edita & admissa, criminosum
absentem criminaliter condemnent: ex eo
plurimi volunt, eadem quoq; Statuta non
abs bona ratione, absentem etiam releuare, vt
vniuersum negotium suum per procurato-
rem defendat. Si verò per Statutum decer-
neretur, vt is absens criminosus exul impu-
ne posset occidi: atq; ex eo deinde reperire-
tur, qui eundem criminosum absentem &
exulem neci dedisset: poterit tum hic pro-
curatorem sufficere, qui suam absentiam
excuset, allegans & deponens eum occisum
fuisse exulem. Nonnulli dicunt, si ante litis
contestationẽ non esset cõtra procuratorem
exceptum, non licere procuratorem deinde
reiicere. Sed apertè vetant iura contrarium,
nemini fas esse in criminalibus atque adeò
capitalibus caussis ad absentẽ defendendũ,
occupare. Atq; is procurator qui hoc tenta-
ret, non esset à Iudice admittendus, etiam si
pars aduersa ipsum non reiiceret.

CAPVT XXV.

De Exoniando in materia criminum.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 25.

1 *QVi criminaliter citatus, comparere ex caussa nequit, debet sese exoniare per eum quem velit.*
2 *Indigni & inhabiles in caussa criminali admittuntur ad exoniandum.*
3 *Mulier vel Minor potest comparere ad exoniandum.*
4 *Praxis recipit, vt exoniationem habeat, in mandatis ab absente, idq; iuret.*
5 *Patri in capitalibus permittitur impedire contumaciam. & à contra.*
6 *Pater & filius censentur vna persona.*
7 *Pater filii caussam defendens, seipsum censetur defendere.*
8 *Excusationes quæ impediunt absentem comparere.*
9 *Graues morbi & periculosi exoniant.*
10 *Leues morbi, &c. nequaquam excusant.*
11 *Absentia ob officium, excusationem, siue rectius exoniationem parit.*
12 *Insigne patriæ aut Reipublicæ commodum, citatum excusat.*
13 *Venti validi & tempestates, quando excusant.*
14 *Mulieres imprægnatæ, à comparitione sunt excusabiles.*
15 *Bella, à comparitione excusationem præstant.*
16 *Pestilentia excusant.*
17 *Aeris intemperies, à comparitione excusationem tribuit.*
18 *AEgritudines ex acrimonia vini, mors prolis, & similia infortunia, nullam prætexunt citato excusationem.*
19 *Contumax nequit reputari, qui citatus, comparere non tenetur.*
20 *Excusationes aliæ* { *Necessariæ.* *Probabiles.* *Merè voluntariæ.* }
21 *Infirmitas à comparitione excusat.*
22 *Incarceratio itidem à comparitione excusat.*
23 *Inimicitiæ capitales tribuunt citato excusationem.*

1 QVi criminaliter citatus, † comparere ex caussis nō potest, debet sese exoniare per eum quem velit, cuiq; quam optimè fidit, siquidem legitima exoniandi subfuerit caussa. Atque hoc casu non modò procurator, sed & quiuis alii, procuratorio mu-
2 nere etiam indigni aut † inhabiles, sunt admissibiles: veluti vxor, liberi infra 25. anno-
3 rum ætatem, equites † aurati, religiosi, & similes, Bart. in l. Accusatore. §. Ad crimen, num 17 ff. de publ. iudic. notat Innoc. in c. Veniens, de accusationibus: quos tamen, quorundam iudicio, eam exoniandi caussam habere in mandatis oportet. Nam sunt
4 qui autument, talem hic commissionem † non esse necessariam. Verum praxis ipsa vsu recepit, vt hanc exoniationem habeant in mandatis ab absente, idque iuramento
5 verissimum esse firment. Patri † in capitalibus permittitur impedire contumaciam filii (vt nonnullis placet) si is pater sub cōdicta pœna, cautionem constituerit de filio ad designatum diem sistendo Iudici, Bart. in d. l. Accusatore, §. Ad crimen, numer. 8.

argu-

argumento l. 1. ff. de liber. homi. exhibend.
Aliis vero videtur, huiusmodi cautionis si-
ue satisdationis constitutionem patris pro
6 filio, non esse necessariam, quod † vtique pa-
ter & filius eandem quasi personam fictio-
ne legis exhibeant, sintque tanquã vna per-
sona l. fin. ad finem, C. de Impuber. & aliis
substitutionibus, & ibi Bart. & § Ei vero qui,
& ibi Angel. Instit. de inutilib. stipul. adeò
7 † vt pater filii caussam defendens, seipsum
censeatur defendere. Simili ratione & filio
datur in criminalibus impedire contuma-
ciam patris, ob rationes iam habitas. Æqua
8 fuerit † protestatio, si executor ipse sine frau-
de testetur citatum alibi esse captum: idque
constet attestatione siue certificatione iusti-
tiæ eiusdem loci aut simili. Item fortiter
absentem citatũ excusat, si constiterit, quod
is in manus & arbitrium competentis iudi-
cis sese ab eodem crimine purgandum de-
derit, & crediderit. Pari ratione per alium
excusatur, si iudici palam fuerit, ipsum eo-
dem tempore coram superiori iudice cita-
9 tum, cuius iussibus & authoritati † æquius
parendum fuerit. Graues item morbi & pe-
riculosi, siquidem idoneo, aut ipsius me-
dici (cui hic fidem haberi par est) testimo-
nio iudici innotuerint, citatum alicuius o-
pe intermedia constanter excusant, ac exo-
10 nerant. Leues † vero morbi, læsiones paruæ,
leuis tertiana, aut aliud futile impedime-
tum, nulla ratione citatũ de personali præ-
sentatione ac comparitione excusant, quod
huiusmodi leuicula iudicem parum admo-
11 dum moueant. Absentia † ob officium, &
obsequium Principi præstandum, l. Si cui.
§. Tandiu ff. ex quibus caus. maior. notat.
Bart. in l. Abesse, eo titu. Bald. in l. Ab eo,
C. quomodo & quando iudex, & l. Qui cõ-
meatus ff. de re milit. aut ob testimonium
eodem tempore coram alio tribunali feren-
12 dum: Aut † ob insigne aliquod patriæ aut
reipublicæ commodum excusat & exonerat
citatum, l. fin. C. de cursu publ. libr. 12. &
in l. Iubemus, C. de nauibus non excusan.

lib. 11. & l. 1. Cod. vt nemini liceat in empt.
13 specie. se excus. lib. 10. Similiter † excusant
validi vẽti & tempestates eum, cui per ma-
re traiiciendum fuerit, l. 2. §. Si non ad me-
14 dium, ff. Si quis cautionibus. Mulieres †
imprægnatæ, aut non ita dudum è puerpe-
15 rio leuatæ, hac quoque parte sunt excusabi-
16 les, fa. d. l. 2. §. Si non. Bella, Pestilentiæ, †
idque genus alia pericula † in loco citati si-
militer excusant, D. Matthæo de Afflictis
attestante in suis decisionib. Neap. decisio-
ne 50. num. 2. & 4. c. Ex parte 1. & ibi Doct.
Bald. Alb. & Philipp. extra de appella. & l.
Recusare. §. fin. & ibi Bald. & moderni, ff.
ad S. C. Trebel. seruit. gloss. in Clementi-
na, Ne in agro, in verb. Rationabili, de sta-
17 tu monacho. Vbi aeris † intemperies infir-
mitas & plura alia haud dissimilia, à com-
paritione & residentia excusant: notatur in
l. 2. § penultimo, ibi vel aliqua fortuita ca-
lamitas, &c. ff. Si quis cautionibus crebrò
allegata, quo textu, Summus pontifex Gre-
gorius 12. se excusauit, quare non venit ad
consilium Pisanum, timens grauitatem cę-
li Pisani, vt refert Mutanus in ca. Veniens,
extra de accusat. & Felinus in c. Accedens,
2. versic. Sexta conclusio. Vt lite non con-
testa. & est celebris gloss. in verb. Suorum
infirmitate, in c. Cum filius 23. distinctio.
& in can. Quorundam, 74. distinct. Verum
18 ægritudines † ex acrimonia vini, mors pro-
lis, aliaq. similia infortunia, nullam præte-
xunt citato apud iudicem excusationem:
nisi ipsi id ita visum fuerit. Ad prædicta pos-
sent adaptari ea quæ notat D. Mattheus de
Afflictis in suis decisionibus Neapolitanis,
decisione 289. atque D. Feli. in c. Accedens,
2. extra, vt lite non contesta. quæ omnia at-
19 que singula videre poteritis. Nec † potest
dici contumax, si non compareat: quia ne-
quaquam potest reputari contumax, qui ci-
tatus non tenetur comparere, secundum
Bald. in l. Generaliter 2. colum. C. de Episc.
& clericis. Epilogando tamen dicamus cum
D. Bart. in l. Accusatore, §. Ad crimen, ff. de

pub. iudic. referente Innoc. in c. Veniens,
20 ext. de accusat. † Nonnullas esse excusatio nes necessarias, quæ impediunt absentem
21 comparere: nempe quum citatus sit † infir-
22 mitate impeditus, vel carceratus, † vel simili ex caussa comparere aut transire iter nequeat, habebitur ratio humanitatis, sicut haberi solent & hyemis. & nauigationis, & cæterorum, quæ casu cõtingunt, d. l Si cui, §. Tamdiu. Alias excusationes esse probabiles: quę cũ excusare à cõparendo possent, ta-
23 men venire posset, si vellet, vt puta, quia † in illo loco habet inimicitias capitales, & ita à comparitione excusatur, l de ætate, ff Ad S. C. Trebel. Fa. notata in Clementi pastoralis, de re iudic. & tunc, si procurator cum mandato comparet ad eum excusandum, admittetur secundũ Bald. loco prææallegato. Alias esse merè voluntarias, vtpote, Tu nõ es meus Iudex, & similes. Plura apud D. Bart. egregiè tractata loco sæpiuscule citato, reperire haud dubio poteritis.

CAPVT XXVI.

De Publica fide, siue (vt vocant) Saluiconductu.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 26.

1 *Saluiconductum an Iudex possit dare citato?*
2 *Saluiconductum conferre solius Principis est, &c.*
3 *Saluiconductus subinde Iudici, vrgente ex caussa, ac parte vocata, conceditur.*
4 *Saluiconductus à Iudice expediri debent, cum prudenti cognitione rerum ac informatione debitæ.*
5 *Saluiconductus interdum non seruatur.*
6 *Saluiconductus in fraudem & Reipublicæ dispendium, Iudex non largitur.*
7 *Saluiconductus etiam iuratus, non seruatur delinquenti secundum Bald.*

QVando citatus procurauit per alterum semet de absentia expurgatum reddere, siue exoniare, dicens, sese ad comparendum non audere committere itineri, metuens, ne ab aduersario suo in via forsitan interceptus, vi & crudeliter interimatur: mittit tum Iudex officiarios & satellitium,
1 sed citati impendiis. † Porrò si poposcerit saluiconductum, vt securus, & periculo liber adire Iudicem valeat, in arbitrio tum Iudicis fuerit ipsum saluiconductum, aut concedere, aut recusare pro qualitate criminis, & personæ, Bart. in l. Is qui Reus, ff. de public. iudic. Notatur in c. Venientes, ext. de iureiurando: necnon Fel in c. Accedens, 2. num 9. ext. vt lite non contest. Salic. in l. Reos, in 5. col. ver. Expeditis contrariis, C. De accus. Neque velim hîc quispiam existimet, cum saluiconductum permissum esse
2 cuilibet indifferenter: quum † ipsum conferre solius fuerit Principis, aut illius qui Principis personam publicè refert, vt notãt Bart. & Bald in l. Conuentionum, in 2. oppo. ff de pact. & ibi per Alexand. in 1 col. vbi allegat plures concordantias. Ad hoc etiam iubebit videre Bald. in tit. de pace Constant. in § Imperialis, in fin. primæ col. in
3 vsibus feudo. Verum enimvero est, vbi † huiusemodi saluiconductus subinde priuato alicui Iudici conceditur: sed id nõ nisi
4 ex vrgentibus grauibusque causis † & non nisi parte aduersa vocata, vt in Authent. de mand. princip. §. Sed neq;, Colla. 3. Et non nisi is legitimè fuerit expeditus, cum matura atq; prudenti cognitione reũ & caussarum, & informatione debita. Siquidem
5 eiusemodi † saluiconductus leuiter cuipiam fuissent donati, & absq; certa rerum cognitione, caussa & modo debito: crimenque ipsum adeò foret enorme, vt vel ipsius gratia

gratia ab Ecclesia, seu loco sacro foret extrahendus: in Iudice tum fuerit eundem saluiconductum ita perperam, & contra æquitatem permissum, denuo restringere, & permissione priori nil obstante, contra eundem
6 maleficum, vt ante procedere. Non enim † Iudicis fuerit vllos saluiconductus in fraudem, & reip. dispendium vllo modo largiri, Gloss. in verb. Neque custodies, in d. Authent. de mandat. princip. Collat. 3. in §. Neque autem homicidis. Idem videntur sentire Iac. de Ra. & Cy. in l. Præsenti, C. De his qui ad eccles. confug. Pet. & Bart. in l. Illicitas, §. Ne potentiores, in fin. ff. de offic. præsid. Rursum si Iudex † ex certis caus-
7 sis vrgentibus, debitis formis, & modis cuiquam concessisset saluicoductum, cumque etiam malefico poscenti graui iuramento adstrinxisset: deinde is maleficus supra causam concessi saluiconductus, enormius aliquod admitteret crimen, nil obstante priori saluiconductu concesso, nil obstante iuramento poterit Iudex eum maleficum cōprehendere, comprehensum pro criminis qualitate condemnare: quòd ipsum nunc grauet noua caussa, ob quam non meretur prioris saluiconductus priuilegio & gratia frui. Simile enim exemplum testatur sese conspexisse Bald. in d. §. Item Sacramenta, in vlt. col. de pace iura. fir. in ciuitate Padua, vbi cuidam bannito concessus fuerat saluiconductus, tuto libereque adeundi ciuitatem: quam quum ingressus fuisset, denuo recens cōmisit flagitium, expendendo scilicet adulterinam, falsamque monetam: ob quod nil sibi illo patrocinante saluiconductu, ilico laqueo suspensus vitam finierat. His itaque vtcunq; de saluiconductus materia enarratis & admonitis, & quod eadem materia per Doct. in l. Denunciamus, D. de his qui ad ecclesiam confug. abunde tractetur, non decrem latius inhærendum. Qui plura desideret, eo confugiat.

CAPVT XXVII.

De defectu, non comparitione, siue contumacia, contra impetrantem, in materia criminum.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. Cap. 27.

1 *Contra procuratorem generalem in Flandria nequaquam decernitur contumacia, &c.*
2 *Quis sit procuratoris generalis vicarius?*
3 *In aliis consistoriis, si non comparuerit impetrans, &c. captiuus statim liberatur carcere.*
4 *Citatus si non comparuerit, decidit à purgationis iure.*

1 Contra † procuratorem generalem nusquam per totam Flandriam quippiam decernitur, per absentiam, siue impetrantis defectum, quod nunquam non fit, qui procuratoris generalis absentis vices occupet, inque illius locum surrogetur: hinc iure di-
2 ctus † illius vicarius siue substitutus. Sunt autem procuratoris generalis vicarii reliqui procuratores Curiæ omnes. Attamen
3 si in consistoriis, † conciliis, siue in feudorum tribunalib. non compareret dominus impetrans, nec ipsius prætor, nec supprætor: ilico captiuus per illorum defectū liberaretur carcere, & personaliter liber remitteretur. Quin & impetrantis defectu, citatus absolutus à curia & sumptibus, protestarique poterit (si volet) de iniuria, infamia, damno & incommodo. Verum hoc euentu procedit procurator (si quidem informatio præcesserit) aduersus citatum pro detrimento ac interesse iustitiæ. Porro † in
4 materia purgationis, si ipse impetrans non comparuerit, decidit à purgationis iure, fitque criminis obiecti suspectus.

CAPVT XXIIX.

De Defectu, absentia, & non comparitione contra citatum.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis Cap. 28.

1 *Citatus criminaliter, si non paruerit, illius bona, ob non comparitionem, ilicò per fiscum notantur.*
2 *Purgatio contumaciæ, intra annum admittitur, cuiusq; tum sit effectus.*
3 *Hæredes priuilegio defuncti hic gaudent.*
4 *Absens non damnatur crimine corporali.*
5 *Stilus Cameræ Flandriæ.*
6 *Consuetudo magni Consilii.*
7 *Vt ex stylo quispiam criminaliter citatus condemnetur per contumaciam, requiritur præire quatuor citationes, &c.*
8 *Exilia ex contumaciis prolata, sunt interlocutoria.*
9 *Exilium omne includit infamiam.*
10 *Probationes in criminalibus debent esse luce clariores.*
11 *Vbi de hominis salute tractatur, diligentius fieri debet examinatio.*
12 *Sanctius est impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnari.*
13 *Mulcta seu pœna confiscatione confunduntur.*
14 *In materia securitatis, si citatus non comparuerit, ipsa securitas iudicatur prima non comparitione, per contumaciam, &c.*
15 *Quando citatus personaliter comparet, nequaquam insinuatione opus est.*
16 *Securitatem statuere nolens, in carcerem detruditur, donec eam constituerit.*
17 *Securitas quando adiudicetur in Curia Flandriæ.*
18 *Securitatis constitutio in Francia.*
19 *In materia purgationis, si citati secunda contumacia non comparuerint, impetrans ob citatorum contumaciam iudicabitur purgatus.*
20 *Quonam pacto procedendum sit per fiscum, quoties multi criminosi eiusdem criminis citantur, quorum alii comparuerunt, alii vero non.*

IVxta iurium rationem, † quisquis crimi-
1 naliter citatus non paruerit, illius bona vniuersa, ob non comparitionem, ilicò per fiscum notantur & committuntur literis. Qui si intra annum aduenint, semet ab illa cōtumacia purgaturus, † bonis ante ita no-
2 tatis, denuo libere fruatur necessū est. Quo item † priuilegio gaudent illius hæredes
3 quoties intra annum contigerit ipsum obire mortē Si verò ante annū non veniat, sese purgaturus ànō comparitione & calumnia: bona illa, quæ diximus à fisco proscripta, in fisci manus adiudicantur damnata. Non est tam eu is cōtumax, à sua defensione, & purgatione proponenda, post annum, aut quo-
4 ties velit, plane reiectus. Quod iura † nullum absentem reiectent, nec vlla corporali pœna condemnent: licèt in mulctam pecuniariam, ob contumaciam talem absentem
5 subinde constringant. Verum Stilus † & vsus receptus habet: vt quisquis in Camera Flandriæ citatus fuerit personaliter, & non comparuerit, incidat in contumaciam: isque denuò & secundo citandus est per conclusionem manuum: qui si ne tum quidem comparuerit ob iteratam & secundam cōtumaciam à Iudice traditur commissio illum comprehendendi, sicubi locorum per totam

totam Flandriam, extra sacrata loca inueni-
ri poterit. Nam si nusquam apprehendi po-
terit citabitur ad pœnam exilii, siue omniũ
bonorum confiscationis. Quod si neq; hoc
remedio citationi pareat, acrius deinde cõ-
tra ipsum, tanquam contumacissimũ, pro-
ceditur, nempe ad perpetuum exiliũ Flan-
driæ, & pœnam confiscationis omniũ bo-
norum suorum, ad vsum Comitis Flandrię,
absq; vlla alia inquisitione, quàm quæ prę-
cesserat. In magno Concilio consueuerunt
6 ob cõtumaciam damnare exilio † ex omni-
bus huius inferioris Germanię finibus: sci-
licet Brabantia, Limburgo, Lutzenburgo,
Flandria, Artesia, Hannonia, Hollandia,
Zelandia, Frisia, Namurco, Mechlinia, &c.
7 Vt autem ex Stilo † quispiam criminaliter
citatus, condemnetur per contumaciam,
requiritur pręire quatuor citationes, & qua-
tuor contumacias: quarũ tres prorsus sunt
necessariæ, quarta abundans ex gratia adii-
citur. Quibus peractis, impetrans emolu-
mẽta, quæ sibi per contumaciam sperat fu-
tura, exhibet per INTENDIT. Quo viso,
vnà cum informationibus, actis, actita-
tis, munimentis, & meritis caussæ, curia
pronunciat exilium, & bonorum confi-
scationem, huiusmodi contumaciæ intui-
tu. Nihilominus si talis exilio damnatus,
innocentiæ suæ conscius fuerit, neutiquam
priuatur libertate sese, suamq. contumaciã
purgandi, & iudicio sistendi. Nam huius-
8 modi † exilia, ex contumaciis prolata, ni-
hil sunt, quam interlocutoriæ, quæ sunt re-
uocabiles, l. Quod ius sit, ff. de re iudicat. c.
Cùm cessante, ext. de appella. Veruntamen
confiscatio semper hìc locum obtinet (nisi
Principis clementia huic confiscationi ce-
dens, bona cũcta exilio ita damnato refun-
deret) adeò, vt etiam si contumax is ciuis
fuerit Gandensis, Brugensis, Yprensis, aut
aliorum similium locorum Flandriæ, vbi
ciues à cõfiscatione sunt liberi, Curia tamen
non desinat confiscationẽ adiudicare Prin-
cipi: quæ quidem libertas aut priuilegium
potest allegari in executione. Et fieri etiam
potest, vt hic contumax absens bona sua ha-
beat extra limites Flandrię, quo dictum pri-
uilegium (vt nonnulli conantur sustinere)
sese non extendit. Deinde qui se sinit in cri-
minalibus per contumaciam condemnari,
iacturam facit, nõ solum bonorum, verum
etiam nominis, honoris, & famæ: quãdo-
9 quidem exilium omne † includit infamiã,
ob quam is permanet infamis, donec per
Principem priori nominis sui integritati re-
stituatur, quorum meminit excellentissi-
mus I. C. D. Nellus à sancto Geminiano, in
suo insigni tractat. de Bannitis, sub secundo
tempore: nempe de occurrentibus post per-
fectum bannum ipsi bannito, ad quem Le-
ctorem remittimus. Sunt qui autument,
absentes contumaces in re criminaria cri-
minum obiectorum esse reos & obnoxios,
omniaque obiecta habenda esse pro confes-
sis, quod is condemnabilis sit in principali,
ratione suæ contumaciæ, quam æstimant
pro ficta probatione: contumax enim vide-
tur fictione iuris crimen confiteri. Verum
10 alii cẽsent per talem fictam † probationem,
aut confessionem, nullum absentem abso-
lute, siue diffinitiuè cõdemnari posse quod
probationes criminarias neutiquam oporteat
teat esse fictas, verum luce clariores, vulga-
tiss. l. Sciant cuncti, C. de probat. & ibi Sal.
concordat verbo tenus, c. Sciant cuncti, 2.
q. 8. c. Epiphanium presbyterum, 5. q. 6. l.
11 Qui sententiam, C. De pœnis. † Diligẽtius
enim debet fieri examinatio, vbi de homi-
nis salute tractatur, non autem ex præsum-
ptione: quia sanctius est impunitum relin-
12 qui facinus nocentis, quàm † innocentem
damnari tritissima l. Absentem, ff. de pœ-
nis l. 3. §. Idem tamẽ confitetur, ff. de min.
25. an. cum mille concordantibus. Quan-
do accersitur & citatur quispiam ob crimen
personaliter ad pœnam pecuniariã, ob quã
etiam comparere recusat: citatur deinde ad
maiorem pœnam, & ad audiendam simul
sententiam mulctę & pœnæ, in quam pro-

ris contumaciæ caussa inciderat. Præterea citatur & tertiò ad duriorem pœnam, &c. Porro si nec harum pœnarum timore perterritus comparuerit, ob quartam contumaciam (quam ex gratia abundantem diximus) condemnatur exilio, & bonorum
13 proscriptione siue confiscatione. Sed in † hoc casu mulctæ seu pœnæ per confiscationem confunduntur, vbi confiscatio locum habet. Nam vbi ea cedit, omnes pœnæ iam dictæ adiudicādæ sunt, & exequēdæ. Quoties exulat quispiam ad certam pœnam, simulque præcipiatur, ne ante eiusdem pœnæ solutionem redire præsumpserit: non est qui is exul pœnæ executioni subiectus, dum paret exilio: in ipso namq; fuerit vtrumlibet, aut exilium aut pœnam persoluere. Si vero durante exilio, contingeret ipsum intermori, hæredes in pœnā seu mul-
14 ctam latam non inciderent. In materia † securitatis, si citatus non comparuerit, ipsa securitas iudicatur prima non comparitione, per contumaciam, & impetranti ilico conceduntur literæ, quibus parti aduersæ insinuet. Hanc autem formam vsurpamus
15 in Flandria. Si verò † citatus personaliter ipse compareat, & certitudinem seu securitatem propria firmauerit dextra, nulla opus erit illi insinuatione facienda. Quū autem
16 eam certitudinem statuere nolint, † comprehenditur, & in carcerem detruditur, do-
17 nec eam constituerit. In Flandria nulla † certitudo siue securitas per non comparitionem adiudicatur: nisi Curiæ seu Concilio constiterit, citationem factam fuisse in personam, vel domum seu domicilium citati, & eo die ad citationem constituto. Nā si is incuria, aut aliàs prætermissus fuerit, rursum ab integro noua parabitur citandi
18 commissio. In Francia † habent, vt in materia constituendæ certitudinis siue securitatis, necessariò requirantur duæ non comparitiones siue defectus: potissimum, quādo citatio non fuerat facta in personam ci-
19 tati. † In materia purgationis, si citati secunda contumacia non comparuerint, impetrans ob contumaciam, & citatorum absentiam, iudicabitur purgatus: nequaquam tamen recuperabit suas expensas, quòd suū
20 fuerit purgationem peragere. Quoties † multi criminosi citantur eiusdem criminis, quorum alii comparuerint, alii verò minimè, non cunctatur procurator aut fiscus ob absentium defectum, aduersus præsentes procedere: nec contra absentes cessat procedere, ratione contumaciæ.

CAPVT XXIX.

De contumaciis purgandis.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 29.

1 *Absentium cuilibet, iure permittitur absentiæ obiecta purgatoria excusatio.*
2 *Redeunti intra annum, adiudicatur bonorum proscriptorum restitutio.*
3 *Ex stylo & consuetudine, nullus admittitur ad purgandam absentiam in re criminali.*
4 *Restitutio ex caussa saltem apparenter necessaria, admittit purgationem absentiæ in re criminali.*
5 *Bona in manibus Principis constituta quamdiu permaneant.*

1 ABsentium siue † deficientium cuilibet, iure permittitur absentię siue deficientiæ suæ obiectæ (quoties libet) purgatoria excusatio, & sese Iudici sistendi potestas, vt
2 supra quoq; meminimus. Qui si † intra annum redierit, adiudicatur ipsi bonorum per fiscum proscriptorum, rursum integra possessio, & restitutio, l. fin. ff. de requir. reis, & l. 1. C. eod. tit. sicuti ante demonstratum
3 est. Ex stylo † & consuetudine inolita, nullus admittitur ad purgandam absentiam & defectum in re criminali: nisi per restitutionis in integrum beneficium, & indul-
4 tum † Principis, permissum ad apparenter neces-

necessariam excusationem. Tum autem non redit ad bonorum suorum vsum & pos-
5 sessionem: quum ea † in Principis manus (vt vulgò circumfertur) constituta fuerint: sed ibidem durante lite seu processu conseruantur, donec per sententiam Iudicis è manibus Principis rursum liberanda denuncientur. Neq; item ad bonorum suorū possessionem redit: maximè, quoties eorum confiscatio per contumaciam declarata fuerit: nisi id forsitan contingat ex speciali Principis sui gratia. per certas apertasque ipsius literas ritè in Financia, vt decet, verificatas.

CAPVT XXX.

De libello formando, seu petitione facienda in re criminali.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 30.

1 *Libellus non fit per Fiscum in criminaliter intentata ex officio.*
2 *Libellus formatur per Fiscum in crimine ciuiliter intentato ex officio.*
3 *Libellus formatur per aduersarium ciuiliter.*
4 *Libellos criminum oportet esse clarissimos.*
5 *Libellos non oportet carere substantialibus.*
6 *Libellus non necessario exprimit diem: nisi ratione alibi.*
7 *Libelli non egent conclusionibus, in criminibus criminaliter intentatis.*
8 *Libellus accusatoris, ex consuetudine quid concludat.*
9 *Consuetudo, Stilus, Vsus,* } *non recipiunt duplam, aut quadruplam restitutionem.*
10 *Bona ablata Iudicis est non sibi depredari, sed cognito veroq; domino restituere.*
11 *Exclamatio Authoris, in rapaces officiarios.*
12 *Libellus in actione iniuriarum concludit aut ciuiliter, aut criminaliter.*
13 *Parti aduersæ omnis adimitur criminaliter concludendi facultas, ex stylo & consuetudine.*
14 *Libellos Fiscus ante litis contestationem commutare potest.*

1 IN crimine criminaliter † intentato per Fiscum ex officio (potissimum malefico capto) nullam fiscus petitionem siue libellum format: sed Curiæ ilico præuiam informationem cōmunicat: cupiens, vt maleficus Reus super eiusdem informationis articulis, ligato pede, examinetur. In crimine
2 † vero ciuiliter per fiscum ex officio intētato, format is petitionem seu libellum, capitq; cōclusionem materię accommodam.
3 In materia criminū, † vbi ipse aduersarius impetrans est, formatur libellus seu petitio per eundem aduersarium, ciuiliter insistendo conclusioni ciuili, scilicet, honorabili & proficuæ seu fructiferæ emendæ, cum expensis, damnis, & interesse. Fiscus autem siue procurator cōcludit aut ciuiliter, aut criminaliter, pro conditione criminis. Omnes
4 † libellos seu petitiones criminarias opor-
5 tet esse clarissimas: Ne quid † ipsorum substantialium accusationis desit, sed vti aperte referant, & exprimant annum, mensem, indictionem, locum, & omnes criminis patrati qualitates, l. Libellorum, ff. de
6 accusat: & ibi Bartolus ac eius sequaces † Verum diem ipsum simul efferre, non erit necessarium: nisi id Reus requisierit, com-
7 probaturus, suum ALIBI. Rursum † in materia criminum criminaliter intentatorum, nulla opus est conclusione: quandoquidem iura ipsas pœnas & punitiones criminibus debitas & proprias, ilico citra

conclusionem vllam, referant, & common-
strent, ita Bart. in d. l. Libellorum, cui ser-
8 uit, l. 1. §. 1. ff. ad S. C Turp. † Vsu tamen
ac consuetudine receptum est, quoties ac-
cusator postulat Reum condemnatum pro
ratione iurium, aut ad constitutiones seu
leges municipales, statutas in materia ma-
nifesti furti, in quo fur vnà cum re furtiua
prehenditur, posse aduersarium cõcludere,
vt fur condemnetur in forefactis, & omni-
bus expensis, & de manifesto furto ad qua-
druplam solutionẽ, l. Inter omnes § Quod
dicimus ff. de furt. nihilominus procura-
toris est præter hæc, conclusioni semper in-
9 sistere criminaliter. Idque ex iure. Cùm †
duplam siue quadruplam bonorum resti-
tutionem nec stylus, nec consuetudo, nec
vsus vnquam receperit, quòd sufficiat parti
aduersariæ propria suarũ rerum ablatarum
10 restitutio per officium Iudicis: † cuius est,
cuilibet ad restitutionem rerum suarũ suc-
currere & patrocinari, sicubi poterit. Quid
11 † igitur hîc vetat, nos grauiter exclamare in
quorundam nostræ infelicissimæ ætatis in-
iquos Prætores, Proprætores, latrunculato-
res, idque genus alios officiarios, qui quo-
tidie huiuscemodi res furto ablátas (& si
quam optime nouerint, quorum sint, qui-
busve ablatæ) non reuereantur eas sibipsis,
tanquam proprias, vendicare, asscribere, &
reseruare? quum proculdubio hoc, atque
simili potissimum casu furibus ipsis atque
prædonibus iisdem sese testentur esse simi-
les, similibusque censuris & suppliciis esse,
nedum iure humano, verum etiam diuino
obnoxios, & plectendos, quod innumeris
locis, & authoritatibus nunc facile mõstra-
uero, sed cùm id luce fuerit clarius, quumq;
id nullus nisi corrupto iudicio, insanaque
mente præditus, vnquã negauerit, statui o-
mnib. iis locis abstinere, & ad rem nostram
iam intermissam denuo redire. In actionib.
12 † itaq; iniuriarum liberũ fuerit parti aduer-
sæ vtrolibet concludere modo, aut ciuiliter,
aut criminaliter, §. In summa, Instit. de in-
iur. Verum altervtrius lectione, decidit à li-
bertate electionis alterius, vti iura testan-
tur in l. Quod Senatusconsultum, & l. Præ-
tor, §. 1. ff. de iniur. & § Liberum Instit. de
13 leg. Aquil. Nam † inclitis iam olim stylo &
consuetudine parti aduersæ omnis adimi-
tur criminaliter, in quauis etiam materia,
14 concludendi facultas. Porro † in manu fi-
scorum fuerit quoties ipsis visum fuerit, vel
res deposcat, conclusionem, vel additione,
vel detractione cõmutare. Veluti si quid as-
seruerint contigisse interdiu, post narrare
poterunt factũ esse noctu. Verùm hęc fieri
oportet ante litis cõtestationem, teste Bart.
eiusq; sequacibus, in l. Edita, C. de edend.

CAPVT XXXI.

De Dilationibus in re criminaria.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 31.

1 *Super libello criminali, iura admittunt reo deliberationem.*

2 *Super libello criminali: & inquisitione facta per fiscum ex officio duntaxat, nequaquam admittitur reo deliberatio, & articulorum copia.*

3 *Reus nonnunquam cogitur respondere ilicò ad propria maleficia.*

4 *Induciæ, Dilationes.* } *Triduanæ nonnullis in locis admittuntur.*

5 *Reus in crimine ciuiliter instituto fruitur singulis dilationibus, sicuti in materia ciuili.*

Iura

1 IVra † admittunt Reo (ſi quidem id voluerit) deliberationem & conſultationẽ faciendam ſuper libello ſeu petitione, ipſi criminaliter facta, intentata, & exhibita: tradunturq; eidem criminum obiectorum articuli vt iis inſpectis & cognitis, cum iuſtis dilationibus, & matura cõſultatione ſiue conſilio felicius ſemet ab iis defendat & expurget: modò tamen hic ſit pars aduerſa conquerens: & inquiſitio præceſſerit ad inſtantiam & requiſitionẽ partis. Huic quadrant l. 1. ff. de eden. & c. Induciæ accuſatis, §. Offeratur, 3. q. 3. & ibi ſcribentes. Quo-
2 ties † autem libellus ſeu petitio, & inquiſitio facta ſunt per fiſcum ex ſolo ipſius officio, abſque vlla partis aduerſę querimonia, ſiue requiſitione, nulla tum reo largienda erit articulorum exemplaris copia neq; vlla dilatio ad deliberationem ſiue conſultationem.
3 Verum † reſpõdendum ei fuerit ilico, & pede ſtante (vt aiunt) ad proprios exceſſus, propriaq; maleficia. In nonnullis
4 † attamen locis, vt Brugis, admittuntur induciæ ſiue dilationes triduanæ, ſiue ad triduũ, ſiquidẽ eas petierit: & pceditur de triduo in triduũ.
5 Cæterũ † in crimine ciuiliter inſtituto ac intentato, fruitur Reus ſingulis dilationibus, ſicuti in materia ciuili.

CAPVT XXXII.

De reſpondendo per Exceptionem.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 32.

1 *Reo conceſſum eſt, aut per ſe, aut per cauſidicos, ſuas exceptiones proponere.*
2 *Reus in ipſo rerum principali cardine, oportet, perſonaliter reſpondeat.*
3 *Exceptionis Declinatoria,*
4 *Dilatoria,*
5 *Peremptoria, Exempla.*
6 *Somnus delictum excuſat.*
7 *De crimine bifariam agi poteſt, Ciuiliter, Criminaliter.*

1 IN quouis crimine, tam capitali † quam alio, conceſſum eſt Reo per ſe, & item per cauſidicos, aduocatos, & procuratores, in iudicio reſpondere, & proponere quaslibet ſuas exceptiones declinatorias, dilatorias, & peremptorias, ſiue rectius, eliſorias, perinde
2 atq; in ciuilibus negotiis. Verum † in principali rerum cardine, plane oportet reum ipſum reſpondere, proprio ore profiteri aut
3 diſſiteri. Declinando † autem Iudicem ſibi ſuſpectum, audacter efferre, ſuſpectionisq; cauſſam euidenter oſtendere, & citare poterit: Aut dicet ſe eiusdem criminis gratia, coram alio tribunali conſtitutum & citatũ,
4 quò deſiderabit mitti. Item † differendo, vel ad dilationis ac moræ prodectionem, poterit reiectare exceptionem, alienis officiarium ſua commiſſione in citando aut prehendendo vſum fuiſſe citra authoritatem & mandatum iudicis: aut præter omnem informationem (vt vocant) præuiam. Aut apprehenſionem deſtruet, dicendo ipſum fuiſſe immunem à tali apprehendendi authoritate: Aut extra ſuæ iuriſdictionis terminos contigiſſe. Vel certe parti ſuæ aduerſæ contradicere ac refutare eam poterit, dicens: ipſam accuſationibus ineptam & inhabilem, eoq; in iudicio minus audiẽdam: quippe, ob vitæ ipſius infamiam, quam illi
5 intenſurum prædicabit. † Peremptonè af-

firmare poterit, sibi crimen esse remissum, & condonatum: aut exilium reuocatū: aut sese prius ob idem maleficium tulisse supplicium: aut certe compositione placasse animum Iudicis vel officiarii, aut his similia prestruet: vel citabit ALIBI: nempe se tēpore patrati criminis, non fuisse eodem loco. Item licebit ipsum factum inficiari: nihilque esse rei sibi obiectæ, aut si quid eius rei tandem inueniretur, id neutiquam destinata malicia, aut nocendi libidine, sed vis illatæ repellēdæ gratia factū esse, aut infortunio, aut simili casu fortuito, aut quod fe-
6 cerit dormiens: iure † namq; somnus factum excusat & diluit D. Hippol. de Marsil. teste in l. 1. ad exordium ff. ad l. Cornel. de sica. num. 46. atq; text. in Clement. vnica, de homicid. nisi ex consuetudine sæpius consuesset cædere, quo casu non excusaretur, quum ita meritò confugeret eum aliis concumbere, vt inquit Bar. in l. pe. de parricid. & Ang in suo tract. maleficiorum, in gloss. in verb. Et ad hoc colloquium, in versic. Sed quid si quis propter ebrietatem deliquerit, &c. quos videte: Affirmare item licebit, sibi crimen esse remissum: & interemtum ipsi tum mortem, tum quamlibet iniuriarum actionem, benigno clementiq; animo condonasse & ignouisse. Verum ne plus æquo hoc nomine sibi placeat, quod ipsi cum parte aduersa bene conueniat, & iniuriam remiserit: quasi tunc ab omni crimi-
7 ne purgatus existeret. Nam etiam si † ita sese res habeant, bifariam tamē adhuc de crimine ipso poterit agi: quippe ciuiliter in gratiam partis, & criminaliter ex officio fisci. Nunquam enim pars plenariè potest remittere, cum detrimento fisci: nec contra fiscus vnquam remittet, cum detrimento partis. Porrò in singulis his exceptionibus, Iudici summariè, atque ordine faciendum, & ius dicendum est, non secus, atque in rebus ciuilibus agere consueuit.

CAPVT XXXIII.

De remissione in materia criminali.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 33.

1 *Remissio in criminalibus nullum habet locum.*
2 *Prauentio remissionem excludit.*
3 *Prauentio priuat Iudicem, etiam competentem, iurisdictione.*
4 *Nemo tenetur litigare, & comparere pro eadem caussa coram duobus iudicibus.*
5 *Prauentio fit variis modis, quandoque per* { *Citationem* { *Verbalem, Realem,* } *Litis contestationem, Libellum, Sententiam.* }
6 *Prauentio citationis realis, prafertur citationi verbali.*
7 *Remissionem suorum ciuium non consueuerunt facere ciuitates priuilegiatæ.*
8 *Domini de Consilio, nulla vtuntur remissione in priuilegiatis.*
9 *Vagabundorum nulla fit remissio.*
10 *Vagabundi vbilibet possunt conueniri, & puniri.*
11 *Crimina vbicunq; claruerint, punienda sunt.*
12 *Delicta non debent remanere impunita.*
13 *Reipub. interest, vt animaduertatur in maleficos.*
14 *Vbi te inuenero, ibi te iudicabo.*
15 *Vagabundus quis dicatur?*

Tribu-

16 *Tribunalibus contendentibus, quis vsus dominis de Consilio.*
17 *Remissio, an vlla consuetudine tollatur?*

HAc de remissionis materia varii varia scripsere. Sunt qui contendant, de Iure communi remissioni in criminalibus locum esse, iuxta §. Si vero quis, in Authẽt. Vt nulli iudicum, Collat. 9. ponderantes text ibi Iubemus prouinciæ illius Iudicem, &c. & ibi Bart. cum sequacibus: quod verbum (Iubemus) est verbum necessitatis, l. 1 & 2. ff. Quod iussu. & notatur in Authẽt. Qua in prouincia, C. Vbi de criminibus agi opor. Alii autem nempe Bald. eiusq; imitatores secus censent, dicentes, se nusquam legisse legem vllam in criminalibus remissionem admittentem: vide eundem Bald in Addit. Specul. de accusatore, versic. Sed quid si offensus, Anto Francisc. in addit. ad D. Abb. Panorm. in c. fin. extr. de fo. compet. His altercationib. hoc loco non decreui prolixius insistere, vtique rem istã (quo ordinis decorum aptè seruetur) vel tantula citatione attigisse contentus. Quare omis-
1 sis hic innumeris opinionibus, statui † propriam sententiam aperire, qua censeo, remissionem in criminalibus nullum habere
2 locum: nempe, quod † præuentio omnem huiusmodi remissionem excludat. Præuen-
3 tio † enim isthæc priuat alium Iudicem, etiam competentem, iurisdictione: ne quis
4 † teneatur litigare, & comparere pro eadem caussa coram duobus Iudicibus, vt habetur in c. Proposuisti, ext. de fo. compet. & in c. Vt debitus, extr. de appellat. & per Specul. in titulo de rescripti præsentia, in §. Ratione autem caussæ, in versic. Item quod sublatum est, & in versic. Item quod impetrãs. Hippol de Marsil in l. fin. ff de iurisdict. omnium Iudicum. Et præfatam præuen-
5 tionem † variis contingere modis, indubitatum est: nempe, quandoque per citationem, quandoque per litis contestationem: quandoque per libellum: quandoq; per sententiam: quandoq; per arrestum, aut per personalem comprehensionem seu capturam, quam vulgo vocant, citationem rea-
6 lem. Et † præuentio citationis realis præfertur citationi verbali, quod crimen comitetur ipsam personã: in quam is Iudex suam executionẽ exercet, qui ipsam prior captura constrinxerat, secundũ Bart in l 3. ff de custo. reo. & in l. 1. ff de pœnis, & in l Diuisim, ff. ad Turpil & Bald. in l. 1. C Vbi de criminibus agi oport. & in Auth. Sed nouo iure, C. de seruis fugit. Cuius præuentionis amplè meminerunt Bart & Alex in l. Si pluribus, ff. de leg. 1. Idem Alex. in l. Si Titius, ff. de verbo. oblig. Doct. in c. Capitulum sanctæ crucis, extr. de rescript. & in c. Si duo de procurat. lib 6 Idem Alex. post alios, in l. Sepulchri, ff. de sepulch. violat. Gyn. & Bald. in l. 1. Cod. de his qui accusari non possunt: Idem Alex. post Bart. in l. Denunciasse § Quæritur, ff de adul. Hippol. de Marsil. in d. l. fin. ff de iurisd. omnium iudic. l. Si quis postea, ff. de iudic. Angel. Aret. in tract. maleficiorum, versic. Citentur. Attamen si maleficus alibi, quam suæ habitationis seu domicilii, aut criminis patrati loco fuisset apprehensus: posset tunc Iudex domicilii siue loci habitationis male-
7 fici, reposcere remissionem. † Neq, Brugensibus, neque aliis priuilegiatis Ciuitatibus vnquam consuetum est, suorum ciuium remissionem facere. Domini † de Cõsilio nul-
8 la vtuntur remissione in priuilegiatis caussis, veluti ob Salueguardiæ Principis infractionem: ob violationem pacis Principum: ob temporum irruptiones & violentias: ob crimen læsæ Maiestatis: ob enormia facinora, semel atque iterum aucta & conduplicata (vulgò *faict beau faict*) ob vim, officiariis officiantibus, suaque adhuc officia exercentibus, illatam. Neque item ob alia similia facinora, potissimum quoties ipsi de his præuentionem habent. Neque similiter remissionem faciunt ob annua admissa, id est, ob facinora plus anno

commissa, aut vltrà, atq; adeo quæ ob iustitiariorum, aut officiariorum negligentiã impunita relicta sunt, &c. Porrò de † vagis
9 siue vagabundis maleficis, nempe, quibus nulla est in Flãdria certa habitationis sedes, nulla fit similiter remissio: quod vbilibet
10 locorum, † vbi reperiuntur, conueniantur, & punitioni subiaceant, l. 1. & ibi gloss. in verb. reperiuntur, in fine. C. Vbi de criminib. agi opor §. Si vero quis comprehensorum, in Authent. vt nulli iudic. Crimina
11 enim, vbi † vbi claruerint, ibi sunt punienda, vt in c Ecce, 24 q. 3. & in c. Si quid, 86. distinct. & in c. 1 & ibi Doct. de collusio. detegen. & voluit gloss. in verb. Præterebat,
12 in c. 2. eo tit. Et delicta † non debent remanere impunita, l. Ita vulneratus, 1. responso in fin. ff ad l. Aquil. c. Vt famæ, ext. de
13 sentent. excommuni. Reipublicæ † etiam interest, (quemadmodum superioribus locis frequenter recensuimus) vt prouincia purgetur maleficis, vt in l. Congruit, ff. de offic. præsid. Et de eo potest intelligi illa au-
14 thoritas: Vbi te † inuenero, ibi te iudicabo, teste Panorm. in c fin. num 13 ibi, Tertiò gloss. dicit, extra de for. competen. vbi di-
15 cit: Quod vagabundus † dicitur ille, qui nõ habet domicilium certũ, vel habitationem, quotidieque per varias ciuitates vagus oberrat, gloss. in l. Eius qui manumisit, § fin. ff. ad municip. & Bart. in l. Dies cautioni, §. Prætor ait, ff. de dam. infecto. Hippol. de Marsil. suis in consiliis, consilio 86. Quan-
16 do † autẽ inter duo tribunalia de iurisdictione nascitur cõtentio ac cõtrouersia, Domini Consilii Flandriæ ex authoritate superiori, sibi maleficum iubent adferri, formãdo processum, & punitionem exercendo, citra vllum præiudicium. Quum huius remissionis vsum paulò ante dixerim variis opinionum fluctibus iactari, eoq; esse ambiguum, & infrequentem: haud absurda
17 hic nascitur quæstio: An † remissio quopiam modo consuetudine posset tolli? Cui plane affirmatiue respondendum erit, modò is Iudex, in cuius territorio remittendus degit, delinquentem ipse puniat. Hoc enim casu. nõ læditur vtilitas publica: quod malefici crimina non maneant impunita hic mihi suffragantur Panor. & Felin. in c. fin. extr. de for. competen. Quisquis hac de re plura desiderat, is legat D. Bertachinum in suo repertorio in verb. Iurisdictio. Speculat. titul. de remissionibus, & D Bartholomæum à Chassanæo humanorum iurium Doctorem, ac Commentatorem Consuetudinum Ducatus Burgundiæ, in tit. *Des adueuz*, per aliquot columnas.

CAPVT XXXIV.

De respondendo pede ligato.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 34.

1 *Vsus procedendi in magno Consilio contra respondentem pede ligato.*
2 *Vsus procedendi in Consilio Flandriæ.*
3 *Captus interrogatus, debet pertinenter respondere de veritate.*
4 *Caussarum æquitas, vel iniquitas per Iudicem, non per reum discutienda.*
5 *In confessum nullæ partes Iudicis sunt, nisi in condemnando.*
6 *Homicidium confitenti, sed ad suï defensionem necessariam, patratum, incumbit onus probandi.*
7 *Homicidium prorsus negans, & quatenus probatum fuerit, se commisisse ad defensionem, dicens, non habetur pro confesso.*

1 IN magno consilio, post † petitionem exhibitam, atque post delictorum Rei informationem inspectam, vsu receptum est, citatũ ilico per arrestum personaliter sistere Iudici. ipsumq; vrgere ad respondendum articulis per procuratorem exhibitis, pede liga-

ligato, hoc est, vti captiuum, vbi si in respondẽdo nihil fateatur, nihilque affirmet sibi contrarium, causæve suæ damnosum, neque item admodùm grauetur ipsa informatione præuia, recipitur tum ad processum ordinarium, in quo admittitur occupaturus per procuratorem, & vt defensiones suas peragat scripto. Deinde vt informatio recognoscatur, accuratius habeatur, ad onus ipsius citati. Tandem concludunt per omnia ordinarie procedendum esse in caussa siue processu, vti æquũ est, ac oportet. Verum si idem citatus, interrogatus pede ligato, cœperit quippiam confiteri sibi damnosum ac onerosum: aut si inter respondendum quid variet, dubiisve sententiis fluctuet & hæsitet, præbens hac, similive occasione sese suspectum, vndeque euidentia indiciorum, aut suspicionum aduersus ipsum nascantur argumenta: decernit tum Curia, eundem citatum debere recipi in carceris custodiam, vt ibi processus ipsius agatur, & tractetur.
2 † In consilio Flandriæ consuetum est, interrogare officiarios citato o sua ipsius commissa personaliter, non per commissarios, neque priuatim, sed publice, & palam in consistorio, verbis & rationibus: cæteri autem non officiarii, interrogantur seorsum & priuatim. Quod nihilominus etiam fit in officiariis, quoties admissum non concernit ipsorum
3 officia. Captus † autem interrogatus, debet id, quod Rei est, respondere, nudamque fateri veritatem: non per (credit) aut (non credit) sed per veritatis confessionem, aut negationem. Vbi si adstruat se delicti patrati esse immunem & expertem: aut dicat, nego me illius criminis Reum insufficiens est illa responsio: quum ipsius responsionem conueniat aperte factum, aut non factum crimen prodere iis scilicet verbis, quibus affirmet & dicat, se fecisse, aut nõ fecisse: Non
4 autem, † vt dicat, se crimini de iure esse, aut non esse obnoxium: quandoquidem caussarum æquitas vel iniquitas per ipsum Iudicẽ discutienda proponitur: nõ per Reum. Si verò interrogatus, vniuersum crimen libens, aperte, & non coactè fatetur, ab omni vlteriori quæstione, & disceptatione prorsus supersedendum fuerit. Nam in caussis per se lubenter, apertè planeque vniuersim confessis, sola opus est Iudicis condemnatione, & sententia: hinc vulgo dicimus.
5 † Quod in confessum nullæ partes Iudicis sunt, nisi in condemnando, l. Proinde, ff. Ad l. Aquil. l fin. prim. respon. ff. de custo. reo. l. Cum Reis, Cod. de pœnis. Ita tenuit D Bald. de Periglis Perusinus in suo insigni tract. De quæstion & tormentis, Ca. 2. & nu. 2. atq; D. Angel Aret. in tract. suo maleficiorum, in gloss in verb. Fama publica præcedente, in versic. Et primò, quando sponte confitetur, &c. notant. gloss. & Bart. in l. 1. § Diuus. in princip ff de quæstion. Si vero interrogatus crimen omne cõstanter negauerit, Iudex vlterius procedit ad criminis probationem explorandam, & examinandam: vbi si omnia certa, vera, probataq; deprehenderit, propterea procedit ad ferendam sententiam. Si autem probationem repererit minus claram, parumq; euidentem, adeo vt præter magna indicia, suspiciones, aut semiplenam probationem, nihil habeat: tum animum intendit ad personæ ac criminis qualitatem, nec non ad criminis quantitatem: secum expendẽs, an istiusmodi indicia, & suspiciones habitæ ex personæ, criminisq; tum qualitate, tum quantitate, torturæ, sufficiant, & ad rem propius acriusque tormentorum generibus explorandam, conueniant. Cæterùm si captus interrogatum delicti in partim fatetur, partim inficiatur: ita vt fateatur se fuisse eodem loco & tempore patrati homicidii, cæterum homicidium à se admissum negauerit: Iudex huiusmodi responsionem non secus quam totam negatiuam, accipit, & ad probationem procedit. Verum si captus agnouerit se commisisse illud homicidium, sed non eodem loco, co-

demq; tempore, accipit Iudex rem tanquã vniuersim vel plane confessam, proceditq; 6 ad condemnationẽ. Porrò si † confitetur de commisso homicidio: sed id defendendi sui corporis caussa, necessario fecisse prætexuerit, homicidium quidem confessum sibi reseruat Iudex, & ad illum prætextũ probandum, necessitatemque demonstrandam, Reum procedere iubet. Ita expressè tenuit D. Lanfrancus ab Ariadno V.I. Doctor excellentissimus, in suo tractatu Confessionum ad finem, n. 17 & 20. Quocirca 7 † prudentissimè, tutissimeque responderit Reus si ad hanc formam, responsionẽ suam composuerit: Ego homicidium illud prorsus à me patratum nego; & si quid postea quorũdam testimonio contra me secus inuentum fuerit, & cognitum, id omne nunc dico propriæ vitæ defendendæ fecisse gratia. Nam hac responsione nihil habet Iudex, quod sibi deberi putet, seu teneat pro confesso. Ad postrema hæc, si lubet, videbitis scripta Bart. ad l. Aurelius, § Idem quæsiit, num. 2. ff. de libera. legat. Nec non Bald. in addit. Spec. in tit. de Confessionib. in versic. Cõfiteor hominem occidisse. Atq; D. Hippol. de Marsiliis nostræ memoriæ in criminalibus practici summi, in §. Postquam, & num. 23 & 24. in §. Secunda, numer. 14. in sua praxi caussarum criminalium.

CAPVT XXXV.

De criminoso tradendo Torturæ.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 35.

1 *Maleficus quæstioni nunquam traditur, cum pars formalis probationem offert.*
2 *Maleficus torturæ non traditur, quum delictum percipi potest probatione ordinaria.*
3 *Iudex, ad quæstionem non facile, nec repente prosiliat.*
4 *Quæstio ob crimina leuia nequaquam fit.*
5 *Crimina leuia quæ sint?*
6 *Non interrogatus pede ligato nequaquam torturæ subiicitur.*
7 *Ad quæstionem non proceditur, quum de crimine commisso non satis constitit.*
8 *Quæstioni non est tradendus confitens, & agnoscens.*
9 *Quando Reus de sociis posset interrogari?*
10 *Quæstioni siue torturæ nullus adiudicandus est, nisi ex indiciis mandate.*
11 *Criminosus appellans, auditur.*
12 *Quæstionibus nullus damnandus est, nisi crimen patratum sufficientibus indiciis liqueat.*
13 *Redargutio in nonnullos Iudices & Prætores, tyrannidem in maleficos exercentes.*
14 *Fama, contraria fama eliditur,*
15 *Famæ, præsumptiones, & indicia præcedentia, per contraria subsequentia eliduntur.*

1 NVnquã maleficus traditur † quæstioni, cum pars formalis & aduersa offert 2 criminis manifestam probationem, aut † quum res percipi potest per probationem ordinariã. Ita probant l. Edictum, & l. Diuus Pius, & ibi. Doct. ff. De quæstionib. & l. Quoties, C. eod. titul. & hoc firmat Gandi. in suo tractat. maleficiorum sub rubric. de quæstionib. & torment. ad exord. vbi mouit, dominum Iudicem, quæstionem de aliquo habere intendentem, ante omnia habere debere & iuris & humanitatis considerationem, hanc nempe, vt non facile, 3 † nec repente ad quæstionem prosiliat, si aliqua alia via leuiori, vel veriori potest obiecti criminis veritas inueniri ac haberi, quãtumcunq; etiam adsint indicia, vel verisimilia argumenta. Cui nec dissentit Angel.

gel. Aret. in tractat. suo maleficiorum, in verb. fama publica, in 15. char. in versic. Secundo quæro, &c. cui seruit d. l. Edictum, & ibi Bart & hanc esse communē doctorum opinionem aiunt: Quod probato delicto, Iudex nequeat Reum quæstioni tradere, testatur Hippol de Marsil. in sua praxi caussarum criminalium, in § Nunc videndum, num. 25. & in l. 1. in princip. in versic. Quartò requiritur, ff. de quæstionib. & in sua repetitione l. fin. C. De probat. Nec non latissimè in suis consiliis, consilio 51. incipiente:
4 Licet nedum planè, &c. Neque item fiet † huiusmodi quæstio ob crimina leuia, quæ nec vitam nec membri mutilationem, aut abscissionem concernunt. Sunt
5 autem † leuiuscula crimina, quempiam capillis conuellere, pessundare pedibus, impingere colaphos, conuicia ingerere, iniuriam verbis inferre, hisque similia, d. l. Edi-
6 ctum. Neq; item † quæstioni committitur quisquam, nisi is prius fuerit interrogatus,
7 pede ligato. Neq; etiam, † quum de crimine commisso non satis euidenter constitit. Veluti necessum est prius Iudicem esse conscium, incendio cum coniuncto latrocinio, & non casu interiisse, & vi illata, & latrocinio absumptum esse, non naturali morte.
8 Non † tradendus est etiam quæstioni quoties crimen impositum libere fatetur, & a-
9 gnoscit, aut profiteri promittit † citra cruciatum: nisi intentati criminis cum ipso & alii fuissent participes: ad quos prodendos, questione cogendus est si aliter prodere nolit, l. Sicuti, C. de quæst. iuncta ibidem glos. in verb. Conscientia. Amplè D Franc Brunus in suo excellenti tract De indiciis & tortura, q. 3 primæ partis. vers. Quæro an men-
10 dacium, &c. Nullus † adiudicandus est torturæ, nisi ex mandato & consensu Iudicis: principio enim pronunciandum est per Iudicem deueniendum esse ad torturam, priusquam deueniatur, ita tenet D. Hippol. de Marsil. in sua praxi causarum criminalium, sub §. Nunc videndum, num 2. D. Francisc. Brunus in tract suo, de indic. & tortu. in 9 char. col. 4. Huius dicti expresiè meminit D Bart. (qui iure primo fuerat citandus) in suis consiliis, cōsil o incipiente, Punctus
11 quæstionis, &c. Vbi † si maleficus à tali mādato & cōmissione appellauerit, audiendus est: non procedendum vlterius, donec de appellatione sententia quid fuerit definitum, idque ex iure. l. Vnica, ff. nil noua appellat. interposita, l. 2. ff. de appellat. recip. & c. Cùm sit Romana, §. Præterea, extr. de
12 appellat. Nullus item † quæstionibus damnandus est, nisi crimen patratum, sufficientibus indiciis, dignisq; liquerit præsumptionibus: atque hoc item ex iure, l. Cum cognitionaliter, C. de quæstionib. l. Vnius,
13 in principio, ff. eod. tit. Sunt tamen † nonnulli prætores, & Iudices sanguine fraterno adeò inexaturabiles, vt ilico quemuis malæ famę virum, citra vlla certa argumenta aut indicia, corripiāt ad sæuissimam torturam, inclementer dicentes, cruciatum facilè ab illis extorturum rerum omnium confessionem. Verum hanc tyrannidem, & sæuitiam acriter domini de Consilio puniunt, quum ad ipsorum notitiam isthæc seueri-
14 tas per aliquē defertur. † Si quando inquisitio (vulgo informatio) facta est ex sparsa fama, & post hanc informationem spargatur fama contraria: nulla ratione tum ex priori fama Reus adiudicandus est torturæ, nisi alia noua dignaq; eiusdem criminis sibi pararit Iudex indicia aut pręsumptiones.
15 Fama † enim, præsumptiones, & indicia præcedentia, per contraria subsequentia eliduntur. Huic seruiunt & suffragantur notata Iac de But. & Bartolus in l. Si ita, §. fin. ff. de fund. instruct. ac D. Francis. Bruni in suo vtili & practicabili tractatu, de indiciis & tortura, quæst. 5. primæ partis, numer. 1.

CAPVT XXXVI.

De Indiciis Tortura condignis, hoc est, ad Torturam sufficientibus.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 36.

1 *Indicia quando dicantur esse ad torturam legitima, Iudicis arbitrio committitur.*
2 *Indiciorum sufficientiam iudicare, solius est Iudicis.*
3 *Iudicis arbitrium, discretio, & conscientia, debent esse iuri & æquitati consona.*
4 *Conscientia publica, dicitur conscientia legis, aut canonis.*
5 *Index debet sequi regulas legum, & non conscientiam suam legibus aduersantem.*
6 *Iudicium hominis propria sua innitentis sententia, plerumque fallit, & fallitur.*
7 *Legi magnam facit iniuriam, qui vult videri lege prudentior.*
8 *In Iudice debent esse duo sales, Scilicet* { *Sal sapientia, ut* { *Intellectus legum, Et canonum* ; *Sal securæ conscientiæ.* }
9 *Iudex, quando veram & rectam habet conscientiam.*
10 *Iudicis arbitrio relinquitur, quicquid à iure non determinatur.*
11 *Indicia trifaria* { *A veritate remota, Veritati propinqua, Veritati propinquissima.* } *Alia* { *Generalia, Semiplena, & dubitata, Plena, & indubitata.* }
12 *Indicio rum* { *Remotorum ac propinquorum,*
13 *Plenorum & indubitatorum,* } *quis effectus.*
14 *Indicium ad torturam* { *Efficiunt duo testes fide digni, &c.*
15 *Efficit unicus testis fide dignus, de veritate deponens* }
16 *Exempla indiciorũ in* { *Latrocinio. Furto. Adulterio.* }
17 *Indicium ad torturam efficit unus testis, de visu deponens, quando alia circunstantia non obsistunt.*
18 *Fuga, an faciat indicium ad torturam?*
19 *Fugiens fractis carceribus, habetur pro confesso.*
20 *Fuga facit indicium contra fugientem.*
21 *Confessio diffamati extraiudicialis, an præbeat indicium ad torturam*
22 *Fama sola, an faciat indicium ad torturam?*
23 *Fama, res est fragilis & perniciosa.*
24 *Fama iuncta aliis adminiculis, facit indicium sufficiens ad torturam.*
25 *Fama vehemens, efficit sufficiens indicium ad torturam.*
26 { *Inconstantia, Mendacium, Variatio seu* } *An faciant indicium ad torturam?*

Vacilla-

Vacillatio,
Pauor,
Trepidatio,

17 *Cautela pro Iudicibus examinaturis.*
28 *Indiciumne vnum, an plura requirantur ad torturam?*
29 *Pluralis locutio, singulari non acquiesc i'.*
30 *Communis doctorum opinio.*
31 *Pluralitas nonnunquam in singularitatem resoluitur.*
32 *Indicium vnum, an plura requirantur ad torturam, Iudicis arbitrio relinquitur.*
33 *Indicium variis nominatur modis apud Iurisperitos.*
34 *Iudici vero & prudenti quid considerandum, quum res ad tortura quæstionem exigitur.*
35 *Quæstio, siue tortura, non est omnibus ex æquo, nec vniformiter inferenda.*
36 *Si captus fuerit confessus in tortura non præcedentibus indiciis, nunquam potest ex illa confessione damnari.*
37 *Delinquens qui fugit, potest à priuatis capi & duci ad Iudicem.*

1 AN indicia, suspicionesq; † vllæ sufficiant, quæstioni siue torturæ, nullis certis documentis, nullaque doctrina id comprobari poterit, neque ea vllis innituntur
2 regulis: sed vniuersum † id negotium geritur penes arbitrium, discretionem, ac conscientiam Iudicis, cuius solius est, iudicare suspiciones, probabiliaq; argumēta, aut digna, aut indigna esse tormentorum discussione. Et in hoc conueniunt omnes doctorum sententiæ. His quam optimè seruit insignis & vtilissima l. 3. §. Eiusdem quoque, ff. de testib. Ita censuerunt Alberic. Paul. de Eleaza. Odof. Cy. & Bart. in l. fi. ff de quæstionib. dicit tamen ibidem Bartol. In nonnullis criminibus posse dari aliquam viam, ad cognoscendum indicii ad torturam sufficientia. Idem etiam notarunt (teste Bart. in d. l. fin.) doctores in l. vlt. C. eod. tit. de quæstionib. Bald. in l. 2. in 1. col. num. 8. C. Quor. appel. nō recip. Ioan. And. in c. Cùm in contemplatione, De reg iur. Alexand. in suis consiliis, consilio 77. incipiente, In causa accusationis, in 1. vol. & ibi in consilio 65. incipiente, Habita super contentis, in fine.
3 Et licèt hoc † verum sit quod, an indicia sint sufficientia ad torturam, an non relinquatur arbitrio, discretioni, & conscientiæ Iudicis: tamen tale eius arbitrium, discretio, & conscientia debent esse iuri & æquitati consona, aliàs robore proculdubio careret: ita notabiliter ait Ludouic Rom. in consiliis suis, consilio 376. incipiente, Quæstio est, numquid, &c. in penul. colum. & consilio 451. incipiente, Quædam mulier, &c. Huic congruit, quod qui habet potestatem disponendi secundum arbitrium, discretionem, ac conscientiam, nequaquam debet sequi propriū arbitrium vel propriam discretionem atque conscientiam, sed publicam, quæ est regulata & reformata secun-
4 dum leges & canones. Et illa dicitur † conscientia publica, scilicet conscia legis & canonis: textus est insignis, iuncta glos. in c. Iudicet, 3. q. 7. & Bald. in l. 1. C. Qui accus. non possunt. Ideoque dixit idem Bald. in l. fin. C. De pœna iudic. qui mal. iudic. Iu-
5 dicem † debere sequi regulas legum, & non conscientiam suam legibus aduersantem.
6 † Iudiciū verò hominis sequentis suū sen-
7 sum, & suā phantasiā, siue suam † præsumptam æquitatem, fallit & fallitur, c. A nobis, 2. De sentent excommunic. Vnde magnam facit iniuriam legi. qui vult videri lege prudentior, §. Oportet, in Authent de iudicib. colla. 6. & per Bald. in l. 2. C de sentent. ex bre. recitan. & in c. 1. De offic. ord.
8 Et dicit Bald. in d. l. 2. Quod † in mente Iu-

dicis debent esse duo sales, c. Cùm contingat, De rescript. scilicet sal sapientiæ, vt intellectus legum & canonum, aliàs insipida: & sal securæ conscientiæ, aliàs est diabolica, c. Cum æterni, de re iudic. Tunc † enim
9 veram & rectam habet conscientiam, si est bene instructa sale iurium, & secundum bonos & probos mores reformata: Ita egregiè meminit D. Henning. in suo solenni & perutili ordinis iudiciarii processu, in Prooemio: Idem quoque confirmat Bald. in l. 2. in 4. notabili C. De fideicommiss. latissime per D. Hippol. de Marsil. § Diligenter, numeris 23. 24. 25 & 26. Horum recordatus est D. Paulus Grillandus in suo insigni tractatu, De quæstionibus & tortura, versic. Tertio quæro, numero 17. qui allegat D. Azonem in sua summa, de quæstionib. Idem tenuit D. Guido de Suzaria in suo perutili & quotidiano tractatu De tormentis, versic. Quæ & qualia indicia requirantur. Idem scribit D. Albertus de Gandino in suo opere Maleficiorum, titulo De quæstionibus, & torment. versic. Sed quæro, quæ & qualia esse debeant ista indicia, &c. His congruit illa
10 vulgaris ac generalis iuris theorica, † Omne quod non determinatur à iure, relinquitur arbitrio Iudicis, per doctrinam c. De causis, ext. de officio delegati, l. 1. ff de iure deliber. l. Hodie, & l. Sanctio, ff. de pœnis, l. 1. §. Quibus nulla, ff. de effract. Indicia au-
11 tem † sunt trifaria. Alia namque à veritate sunt remota, siue generalia. Alia vero veritati propinqua, hoc est iuxta doctores, semiplena & dubitata. Alia autem veritati quidem proxima, & propinquissima, quæque vocari solent indicia plena & indubitata.
12 Porro tam remota † quam propinqua indicia Iudicis quidem animum mouent & indicium qualecunque præbent, Bald & Scri. in l. Cùm probatio, ff. de probat. & Gandinus in suo tract. præsumtionum Verum ex
13 † sese indigna sunt, illegitima, & insufficientia, vt ex sola ipsorum consideratione, quis torturæ adiudicetur, nisi accesserint e-
14 uidentiora signa & indicia. Verum † indicia plena irrefragabilia, siue indubitata, duorum fide dignorum, idemque testantium testimonio comprobata, prorsus sufficiunt ad inquisitionem per torturã, l. Milites, §. Oportet, C. de quæstionibus. Imo
15 † vnicus testis fide dignus, omnique exceptione maior, deq; veritate delicti constanter deponens, facit indicium sufficiens ad torturam: quod (teste D. Bart. in l. Obseruare, 1. colum. n 5 C Quor. appellat. non recipi.) intelligendum est, dummodo aliæ circumstantiæ non obsistant, quod est no-
16 tabile: verbi gratia: In † latrocinio remota indicia sunt: hic diffamatus est, alterius homicidii reus est. Propinqua autem sunt indicia: hic interempti perpetuus hostis fuit, illi sæpe mortem interminatus est, & minis suis frequenter respondere solet. Sed hæc indicia sola, etiam probata, non sufficiunt ad torturam. Verum isthæc plena, certa, irrefragabilia, & indubitata sunt indicia: hic visus est prodire ex nemore, vbi interfecti cadauer humi prostratum iacuit, districtum cruentumq; in manu gladium etiamnum habuit facies ipsius commotione deformata fuit, celeri cursu properabat ad cœmeterium aut templum. Hæc namque signa & indicia duobus dignis, non suspectis testibus, comprobata, sufficiunt ad torturam, Gloss. in verb. Vel indiciis, reputata singularis, in l fin. Cod. Famil. herciscu. ita tenent Bart. & doct in l. fin. ff. de quæstion. nec dissimile voluit Innoc. in c. Sicut, de simonia. Idem quoque efficiet vnicus testis, omnis suspicionis immunis, seu (vt vulgo) fide dignus, non suspectus, & omni exceptione maior, si affirmet, quod viderit ipsũ vulnus plagamque inferentem: is namque de veritate deponit l. Si quis, & ibi Bartol. Cy. & Seri. C. ad l. Iuli. Maiestat. D. Guido à Suzaria in suo perutili & quotidiano tractat. De indic. & tortur. num. 90. D. Franciscus Brunus in suo practicabili tractatu, De indiciis & tortura, quæstio. 2. primæ partis

partis, num. 1. notat glos. in l. Si quis, C. Ad l. Iuliam Maiest. l. Maritus, ff. de quæstion. Vbi etiam per Bart. & per eundem, & Bald. in l. fin. C. Famil. hercis. & in l. Bonæ fidei, C. De iureiuran. & l. Admonendi, ff. eod. tit. Quod verum censet Bald. in d. l. 2. Cod. Quor. appell. non recip. & Ioan. Andreæ in
17 c. Cum in contemplatione, De reg. iur. † Nempe, quod vnus testis ex visis, indicium ad torturam faciat, quando aliæ circumstãtiæ non obsistunt, quod aiunt esse notatu dignum. Simili ratione in materia furti, signa aut indicia remota sunt, si suspectum, molitorem asseras, si pauperem, si illum elegãtiori vestium cultui semper studere cõfirmes. Viciniora autẽ indicia aut propinqua, sunt, si res furto ablata in ipsius deprehensa fuerit manibus. Omnium verò proximum, certissimum, indubitatissimum, atque adeo omnium sufficientissimum indicium fuerit, si cum ablata præda ipsum aufugientem à loco furti conspexeris. In materia adulterii, indicium remotum est, si asseras ipsos mutuo amore inuicem prosequutos. Vicinius & propinquius, quum marito absente, visus est ædes frequentare. Proximum autem & indubitatum indiciũ esto, si cum alterius vxore eodem toro, eodemque lecto deprehensus fuerit. Pari ratione indiciorum varietatem colligere lice-
18 bit in ceteris. Fuga † omnis certò comprobata, indicium culpæ est certissimũ quum fugitiuus post diffamationẽ, & à fama sparsa, & non accusatus, male tamen sibi metuens, fugit, sicuti habetur in l. fi. ff. de quæstionibus, & per Scrib. in l. lege Cornelia ff. ad Sylla. & per Ang. Aret. in tract. maleficiorum, in verb. fama publica, in vers. An fuga sit sufficiens indicium, &c. D. Hippo. de Marsil. in sua practica caussarum criminalium §. Diligenter, versic. Quæro modo vlterius, an fuga faciat indicium ad torturã, &c. & in sua repetitione, super rubro, de probat. versic. Nam tu scias, quod fuga,
19 &c. Aut † si constrictus carceris angustia, carcerem effringat, fugam atripiat, ad templa, cœmeteria, aliaque tuta (sui seruandi gratia) loca confugiat: talis enim fuga effi-
20 cit indicium sufficiens † contra fugientem, ad torturam, adeo vt habeatur pro confesso, secundum glos. & Bart. in l. Eos: per illum textum ff. de custod. reo. Ita tenet D. Hippo. de Marsil. in d. sua solenni Repet. de probat. vers. Item alius est etiam casus &c. Attamen non infaustum fuerit, illum, aduersus quem inquisitione proceditur in criminibus enormibus & capitalibus, ad tempus vsquam delitescere, seseque ex citationis aut apprehensionis metu, publico hominum abstinere conspectu donec cognouerit quid sibi imponendum iudex statuerit. Ita singulariter censuit Bart. in l. 1. ff. de his qui sibi mort. consci. Verum si in ius accersitus, tandem sese fuga quoquam subripiat, incidit in suspicionem, ob quam torturæ etiam tradi poterit, locis superius alle-
21 gatis. Confessio † diffamati extraordinaria siue extraiudicialis, bene probata, vnicoq; teste idoneo confirmata, efficax & validum satis præbet indicium ad quæstionem siue torturam, gloss. est notabilis in l. Capite quinto, ff. ad l. Iuliam de adult. & ibi Bart. quam sequitur Angel. Aret. in tractat. maleficiorum, in verb. fama publica, in versic. Quæro, an vnum, &c. Prolixissime D. Hippol. de Marsil. in §. Diligenter, numer. 76. versic. Quæro vlterius, an confessio, &c. & idem Hippol. in §. Quoniam, numeris 18. & 19. in sua praxi caussarum criminalium, quibus in locis plurima huic materiæ conuenientia allegat, quæ videre, vbi vacauerit, non te piguerit. Magnum item parit indicium, si quispiam visus sit cum factore profugere. Aut si criminis authorem post factum hospitio exceperit. Aut si authorem defenderit, quo minus in sibi propensum inciderit dispendium: aut obstiterit, quo minus fuerit captus. Aut si ante iactasset, se tale aliquando patraturum facinus. Vel certe, si suo consilio persua-

sisset interemto, vt illac iter faceret, vbi cognouisset ipsi paratas structasque, vt interimeretur, insidias. Præterea, ne præpropero pede videar pertransisse præsentem materiam accuratius discutienda fuerint cætera his affinia. Quæritur ergo, † fama sola an
22 faciat indicium sufficiens ad torturam necne? Huic interrogationi faciunt satis docti ac præcipui nostræ lectionis & memoriæ practici in materiis criminalibus: Nempe, Angel. Aretin. in tractat. maleficiorum, in verb fama publica, in versic. An fama, &c. D Franscisc. Brunus in suo quotidiano tractat. de indiciis, & tortura, quæstione 3. primæ partis, num. 32. D. Hippol. de Marsil. in §. Diligenter. num. 18. in sua praxi caus. crimin. adducentes multos ac varios passus præsenti quæstioni congruentes: quos loco & tempore opportunis, videbitis: Intrepide
23 autem † sustinent partem negatiuam, scilicet, famam solam nequaquam efficere indicium ad torturam, ratiunculam assignat, D. Hippol. loco statim allegato, quia fama
24 est † res fragilis & perniciosa transmissa ab his, qui desiderant de hoc famam esse. Ita ait Bart. in tractat. de tortura, quem refert & sequitur D. Paris de Puteo, in tractat. syndica. in 110. char in 3. colum. Nisi ea fuerit coniuncta cum aliis adminiculis siue indiciis. In hoc item quiescit & consentit Bart. in d l. fin. ff. de quæstionib. & in l. De minore, § Tormenta. eod. titul. & Salic. in l. Ea quidem, C. De accusat. Cyn. in l. fin. C.
25 De quæstion. Præterea † nihil agit sola fama, nisi ea esset multum fortis & vehemēs: tum enim ad torturam sufficeret. Ita sentit constanter Baldus in c. 1 §. Iniuria, versic. Sed nunquid ex tali cōfessione, De pace iuram firma. & Bart. in quodam suo consilio 192. incipiente, Dom Paci de Burgo sancti
26 sepulchri. Deinde subit & alia quæstio, † An inconstantia, mendacium, variatio, seu vacillatio, pauor, & trepidatio, indicium faciant ad torturam, aliis indiciis extrinsecis deficientibus, necne? Huic quæstioni procul dubio faciens satis, affirmatiuā partem amplexandam clare censuit Bartolus in d. l. De minore, §. Tormenta, versic. Plurimum quoque, ff. de quæstion. vbi ait text. Iudicem debere animaduertere, qua constantia, & qua trepidatione examinādus loquatur: ista namque Iudici multum conferunt indicii, adeò vt si trepidè, inconstanter, & vacillanter loquatur, abunde satis indicii colligat Iudex ad torturam Quocirca operæ
27 precium est † Iudicem esse cautum & sedulum, vt faciat ipsius responsa ita varia & diuersa excipi scripto, ne post Iudici obiiciatur, quod Reum ad quæstionem tradiderit sine iustis indiciis, secundum eum allegat Innoc. in can. Quoniam contra falsam De probat. vbi ait: Ille qui examinat testē, curare debet vt idipsum in actis scribatur, scilicet quòd in respondēdo se tam trepidum, hæsitabundum, & vacillantem gesserit, & similia. Idem quoque placuit Baldo in l. Presbyteri, C. De Episcopis & cleric qui subit hoc insuper relinquendum Iudicis arbitrio, cuius est, ex indiciis alia colligere indicia fortiora: non autem ex solo pallore faciei, vel trepidatione. De his latè etiam D. Franciscus Brunus in suo quotidiano tractatu De indiciis & tortura, quæst. 3. primæ partis, numero 30. Et ample D Hippol. de Marsil. in § Diligenter, versic. Quæro vlterius, an mendacium num. 74. & 78. & §. Quoniam, versic. Sed Variatio, num. 4. in insigni praxi caussarum criminalium plurima suo more allegans, quem consulite. Nam isthæc commonefecisse hic sufficiat. Nec obliuiscendum censui, ante quam extremam manum huic indiciorum materiæ
28 imponam, Vtrum † vnum duntaxat indicium sufficiat ad torturam inferendam, an verò requirantur plura? Præsentis quæstionis meminerunt Bart. in l. fin. num. 6. de quæstionib. Et Guido à Suzaria in suo tract. singularissimo indiciorum & torturę, num. 90. Nec non D. Hipp. de Marsil. §. Diligenter. versic. Quæro modò vlterius, num. 177.

in sua praxi caussarum criminalium, atque
eorum sequaces, in vtramque partem dis-
putantes. Principiò, pluribus indiciis opus
esse ad torturam: quandoquidem, omnes
leges, omniaq; Iura de indiciis tractantia &
loquentia quę requirantur ad quæstionem
habendam, pluraliter loquuntur: veluti in-
dicia debere præcedere, non indicium, l. 1.
respons. 2. ff. de quæstion. ibi, & aliis argu-
mentis, & l. vnius, §. 1. & l. fin. ff. eod. titu.
l. Cùm cognitionaliter, & l. Milites, C. eod.
tit. de quæst. l. Sicut, C de fals. Et pluralis
29 † loquutio, singulari non acquiescit, l. Li-
bertas quam, § vlt. ff. de manu. testam Sed
30 his nequaquam obstantibus, † haud dubie
vnicū indicium ad torturā sufficere, Doct.
ad vnum omnes asserūt in locis paulo prius
citatis: facit gloss. in d. l. Maritus, ff de quę-
stion. quæ loquitur in singulari, dum dicit:
Sed præcedēte suspicione, &c. & facit etiam
glos. in d. l. Si quis, C. Ad l. Iuliam Maiest.
31 dum dicit: indicium domini, &c nec † ob-
stant iura in contrarium allegata, in quibus
de pluribus indiciis habetur mentio: quia
illa pluralitas, si communem vsum spectes
loquendi, in singularitatem resoluitur, l.
Non est sine liberis, ff. de verb. signific. l. Ait
prætor, §. 1 ff. de nego. gest. l. 2. §. Exactis,
ff. de origine iur. l. Demonstratio falsa, §. fin.
& l. Qui concubinam, §. Si Stichus, ff. de
condit. & demonstrat. Quicquid diximus
testibus Bart. & Hippol in locis paulo ante
32 memoratis, scilicet: † An sufficiat vnum in-
dicium, an plura requirantur, vt quis tor-
queri possit: relinquitur profecto id omne
arbitrio Iudicis, argumento l. 3. §. Eiusdem
quoq;, ff. de testib quod sustinere longè tu-
33 tius securiusque fuerit. † Animaduerten-
dum Iurisperitos variis subinde nominibus
nominare indicium. Quandoque nomināt
argumentum, l. 1. in princip. ff. de quæst.
& l. Militem, §. Oportet, C. eod. tit. Inter-
dum appellant simpliciter indicia, vt com-
muniter nuncupamus. l. 1. §. Antoninus, &
§. Diuus Adrianus, & l. Diuus, §. Ex quibus,
ff. de quæstio. Nonnunquam vocant suspi-
ciones, vt l. fin. ff. de quæstion. & l. Absen-
tem, in princ. ff de pœnis. Postremò nomi-
nant probationes, vt l. 1. C. de quæst. & l. 1 §.
34 Diuus Seuerus ff eo. tit. Bonus † itaq; & dis-
cretus Iudex cuncta circumspiciet, & iuxta
criminis qualitatem, facti contingentiam,
conditionem personæ, & abundantiam in-
diciorum considerabit, an ad torturam i-
psam deueniēdum sit: & casu quo ad illam
deueniri contingat, iterum mature consi-
derare debet, qua grauitate, lenitate, vel
moderamine su rit inserenda, iuxta notata
D. Azo. in summa, de quæst. scilicet quan-
tum moderatæ rationis temperamenta de-
35 siderant. Aliter † enim sunt torquendi iu-
uenes robusti: & alio modo debiles delica-
ti, vel senes: alio modo rusticus, vel miles:
& alio modo ciuis: alio modo nobilis: & a-
lio modo ignobilis, & plebeius, l. De mino-
re, §. Tormenta. ff. de quæst. & l. 1. §. si eod.
tit Bart. in d. l fin. eod. tit. Bald. in d l. 2. C.
Quorum appell. non recip. & idem Bald. in
l Milites, & l. fin. C. de quæst. Abbas in c.
Cùm in cōtemplatione, de reg. iuris, in an-
tiquis Et hæc omnia tanquam pulchra, sin-
gularia, vtilia, & quotidiana memoriæ cō-
mendanda sunt, quod indiciorum & quæ-
stionis materia admodum sit frequens, &
in iudiciis practicabilis, potissimum in cau-
sis criminalibus: & quæ (vti dictum est) in
Iudicis arbitrio plurimum consistat. Dein-
de quod Iudices, maxime iuniores, & parū
experti sæpe soleant in istis, aut necessaria
quæpiam pretermittere: aut certè vlterius,
quàm iuris sit, procedere. Quare hanc ma-
teriam prolixius & clarius, ad communem
praxim, & vtilitatē publicam deduximus.
36 Quid si captus fuerit confessus in tortura,
non præcedentibus indiciis, dicendū quod
nunquā potest ex illa confessione damnari,
vt est glos mirabilis & singularis in l. pen.
ff. de quæstio. hoc ideo, quia confessiones
reorum pro exploratis facinoribus haberi
non oportet, si nulla probatio religionem

cognoscentis instruat, l. 1. §. Diuus Seuerus, ff. de quæstio. huius meminit D. Ioan. Mulleus in sua praxi criminis persequendi, sub tractatu de indiciis, fol. 68. ad finem primæ
37 colum. † Delinquens qui fugit, an potest à priuatis capi, & vinctus duci ad iudicem? Hanc quæst. mouet D. Carolus Ruinus, suis in consiliis, consilio .o. quinti volum. vbi affirmatiuam partem sustinet, & ad eam probandam allegat varios & diuersos Doctores. Primo, Speculatorem in tertia parte, in titul. de accusat. versic. idem forte in debitore, &c. argument. l. ait prætor, § Si debitorem, de his qui in fraud. credit. & idem etiam probatur ex notatis per Baldum in capite primo, §. 1 de pace iuramento firmata, qui etiã loquitur de clerico. Quod ergo dicitur de debitore fugiente, idem est etiam dicendum de debitore suspecto de fuga: non dicit de suspecto ex hoc solo quod non possideat immobilia, sed etiam ex aliis indiciis, secundum D. Iohan. Baptistam Caccialup. in tractatu de debitore fugiente, in 4. quæstione, colum. penult. vbi ex mente Doctorum concludit, quod licet propria authoritate capere debitorem, ne dum in actu fugæ, sed etiam illum qui esset in fuga mentali, & ex signis colligitur fuga instãs, adeo quod si tunc non interrumperetur, periculum esset in mora. Et pro hoc allegat gloss. in l. penult. de pignora. action. ex qua notant ibi Bald. & Salic. etsi illud, quod operatur fuga in actu, operatur tamen in potentia, quos loco præallegato videre poterit lector.

CAPVT XXXVII.

De quæstione, siue tortura.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 37.

1 *Torquendi ratio consistit in arbitrio Iudicis.*
2 *Tortura, pii commouentur Iudices.*
3 *In tortura, quænam Iudici sint expendenda.*
4 *Tortura affectorum clamores, non magnifaciendi.*
5 *Tortura infligenda citra corporis grauem læsionem.*
6 *In tortura spectandus Patientis respondendi modus & ordo.*
7 *Ante quæstionis actum, interrogationes habendæ in promptu.*
8 *Specificatio ab ipso patiente nascatur.*
9 *Torquendi, nec minis, nec persuasionibus ad confessionem adigendi sunt.*
10 *Interrogationes tantum faciendæ de delatis.*
11 *Torquendus nemo sine indiciis grauiis.*
12 *Interrogationes non formandæ de aliorum delictis, nisi, &c.*
13 *Quo casu patiens ad confessionem sit inducendus.*
14 *Quis ordo seruandus, cum multi sunt torquendi, per exempla.*
15 *Patre & filio* } *Extorquendis, quis ordo habendus.*
16 *Vxore & marito* }
17 *Tormentorum genera ex iure per solos funes.*
18 *Tormentorum genera pleraq; inusitata, varia.*
19 *Tortura ex ordinatione, & mandato Iudicis inferuntur.*
20 *Tormenta nostra ætate passim fere recepta, minusque perniciosa.*
21 *Maleficæ cuiusdam exemplum Brugis pro sancta habita.*

Mal-

22 *Maleficis crines in tortura abradendi.*
23 *Mesites lapis potatus, facit vt dolorem nullum sentiat tortus.*
24 *In tortura omnia prudenter admouenda, ne quod hinc oriatur periculum.*
25 *An clericus à Iudice seculari comprehensus, torqueri possit aut debeat*
26 *An clericus tortus, & criminis reus citra degradationem morte puniri possit.*
27 *Tortura etiam virgis felicissimè exercebitur.*
28 *Clericus an torqueri possit à Iudice seculari comprehensus.*
29 *Clericus criminis alicuius reus, quod mortem mereatur citra degradationem an morte puniri possit?*

1 QVæstionandi † torquendiq; ratio to-
ta consistit in Iudicis arbitrio, pruden-
tia, & pietate, vt eam scilicet, pro suo arbi-
tratu & iudicio adhibeat, aut durius, inten
sius, aut remissius, l. Quæstionis, & l. De
minore, ff. de quæstionib. l. Item apud La-
beonem, ff. de iniuriis & famosis libel. &
eleganti ac philosophica l. Respiciendum,
2 ff. de pœnis. Verum pii † clementisq; Iudi-
cis fuerit hic erga patientem semper com-
miseratione moueri, & prudenter expende-
3 re † canitiem, senectutem confectam æta-
tem, aut iuuentutem virile robur, valetu-
dinem, tum imbecillem, tum validam de-
nique inspicere quid ipsius perferre valeant
vires, vt hac in re verum, prudentemq; Iu-
dicem agat, non tyrannum referat: ita vt
sensim, & gradatim, & leniter pœnam irro
get: mox fortius torqueat, deinde iterum
plectat pressius, atq; iterū durius mox cru-
ciatum intendat, pœnamq; omnem infli-
ctet pro qualitate & quantitate criminis &
delicti, proq; indiciis, argumentis, præsum-
ptionibus & suspicionibus, quas de patrato
crimine nouit: denique pro qualitate, id
est constantia aut vacillatione sui responsi,
d. l. De minore, § Tormenta. Paruifaci-
4 ens quam suppliciter † queratur, lamente-
tur, aut quam altum sublata voce incla-
met. Attamen istæc omnia cum tali pru-
5 dentia, & † animi moderatione temperet,
& peragat: ne patiētis corpori vllā grauem
læsionē aut mutilationē infligat. † Iudicis
6 item (vt dixi) fuerit, diligēter animū inten-
dere, ad patiētis sermonē & responsum: nē-
pe quem modū, ordinē & mores in respon-
dēdo & inter supplicia habeat: vt obseruet,
nū variet, aut vacillet, nū dictis constet: eaq;
omnia per Graphiarium aut Scribam cala-
mis excipiēda curet, d. l. De minore, §. Tor-
7 menta. Porro conueniet, † interrogationes
& quæstiones suas prius habere promtas &
expeditas, easq; generales: nempe, vbi sab-
bato vespere egerit: quibuscum eo tempore
versatus fuerit, quid ibidē egerit aut patra-
8 rit, qui plures cum eo ibi adfuerunt. Ita † vt
specificatio perpetuo ab ipso patiēte nasca-
tur: vt quam optime docet Iac. de Bellouisu
in sua pract. iudiciaria, in criminalib. tit. de
quæst. n. 50. l. 1. §. In caussa tributorū, vers.
9 Qui quæstionem, ff. de quæstio. Non † est
boni Iudicis, neque in ipsius potestate, siue
authoritate, maleficum aut Reum in tor-
mentis eo conari inducere & persuadere, vt
quippiam sibi aduersum confiteatur: neq;
item minis ipsum huc sollicitare, aut ter-
rere, aut interminari maiora supplicia, si fa-
teri nolit: sed æquo libramine, animoq; se-
dato pergat exercere cruciatū, donec ipsius
prudētiæ & iustitię ex animo vere Christia-
no ad summū videbitur pœnam intensam
fuisse, adeo vt grauiora perpeti nequierit.
10 † Neq; iure Reum interrogare potest de a-
liis delictis, quam quorū accusatus, & gra-
11 uatus fuerat, cuius hæc se offert † ratio, quod
citra vlla indicia nullus sit tortura exami-
nandus, l. Vnius, ff. de quæstionibus, & l.
Cùm cognitionaliter, C. eod. tit. de quæ-
12 stionib. Neque † etiam ipsum interrogare
potest de aliorum delictis, neque de ipso-
rum vita & moribus, & conuersatione,
l. Repeti, ff. de quæstion. l. fin. Cod. de
Accusat. & inscripr. l. Sicuti, Cod. eod. tit.
de quæst. & c. 1. ext. de confess. ibi est casus
expressus, iuncta ibidem insigni glossa.
in verb. Confessi: nisi fuerint ii insignes pu-

bliciq; latrones & insidiatores. l. Prouinciarũ, & ibi Paul. Castrens. C. De feriis Adulterinæ monetæ authores, l. 1. C. de falsa monc. hisque similes: in quibus casibus, tales interrogandi sunt in genere, nulla adhibita specificatione, l. Qui vltimo, in fine, ff. de pœnis, vti ante dictum est. Eaque interrogatio fiat in tortura de aliis consciis, & super conscientia aliena, d. l. final. ad finem, C. de accusat. & inscript. Quod tamen sanè intelligẽdum est, nempe si contra alios præcedant indicia: alias vero minime: quia sicuti sæpiuscule allegatum est, Nemo sine indiciis præcedentibus torquendus est, d. l. Vnius, & d. l Cum cognitionaliter, cum sine numero similibus. Verum (quod prorsus improbandum est) conspicimus complures Iudices huius inferioris Germaniæ, ex consuetudine quadam, his legib. & formis contraire, & secus quotidie facere.
13 † Verum enimvero in crimine læsæ Maiestatis atque aliis enormibus criminibus, vnde periculum summum, & pernicies maxima oriri posset, deberet Iudex Reum ipsum ante aliquam pœnam inducere & persuadere huc totis viribus omnique animi dexteritate, vt si crimen vltro lubensq; fateri voluerit citra vllum cruciatum, & illius veritatem aperte reuelare, quod ipsi crimen condonabitur, eiusq; remissio & absolutio impetrabitur.
14 Sin † id profiteri recusarit, quod tormentis variis ad veritatis confessionem extorquendam procedetur. Quoties autem plures malefici, eiusdem criminis Rei, quęstionibus sunt examinandi, hunc ordinem obseruet Iudex, vt semper in illũ prius torturam exerceat, à quo putat, se omnium optime veritatem exquisiturum, testibus Bart. in l. 1. in princ. ff. de quæst. Angel. Aret. in suo tract. maleficiorum, in gloss. in verb fama publica præcedente, versic. Nunc videamus de tortura, Gandino in tract. suo maleficiorum, sub rubr. De quæstionib. & tortura in 2. colum. in versic. Nunc videndum: & Hippol. de Marsil. in §. Expedita, versic. Quæri etiam potest de notabili dubio, num. 49. in sua practica caussarum criminalium. Aut qui sibi maximè suspectus est criminis, l. 1. in exordio, ff de quæstio. Aut certè quæstionem intentabit primum ab omnium debilissimo, d. l. 1. coniuncta
15 l. Vnius, ff. de quæstionib. † Veluti si & pater & filius sint extorquendi, prius cruciatum admouebit filio, præsente aut absente, sed sciente patre, quod naturale sit patrem magis metuere pœnam filii, quam proprii sui corporis: Ideoque grauius filii, quam sui ipsius pœna affectus, facilius ad veritatis cõfessionem cõpungitur, vt in l. Isti quidem, ff. de eo quod met. caus. iuncta memorabili glos. ibidem in verb. magis & in § final.
16 Instit. de noxalib. actionib. Si verò † vxor & maritus torquendi fuerint, prius Iudex vxori tormentum infligat, ceu debilissimæ & cruciatui ferendo maximè impari. Maritus enim, quòd sit pectoris & naturæ robustioris, tardius ad cõfessionem pertrahitur. Vxor verò ceu vasculum fragile, & flexibile, & molle citius ad veritatis confessionẽ, tum persuasionibus, tum tormentis inducitur, & inflectitur, l. Filia in orbitate, C. de inoffic. testa. & c. Forus, in fin ext. de ver. signific. l. Deferre. in princip. ff. de iure fisci, ita ait Dynus in suo tract. de quæst. versic. Quo ordine sit habenda tortura, &c. Ita etiam firmat ad literã, D Paris de Puteo suo tract. syndic. in 102. in 1. col. & Guido de Suzaria in suo tractat. maleficiorum, in 5. colu. in versic. Quo ordine. Et idem in effectu videtur firmare D Franc. Brunus in suo etiã tractat. maleficiorum, De indiciis & tortura, in 12. char. in 3. colum. atq; hæc omnia pro suo arbitratu & prudentia. Tormentorum
17 † autem genera agi conuenit funibus: neq;
18 vspiam † iuris reperitur, alia ad torturam esse adhibenda, l. Nullus, Cod. ad l. Iuliam Maiesta. Verum ex inolita consuetudine, variis instrumentis, diuersaq; materia hanc torturam exerceri cognouimus per latrunculatores, & maleficiorum Iudices, nunc

chordis

chordis & testibus, nunc aqua, nunc aceto, aliàs oleo ipsius gutturi infuso: pice deniq; ardenti, aut alio simili cruciatu, corpori ipsius adhibito. Quin & inedia durissimaque siti, aut intolerabili frigore, aut cibo salsissimo citra vllum potus remedium exhibito. Alii immissis inter digitos bacillis ligneis, atque item arctissime funiculis digitos constringētes, aut taxillo, aut alea inter autem & carnem torquendi perducta. Item crabronibus, muribus, similibusq; infestis animalculis, quæ malefici ventri, & vmbilico viua adhiberi sueuerunt, ipsis superimposito vitreo poculo ne euadendi pateat exitus: sed vt cruciatum acrius vrgeant in patientis corpus. Rursum torturam exercere solent capra quapiam, hoc modo: Torquendum primò scamno illigant: mox illius pedes diligenter aqua salsa proluunt: deinde capram ipsam salis auidissimam, ipsius plantis admouēt lambituram. qui sanè cruciatus fertur atrocissimus, maximeque intolerabilis, citra vllum corporis periculum. Sunt qui Patientibus scamno innixis, per nares aquam cum calce viua immittunt, & os ipsius concludunt, verum hoc periculosum est. Quidam patientem nudū tabulæ duræ implanæque iniciunt, cuius pedib. ac manibus grauia saxa appendunt, quæ corporis partes extremas, magno cum cruciatu deprimunt. Sunt quidem impuriores qui Reorum testiculos fune constringant, eosdemq; testiculos virgis acriter cędunt. Verum hoc Turcicum est, aut Scythicum. Noui qui maleficos excarnificaturi, verius quam torturi, eos in aëre suspenderint brachiis in diuersum protensis, ipsorumque axillis ardentes supposuerint candelas donec cutem vtcunque inurerent, aut pedum plantis viuas prunas, aut carbones subiecerint. Quidam patientem calceant nouis calceis bene pinguibus, atque ita adhibent obiectis plantis ad ignem. Aut ardētissimo foco instituunt, donec arctissime pedes constringantur, & duram pœnā percipiant. Alii vero, malefici scamno illigati pedes multo lardo perungunt, eosque feruenti igni admouent, donec hac pœna victus ad confessionem (si fieri potest) pertrahatur. Alii vero aliis, hisq; similibus inuestigandi modis vtuntur, D. Franciscus Brunus in suo excellenti tract. de indic. & tortura, quæst. 2 secundæ partis, nume. 6. Necnon D. Paulus Grillandus in suo tract. de quæstionib. & tortura, versic. Secundo quæro, & versic. Quartò nunc videndum, & Iacobus de Bellouisu in sua practica iudiciaria in criminalibus titu. de quæstionib. numer 48. Verum quod isthæc pleraq; tormentorum genera sint sua exquisitione tyrannica potius, quam humana, idcirco vel tandem sua sponte desierunt, & passim exoleuerunt, vti & Bald. ipse quoque meminit in parte in l. 1. C. de emendat. seruor. & Doctores maxime practici in suis tractat. Gandinus in opere suo maleficiorum, in tit. de quæstionib. & tormentis. Angel. Aret. in suo opusculo maleficiorum, in gloss. Fama publica præcedente, in versic. Tortura. At ille insignis Doctor modernus Bononiensis, D. Hippol. de Marsil. clarius ceteris hæc aperuit in egregiis commentariis suis, quæ edidit super notabili tit. ff. de quæstionib. in l. 1. in exordio. Vbi ponit quatuordecim species tormentorum, omnes diuersas: quas vide.
19 † Sed ea omnia ex ordinatione, & mandato Iudicis inferuntur, pro quantitate criminis, & qualitate personæ, vt inquit D. Hippol. de Marsil. in sua practica caussarum criminalium in § Nunc videndum, num. 2 & num. 20. Maximus item omnium cruciatus, quem citra vllam corporis læsionem, detrimentum, aut mutilationem adhibueris est si patientē Reum inter angustas laminas ad cistulæ formam confectas, stricte concluseris, & compresseris: deinde maximos pedum digitos fune ligatos extraxeris. Hoc namque modo fune rotula intento, corpus conclusum altius intumescit, & intolerabili pœna ilico affici-

tur: quæ pœna mox laxato fune, remittitur, & perit, absq; corporis læsione. Quod nonnũquam accepi à latrunculatorib. siue quæstorib. parricidiariis (quos vulgò maleficiorum Iudices appellare solemus) qui id non raro sese exercuisse, mihi certo & frequenter narrarunt: atque ipse idem non raro experientia comperi. Cæterum enumeratis aliquot tormentorum generib. in iure expressis: deinde refutatis iis, quæ aut tyrannis, aut væsania quorundam Iudicum stultè excogitauit, quæque sua sponte iam nuper apud nostrates desierunt, non putaui
20 † vllo silentio hîc prætereundas esse eas torquendi species, & modos, quos passim hac nostra ætate vsurpari, & exerceri conspeximus: potissimum in inclyta ciuitate Brugensi: cuius Senatui ad torturam & quæstionem sæpenumero (licèt indignus) assessor & cõsultor interfui. Principio igitur omnibus suis exuitur vestibus, nisi quod verêdis (quibus ipsa natura pudorem induit) amictus lineus (reuerentiæ humanæ gratia) connectitur. Deinde manibus ambabus in tergum reductis, ibique strictè ligatis, supinus implicatur, & imponitur in arctum scamnũ, & corpore torquendi penè strictius: in quo, fune sub axillis, & per thoracem pectoris ducto, constringitur & colligatur: ne aut tortoris incuria, aut pœna mox infligenda victus, periculosè in pauimentum corruat. Post vtrique pedum digiti maximi, separatim connectuntur funiculis, qui obuoluti rotularum axibus, aut aliis similib. instrumentis, corpus torquendi (dum rotantur aut intenduntur) longissimè extendunt. Deinde funem (si opus fuerit) arctè impingunt ipsius femoribus aut tibiis: quem baculis subter scamno arctè constringunt carnifices. Aut simili forma ossulis aut bacillis funiculum contortum nexibus, aut globulis fronti patientis imprimunt strictius, aut leuius, ad arbitrium Iudicis: Aliâs vero oculis ipsius implicito panno vuido, compressisque naribus, tortor nonnihil altius angustioris gutto frigidam fundit aquam in pectus ipsius, in tibias, pedes, aliaque maxime affecta membra. Præterea ori ipsius immittitur frænum siue capistrum, ad hoc commode aptatum, ac mox ori tortor infundit aquam frigidam, donec venter intumuerit in eam crassitudinem, quæ Iudici, ipsiusque consiliariis videbitur, corporis virib. citra graue periculum sufficere. Quibusdam vero ad torturam applicandis, non temere, priusquam dicta tormenta aut partim, aut collectim omnia intentarentur, omnes capillos, crinesque omnes nouacula abrasos conspexi, facto scilicet per hoc periculo, num quæ adminicula haberent pro impassibilitate, qua nulla tormentorum genera persentiscerent: id enim magicis artibus, sortilegiis, incantationibus, aut execranda dirarum deuotione, plerunque efficere solent, vti sæpe ipse vidi quum Ciui-
21 tati † Brugensi essem à consiliis, potissimũ in muliercula admodum anu, quæ tum habitu, tum victu, tum incessu, tum moribus, & fucata sanctimoniæ specie ab omnibus venerabatur, habebatur in precio, & plurimi fiebat, veluti vera Christi Apostola, quod multarum matronarum filios ac filias, quasi miraculosè curaret, gibbos liberaret, crura, tibiasque confractas ilico restitueret, idque non arte, aut externo medicamine aliquo adhibito. Verum (vt olim Apostoli) pietatis aliquo exercitamento iniuncto: nempe, vt vno, duobus, aut tribus diebus ieiunarent in pane & aqua, vel vt ter legerent orationem dominicam, aut inuiserent Sãctam Mariã Ardenburgensem, aut S. Arnoldum Audenburgensem, aut S. Iodocum, aut S. Hubertum in Arduenna. Vel vt sacrum vnum aut alterum religiosè audirent, aut aliquot preculas persoluerent ægri. His rebus iniunctis ritè expletis, ilico aut certe intra pauculos dies, ab incommodis & morbis liberabantur, & firmæ valetudini restituebantur, ob eam, quam in ipsam mulierculam spem conceperant. Quum istius

ctius mulierculæ ea facta in vulgus latius spargerentur, à Senatoribus (quibus mens, vt æquum erat, fuit altior & sanior) intempesta nocte iussa fuit ex lecto comprehendi, & carceri mancipari. Postridie quum ab iisdem Senatoribus in carcere leni, præuioque examine perquireretur, quomodo, quibus mediis, quo fœdere, quaq; fiducia freta suas curas perageret. Ea intrepidè semper respondit se piè cuncta exercuisse, & bonis, piisque rationibus: atque ideo sese non debuisse tam ignominiosè comprehendi. His non obstantibus ex certis manifestisque indiciis, per Senatum adiudicabatur torturæ, ad quam cum venisset, & verbis persuasoriis examinaretur, constanti vultu & animo semper perdurauit in ea sententia, qua asseuerabat se nihil eorum quæ fecerat, Dæmonis alicuius ope peregisse: sed omnia pio, & licito medio. Aderat hoc tempore ipse quoque Burgimagister (vt dicũt) misere tunc (nam podagricus fuit) afflictus & cruciatus podagra, cuius gratia subinde inter examinandum tristia edidit suspiria, & singultus miserabiles. Ad quem hæc anicula conuersa, sic orsa est: Vis, inquit, mi D. Burgimagister feliciter ab hoc podagræ cruciatu liberari? Ego hoc malum, si voles, ilico & feliciter in te curauero. Ad quam ille: Curares, inquit? Optarem ab hoc morbo, ait, penitus curari posse duobus milibus ducatorum, quos tibi iam iam etiam numerauero, si quod verbis promittis, re præstare poteris. Ad quem tum graphiarii, & consiliarii præsentes: Domine (inquiũt) Burgimagister, etiam atque etiam dispice quid dicas, quidq; facturus sis: Nobis quæsumus potius ausculta, & istam maleficam in aliam cameram seduci iube, nosque patienter audi. Et ita seorsum abducta, rursum dicti iidem Consiliarii in hunc modum Burgimagistrum alloquebantur: Ah inquiunt, Burgimagister, vide diligenter quid dicas, aut quid facias, quantoque periculo temet exponas, ex vana persuasione, qua arbitraris hanc, tanquam Christi quandam Apostolam, te ab hac tua podagra posse licitis modis curare, tametsi cuncta secundum speciem videantur pia & diuina. Si enim penitius ipsius potestatem perscrutari libeat, age, eandem denuo ad nos reuoca: modum curandi perquiramus (non est abbreuiata manus Domini) si Apostolico remedio te curaturum promiserit: ipsorumque viis & mediis institerit, non refragabimur. Sin aliis illicitis mediis vtatur, quibus fidat, omnia ipsius & tibi & nobis omnibus merito suspecta esse debent. Hæc itaque reducta ab vno consiliariorum rogabatur: Si, inquit, Burgimagistrum nostrum morbo quo laborat, leuare, curareque præsumas, quo, inquit, remedio adhibito & quibus rationibus id præstabis? Tum illa: Nullo (inquit) alio remedio, quam hoc: Credat Burgimagister, & sibi persuadeat me eam habere potestatem, vt ipsum curem ilico, & valens curabitur. Quibus auditis, & intellectis iussa est denuo abduci, & in locum priorem seorsum recipi. Tum vno ore parique consensu dicti Consiliarii: Vides inquiunt & audis mi D. Burgimagister, vosque omnes Senatores præsentes quid ista malefica responderit? Ex cuius verbis aperte constat ipsam omnia peruersè atque adeo diabolicè peragere, teque Burgimagistrum illicite curare præsumpsisse. In sua enim cura Apostolorum vestigiis minime insistit. Illi enim in fide & virtute DEI sanabant, dicentes claudo: In nomine Domini nostri IESV CHRISTI surge, & ambula. Cæco dicebant: In nomine Domini nostri IESV CHRISTI suspice: ille ad gressum restitutus est, hic visum recepit: non quidem ope humana, sed potentia diuina in nomine & fide Christi. Hæc autem malefica se curaturam iactitat, si quis duntaxat ipsi fidat, ipsam-

que hoc facturam credat. Quæ quidem fides (imo perfidia) prorsus contraria est cũ fide Apostolorum. Hac itaque responsione percepta & rebus melius pensiculatis, Burgimagister pœnitudine ductus ab ea curari noluit, quem dum vixit ad supremum vsque spiritum tã facilis credulitatis non mediocriter pœnituit. Malefica interim isthæc ob cõstantem negationem eorum quæ ipsi imponebantur, torturæ tradebatur, acriter autem contorta nonnulla delicta cõfitebatur eaque leuiuscula. Insignia vero maleficia fortiter negauit, ab hac itaq; tortura leuabatur, & vtcunq; purgata rursum in carcerem recepta est. Postea nouis indiciis grauata iterum torturæ addicitur. In qua (vt prius) paucula quædam eaq; minutiora tantum confitebatur. Ob cruciatum tamen clamare cœpit: Abripite me ex hoc torturæ scamno, aut permerdabo vos quotquot adestis omnes, nam diutius naturæ pondus continere non possum. Erant autem iuxta torturæ locum latrinę, ad quas adeundas quibusdam Senatorum eam relaxari placuit. Alii quibus mens erat sagacior, nullo modo relaxandam esse statuerunt, ne fortassis hinc grauius quoddam incommodum oriri posset, verum vicit hic affirmantium maior numerus, quorũ indicio è scamno relaxatur, & ad latrinas deducitur. Vbi postquam æquò diutius hæsisset, nempe ad semihoram, & amplius, neque bis, terve vocata rediret, tandem redire cogitur, scamno imponitur, nouæq; torturæ destinatur, ligatur, & ex iussu Prætoris, Consulis, & Senatorum torqueri occipit. Illa non lamentationes, aut clamores edidit, sed horũ loco subridere cœpit, & quamuis l gata, digitorum tamen complosionibus Iudicibus ipsis insultabat, dicens: Vos Prætor, Cõsul, ceterique Domini, & tu quoq; nefarie tortor, agite, facite posthac quod vobis libitũ fuerit, nihil nunc in mei tortura profeceritis, nihil in me valebit vestra crudelitas. His auditis sanior Senatorũ pars existimabat illam dæmonis opę factam impassibilem. Ex eo namque tempore nihil fere fateri voluit ex iis, quæ secunda informatione producta fuerant, sed scamno patienter innixa aut risit, aut dormiuit. Hinc factum vt secundo è scamno, & tortura relaxaretur, & iterum in carcerem reciperetur. Postea alii quoq; testes auditi sunt, & noua indicia habita, ob quæ iam tertio torturæ adiudicatur. Verum priusquam scamno imponeretur

22 † totius corporis pilos & crines abradi curauimus, postea scamno imponitur, acerrime torquetur, nihil tamen fateri voluit. Tandem quibusdam astantibus succurrit eam nõ esse tonsam in pudendis, sub axillis, & in culo, vbi per tonstrices illi quoque crines abrasi fuerunt, & inter radẽdum reperta fuit pergamena culo cũnoq; inserta, cui inscripta fuerunt aliquot peregrina vocabula dæmonum, crucibus aliquot inter se distincta, hæc pergamena Senatoribus exhibita occasionem præbuit, vt rursum scamno torquenda traderetur, vbi facta plane passibilis, omnia nude fatebatur, quæcũq; tribus prioribus informationibus fuerant proposita. Cum autem rogaretur, cur prius fateri noluit, ait: Nisi à me, inquit, omnes crines, atque etiam hanc schedulam abstulissetis, nunquã à me perquirere quicquam potuissetis, vt quæ per illa, ob maligni spiritus operam, facta eram impassibilis: quod haud dubie verissimũ fuerat. Postquam vero res eò peruenisset, vt inter Senatores discuteretur, qua pœna hæc malefica plectenda foret: Aliis placuit eam igne plectendam & occidendam esse. Alii (quibus animus ad sexum muliebrem & ad ætatem tam prouectam fuit mitior) cẽsuerunt eam non igne, nec morte conficiendam sed puniendam pœna morti proxima: nempe vt in theatro consuetis vestibus omni populo ostenderetur, deinde caput commodatitiis capillis vestiretur, quos carnifex iniecta flamma exureret. Hoc, signo indicans, magistratum eam non punire iuxta rigorem

iuris,

iuris, & pro cõsuetudine patriæ (iuxta quã deberet comburi viua) sed in eam vsum fuisse summa clementia. Hoc facto censebant eam exilio damnandam esse ad annos perpetuos, sub pœna ignis, etiamsi nihil similium postea perpetrasset: Et si banno suo obediens, extra Flandriam similia perpetrare præsumeret, ob ea, & tunc etiam ob præcedentia omnia, tanquam suam secum sententiam conferens, viua cõbure retur. Hæc itaque posterior, & etiam mitior sententia, pluralitate vocum præualuit. Malefica igitur hæc, ita punita, bannoq; suo obedire se velle declarans à duobus Senatorib. & Pensionario extra terminos territorii Brugensis producta fuit. Vnde statim conuolauit in Zelandiam, & aliquot hebdomadibus resedit Middelburgi, vbi statim ad intermissa maleficia redire non destitit. Prætor autem ibi Florentius Dammæus à nobis de hac muliercula edoctus, per exemplaria omnia nostræ informationis Torturæ, & sententię ad ipsum in fauorem iustitię transmissa, eam obseruare incœpit, quam, vbi ad consueta maleficia redisse certò cognouit, eam comprehendit, & ob confessionem, & sententiam præuiam, viuam incendi curauit, & huius Iustitiæ executionem Senatui Brugensi ilico rescripsit, mihique fideliter narrauit. Sed de his plus satis. Et sicut mihi adstipulatur D. Paulus Grillandus, qui de eadem re meminit in suo tract. de quæstionibus & tortura, versic. Quartò, nunc videndum. Similiter & de remediis, num. 12. 13. 14. 15. 16. ceteri ipsius posteri: quos, vbi tibi visum fuerit, ibidem consulere suaserim. Est aliud tormentorum genus, haud infrequens Italis, quo maleficum constituunt in scamno aut sede ligatum, & duobus famulis adhibitis, qui maleficum cohibeant à somno, his duobus succedant alii, atq; alii famuli, qui nulla ratione permittent maleficum in vllum soporem ac quietem, incidere. Et quoties continget ipsum reũ ad somnum nutare, quietemque optare, astantes famuli alapis, acribusq; vellicationibus somnum dispellent, donec reus inquietudine victus optet somnum, & confessionem promittat: Atq; hoc tormentum minimè omnium corpusculum lædet, estque maximæ efficaciæ in eos, qui ad quæuis tormentorum genera videntur inuincibiles, eaque omnia respuunt & rident. Imo etiã ad vincendas ipsas maleficas, vt citius ad confessionem compellantur. Nec omittendum censui, quod Albertus Magnus dixit in lib. quem edidit De secret. nat. quod lapis quidam mesites nuncupatus, qui oritur ex ciuitate Mesis, in partibus orientalibus, contritus, & aqua aut vino commixtus, datusque ad potandum illi, qui torquendus est, inducit insensibilitatem pœnę & cruciatus, vt refert Paris de Puteo in tract. syndic. in c.
23 Tortura 2. Hi igitur enumerati torquendi modi nobis fere sunt in vsu: & ad eos exercendos vnum quodq; prætorium apta, accommodaq; habet instrumenta, ex consuetudine inolita passim comprobata, & in iure stabilita, l. Nullus, C. Ad l. Iuliam Maiest. Attamẽ summa hic adhibenda est cautela,
24 † vt cuncta tormenta prudenter & moderatè intententur, alioqui haud pauca isthinc solent exoriri pericula. Quoties verò patientes, vniuersa isthæc tormenta fortiter deuicerint (vti aliquando ipse vidi) & pœnam omnem citra confessionem deuorarint, fas est eosdem Reos (si noua, dignaq; alia euenerint indicia) ad iterationem torturæ reuocare, eosque vegetis asperisq; virgis (ad quod identidem ipse suasi) acriter cædere. Imo hanc flagellationem, quæ corpori nocet minus, prius ante alia subinde experiri cupiam quam adeo noui, ac expertus sum, plerunque ad confessionem plus efficisse quam dicta iam (quamlibet atrocia) tormentorum omnia genera. Priusquã huic capiti finem imponeremus, non inutilem hic quæstionem referre placuit, An clericus
25 † scilicet torqueri possit, & debeat à Iudice seculari comprehensus quum ipsos

clericos satis raro viuere conspiciamus iuxta ipsorum professionem, sed vt scelerati nebulones multa indigna mala perpetrantes. Verum ad hanc quæstionem opus est distinctione: Is enim Clericus aut infamis est, aut non infamis. Si infamis est, profecto torqueri potest, secundum DD. in c. Grauis, de deposit. Hipp de Marsil. in l. Edictum, nume. 9. ff. de quæstionibus, & admodum late, in singularibus suis, singulari 55. incipien. Animaduertas ad vnũ nonnullas ad hoc allegationes citantem. Aut est non infamis, & tunc nullo modo torqueri poterit. Cæterum vt clauus clauum pellit, ita quæstio quæstionem protrudit.
25 Quæri enim potest. An† talis clericus in sacris ordinibus constitutus, tortus, & criminis alicuius reus, quod mortem mereatur citra degradationem morte puniri possit? Sed & hic opus est distinctione. Si enim ipsius crimen enorme fuerit & atrocissimũ, veluti assasinatus, aut patricidium, aut simile, poterit haud dubiè per Iudicem Secularem, aut per latrunculatorem morte puniri, absque vlla præcedenti degradatione, teste Ioann. Andreæ in c. Cum non ab homine, extra de Iudic. Et Gemini. in c. finali, de homicid. libr. 6. Et Petr. de Anchar. in suis consil. consi. 157. incip. Ex narratis in facto, 5. colum. Et Hippolyt. de Marsil. in sua practica caussar. criminalium, §. diligenter, nume. 160. Ipso enim iure censetur degradatus, videturque cuique data potestas ipsum capiendi ac puniendi secundum lapsum in c. pro humani. De homicid. libr. 6. c. Primo, de scisma. eodem lib. 6. Et iure videtur spoliari omni clericali priuilegio, vt ibi per docto. Potestque Iudex contra assasinum procedere ex mero suo officio iurisque ordine prætermisso, ob criminis seu assasinamenti (vt vocant) atrocitatem & immanitatem, Bart. in l. Non solum, §. si mandato, ff. de Iniur. Et D. Paris de Puteo, in suo solenni tract. Syndicatus, 51. chart., 2. colum. ad finem, idem intelligendum in similibus atrocioribus delictis. Si verò talis clerici delictum, quod commisit, non atrox fuit, & enorme, secus censendum est, & iuris ordine procedendum est, cum degradatione præuia. Hic ergo sit huius capituli terminus, ne offendat vnius nimia longitudo.

CAPVT XXXVIII.

De repetitione quæstionis, siue torturæ.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 38.

1 *Tortus semel non est ob idem delictum retorquendus.*
2 *Tortus ad torturam repetitur, nouis emergentibus indiciis.*
3 *Tortura quando repetitur sine nouo indicio.*
4 *Summa aut sufficientia torturæ, in Iudicis prudentia consistit.*
5 *Indicia noua quæ?*
6 *Inuectio authoris in sanguinarios Iudices.*
7 *Reum inconfessum, Flandria non adiudicat morti.*
8 *In magno Consilio* }
9 *In Flandria consilio* } *paruiducunt Rei responsa in certa probatione.*
10 *Probatio quænam sufficiens.*
11 *Probatio ex visu omnium est fortissima.*
12 *Reus in tortura confessum delictum negans, retorqueri potest.*

Reproba-

13 *Reprobatio quorundam tormentorum.*
14 *In tortura confessus crimen sociale, ad sociorum proditionem retorqueri potest.*
15 *In tortura alterius, qui sunt proditi, comprehendi possunt: non autem ob id torqueri, nisi, &c.*
16 *Ad torturam liberi procedendum tardius: nisi, &c.*
17 *A tormentis non est auspicanda inquisitio.*
18 *Tortura vehementia Reum interimens aut mutilans, homicidii aut mutilationis suspicionem (incidit.*
19 *Authoris præmonitio ante torturam latronum.*

1 REus † qui semel delicti vnius gratia, acriter & ad iustitiæ æquitatem & plenitudinem, quæstionis torturam subiit, & perpessus est, in qua nihil tamen confessus est, non est ob idem delictum ad iterationem torturæ denuo, aut secundo reuo-
2 candus: † nisi certè noua aliaque succrescerent condigna iteratione torturæ indicia, l. Repeti. & l. Vnius, §. Reus, & ibi Bart. & sequaces, ff De quæstionib. Bald. in l. Milites, C. eodem tit. Cynus in l. De tormentis, C. eod. allegans Odofredum, D. Guid. à Suzaria in suo perutili & quotidiano tract. de indiciis & tortura, num. 57. 59. D. Angel. Aretin. in suo tract. maleficiorum, in gloss. Fama publica præcedente, versic. Tertiò quæro, An semel tortus possit iterum torqueri? Gandinus sub Rubrica de quæstionib. versic. An quæstio repeti. Angel. in l. 1. §. Si quis, ff. de S. C. Syllan. Bald. in l. 1. C. De Confess. D. Iacobus de Bellouisu in sua practica iudiciaria sub tit. de quæstionib. n. 90. 91. 92. D. Franciscus Brunus in suo tractat De indiciis & tortura. q. 5. secundæ partis, nume. 59. latè haud dubie distinguens, D. Hippol. de Marsil. in sua practica caussarum criminalium, in §. Quoniam, num. 2. Fol. 90. Quandoquidem priora indicia abunde satis per tormenta passa, sunt dilata &
3 purgata. Aut † certe nisi priora indicia de facti veritate, clariora fuerint & euidentiora, quàm vt vllo modo Iudex ambigere posset, nempe duorum aut plurium fide dignorum, & ex certa notitia, & vsu testantium testimonio fuerint sufficienter comprobata: adeo vt Iudex plene ita instructus de rei veritate, sentiat potius Rei esse duram pertinaciam, quam synceram innocentiam, quod in pœna nihil ante confessus fuerit. Quo casu posset Iudex ob sola prima indicia, maleficum Reum, ita maligne pertinacem ad trocleam siue scamnum carnifica-
4 rium recipere, Bart. in d. l. Vnius, §. 1. An † autem patiens quispiam sufficienter & ad extremum vsq; satis excruciatus fuerit, totum id consistit, & situm est in iudicio, & prudentia Iudicis, l. Quæstionib. & l. De minore, ff. de Quæstio l. Item apud Labeonem, ff. de iniuriis, & l. Respiciendum, ff. de pœnis, sicuti capite pximo meminimus.
5 Noua † recentiaq; indicia, hìc velim intelligas, quæ à prioribus specie differunt, aut substantia. Verbi gratia, sint prima indicia, quod malæ famæ fuerit & vitæ, morumq; pessimorum, consuetus quosuis, etiam non lacessitus, cædere: quibuslibet atrocia ilico minari consuetus, perpetuus interfecti hostis, & vbiuis locorum infestus, cui non raro etiam interminatus sit, & similia. Noua recentiaq; erũt indicia, si accedat testis fide dignus, qui audacter adstruat, & deponat, se vidisse ipsum Reũ interemto infligere plagã, ictum, & verbera. Aut si dicat, quod audierit ipsum Reum id factum aperte fatentem. Delationes & istiusmodi depositiones testiũ, gignunt noua indicia, à prioribus specie planè distantia, eoque digna & sufficientia, ob quæ Reus inconfessus denuo ad iterandum cruciatum reuocetur, nouamq; retorturam subeat. A qua sententia nequaquam abhorrent Angelus Aretin. in suo tractatu maleficiorũ in verb. fama publica præcedente, in versic. Quæro, quæ dicantur noua indicia; D. Ludou.

Bologninus in additionib. ad tractatum D.
Guidonis à Suzaria, de indiciis & tortura,
num. 61. D. Hippol. de Marsil. in sua pra-
ctica caussarum criminalium, §. Quoniam,
num. 9. arg. no. in l. Per hanc, Co. de tem-
porib. appel. Bart. non inconcinniter idem
tenet in d. l. Vnius, ad exordium, ff. de quę-
6 stionib. atque in suo tract. de quæstion. In†
quibusdam locis Flandriæ ac aliarum regio-
num (nescio quo spiritu afflati) vt videan-
tur boni Iudices, Officiarii aut Assessores,
neque Deum, neque leges præ oculis habē-
tes, testibus Cyn. in d. l De tormentis, Gui-
done à Suzaria, Angel. Aret. locis iamiam
allegatis, ex vsu & consuetudine habent:
Quoties Reus legitime, & multorum fide
dignorum testimonio fuerit conuictus: to-
ties, & tam diu Reum ad quæstionariam
torturam reuocare, crucemq; toties, adeo-
7 que intendere, donec pœna exaturatus † &
victus, singula fateatur: huic fundamento
innitentes, quod nullum Reum inconfes-
sum, morti adiudicare ipsis liceat, nec non
& alteri fundamento, cuius meminit §. Il-
lud videlicet. versic. Oportet enim eos, in
Authent. vt Iudices sine quoquo suffra. fi-
ant. ibi torquebunt fures, & non prius qui-
escant, donec reddant furta, &c. A qua ta-
men torturæ liberali & immodica repeti-
tione suaserim abstinendum, atque cauen-
dum: maxime quum doctorum omnium
theorica sententia, contrarium huic secun-
do fundamento defendat: prout supra cō-
memoraui. Ita etiam in terminis voluit
Bald. acutissimi ingenii doctor, in l. 2. C.
quorum appella non recip. & in d. l. Milites,
C. de quæstionib. D. Abbas, in can. Cùm in
contemplatione, in 2. colum. in versic. Se-
ptimo quęritur, ext. de reg. iur Ita nec dissi-
militer adstruit D. Guido à Suzaria in locis
8 prius memoratis. † Nihil attamen in ma-
9 gno Consilio, nihil in Consilio † Flandriæ
pendunt confessionem Rei: si quando legi-
tima, dignaq; satis condemnatione habue-
rint de facto testimonia, probationē & no-
10 titiam. Sufficientem autem † probationem
in negotijs criminalibus dicunt esse, euidē-
tem & claram depositionem; hoc est, duos
11 omni suspicione vacuos testes, qui † certo
testabuntur se conspexisse Reum crimē pa-
trantem: quam nonnulli probationem ple-
nissimam vocāt. Probatio enim quæ fit per
visum, & per inspectionem oculorum, est
dignior & potentior omnibus aliis proba-
tionibus, teste gloss. in verb. Requirit, in c.
Ad nostram 3. de iureiur. cuius meminit
D. Hippol. de Marsil. in sua insigni practica
caussarum criminalium, §. Secunda, num.
12 22. Quisquis † in tormentis semel delictum
est confessus, moxq; à pœna id iterum ne-
gauerit, potest denuo ad torturæ cruciatum
recipi, quo in priori confessione constantiā
seruet, Bald. in l. In bonæ fidei, versic. Item
quæro, C. de reb. credi. & Alexand. in l. V-
nius, § Reus, ff. de quæstionib. In quo ta-
men iterato cruciatu si nihil confessus fue-
rit, & negando perstiterit: non est tertio re-
torquendus: quandoquidem indicia prio-
ris confessionis per supplicium, & pœnam
secundæ torturæ satis expiata sunt, quem-
admodum meminit D. Hippol. de Marsil.
in d. §. Nunc videndum, nu. 26. in sua pra-
13 xi caussarum criminalium. Sunt Iudices †
qui ad extorquendam veritatem, inedia, si-
ti, & fame grauissima Reum pertinaciter ni-
hil profiteri volentem excruciant: vt vel
hoc modo delictum citra aliam torturam,
& absque nouis indiciis confiteatur. Verum
istud ex iure prohibitum est, sicut & alii cō-
similes torquendi modi veteres & inusitati,
quorum aliquot supra quoq; meminimus.
14 Quum † Reus confessus semel fuerit crimē,
quod solus patrare nequierit, sed quod so-
cios ad complementum requirat, eundem
Reum semel tortura afflictum, ad torturæ
iterationem reposcere licet: vt vel hoc pacto
eosdem cooperarios prodat, si alioqui eos-
dem aperte prodere nolit. Huic congruit
l. final. coniuncta glos. in verb. Conscien-
tia, C. de accusat. & inscript. c. 1. addita o-

ptima

prima gloss. in verb. Confessi, ext. de confess. Si autem † in pœna quempiam accusatione grauet, & prodat, abunde magnum præbet ex eo indicium & argumentum, vt ex illius confessione idem illic delatus comprehendi mandetur. Verum non efficax satis est ipsius confessio ad alterius delati supplicii torturam aggrediendam: nisi alia certioraq; consequerentur indicia: quia, vti sępenumero † præallegatum est, ad quæstionem siue torturam liberi hominis procedi non debet, nisi præcesserint indicia sufficientia & verisimilia. Nam à † tormentis incipiendum non est, sed oportet indicia præcedere, & Reum suspectum esse, sępe allegatis l. 1. in princ. l. De minore, §. Tormenta, l. Maritus, iuncta ibi gl. in verb à quęstionib. & l. final. ff de quæst. l. Cum cognitionaliter, & l. Milites, C eod. tit. de quæstionib. & hanc opinor esse humaniorem ac tutiorem sententiam: & si nonnulli contrarium asserere nequaquam erubuerint, quos hîc recensere breuitatis gratia omitto Si † Reus ex multiplici torturę reiteratione & assiduis cruciatibus tâdem succumbens moreretur in pœna, aut certè in vllam corporis mutilationem incideret: homicidii aut mutilationis suscipione ilico notandus esset Iudex, etiam si digna apertaque satis ad torturam habuisset indicia, nisi semet expurgare posset, & re declarare, quod in torquendi mandato, & actu iustas vsitatasque leges, & moderationem, contra animi iudicium, & iurium & prudentiæ æquitatem, non excessisset: sed quod zelo iustitię omnia ad veritatis inquisitionem fideliter & prudenter fuisset consectatus: nihil autē tentarit dolo, malitiæ, aut odii gratia, Angel. Aret. in suo tract. maleficiorum, in gloss. in verb. Fama publica præcedente, versic. Octauo quæro, quid si tortus moritur, &c. D. Franciscus Brunus admodum liberaliter & prolixe in suo vtili & practicabili tractat. de indiciis & tortura, quæstione 5. secundæ partis, incipiente, Quintò principaliter quæritur, num. 18 ad finem, 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27 28. 29. 30. 31. 32 33. D. Guido à Suzaria in suo perutili & quotidiano tractatu, de indiciis & tortura, num. 85. 86. 87. 88 89.

19 Cæterum † hoc loco Lictorem, Iudicem, aut alium quempiam, ad quem torturæ infligendæ spectabit ratio, ignorare nolim, quò felicius & æquius quæstionariam torturam ex personarum qualitate exerceat, varia esse latronum, furum, incendiariorū, sicariorum, idque genus similium maleficorum genera. Horum enim nonnullos reperias veteranos, qui admodum diu longoque vsu, omne facinorum genus tractare & patrare nō veriti sunt Alios verò non ita diu reperias maleficiis semet inquinasse. Postremò eorum aliquos cognosces recentes qui pauculis aliquot mensibus vitam suam vario maleficiorum genere commacularunt. Atque inter huiuscemodi subinde reperies (expertus & ex propria ipsorum confessione loquor) qui sese mutuis suppliciis in nemoribus excarnificāt, & ad omne tormentorum genus forti animo perferendum docent, exercent, & obdurant: ne quando capti serioque torturam subeuntes, tormentis cederent, sed vti cuncta exercitato corpore, & animo gustatis pœnis edocto, & obfirmato, constanter citra vllam confessionem, vlliusve proditionem perferrent, ac deuorarent. Ante vllam igitur quæstionem operæprecium esse putaui, Iudicem isthæc cognoscere: & quamdiu sese in latrociniis exercuerint, deinde an aliquando in nemoribus à suis sociis torturā obiissent: quod ex rerū istarū notitia, aut remissius, aut intensius seu duri' cruciatū abhibere mādauerit.

CAPVT XXXIX.

De confessione rei in tortura.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. Cap. 39.

1 *Reus in tortura crimen agnoscens, à tortura laxandus est.*
2 *Reo in tortura non interrogata imprudenter confesso, nulla danda est fides.*
3 *De confessione criminum non rogatorum post facienda est inquisitio.*
4 *Rei sæpe ex durissimo cruciatu contra se falsa fatentur.*
5 *Rei sæpe malunt iniustam mortem occumbere, quam pœnarum torturæ sæuitiam perpeti.*
6 *Rei confessio de alterius delicto, tantum ad alterius apprehensionem valet, non ad torturam.*
7 *Reus in tortura crimen confessus, postridie eandem confessionem, liber, & palam vniuerso Senatui iterat.*

1 SI quando Reus in † torturæ supplicio delictum, ob quod excruciatur fatebitur, ilico relaxãdus est à pœna, nec vlteriori tor-
2 mento stringendus est. In qua † pœna tamen, si quid sponte præter interrogata & imprudenter contra se effutiuisset, aliave delicta confessus fuerit de quibus nulla Iudex certa habuerat indicia: non est istis confessionis verbis vlla à Iudice dãda fides, neq; magni statim facienda est huiuscemodi cõfessio. Ita placuit D. Bald. de Periglis Perusino in suo tractat. de quæst. & torment. sub secundo capite, loquẽte de effectu questionis nume. 9. nec non D. Hippol. de Marsil. in sua insigni practica caussarum criminalium, §. Secunda quæstio Et Iacobo de Bellouisu in sua solenni practica iudiciaria in materiis criminalibus, tit. de quæstionib. num 59. Et D. Iasoni in suis consiliis, consilio 188. incipiente, Spectabilis dominus Marcus Antonius, in 2. vol. Itẽ D. Panormitano in c. Cum in contemplatione, de reg. iuris. Idem confirmat D. Felinus in c. At si clerici, de iudic. in vers. Sexto limit. num. 5. qui hanc materiam locupletissimè ibi di-
3 ctis locis tractarunt. Attamen post † torturam resciscet, quidnam sit quod de hac re vltro non interrogatus confessus fuerat: verum ne scilicet fuerit, an falsum. Quando-
4 quidem † sæpenumero compertũ est Reos ex torturæ intolerabili cruciatu, & ex desperatione sæpe audacter confessos quæ ne cogitarint quidem vnquam: nedũ opere com-
5 plessent: vtique vel quodlibet † mortis genus alacriores subituri, quam tam inhumanum cruciatum diutius perpessuri, l. 1. §. In caussa tributorum, versic. Quæstioni fidem, ff. de quæstionib. Pari ratione censendum est, quum Reus in tormentis quem-
6 piam prodit & accusat. † Nam isthæc accusatio solum coniecturam præbet, qua accusatus capi & comprehendi poterit non ad
7 torturam exigi aut condemnari. Quũ † autem Iudex cõfessionem Rei cognouerit, eãque in scriptum redegerit, iubet eundẽ postridie sisti suo tribunali, ibiq; rursum corã vniuerso Senatorum cœtu, ab ipso iam ab omnibus vinculis libero & extra omnẽ pœnam, eandem confessionem exigit: quam liberam confessionem ilico graphiariorũ, scribarum, ac notariorum calamis, scriptoque excipiendam curat, & ad processus definitionem progredi mandat. Ita pulchrè adstruit Hipp. de Marsil. in sua pract. caussar. criminal. §. Quoniam. Et D. Lanfrancus ab Ariadno in suo excellentissimo tractatu cõfessionum, versic. Et quæro primo num. 8. Idem affirmat D. Ludouicus Bologninus, in additione ad perutilem & quotidianum tractatum de indiciis & tortura D. Guidonis à Suzaria, numero 69. & hæc praxis seruat.

CA-

CAPVT XL.

De negatione patientis in tortura.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 40.

1 *Reus in tortura nihil confessus, liberatus à tortura, reducitur ad carcerem.*

2 *Reus in tortura nihil confessus, non emergentibus nouis indiciis,* { *Practicè absoluitur per Quousque.* / *Iuridicè absoluitur plenariè.* }

3 *Tortura quæuis criminum purgat indicia.*

1 SI Reus in tormento † singula constanter negauerit, nullaq; interrogatorum fateri voluerit, reducitur tum iterum ad carcerem. Vbi decem, viginti, aut triginta diebus, ampliusq; aut minus, pro Iudicis prudentia seruatur an forsitan alia noua indicia aliunde sint euentura. Quæ si non delata fuerint, è carcere † & ex omnibus vinculis liberatur pristinæque libertati (qua ante capturam fruebatur) restituitur, & dimittitur. Quousque: hoc est donec denuo in iudicium accersatur: sine ampliori & plenaria absolutione, atq; ita receptum est fieri in practica. Nam ex iure † plene absoluendus erit, quod per exactam torturam ab omnibus indiciis & suspicionibus satis sit purgatus,

(margin: 2 beside "ta fuerint, è carcere †"; 3 beside "in practica. Nam ex iure †")

CAPVT XLI.

Qui à tortura sint excusandi.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 41.

1 *Doctores,*
2 *Equites aurei Velleris,*
3 *Equites aurati,*
4 *Officiarii,*
5 *Pueri minorennes,*
6 *Senes deliri,*
7 *Mulieres grauidæ.*
} *A tortura sunt excusabiles.*

8 *Crimen læsæ Maiest.*
9 *Proditionis,*
10 *Simoniæ,*
11 *Malefici,*
12 *Falsi,*
13 *Priuati carceris,*
} *Nulli à tortura patrocinium præbent.*

1 NEmo de crimine sufficientibus † plenisq; indiciis suspectus, à tortura purgari poterit: exceptis iis, quos leges & iura ipsa excipiunt, quales sunt Doctores, quemadmodum sustinent Angel. Aret. in suo insigni tractatu maleficiorum in gloss. in verbo, Fama publica præcedente, versic. Sexto quæro. Amplè D. Franciscus Brunus in suo vtili & practicabili tract. De indiciis & tortura, quæstione tertia secundæ partis, numero 23. Et Hippolytus de Marsiliis, in sua solenni practica criminali, in §. Expedita, nu. 29.
2 † Equites aurei Velleris, Equi-
3 tes aurati, † cæterique summates & proce-

res in magnis dignitatibus constituti. l. Milites in exordio, C. de quæstionib. l. Nullus, C. ad l. Iul. Maiest. & l. Diuo Marco, C. de quæstionibus, nec non præfari Doctores lo-
4 cis iamiam allegatis. Item † Principum officiarii, ciuitatum rectores, hisque similes, officiorum suorum durante tempore, d. l. Diuo Marco, & l. Decuriones, Cod. de quæstionib. Angel Aretin. in d. sua practica, in
5 citato § Expedita. Insuper & pueri † ætatis infra decimumquartum annum, quique virgis ac ferulis etiamnum puniendi subiacent, l. De minore, ff. de quæstionib. l. 1. §. Impubes, & § Impuberi, & l. Excipiuntur, ff. de S. C. Sylla huic seruit l. 1 & quæ ibi habentur, C. Si aduersus delict. Præter
6 ea † senes pene delirantes, memoriæ vitiis multum laborantes, l. 1. §. Impubes, iuncta ibi gloss. in verbo, ætas, & l. 3 §. Igno-
7 scitur, ff. de S. C. Sylla. Postremo † mulieres impraegnatæ, & grauidæ (nihil refert à proprio ne marito, an ab adultero, l. Et seruorum, §. penult. ff. de statu homi.) tutæ sunt à tortura, donec enixæ partum, validiores sint effectæ: Ita luculenter tenuit D. Bart. in l. Prægnantis, ff. de poenis. D. Franc. Brunus in suo tractatu, de indiciis & tortura, quæstione quarta secundæ partis, num. 3. & D Hippolyt. de Marsiliis in d. sua praxi caussarum criminalium, § Nunc videndū, num. 47. & 48. Sunt tamen crimina, in quibus istiusmodi exceptiones cessant, & ob quæ leges nulli à tortura patrocinantur: sed quosvis indiscriminatim ad questiones po-
8 stulant: qualia sunt † crimen læsæ Maiestatis, l. De minore, 2. responso, ff. de quæstionib. & l. Nullus, C. ad l. Iuliam Maiest. Aretin. in tractat. maleficiorum in gloss. in verb. *che hai tradita la tua patria*, in princ.
9 Proditio † patriæ, Ciuitatum, aut principum, hisq; affinia, l. Desertorem, §. His qui ad hostes, & l. Proditores, ff. de re militari.
10 † Idem videtur in crimine simoniæ, teste gloss. in verb. Maiestatis, in d. l. Nullus, per textum in l. Si quenquam, C. de Episc. & cleri. ibi, ad instar publici criminis, & læsæ Maiestatis accusatione proposita, à gradu
11 sacerdotii retrahatur. Nec absimile † censetur dicendum in maleficis & mathematicis atque aliis similibus, de quibus loquitur l. Et si excepta, C. de malefic. & mathe-
12 mat. Adde † idem dicendum esse in crimine falsi, l. Si quis decurio, C. de fals. Et idem
13 † in priuato carcere, l. 1 C. de priuat. carcerib. Duorum postremorum meminit gloss. in verb. Demonstrantur. in d. l. Et si excepta. Horum nec oblitus est D. Franciscus Brunus in suo sepe allegato tract. de indiciis & tortura, quæstione quarta secundæ partis, numero vigesimo quarto nec non alii moderni practici in sæpe allegatis eorum tractatibus.

CAPVT XLII.

De purgatione vulgari, & principio de Monomachia, siue de Duello.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 42.

1 *Intendens alteri crimen quod probare nequit, monomachiam indicere solet.*
2 *Ad monomachiam prouocato, agnoscendum crimen, aut concertandum fuerat.*
3 *Monomachia apud Longobardos multum recepta.*
4 *Duelli leges à Longobardis conscripta.*
5 *Duelli duplex ratio.*
6 *Duellum Francorum.*
7 *Duella quare reiecta & abolita.*

8 *Fucus*

8 *Fucus excusationis duelli.*
9 *Duellum à Comitibus Flandriæ ablatum.*
10 *Duella in Francia à Philippo Pulchro reuocata.*
11 *Duelli prorsus tollendi triplex ratio.*
12 *Casus de iure, duellum admittens.*

1 OLim, si quando † actor quispiam intentatum alteri crimen & factum condigno testimonio, aut alia quauis probatione ordinaria cõfirmare nequiuerat, probationis certitudinem addixit, & recepit corporis sui periculo: offerens aduersario fatalem illam chirothecam, qua ipsum ad monomachiam prouocauerat: persuasum habens, veritatem, iustitiam & innocentiam seipsum ab aduersarii iniustitia protecturam. Quam equidem † chirothecã aduersarius assumere cogebatur, aut intentati criminis veritatem agnoscere. Huiusmodi † autem duella multum recepta fuere apud Longobardos, quo tempore Italiã ipsi occuparunt: adeo vt † non paucas de his conscripserint leges, quas ipsi ius Longobardorum vocant. In quo octodecim aut viginti descripserunt capitula partim criminalia, partim ciuilia, quorum vi aut dimicandum fuerat, aut crimine agnito, iuri concedendum. Ita vt si † crimen fuisset capitale, concertandum erat ad alterius internecionem vsque. Si vero ciuile, ad vlterius deditionẽ vsque in pugna standum fuerat. Idem quoque receperunt † Franci, hinc iura sua habẽtes, quas leges vocarunt Salicas, de quibus multa conscripta sunt. † Verum quum isthæc duelli conflictatio rectè pugnet cum omnibus diuinis, humanis, naturæque legibus: & beluina potius sit furia, quã humana insania: deinde † quod ipsa hæreseos fundamento ac huic basi innitebatur: quasi bi palpabantur, diuinam iustitiam nunquam sinere innocentem vlla in re possum ire, quum verius tamen istud sit, diuinam tentare clementiam, & ex diffidentia omnipotentiæ diuinæ experimentum quærere, c. vltimo, extra de purgat. vulga. Ideo tum iure Canonico, tum Ciuili vetitum fuit ne quis iis legibus amplius vteretur, vt extr. de purgat. vulga. per totum, 2. q. 4. c. Consuluisti, & c. Monomachiam, & ibi gloss. c. 1. & 2. ext. de torneamen. ff & C. ad l. Corneliã de sica. variis in locis, & l. Vnica. de gladiatoribus, lib. 11. C. iuncta ibidem gloss. in verb. Gladiatores. Earumq; † immunitatem 9 multis Flandriæ ciuitatibus Comites largiti sunt, sancientes, necubi huius Regionis diutius eæ pertraherentur in vsum: quod & in hunc vsque diem fideliter cautũ est. Cæterum in † Francia Rex Philippus 10 Pulcher hãc duelli rationem, rursum ab inhumanis atque adeo Tartareis Erynnibus, in lucem & hominum vitam suis diplomatis reuocauit, anno ab orbe redempto, millesimo trecentesimo sexto, volẽs ea in quatuor potissimum vtendum esse: Nempe cũ res fuerat criminalis aut capitalis: Cũ proditoriè patratum est crimen, & commissum adeo clam, tamq; latenti Marte, vt alia via innotescere veritas nequeat: Deinde vbi ꝓuocatus, patrati criminis ob vehementes suspiciones & certa indicia suspectus est: Et postremo, quoties de patrato crimine certa veritas habetur. Triplici † tamen ratione 11 isthæc vulgaris purgatio merito prohibita est. Prima scilicet, quod cacodæmonũ versuta calliditate & inuidia sit reperta: vti vel hoc modo miserãda nece sese conficerẽt homines, vnde non mediocre animarum tum spectatorum, tum peragentium, tum consentientium subsequeretur detrimentum, d. c. Monomachiam, & Panor. in c. i. ad finem, extr. de cleric. pugnan. in duello. Secunda, quod per eam diuina potentia & iustitia aperte tentetur. d. c. Vltimo, ext. de purgat. vulga. Tertia, quod per eam sæpe

innocens ob alterius iniustam prouocationem condemnaretur: contigit enim multos sub iniusto clypeo perire, c. Significantibus, ext. de purgat vulga. Reperio † ta-
12 men indubiè vulgarem purgationem siue duellum in casu sine scrupulo admittendũ, quum publicæ salutis caussa fiat: & istud est admodum laudabile: textus est. in l. 1. §. Sed si quis operas, ff. de postulan. Vbi licèt locans operas, vt cum bestiis pugnet, infamis sit, eadem l. §. Et qui operas, tamen non est infamis, qui locat operas, vt expugnet feram regioni nociuam. Horum plus satis. Interim tamen lector, vbi tibi videbitur, omnia ista & plenius & distinctius cõperies apud Ioannem de Lignano Iurisconsultum non incelebrem in pulchro suo tractatu de duello, multa admodum de hac re memoria digna describentem, potissimum pro gloriosis, ne dicam, ingloriis ac insensatis. Quare isthæc dixisse hic nobis sufficiat.

CAPVT XLIII.

De alia purgatione vulgari.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 43.

1 *Purgatio alia vulgaris, solita fieri per ferrum candens, aquam bullientem, &c.*
2 *Purgatio vulgaris, modo & forma prædictis, quare prohibita.*

1 EOdem pene tempore, † & aliæ purgationes & vulgares fuere receptæ, quibus à præsumptionibus & suspicionibus diffamati & delati purgabantur. Nempe: cùm candens ferrum vola manus compresserant: aut cum super ignito ferro nudis plantis incesserant: hisve similia: de quib. purgandi formis, multa donata sunt à principibus priuilegia Flandriæ. Porro Gandensibus ciuibus à Comite Flandriæ indultum priuilegio fuit, sese purgare aqua frigida, quod sanè interpretandum est de aqua frigida, & adhibitis consuetis funibus Verum
2 quum † & istiusmodi purgationes nihil habeant humanitatis, sed tyrannico animo, diabolicoque instinctu inuentæ atque excogitatæ, ad diuinæ potentiæ tentamenta rectè vergant: ideo non temerè Canonico iure prohibitæ sunt & abolitæ: ne amplius iisdem vteremur, c. Ex tuarum, ext de purgat. canonic. & extr. de purgat. vulga. per totum, c. Consuluisti, 2. q. 4. & D. Andreas Alciatus vir haud mediocris diligentiæ in suo perutili iudiciarii processus compẽdio, atque iuris vtriusque praxi, titulo, Quid sit purgatio, cum sequenti.

CAPVT XLIV.

De purgatione canonica.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 44.

1 *Purgatio canonica iure Pontificio inuenta.*
2 *Forma purgationis canonicæ.*
3 *Infamatus se purgabit iuramento veritatis.*
4 *Compurgatores purgabunt caussam iurantis de veritate, iuramento credulitatis.*

5 *Numerus*

5 *Numerus compurgatorum arbitrarius.*
6 *Canonica purgatio frequens ecclesiasticis.*

1 IVra Pontificia, aliam † quoque suspicionum & præsumptionum purgandarum formam inuenerunt & statuerunt, quam
2 vocant purgationem canonicam Que † fit, cum Iudex diffamatum & criminis suspectum conceptis verbis ad iuramentum, adstante bonæ fidei virorum certo legitimo-
3 que numero, adigit & adstringit. Ita † vt suspectus seu infamatus iuret se à crimine, super quo infamatur, immunem esse & in-
4 nocentem, c. Constitutus, & c. Accepimus, ext. de purgat. canonic. † Cæteri vero instantes testes, dicti compurgatorii, iuramento se deuincient, & iurabunt, quod credant & putent suspectum ac infamatum iurantem, vera iurasse. can. Quoties, & d. can. Constitutus, extra de purgat. canonic. Neque enim ad fortius iuramentum vrgeri possunt, quam ad, ita credere, itaque sibi persuasum esse: alioqui procliues fieri possint, & vicini periurio, lege Videamus, Di-
5 gestis de in litem iurand. Testium † autem huiusmodi coniurantium siue compurgatorum certus numerus plane consistit in arbitrio Iudicis: vt multos statuat, an paucos: ecclesiasticos, an seculares: pro personarum qualitate, & infamiæ & criminum quantitate, eoque & tempore & loco. quibus ipse Iudex velit, can. Cum in iuuentute, extra de purgat. canonic. can. fin. extra de transactio. ibi textus & glossa.
6 Hac † igitur forma vtuntur frequenter Curiæ spirituales: Et earum imitatione, subinde etiam tribunalia sæcularia, seu prophana in Flandria, nec non aliis in locis.

CAPVT XLV.

De purgatione legali.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 45.

1 *Legitimè purgandus, si vltro captiuum præbet.*
2 *Legitime purgandus, quando citabit partem aduersam.*
3 *Legitima purgationis priuilegio priuatur, quisquis captura præuentus fuit.*
4 *Legitima purgatio fit ex sumptibus purgaturi, nisi, &c.*

1 VVlgaris practica, & † legalis purgandi forma in legitimis Curiis est, vt suspectus semetipsum in captiuitatem tradat: aut in loco suæ habitationis: aut vbi Iustitiæ subiicitur, seu forum sortitur: aut vbi crimen admissum fuerit. Aut certè sese captum exhibeat dominis de Consilio, velu-
2 ti omnium Iustitiarum præsidentibus: † deinde citandos curet singulos Officiarios, omnes aduersarios suos, & quotquot ipsum de hoc crimine (cuius diffamatus & suspectus fuerat) grauare velint: Si tamen factum tale fuerit, vt ab eo per processum, aut per purgationem ordinariam se purgare posset: veluti si retorto telo, alibi commissum esse, aliumque criminis patrati authorem commonstrare poterit: aut si consimilibus, ordinaria legitimaque probatione, & nequaquam præsumptionibus aut indiciis defensionem suam adstruere valeat: aliàs vero minimè licebit contra se cita-
3 re Officiarios, aut alios aduersarios. † Porro si diffamatus prius captus fuerit ob crimen, à quo se expurgare concupiscat, quam

sese purgandum vltro dedisset, non esset is tum habilis, vt se purgationi traderet, sed respondendum ipsi tunc fuerit Officiariis
4 loci, vbi captus est. Cæterum † purgationes omnes oportet fieri & deduci ex sumptibus impetrantis : nisi Officiarius quispiam aut alius aduersarius purgationem reiiceret, vnde nihil probare valens mox excideret. Hoc tũ casu, aduersarius ille aut Officiarius incideret in omnes expensas, & ob illatam calumniam, in omnes sumptus detrimentorum, & incommodorum condemnabilis fieret, arg. l. Si postulauerit, §. fin. ff. de adulter. cum ibi notatis & l. fin. C. de fructi. & lit. expen.

CAPVT XLVI.

De sese præsentando Torturæ contra partem aduersam.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 46.

Purgaturo sese { *Non conceditur* / *Aliquando conceditur* } *Con tortura cum aduersario* { *Recusante,* / *consentiente.*

1 NEmo in † hoc audiendus est, neq; acceptabilis, si semetipsum tortura purgandum cõtra partem suam aduersam, offerat. Verum necessum est, legitima purgatione sese defendat, factaque sua debitè pro-
2 bet: alioqui à caussa sua decideret. † Attamẽ si pars aduersa eam torturæ probationem in se acceperit, sibique placuerit ad maiorem veritatis contestationem, simul cum accusato scamni torturalis pœnam subire: Iudex hoc casu, processum per torturam perficere posset, ex consensu scilicet Partis, & si aliter veritas haberi non posset, fa. l. Diuus Pius, ff. de quæstion. cum innumeris haud dissimilibus.

CAPVT XLVII.

De confrontatione.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 47.

Concaptiuis in { *Mutuis accusationibus discordantibus, quid Iudici faciendum.* / *Commentis suis persistentibus, confrontatione vtendum.*

In testes constanter depositionibus discrepantes, subinde confrontatio exercenda.

1 QVum † duorũ captiuorum alter alteri crimen imponit, & in delationib. discordant : iubet vtrumque Iudex sibi sisti, quos de discordantiis interrogat, prius sepa-
2 ratim, mox vtrunq; coniunctim. In † quibus modis si Iudex ipsos quasi in subdolis commentis, siue fictionibus persistere comperiat, neque vllis aliis modis veritatem indagare potest, mãdat simul vtrunq; in alterius mutuo conspectu torqueri (quod nos recepto magis quam Latino vocabulo vocamus *Confrontationem*, quasi fronte ad frontem) verum hîc summa Iudici adhi-
3 benda est prudentia. Similem † quoq; confrontationem exercet, quoties duo testes in materia criminali disconueniunt, ita vt alter suspectum accuset, alter excuset : maxime si aliter constare veritas nequeat : seruit huic textus in l. Diuus Pius, ff. de quæstionib. cum infinitis similibus iuribus.

CAPVT XLVIII.

De probatione ordinaria.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 48.

1 *In probatione ordinaria, officium actoris est, Reum praire.*
2 *In probatione ordinaria, officium* { *Rei fuerit, defensionem probare.*
3
4 { *Iudicis est, Informationem efficere: Nisi* { *Testibus longe dissitis, Morbo, Impedimento* } *Prapeditus sit.*
5
6
7 *Testes citati, comparere recusantes, vt corrupti & falsi habendi sunt.*
8 *Inquisitionem facturum, plene de circumstantiis edoctum oportet.*
9 *Circumstantia caussas grauant aut eleuant.*
10 *In conclusione pecuniaria, Rei diffamati opulentia spectanda.*

1 IN ordinaria probatione, Actoris † est Reũ
præire, quum tempus ipsi constitutum
2 fuerit. † Et quum productionem suam per-
egerit, mox consequetur Reus probaturus
suam defensionem: D. Bald. in l. Frustra.
versic. Modo quæro, C. de probat. & l. Si
quidẽ. C. de exceptionib. & l. In pecuniariis,
3 ff. de feriis. In † materia criminali, ipsius
Iudicis fuerit informationem (vulgo *En-*
questam) efficere, nisi secus rerum status
4 suaserit: veluti si testes ab ipso † longe sint
dissiti, aut si morbo, aut simili aliquo im-
5 pedimento præpeditus fuerit. † Quibus ca-
sib. licitum fuerit Iudici in hoc negotio al-
6 teri suas delegare vices. Si verò testes † com-
parere detractẽt, fortasse ex dissuasione, aut
corruptione malefici, aut ex alterius timo-
re, aut certe mala dehortatione, potest Iu-
dex eosdem præmio corruptos ad tribunal
7 suum accersere. Qui si ne † tunc quidem
comparuerint, habebit eos Iudex vt falsos,
& contra eos procedere potest. In probatio-
ne ordinaria criminali, Reus admittitur ad
probationem negatiuarum: nempe, quod
rem sibi imputatam non fecerit: Bald. in l.
8 Actor, in fin. C. de probat. Iudex † aut cõ-
missarius inquisitionem aut informationẽ
faciens, oportet accurate seipsum informet
9 de rerum circumstantiis: quod ex † iis facti
caussæ plurimum aut grauantur, aut ele-
10 uantur. Si conclusio † Reum vrgeat ad pœ-
nam pecuniariam, aut aliam frugiferam
mulctam, oportet tum diligenter Iudex re-
sciscat, & inquirat de Rei diffamati opulen-
tia, & facultate: vt æquiori libramine ciui-
les has pœnas & mulctas expensurus, taxare
& iudicare posset.

CAPVT XLIX.

De plena probatione in materia criminali.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 49.

1 *Duo irreprobabiles testes,*
2 *Vltronea Rei confessio,* } *Plenam probationem efficiunt, Non* { 4 *Præsumptio,* 5 *Fama,* 6 *Opinio,* 7 *Fuga.*
3 *Euidentia facti,*

8 *Probationes in criminalibus oportet esse clarissimas.*

1 DVo sufficientes † testes, haud reprobabiles, viuida de facto testimonia ferentes, hoc est, ex visu, & certa notitia testãtes, plenam atque absolutam probationem in re criminaria efficiunt, tritissima l 3.§ Item D. uus, iuncta ibidem gloss. in verb. Speciem, & ibi Bart. ac sequaces & l. Vbi. ff. de testibus, huic quam optime seruit c. Testes, 3. q 9 Vbi expressè textus: Testes perquã cunque scripturam testimonia non ferant, sed præsentes de his quæ nouerunt & viderunt, veraciter testimonium proferant &c. coniunctis ibidem gloss. in verb Sed præsentes, & in verb. Quæ nouerunt, c 2. & c. Ex literis, ext de probat. c. In omni c. Licet & can. Cum à nobis, extra de testib. & c.
2 Nouit, ext de iudiciis. Confessio Rei † siue partis libera, vltronea, & extra omne vinculum ac pœnam in iudicio facta, plenam etiã probationẽ efficit l. Si cõfessus, ff. de custo. reo. l. 1. §. D Seuerus, & l. Si quis vltro ff. de quæstion. & l. Si sine, ff. de interrog. actionib. c. Cum ad sedem, ext. de restit. spo-
3 lia. Euidentia † ipsius facti, qua iudici scilicet factum clare & aperte innotescit, plenam quoque probationem facit, vulgato c. Euidentia, ext. de accusat. c. Ad nostram, 3. ext. de iureiurando c. De manifesta, 2. q 1. l. Ea quidem, Cod de accusat. D. Speculator, practicus sui temporis haud mediocris, in tit. de probat. §. videndũ restat, vers. quarto per euidentiam. Nec dissimiliter tenuit Ioannes à Grassis, Doctor V. I. insignis in suo tractat. in arborem iudiciorum, sub tertio flore, num. 1. De notorietate siue euidẽ-
4 tia facti. Violenta † vero, validaq; præsum-
5 ptio, fama † opinio † fuga, idque genus a-
6 lia nunquam plenam probationem effice-
7 re possunt in materia criminali ad conde-
8 mnationem, quod ad criminis † materiam, omnes probationes oporteat esse clarissimas l. Sciant cuncti, C. de probat. cum ibi notatis, quam legem canonizatam verbotenus, legimus in c. Sciant cuncti, 2. q 8. concordat etiam c. Epiphanium, 5 q. 6. l. Singuli, C de accusat. l. Addictos, circa medium, C. de appellat. l. Cum Reis, C. de pœnis, cum infinitis iurib. nequaquam dissimilibus. Rationem rationis assignat glos. nequaquam incelebris in iamiam citata l. Sciant cuncti, in verb. vel indiciis, dicẽs clarius, diligentius, & perspicacius fore agendum, vbi de hominis salute agitur & tractatur: cuius inter multos meminit (etsi prolixius paululum) Iacobus de Bellouisu, in sua solenni practica iudic. sub rubr. De caussis criminalibus, criminaliter intentandis, num. 4 Quæ omnia à iudicibus criminum sunt memoriæ scrinio commendanda, nec non præ oculis semper habenda, antequam ad ferendas sententias capitales procedant.

CAPVT L.

De Reprobatione.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 50.

1 *Legislatores ad eorum quæ sæpenumero eueniunt cognitionem, multo sunt attentiores, quam ad ea, quæ rarius contingere solent.*

2 *Minores* { 14 / 20 } *annis.*

3 { *Aduersarii.* / *Inimici,* / *Hostes.* }

15 { *Furiosi,* / *Phrenetici,* }

16 { *Excommunicati,* / *Hæretici,* }

17 *Pauperes,*

Fami-

3 Familiares inimici.
4 { Quis dicendus inimicus. / Quis aduersarius capitalis. / Nuper inimicus, nunc tamen amicus factus. } Nota
5 { Domestici, / Familiares, / Mercenarii, / Conuictores, }
6 { Famuli, / Famulæ, / Mancipia. }
7 { Patres, / Matres, / Aui, / Auiæ. }
8 { Amici, / Cognati, / Affines }
9 { Mariti / Vxores, }
10 { Fratres, / Sorores. }
11 { Aduocati, / Procuratores, / Solicitatores. }
12 { Tutores. / Curatores. }
13 Notati infamia
14 Socii criminum.
18 { Monachi, / Regulares canonici, / Conuersi, / Quicunque sub regulari obedientia constituti. }
A fidelis testimonio ferendo reiiciendi sunt.
19 { Homicidæ, / Malefici, / Sacrilegi, / Fures, / Raptores, / Adulteri manifesti, / Venefici, / Sortilegi, / Periuri, / Lenones, / Concubinarii manifesti, / Incestuosi. }
20 { Conspiratores. / Coniuratores, }
Testimonii gratia qui precio corrupti sunt.
} Ad legitima testimonia non admittendi.

22 { Accusatores,
23 Fœminæ } admittendi non sunt ad testimonii fidem.
24 { Fœminæ in materia feudorum,
25 Fœminæ in testamentis } Non sunt ad testimonium audiendæ.
26 Meretrices an dignæ testes sint in caussa criminali.
27 Probationes in criminibus debent esse omni suspicione & exceptione immunes.
28 Qui reprobatæ sunt { Vitæ, / Opinionis, / Conuersationis, } iure à testimoniis repelluntur.

QVum testimoniorum vsus in iure & praxi admodum frequens sit & necessarius & res præterea sit periculo plena, potissimũ in negotiis criminũ, ꝓpterea quod Iustitiarii & officiarii pleruq; aut ambitione turgidi, aut ignorantia capti, hîc soleant esse negligẽtiores & dormitabundi: ꝓfecto
1 † quũ ad eorum quæ sæpenumero eueniũt cognitionem multo vigilantiores sint & attentiores quã quæ raro contingere solent: vt in Authẽt. vt sine prohibitione matr. debit. & credit. § Quia vero, & l. Nam ad ea, ff. de legib. Ideo mei muneris hic esse duxi nõnihil succisiui tẽporis huic rei impendere, &
2 probandi materiã aggredi. In re igitur † criminali reprobandi sunt minores 14. annis, l. 3. §. Lege Iulia. ff. de testib. Similiter & iuuenes 20. annorum ætate minores, l. in

testimonium, ff. de testib. c. Si testes, vers.
Item in testimonium, 4. q. 3. vel certe ipso-
rum testimonia non tantum habent pon-
deris, vt ad condemnationem vrgeant. Re-
3 iiciendi † quoq; sunt aduersarii, inimici, &
hostes scilicet capitales, & quotquot cum
capitalibus inimicis siue hostibus familia-
rem aut domesticam conuersationem ha-
bent, c. Repellantur, & c. Quum oporteat,
& ibi Felinus, ext. de accusat. Innoc. in c In-
quisitionis, eod. tit. de accus. c. Licet Hely.
ext. de Simonia, l. 3. in exordio, & ibi Bart.
ff. de testib. l. Si quis, C. eod. de testib. quam
legem etiam reperimus canonizatam in c.
4 Si quis, 4. q. 3. Quis autē dicatur † aut præ-
sumatur inimicus, & quæ dicantur inimi-
citiæ capitales, describit D. Felinus amplis-
simè, in d. c. Repellantur, & in c. Afferte, in
4. colum. in ver. datur aliud exemplum,
circa finem versic. de præsumptionib. Ale-
xander in suis consiliis, consilio 99. primi
volum. & not. in d. c. Repellantur, & in d.
l. Si quis. Item reprobatur is qui aliquando
(etiam si nunc resarta gratia bene inter se
conueniant,) capitalis hostis, aut inimicus
fuit: nempe quod nunquam is vindictæ su-
spicione careat, per id quod notat gloss. in
verb. Nam adsit, in Authent. de testib. §. Si
vero quis dicat odiosum: multa de hoc per
D. Felinum in d. c. Cum oporteat, numero
5 4. Rursum † Domestici, Familiares, Merce-
narii & Conuictores à testimonio repellun-
tur, l. penult ff. de testib. & tritissima l. Et-
iam: & ibi notant Cynus & alii scribentes,
C. eod. tit. In literis, ext. eod. Ita notat gloss.
in verb. Domestica, in l. Præsenti, in §. Sa-
nè, C. de his qui ad eccles. confug. Famuli,
6 † famulæq; mancipia, atque huiusce gene-
ris alii, à testimonio aut lato aut ferendo re-
pellendi sunt, l. Seruos, & l. Quoniam, C. de
testibus, l. Pridem, C. de quæstionib. c. Nul-
lus, 3. q. 5. & c. Si testes, versic. Item testes
7 quos 4. q. 3. Ad hæc reprobatione † tollun-
tur pater, mater auus, auia, ascendentes, &
descendentes in infinitum, l. Parentes, & ibi
glos. in verb. Parentes, C. de testib. & d. c. Si
8 testes, vers. Item testes, 4. q. 3. Item † amici,
cognati & affines, c. Absens, 23. q. 9. Ita tenet
Bart. in l. Qui testamento, in §. Per contra-
rium, ff. de testamēt. c. Similiter, 3. q. 5. Spe-
9 cul. tit. de teste. Reprobatur † vxor pro ma-
rito aut contra. Probare namq; pro marito,
vetat affectionis suspicio. Contra vero ma-
ritum testari, reuerētiæ dispendium, & ma-
ritalis odii augmentum, gloss. in verb. Pa-
rentes, in d. l. Parentes, Fel. in d. c. In literis,
ext. de testib. Notatur etiam per Scribentes
in d. l. Etiam. Huic seruit dictum Baldi, &
Doct. in l. Si cum dotem, §. Si maritus, ff.
sol. matrim. quod vxor, vna caro & volun-
tas cum marito censetur: ideo dicitur me-
rito suspecta in caussa mariti, & è contrario.
10 Frater † pro fratre, aut sorore, vel soror pro
sorore testatura repellitur, glos. & D. in d.
l. Parentes, l. Lex Cornelia, ff. de iniuriis, l.
Qui testamento, ff. de testamentis, D. Lan-
francus ab Ariadno in suo tractatu notabili
Depositionis testium, seu de testib. num. 6.
atque etiam quæuis aliæ personæ, quæ pro
vllo amicitię aut necessitudinis vinculo iū-
ctæ (vulgo personæ coniunctæ) sunt testa-
turæ, Bart. in l. Aut affinitate, ff. de procu-
11 ratorib. Aduocati, † procuratores & solici-
tatores caussarum itidem repelluntur, l. fin.
ff. de testib. & ibi glos. & Doct. in c. Ex lite-
ris, ext. de transactio. Egregiè D. Cyn. in l.
Quoniam. num. 5. C. de testib. c. Statuen-
dum, 2. q. 6. & c. Romana, de testib. lib. 6.
12 Item tutor, † curator, & similes sunt repro-
bandi, l. fin. & ibi glos. in verb. In executo-
13 ribus. ff. de testib. iam iā allegata. † Repro-
bandi sunt etiam, tanquam intestabiles, hi
qui in iudiciis vllis notati & damnati fue-
runt alicuius famosi criminis, aut de crimi-
ne vllo publica fama fuerunt infames, c. Ex
parte, & c. Testimonium, ext. de testibus,
l. 3. §. Lege Iulia. & l. Ob carmen ff. eod. de
testib. qui enim olim fuerunt criminosi, ad-
huc præsumuntur criminosi, l. Quisquis.
14 C. ad l. Iul. Maiest. Item † reprobantur cri-
minum

minum socii, siue eodem crimine irretiti, c. Veniens, 1. ext. de testib. c. Nullus, 3 q 5. &
15 l. Sicuti, C. de quæstionib. Item † furiosi & phrenetici admittendi nō sunt ad testimonii fidem: Tales enim pro absentibus & ignorantibus habentur, l. 1. §. Si furiosus, ff.
16 de acquir. possess. Item † excommunicati, & hæretici à testimonio respuuntur, c. Veniens, 2. ext. de testib. & l. Quoniam, C. de
17 hæretic. Similiter † pauperes à testando tolluntur, quod hi minus fidei præstent quàm diuites, In Auth. de testib. §. 1. & §. Sancimus, colla. 7. Hostien. in summa, de testib. § 2. in versic. in fortuna, Specul in titu. de testib. §1. 1. vers. Idem quod est pauper. Altera ratio quia facilius corrumpitur pauper, l. 3. vbi bona glos. super verb. Egenus, ff. de testib Alexand. in consilio 15. incipiente: Viso processu, in 3. vol. Socinus in tract. suo fallentiarum, in regula 289. incipiente, Pau-
18 per. † Reiectantur quoq; monachi, regulares canonici, vel conuersi, aut quiuis alii religiosi, subiecti ordinibus aut regulis, hoc est, sub obedientia constituti, etiam cum prælati consensu impetrato. Attamen si aliter veritas indagari nequeat, Iudex depositionum ipsorum rationem & respectū ha-
19 bere solet. Item † homicidæ, malefici sacrilegi, fures, raptores, adulteri manifesti, venefici, sortilegi, periuri, lænones, concubinarii manifesti, & incestuosi, atq; huiusmodi produci testes non possunt, nec in testimonium admitti debent, c. Ex parte, & c. Super eo. ext. de testib. l. Non potest, ff. de furtis, c. Consanguineorum, 3. q. 4. & c.
20 Constituimus, 3. q. 5. Item † conspiratores vel coniuratores, c. Conspiratores, 3. q. 4 & d. c. Cum oporteat; ext. de accusatio. Simi-
21 liter qui † precium receperunt, vel recepturi sunt pro testimonio, vel dicendo, vel tacendo: vel quod huc subornati & instructi fuerint, l. 3. §. Lege Iulia. ff. de testib. l. Eos. Et l. Si quis, in fin. C. eod. tit. & c. Licèt, ext. de
22 probat. Item † Accusatores à testimonio repelluntur: Nemo enim potest esse testis & accusator, c. Forus, §. In omni, extra de verb. significat. & c. Accusatores, 3. q. 5. Hic tamen (quod acriter insectandum est) videas plerosq; officiarios grauiter peccare (ab ipsorum nomenclaturis prudens abstineo) quos non pudet cōtra omnem æquitatem, eosdem ad testimonia cōtra misellos ferenda producere, quos prius habuerunt delatores: non alia (metuo) caussa, quàm vel hac ratione ex innocentium oppressione, pecuniariam cōdemnationem assecuti, suis
23 consulāt marsupiis. Fœminæ † quoq; repelluntur in criminalibus processibus criminaliter institutis: non vero in processibus ciuilibus, ciuiliter institutis, si Iura Pontificia sectemur c. Forus, cum ibi notatis, ext. de verbor. significat. & c Mulierem, 33. q. 5. Nā ex ratione iuris ciuilis, nihil vetat fœminam suum testimonium, tum in ciuilibus, tum in criminalib. deponere, l. Ex eo. ff. de testib. Vbi I. C. à contrario argumētatur, ad hunc modum: Si publico iudicio damnata, à testimonio ferendo arcetur: non condemnata, ad testimonium ferendum admittetur, c. Ex eo, 15. q. 3. l. Qui testamento, §. Mulier, ff. de testamentis. Alexander Imolensis in suis consiliis consilio 11. 4. col. Consilio 64. 1. col. & in consilio 99. 3 col. in primo consiliorum volumine. Exceptis
24 duabus duntaxat caussis. Nempe. In † materia feudorum, c. 1. qui test. sunt necessa. ad nouam inuestit. probandam, in vsibus
25 feudo. & ibi Bald. in fin. † Et in testamentis, l. Qui testamento, §. Eum qui, versic. Mulier & ibi Bart. & sequaces, ff. de testament. & §. Testes, Instit. de testam. ordinandis c. Forus, & ibi glos. & Doct. ext. de verb. signific. Attamen in dispositione fœminarum Iudicis fuerit diligenter cōsiderare ipsarum qualitatē, loquēdi affectus & mores, cū reliquis circūstantiis, fa. d. c. Forus, cū ibi no-
26 tatis, ext. de V.S. † De meretricibus aūt hîc dubium oriri posset: sint ne cōdignæ testes in materia criminali, an indignæ? Verum dubium omne pellit D. Alex. Imolensis,

respondens plane negatiue in suis consiliis,
27 consilio 11. num. 2. 1. volum. † Nam in criminalibus (vti sæpe dictum est) oportet probationes omni suspicione & exceptione esse immunes, l. Sciant cuncti. C. de probat. l. Absentem, ff. de pœnis, l. 3 §. Lege Iulia. ff. de testib. c. Sciant cuncti, 2. q. vltim. & c. Epiphanium, 5. q. 6.
28 † Postremo (vt summatim dicam) reprobātur omnes, qui non sunt probatę vitę, opinionis, & honestæ ac bonæ conuersationis, c. Super eo. & c. Testimonium, ext. de testib. & c. Licet, ext. de foro competenti. Quisquis autem in hac materia plura desiderat, is consulat D. Speculatorem, lib. 1. in Rubr. de teste, particula 4. nec non post eum D. Andream Alciatum in suo iudiciarii processus compendio, atque iuris vtriusque praxi, sub Rubr. Quæ possint contra testes opponi, D. Stephanum Aufreri in suo insigni tract. de testib. & eorum reprobatione. D. Lanfrancū ab Ariadno in tract. suo celebri, de testib. D. Franciscum Curtium, in suo vtili tractat. de testib. D. Albericum à Rosate in suo singulari tract. de testib. D. Tyndarum, I.V. Doctorem introducentem Bartolū & Baldum colloquutores, & ad inuicem disputantes, & Ludouicum Romanum altercationes eorum decidentem, in suo tractat. de testib. D. Andream Barbatiam ad c. Testimoniū, de testib. D. Massuerum in suo aureo ac perutili tract. siue iudiciorum praxi, sub rubri. de testib. quos de hac re comperiet locupletissime & exactissime disseruisse.

CAPVT LI.

De Saluatione.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 51.

1 *Saluandi materiam prabet reprobatio prior.*
2 *Saluatio reprobatione non minus necessaria.*
3 *Saluandi testes, non calumniandi.*

Saluantur duo.
- 4 *Testes, scilicet negando reprobatos esse*
  - *Inimicos,*
  - *Fautores,*
  - *Domesticos,*
  - *Concubinarios,*
  - *Adulteros,*
  - *Infames, &c.*
- *Testimonia, scilicet à*
  - 7 *Loco quod scilicet contigerit*
    - *Secreto: etiam per domesticos.*
    - *Publico,* / *Honesto* — *Per quoslibet irreprobabiles.*
    - 6 *Inhonesto: etiam per infames.*
  - 8 *Tempore depositionis, quo negabis eos fuisse*
    - *Famulos tuos,*
    - *Meretrices,*
    - *Concubinarios,*
    - *Adulteros,*
    - *Infames, &c.*

5 *Allegantis, non negantis, est probare.*
9 *Depositionum tempus in saluatione obseruandum.*

10 Saluātur testimonia { Infamium, de rebus infami loco patratis. / Famulorum, / Ancillarum, / Domesticorum } de rebus domi & priuatim peractis.

ETsi saluationis materia apposité vnà
1 cum superiori capitulo † tractari potuis-
set, nempe quod & reprobatio & saluatio ita
sese habeāt ad inuicem, vt ex vno facile col-
legeris alterum, & auditis testium reproba-
tionibus, statim saluationis formam satis
agnoscas. Ne hic tamen prorsus mutus hāc
materiam præteriisse iudicer, haud alienum
ab hac materia, nostroque munere esse pu-
taui, si pauculis aliquot exemplis common-
stratis, saluationis vsum & modum imperi-
2 tis ostendero: potissimum † quum isthæc
saluatio sit in quauis materia nō minus ne-
cessaria, quam ante dicta reprobatio. Dein-
de quod non minori studio testes, & ipsorū
testimonia (quatenus id fieri potest) saluan-
3 da sunt, † quam prius fuerant ab aduersario
reprobata: eoq; neutiquam calumnianda,
argumento c. Cum tu tib. & ibi glos. ext. de
test. Quare non nescis Lector hunc primū esse
vsum saluationis, vt quoscunq; testes tuos,
aduersarius tuus exceptione reppulerit qua
4 dixit † eos esse aut amicos, aut inimicos,
Fratres, sorores, conuictores, famulos, an-
cillas, infames, &c. tu contra (isthæc omnia
negando) eosdem salues, & testimonio fe-
rendo dignos affirmes, oportet: alioqui ni-
si huiuscemodi negationibus tuos saluaris,
per tuum tacitum consensum, iudici vt re-
probati habebuntur. Vbi ergo tuos testes,
negando reprobationem aduersarii, salua-
ueris, illius tum fuerit allegata probare, iux-
ta vulgatam & frequenter ab aduocatis al-
legatā legē 2. ff. de probat. nec non optimā
5 gl. ibidē. Et incumbit † probatio qui dicit:
non ei, qui negat. l. Actor, C. eo tit. de pro-
bat. §. Quod aūt diximus. iuncta ibi gl. in
verb. Et verius est, Instit. de legat. tritissima
l. Qui accusare, C. de edendo, aurea & sin-
gulari l. Res C. de rei vendic. cum sexcentis
6 similibus iurib. Vbi is igitur † allegata testi-
bus cōprobare conabitur, tuū erit, vt vicis-
sim ipsius testes qua potes repellas: atq; hac
tua reprobatione, testes tuos priores salua-
ueris: & ad hunc modū iuxta saluationē &
reprobationē vtrobiq; procedetur vlterius.
Proximus saluandi vsus esto: si testes tuos
saluare nequeas (vtpote conscius, testes re-
probatos tales esse, quales aduersarius præ-
dicauit) vt aliô, tuos testes saluaturus, con-
fugias: nēpe, ad loci aut temporis rationē.
7 De locis aūt † dispicies, an res contigerit lo-
cis secretis, an publicis: honestis, † an infa-
8 mibus. De † tēporis vero ratione vide, an tē-
pore famulatus, an ante famulatū: tempo-
re amicitiæ, an inimicitiæ, &c. Hinc enim
iudici noscendi via aperitur, & partib. liti-
gantib. saluationū & reprobationū materia
confertur: verbi gratia, si asserat testē abs te
productū, tuū esse cōuictorē, dices: hūc esse,
aut aliquādo fuisse in conuictu meo nō in-
9 ficiamur: verum † tēpore depositionis siue
testificationis suæ, conuictor aut famulus
meus non fuerat: haud graue erit ad hæc vi-
dere D. Speculatorem, in tit. de teste, in §.
in vers. Quid si olim, argum. l. 3. §. Affini-
tates, ff. de postul. Ioan. de Fantu. in c. Con-
sanguinei, 4 q. 5. Abbatē in c. In literis, n. 2.
& 6 ext. de testib. Cyn. Bald. & alios in l. 2. C.
de testib. Bart. in l. 1. §. Si seruos, per illum
textum, ff. de quæst. Bald. in l. Qui testamē-
to, ff. de testam. & in l. 2. n. 3. C. de testib. &
Felin. in d. c. In literis, col. penult. ergo hic
audiēdus, & nō reprobandus. Si meretricem
affirmet, aut homicidam, infamē, aut con-
cubinarium: negabis eandē personam tūc,
cū ista deponeret, fuisse meretricē, homici-
dā, infamē, aut concubinariū, eoq; nō reiici-
endā à testimonio, sed admittendā, audien-
dam, & credendam, huiusmodi de tempore.
10 De loco † aūt sic tuos defendes, vel saltem i-
psorū testimonia ita saluabis, si aliter perso-
narū tuarū qualitatem reprobatam tutari
nequeas. Nam si defloratio, stuprū, aut ho-

micidium commissum ac perpetratum in lupanari fuerit, tuq; pro verificatione facti tui in testimonium produxeris meretrices, lęnas, lęnones, aliosq; nebulones, & infames ibi per te repertos quos ille, iuxta præcedens caput, vt meretrices & infames, à testimonio remouerit: eosdē denuo eorūq; testimonia saluaueris, si asserueris, alia ratione veritatē constare nō posse, nisi per personas ibidē (quales, quales sunt) conuersantes. Illisq;, licet sint refutabiles, dices eandem necessariò habendam esse fidem in locis secretis & infamibus, quā habiturus esset Iudex probis testibus, in locis illis publicis & honestis. Itidem tuos saluabis, si crimen in Xenodochio seu hospitali patratū fuerit, quod per ibidem præsentes pauperes, mendicos, viles, humiles, & id genus non dissimiles probaueris: quos si alter reprobarit, dices eos de tali loco patratis non esse à testimoniis arcendos. Idem quoque (saluo tamen aliorum rectius sentientium iudicio) aliàs percensuimus in nostro Patrocinio pupillorum, tit. de tutorum & curatorum munere, Tomo 6. nu. 60. 61. Postremo, vt vel hoc exemplo ab vlteriori supersedeam. quū scelus domi tuę contigerit, negabis tuos domesticos, aut famulos, & similes à veritate testanda, vlla ratione mouendos: quod de his, quæ secrete fiunt in domibus, possunt serui, ancillæ, & alii domestici esse testes, iuxta glossam notabilem in l. 3. C. de adult. Ita habet excellentissimi V. I. professoris D. Nicasii lectura insignis super 4. Institutionum, lib. in tit. de hæred. instituend. ad medium, 3. col. vulgata l. Consensu, in §. Seruus, C. de repud. quod ea quæ fiunt in domo, possunt probari per eos qui habitant in domo, c. Veniens 2. ext. de testib. Abbas in c. In literis, crebro præallegato, num. 2. & 6. ext. eod. titu. D. Vdalricus Zasius in suis consiliis, consilio 3. incipiente, Casus talis est, nobilis quidam adolescens, &c. pagina 83. numero 53. Ex his nunc facile collegeris reliquas omnes saluandi formas.

CAPVT LII.

De concludendo in caussa, siue malis, de ipsa caussa dedenda Iustitiæ.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 52.

1 *In materia criminali proceditur*
- *Extraordinariè: scilicet capitaliter, idque sine vllis solennitatibus, quibus caussa in iustitiam concluderentur.*
- 2 *Ordinariè, non capitaliter, tamen criminaliter, tum caussarum in iustitiam concludendarum solennitates adhibētur.*

3 *Post conclusas in iustitiā caussas admittitur* *Reo* / 4 *Fisco* *Producere* *Testes plures, Instrumenta, Munimenta, Literas.* *Quibus* *Reus suam innocentiam tueatur.* / *Fiscus Rei caussam grauet.*

5 *Cuncta capiti ac vita post habenda.*

6 *Malefici mortui corpori*
- *Ante sententiam, ex*
  - *Iure nulla infligenda pœna: sed memoria.*
  - *Consuetudine: si* *Certa caussa læsæ Maiestat., Enormia crimina.* *postulent, pœnā irrogant.*

Post

Post sententiam pœna lata, ratæ perdurant, id est, { *Corpus executioni non* / *Bona confiscationi* } *Subiacent.*

1 IN materia criminali capitali, † scilicet vbi res agitur de capite, & in qua Iudex extraordinariè procedit ex suo officio, nullæ solent adhiberi solennitates de concludendo in caussa. Verùm constanter procedit ad 2 condemnationem aut absolutionem. † In materia verò criminali non capitali, criminaliter tamen intentata, in qua ordinarie proceditur, partes ab vlteriori allegatione & probatione supersedentes caussas & productiones suas concludunt vtrobiq; in iustitiam. 3 Reo † etiam post conclusionē in caussa, ad suam innocentiam tuendā, conceditur plures alios producere testes: insuper instrumenta, munimenta, literas, aliasq; probationes suæ innocentiæ patrocinantes, vsque ad finem exclusiuè, l. Videamus, § penult. in verb. Probationibus, ff de in litem iuran. D. Bart. in l. 1. in fin. num. 4. ff de quæstionibus. Istius autem hæc est ratio, secundum additionem ad Bart. in d. l. 1. §. Si quis vltro, ff eo. tit. de quæstionib. quòd conclusio in caussa, & renunciatio probationum idem sint, iuxta not. in Authent. Iubemus, C de iudic. & gloss. in c. Cùm dilectus, ext. de fide instrumento. Et ideò sicut non licet in criminalibus expresse renunciare probationibus & defensionibus, secundum gloss. in l. Pactum inter hæredem, ff. de pactis. Ita nec per conclusionem in causa, d. l. 1 § Si quis vltro, D. Bald. in l. Admonendi, ff de iureiurand. l. 1 in 4. quæstio. num. 9. C. de condict. indebi. D. Iason de Mayno in sua solenni repet. d. l. Admonendi, num. 56, 59, notat Bart. in l. Diui fratres ff. de pœnis, Bald. in l. Si accusatoribus. columna vlt. C. de Accusat. signanter D. Panor. in c. Cùm dilectus, num. 3. iamiam præallegato. Neque istud rationi aut æquitati repugnat, quum ibidem de ipsius 4 † agatur capite: cui non temerè cuncta sint posthabenda. argum. l. Addictos, ad medium, C. de appella. & l fin cum gloss. in verb. vel indiciis, ac ibidem per Doct. notatis. C. de probat. & l. Singuli, C. de accusationib. 5 Pari † ratione fisco admittitur post suam conclusionem in caussa, alios quoq; producere testes, aliasque probationes ad grauandam malefici caussam, quum nouæ probationes sibi innotuerint. 6 Porrò † si contingat maleficum mori post definitā sententiam, tēpus pœnæ irrogandæ iā desiit. Verùm cōfiscationes, & latæ pœnæ, ratæ perdurāt: proquibus ipsius heredes executioni subiacent. In crimine læsæ Maiestatis atq; aliis criminibus, cū malefici morte nō cessantibus, nō licet Iudici in cadauer mortui sæuire: sed cōceditur in famam, honorem, memoriam, atque in bona ipsius relicta procedere, & ea omnia fisco adiudicare, l. fin. C. ad l. Iuliam Maiesta. & l. fin. in princ. ff. eod. tit. gloss. in verbo, non intercidit, in l. Ex testamento, C. de testament. manu. Gloss. in verb. Sit extinctum, in lege 1 C. si Reus vel accusat. mort. fuerit. Huic seruit l. Ex iudiciorum, ff de accusatio. Ex iure itaque non proceditur contra præmortuum ad suspendium, incendium, aut decollationem, l. 1, & 2, & per vniuersum tit. C. Si reus vel accusat. mort. fuerit. Atque istud confirmat D. Angel. in § Interdum, Institut. de hæred. quæ ab intesta. defer. dicens, quòd post mortem delinquentis, negatum sit Iudici vlla damnatione sæuire in corpus mortui, sed tantum in ipsius memoriam. Quare plurimùm aberrant Iudices qui maleficorum mortua corpora ad publicam executionem postulant, aut ad crucem, rotam, flammamve abripiunt. c. Quorundam, 23, distinct. Idem videtur sentire D. Cynus, secundum Iacob. & Petrū in l. 2, C. qui testamēta facere possunt.

Idem quoque in eadem l. 2, num. 2. refert Baldus subtilis. Verùm in hac sententia tandem persistit, qua dicit, hæc in arbitrio Iudicis consistere, quod videlicet corpus illud, semper corpus pœnæ permaneat: fa. quod not. in c. 1. de pœni. & remissio. in Clement. Ista igitur sentẽtia ex iure tãtũ nascitur. Nã fieri potest, vt ex magna caussa vrgente, deinde ob enormia quædã delicta vsus & cõsuetudo secùs admittant, hoc est in corpus mortui executionem exerceant, per ea quæ notantur in argumentum in Canone, Mulier. 15. q. 1 & in l. 1. C ad l. Iuliam repetunda. Quod hac ratione defendunt, vt delinquentibus hoc exemplo maiorem scilicet pœnam incutiant, hoc est vt vnius pœna, metus possit esse multorum. glos. in verb pertimescat, in c. Sicut. ext. de iureiuran deinde, quo tali spectaculo & simili cõspectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus, vulgata l Capitalium, §. Famosos ff. de pœnis. Ita placuit D Alexandro in additione ad Bart. ad l. fin ff. ad l. Iul. Maiest. præallegatam.

CAPVT LIII.

De causa sua committenda in gratiam Iudicis, vel, De imploranda gratia Iudicis.

Summę rerum tractatarum in Commentar. CAP. 53.

1 *Gratia Iudicis semper imploranda.*
2 *Gratia præmissa, vniuersim, aut particulatim conferenda.*

1 QVum Rei sese, suamque † caussam dedunt & submittunt in gratiam Principis, Domini, aut Iudicis, in cuius quidem manu fuerit optatam gratiam concedere, (quod ego, vt semper id faciant Rei, modis omnibus suaserim) faciunt id tutissimè, & citra vllũ sui, suæq; caussæ prejudicium aut periculũ, etiã si æquissimã caussam habuerint, & vitæ inculpatissimæ fuerint. † Postquã autẽ Princeps is Dominus, aut Iudex Reũ in gratiã suam recepit, oportet ipse eandem plenam, aut particularem conferat. 2

CAPVT LIIII.

De processus visitatione & examine.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 54.

1 *Officium Iudicis, priusquam in caussis criminalibus procedat ad sententiam.*
2 *Error in processu criminali deprehensus, processum reddit ad condemnationem inualidum.*
3 *Iudicem correctionis errorum suorum pœnitere aut pudere, non conuenit.*
4 *Malum consilium, melius consilium pellat.*
5 *Probationes in caussis criminalibus oportet esse luce clariores.*
6 *In caussis criminalibus* { *Perspicacius consilium adhibendum.* / *Maius detrimentum & periculum inest.* }
7 *Iudex probationes inapertas, curabit ante condemnationem explanandas.*
8 *Condemnatio non profertur ex* { *Indiciis.* / *Præsumptionibus.* / *Mendicatis suffragiis.* }
9 *Ex indiciis indubitatis, fas est Iudicem ad sententiam ferendam accedere.*

10 *Nullus ex vilis indiciis quamlibet claris, definitiuè condemnandus.*

11 *In criminalib. caussis periculum animæ subest.*

12 *In dubiis & incertis, æquius est & sanctius, nocentis facinus relinqui impunitum, quàm innocentem damnare.*

13 *In dubio, pœnæ sunt potius molliendæ, quàm exasperandæ.*

14 *Iudicem oportet diligenter attendere confessionis caussam & modum.*

15 *Confessio ex metu facta supplicii, nulla est.*

16 *Nihil prorsus confiteri, & / Confiteri sine perseueratione* } *paribus passibus ambulant.*

17 *Quanto tempore, quove loco, iteranda sit malefico confessio.*

18 *Confessio ex supplicii metu facta, quatenus intelligitur.*

19 *Paria sunt, hominem ferire gladio, & stricto gladio cædem minari.*

20 *Confessionem factam in ipsis tormentis / Et extortam formidine tormentorum* } *lex æquiparat.*

21 *Leuiculus timor non inualidam facit confessionem malefici.*

22 *Confessio orta extra torturæ locum ex minis Iudicis, habetur valida.*

23 *Leuis territio, nunquam habenda est pro tormento.*

24 *Leuis territio & extra torturæ locum facta, elusoria est.*

25 *Acre duntaxat tormentum, arguit maleficum ex metu pœnæ confessum.*

26 *Confessio erronea & falsa nemini præiudicat.*

27 *Errantis de facto confessio nulla.*

28 *Confessio in tortura facta, absq; vllis prauiis indiciis, est nulla, etiamsi in confessione perseueret.*

29 *Indicia prauia requiruntur ad torturæ quæstionariæ substantiam.*

30 *Confessio facta in tormentis absque indiciis, non conualidatur, etiã si postea superueniant indicia.*

31 *Confessio criminis quod confitentis excedit pœnitentiam, nulli obesse potest.*

32 *Delictum omne cadit in puerum, excepto delicto carnis.*

33 *Confessio rerum impossibilium, aut naturæ apertè repugnantium, nulli præiudicat.*

34 *Confessio facta de rebus incertis, officit nemini.*

35 *In rebus dubiis propensiorem esse conuenit ad absolutionem, quam ad condemnationem.*

36–39 *Confessio* { 36 *Furiosorum & amentium* / 37 *Non coram Iudice facta* / 38 *Extra iudicium facta* / 39 *Per procuratorem facta* } *nulla.*

40 *Confessio spontanea criminis patrati, ad condemnationem efficax est.*

1 PRiusquam Iudex in † materia criminali capitali procedat ad sententiæ declarationem, modis omnib. oportet diligenter examinet an processus ritè & debitè à capite ad imũ vsq; productus sit. Nam † siquid 2 erroris in eo commissum deprehenderet, vniuersus litis processus inualidus esset, & nullius momenti ad cõdemnationem. Nec 3 æquum † est, vt correctionis suorum errorum ipsum aliquãdo pœniteat aut pudeat, quum præstet eos restituere & corrigere, quàm eorum gratia publicam subire infamiam. Et † fit subinde, vt malum cõsilium, 4 melius consiliũ pellat, arg. c. Cùm cessante, ext. de appel. Si vero cognoscat processum dignè & sufficienter productũ: vlterius tunc probationũ vi (siquidem eę probationes sufficientes fuerint) ad cõdemnationis sententiã procedat: † quia in materia crimi- 5 nali oportet esse pbationes sole aut luce clariores, sæpenumero hac in praxi allegata l. Sciant cũcti. C. probr. Cui verbotenus

concordat c. Sciant cuncti, 2.q. vlt. l. Singuli, C de accusat. & l. Qui sententiam, C.
6 de pœnis. Idque ex hac † caussa nascitur, quòd in causis criminalibus perspicacius semper sit consilium adhibendum, quum
7 ibi maius † detrimentum & periculum insit, & contingere soleat arg. l Addictos, circa medium, C. de appel. & l. 1. § 1 ff. de vent. inspicien. Si verò compererit probationes parum solidas & inapertas, licitum est imò oportet, vt ex suo officio probationes eas tenebricosas, curet explanandas, & recollectione & iteratione denuò clarius elucidandas, antequam condemnationem vllã in-
8 tentet. † Non enim conuenit, vt vllam cõdemnationẽ quis proferat ex indiciis, præsumptionibus, & mẽdicatis suffragiis & inapertis, l. Absentem, in exordio, ff de pœnis, d l. Singuli, l. 1. in fine ff. de quæstioni
9 bus, & Bart in l fin. ff. eod. tit. † Nisi ea indicia sint eiusmodi, vt indubitata sint, & è quibus Iudex certum indicium colligat, & veritatem rerum, tanquã ob oculos certissimè cognoscat quo casu (quorundam iudicio) fas est Iudicem ad sententiam ferendã accedere & ista indicia sunt à lege approbata, sicut etiam quando simul plura collecta & consona indubitanter veritatẽ indicant (vt nonnullis visum est, l Milites. § Oportet, C de quæstionib. Veluti si cuipiam intendatur homicidii crimen, multa indicia coniuncta erunt: si occisi fuerit inimicus, si de illo occidendo præsumpserit, si potens talis homicidii fuerit, si occisorem hospitio exceperit, si domesticus fuerit aut familiaris occisoris. Vnde colligitur, quòd per hunc, alterius internecionem procurauerit: de his D. Ioannes Milleus in sua praxi criminis persequendi, in fine, sub tract. indiciorum, folio (libro meo) 68. Alii verò
10 secus sentiũt, † nullum ex vllis indiciis quãlibet claris, definitiuè condemnandũ esse, dicta l Sciant cuncti, & dicta l. Singuli. Ideo
11 quia in † criminalibus caussis maius periculũ, videlicet animæ subest, vt in Auth. vt Iudices sine quoquo suffra. §i § Cogitatiò, colla. 2. Vnde maior requirenda est tutela, dicta l Addictos, & l. Vbi, C. ad l. Cornel. de fal. Ideoque etiam Gandinus in opere suo maleficiorum, apertè sentit & vult (vt in practica obseruari conspexit,) quòd nullus possit capitaliter condemnari ex indicio, quantumcunq; indubitato: secùs tamen si veniret imponenda pœna pecuniaria: & huic Gandini opinioni consentiunt & adstipulantur omnes Doctores Bononienses: Sicuti etiam meminit D. Franciscus Brunus in suo tract. de indic & tortu. q. 4. pri-
12 mæ partis, num. 16. Et in casibus † dubiis, & incertis probationibus, sanctius est facinus nocentis relinqui impunitum, quàm innocentem damnare, l. Absentem, ff. de pœnis, & l. 2 C. quorum appellat. non re-
13 cip & in dubio, pœnæ † sunt potiùs molliendæ, quàm exasperandæ, l. Si Præses, & l.
14 Interpretatione. ff. de pœnis. † Et Iudex ex ipsius malefici ore & confessione, condemnationis sententiam proferre volens, oportet diligenter attendat cõfessionis caus-
15 sam & modum. Quandoquidem † confessio ex metu facta supplicii, nulla est, l 1. § Diuus, ff de quæstionibus & d. l. 2. C.
16 quor. appel. non recipi. quoniam † nullo modo confiteri, vel confiteri sine perseuueratione, vt comites paribus passibus ambu-
17 lant: nisi † certè maleficus intra spacium 20. aut 24 horarum, aut (vt aliis placet) post diem & noctem, liber ab omni vinculo & ferro, eandem palàm & apertè coram tribunali, & in prætorio siue consistorio professus iteraret: hoc est, in sua confessione facta, sine formidine tormentorum perseueraret, d. l 1 § Quæstio, & § Si quis vltro. & d. l. 2. C. quorum appel. non recipi-
18 untur. Confessionem † autem ex supplicii metu factam intellige, non tantùm quam tortorio scamno impositus & extortus fatetur sed etiam quam ex sola & nuda scamni cõmonstratione: vel quam ex solo conspecti scamni metu confessus fuerit, aut quam

quam algidæ aquæ aut fumo impositus: aut quam inediæ, famis, sitisve cruciatu cō tortus fatebitur, d. l. 2. ibi. aut formidine tormentorum, &c. C. quorum appella. non recipi. & nota quod text. dicit (formidine) non autē dicit (tormentis) & nequaquam dissimile ibi sentit glos. & l. Item apud Labeonem, §. Adiicitur, versic. Nuda ergo interrogatio, ibi, vel leuis territio, ff. de iniuriis: ergo à contrario sensu, non leuis territio habetur pro ipsa tortura: & accedat quod legitur sufficit terror armorū, & si quis eis vsus non sit, l. Idem est, §. Qui armati, ff. de vi, & vi armata,
19 † Paria itaque hic sunt & affinia, hominem ferire gladio, & gladio cædem minari, l. 1 §. Diuus, ff. ad l. Cornel. de sicar. l. 3. ff. ex quib. caussis maio. & l. Metum, ff. de his quæ vi met. caussa gest. sunt:
20 & ita † lex æquiparat confessionem factam in ipsis tormentis, & extortam formidine tormentorum, Bart. in d. l. 1. §. Diuus Seuerus, ff. de quæstio. Adde quod voluit idem Bart. in l. Nouissimè, per illum textum, ff. quod falsi tuto autho. Ita tenent D. Guido à Suzaria in suo tract. de indic. & tortu. num. 72. & Ludoui. Bolog. ibidem in additione D. Guidonis, num. 73. horum meminit D. Franciscus Bru. in suo etiam tract. de indiciis & tortu. q. 2. secundæ partis. num. 3. 4. 5. & D. Bald. de Periglis in suo tract. de quæstionib. & torment. sub 3. cap. circa cō
21 fessiones in tormentis, num. 1. Leuiculus † verò timor, vtpote, ex re leui & nihili, ex nullo cruciatu ortus, non est censendus timor, ex quo, vel cuius gratia iudicaremus malefici confessionem inualidam: veluti si Iudex sciscitaturus veritatem, malefico ex-
22 tra torturæ locum dicat: Age, fateberis † hic mihi veritatem, aut ilico scamni torturam passurus subibis, aut diris cruciatibus te corripiam. Non esset quidem hic terror tanti momenti, vt confessionem ex eo elicitam, quis iure negaret validam. Oportet igitur vt maleficus pœnam perpessus sit acerem, priusquam ex pœnæ timore dicamus maleficum quicquam confessum esse. Le-
23 uis † enim territio nunquam habenda est pro tormento, d. l. Item apud Labeonem,
24 §. Quæstionem, & d. l. metum. Et leuis † territio & extra locum torturæ facta, elusoria est, argu. l. Hæc autem satisdatio, ff. Si cui plus quàm per l. Falcid. & hoc pacto tenet D. Angel de Aret. in addit. ad tract. maleficiorum Aretini in glos. in verb. fama publica præcedente, in antepenult. colum.
25 Sed acre † quidem tormentum maleficus perpetiatur oportet, priusquam ex pœnæ timore dicamus maleficum quicquam cōfessum esse. Nam si tantùm ex solo supplicii inferendi terrore, & ex pusillanimitate confessus fuerit, expende quid faciendum, si dixerit se timore pœnæ confessum, consulite hic Bartolum, Guidonem, Ludouicum, Franciscum & Baldum, locis superio-
26 ribus allegatos. Confessio † erronea & falsa id est, ex errore & falsa opinione facta nemi-
27 ni præiudicat. † Non enim videtur fateri, qui in facto errat, l. 2. in princip. ff. de con-
28 fess. Cōfessio † item in scamno tortorio, siue in tortura facta absque vllis præuiis indiciis, hoc est, non præcedentibus indiciis, nulla est, nunquam enim potest ex illa cōfessione confitens damnari, glos. mirabilis & singularis in l. pe. ff. de quæstionib. Hoc ideo, quia confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet, si nulla probatio religionem cognoscentis instruat, d. l. 1. § Diuus Seuerus. Nulla (inquam) est, etiam si ipse confitens in confessione constanter persisteret, argu. l. 2. 3. & 4. C. Si ex fals. instr. vel test. iudic. sit, l. Maritus, & seq. secundum vnam lecturam, ff. de quæstionib. & l. Diuus, versic. ex quibus,
29 eod. tit. De substantialibus † enim quæstio habenda est, vt legitima præcedant indicia: aliàs nemo torquendus est, cùm ab ipsis tormentis non sit incipiendum, l. 1 ff. de quæstionib. & d. l. Maritus, l. Cognitionaliter, & l. Milites, C. eod. tit. quib⁹ indiciis deficientibus, quicquid sequitur, ipso

iure non valet, l. Non dubium C. de legib. l.
1. de fid. instrumento. & iure hast. fisca li. 10.
C. l. Diuus, ff. de restitutio. in integrum, & l.
30 Nominationes, C. de appella. At hic † quis-
piam quæstionẽ mouerit: an cõfessio facta
in tormẽtis absq; indiciis nõ conualidetur
ex superuenientibus post confessionẽ indi-
ciis? Cui negatiuè respõdet gloss. ad hoc sin
gularis & vnica, quam Bart. ibi multum cõ-
mendat, in d. l. Maritus & sequitur Bald. in l.
fin. C. de accusa & D. Ludouicus Rom. in
suis consiliis, consilio 167. Confessio crimi
31 nis, cuius † confitens fuerit impotẽs, nulli
obesse potest: veluti, si puer impubes fatea
tur de vitio aut stupro mulierculę illato, ar-
gum. c. 1. & ibi gloss. & scribent. ext. de deli-
32 ctis puero. quia, vt ibidem notatur, † omne
delictũ cadit in puerum doli capacẽ, præter
delictũ carnis, l. 1. §. Impuberi, & l. Excipiun-
33 tur, ff. de Senatuscõsul. Sylla. Cõfessio † iti-
dem rerũ impossibilium, aut naturæ apertè
repugnantium, nulli præiudicat: vt si quis
Brugis existens, fateatur se hesterno die Ro-
34 mæ aut Parisiis cõmisisse homicidiũ. † Cõ-
fessio similiter facta de rebus incertis, & de
quibus nõ immeritò quis dubitare potest,
35 officit nemini. Quod in rebus dubiis, † p
pensiorẽ esse conueniat ad absolutionem,
quàm ad condemnationem, cõmuni l. Ar-
rianus, ff. de actionib. & obligationib. c. Ve-
niã nunc. & ibi est bona gloss. in verb. Si fa-
ciendũ, multas concordantias cõtinens, 35.
36 q. 9. Cõfessio † furiosorũ & amentiũ prorsus
est nulla, l. In negotiis, ff. de reg. iur. l. 2. §. Fu-
riosus, ff. de iure codicil. c. fin. ext. de suc-
37 cessio. ab intestat. Confessio † quoq;, nõ co-
ram Iudice facta, nulli damnosa esse potest,
c. At si clerici, cũ ibidem nota. ext. de iudic.
38 Confessio † item extra iudiciũ facta, ineffi-
cax est, quòd veras legitimasq; cõfessiones,
& acta cuncta iudicialia, vnde sententiam
Iudices proferunt, oportet fieri corã Iudice,
& loco iustitiæ consueto, d. c. At si clerici, l.
39 1. C. de custod. reo. Cõfessio † per procura-
torem facta in rebus criminalibus, capitali-
bus, vbi procuratori occupare nõ licet, nul-
40 li damnum præstruere potest. † Verum e-
nimuero libera, aperta, & spontanea crimi-
nis patrati confessio, valida est, & ad conde-
mnationem efficax: nec opus tunc est fre-
quenti eiusdẽ confessionis iteratione, quũ
eã vel semel iterasse sufficiat. Sed quũ ea cõ-
fessio coacta est, & pœnæ metu extorta, ad
sententiam ferendam inualida est: quare
eam denuo liber ab omni vinculo & ferro
reiteret, oportet, vt antè diximus. Optarim
in hoc capite Iudices, Assessores & Consi-
liarios excusso animi torpore, esse multo di-
ligentissimos, quod hinc sententiæ ferendę
æquitatis aut iniquitatis summa consistat.

CAPVT LV.

De Condemnatione & Punitione in re criminali.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 55.

1 *Pœnarum: Alia* { *Ordinaria,* / *Extraordinaria.*

2 *Pœna* { *Ordinaria,* / *Extraordinaria,* } *qua sit.*
3

4 *Iudex in ferenda sententia perpetuo sequi debet pœnas ordinarias, & in legib. constitutas.*

5 *In extraordinariis pœnis ferendis, oportet eas Iudex expendat, non ex animi sui religione, sed ad ea, quæ ipsi, non tanquam Petro, sed tanquam Iudici, innotuerunt, & probata sunt.*

6 *Iudicem semper commendat clementia.*

7 *In leuibus potissimum caussis, æquum est iudicem esse moderatum & facilem.*

8 *Vbi materia obscura sunt & ancipites, conuenit Iudicem ad absoluendum, quam ad damnandum esse prociuiorem.*

In cuer-

9 *In enormibus delictis, singulas, vniuersasq; legum constitutiones ad amussim obseruet Iudex.*
10 *Iudex in omni cōdemnatione criminali, cōdemnationis causā articulatim exprimat, necesiū est.*
11 *Sententia definitiua ciuilis, caussa expreßionem non requirit.*
12 *In Flandria quid paßim receptum.*
13 *In magno Consilio quid consuetum.*

1 POEnarum alia † est ordinaria, alia est
2 extraordinaria. Ordinariā † pœnā dicimus, quam leges sanxerunt, quā principes constituerunt, aut certè quę longa, patriaq; consuetudine introducta est, l 1. §. 2 ff ad S.
3 C Turpillia. Extraordinariam † verò pœnā appellare licebit, quam Iudex ipse, non ex Legum, Principumve constitutione, aut ex inolita cōsuetudine, sed ex proprio arbitrio infert & imponit, c. De causis, § Illis, ext. de offic. delegat. c Super his, ext. de accusat. l 1. ad medium ff de effracto & expilato l. 1 in fin. ff. de iure deliberan. l. Hodie, & l Sāctio legum, ff. de pœnis, quorum etiā meminimus suprà c. 1. titul. de criminib & maleficiis, nu 4. 5. 6. 7 8 Quocirca isthæc libens ex-
4 plicui, † vti cōmonstrarem Iudicem in ferēda sententia perpetuò sequi debere pœnas ordinarias, & in legibus cōstitutas: neq; illas temere posse suo arbitratu augere, minuere, variare, inflectere aut infringere sine euidenti maximaq; ratione secus vrgēte. Euidentes autē constitutionum rigorē inflectendi & minuendi rationes sint: Si delictū fuisset cōmissum ex ignorantia, imprudentia, casu fortuito, ebrietate, furore, phrenetica passione, in necessaria defensione corporis, ex inductione, & persuasione alterius, aut simili quapiam occasione: Si nulla premeditatione, nullo studio crimē fuisset excogitatum. Euidens verò constitutionum legalium formam intēdendi augendiq; ratio fuerit, frequēs eiusdem delicti iteratio, aut plurium multorumq; criminū admissio. Aut si is veluti multorū criminū & criminosorum caput & author, plures ad simile facinus patrandū suasu suo pertraxisset:
5 aut minis coegisset. † In extraordinariis pœnis ferendis (quas diximus ex Iudicis depēdere arbitrio) oportet eas Iudex expendat, non ex animi sui religione & cōscientia, sed ad ea, quæ ipsi non tanquā Petro aut Paulo, sed tāquam Iudici innotuerunt, & probata sunt, vulgata atq; semper ad id allegata l Illicitas, § Veritas, ff de offici. præsid c Summopere, 11 q. 3. c. Iudicet, 3. q. 7 c. Iudicantē, 30 q. 5. c 1. cum gloss. in verb Secundū quod Canones censent, cum multis cōcord tam LL. quam cano. ext. de offic. ordina Bald. in l. 2 C de sent. ex breui. recitan. Huius nec ineleganter meminit practicus insignis, & V. I. Doctor, D. Henningus Gœden subprocem. solennis & perutilis ordinis iudicarii processus. Cognouit enim Christus adulteram mulierculam, sibiq; oblatam ex lege, capitali punitioni fuisse obnoxiam. Cuius tamen damnare refugerat, quod eiusdē adulterii corā ipso, vt Iudice cōuicta nō fuerat.
6 † Iudicē semper cōmendat clemētia: Ideoq;
7 † in leuibus potissimū caussis, æquū est ipsum esse moderatū, facilē, & ab omni ty-
8 rannide alienū Et vbi † partes siue materię obscure sunt & ancipites, cōuenit eū ad absoluendum, quā ad condemnandū esse prochuiorē. l Arrianus, ff. de actio. & obliga. c. Veniā nunc, iuncta ibidē singulari gloss. in verb. Si faciendū, multas cōcord. cōtinente,
9 35 q 9 In † enormib. verò delictis, singulas vniuersasq; legū cōstitutiones ad amussim obseruet, oportet: Ita tamē, necubi sibi, bonoq; Iudici dissimilis sit semper sentētię ferēdæ clementiā, cōpassionemq; cōmisceat, argum. c Disciplina, & c. Omnis, 45 distinct.
10 Atq; in † omni condemnatione criminali, condemnationis caussam articulatim ex-
11 primat, necessium est: quod nō † requirit sentētia definitiua ciuilis, testib Bart. & Bald. in l. In sūma, in princ. ff. de re iudica. necnō D. Lāfrāco de Ariadno Iuris vtriusq; interprete celeberrimo, in suo tract. Interlocutio-

num & appellationum, num. 77. quos occasione emergente lubebit videre. Quinimò (vt multi autumant) condemnandū suo conspectui & præsentiæ prius sistat, oportet, quàm sententiam pronunciet. At-
12 que † ita passim receptum est in Flādria, ex-
13 cepto magno cōsilio, in quo cōsuetum est, † vt procuratorem generalem cum vno scribarum in carcerem ad maleficum transmittant, denunciaturos malefico suam ipsius condemnationem: quò is sententiæ super se latæ conscius, semetipsum paret ad dignè Christianeque, tempore & loco constitutis obeundum supplicium.

CAPVT LVI.

De ordinaria capitali Punitione in Flandria.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 56.

1 *Punitiones capitales ordinarias habent in Flandria 6. aut 7.*

1 IN Flandria 6 aut 7. † habent punitiones capitales ordinarias. Prima & maxima harum est, quæ simul & vitam, & opes vniuersas aufert. Proxima vitam duntaxat, non opes tollit. Tertia nec vita, nec opibus orbat: sed mutilationem, aut alicuius mēbri, vt pugni, auris, aut digiti decisionem præstat. Quarta est, quæ publica fustigatione, flagellatione, & publico exilio plectit. Quinta est, perpetuum exilium cum confiscatione bonorum. Sexta fit installatione theatrali, aut simili publica exhibitione malefici in locis editis, quo is palam omnibus exhibitus, saltē pudore resipiscat, & aliis incautis suæ vitandæ nocentiæ testimonium ferat. Gandaui præterea vsurpare consueuerunt punitionem priuationis Iustitiæ siue legum immunitatis.

CAPVT LVII.

De ordinaria criminali Punitione ciuili.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 57.

1 *Ordinaria criminales punitiones ciuiles qua dicantur.*
2 *Mulcta, commoda iurisdictionis sunt.*

1 ORdinariæ criminales † punitiones ciuiles, sunt mulctæ & pœnæ pecuniariæ, quas Principes ipsi instituerunt. Pœnæ
2 enim † & mulctæ sunt commoda iurisdictionis, not. Bartol. in l. fin. ff. solu. matrimo. & Ludouicus Rom. consil. suo 70. incipiente: Visis themate & quæstione, in 4. colum. in vltimo dubio. Aut certè sunt peregrinationes & ablegationes breues & lōginquæ, quæ scriptæ narrātur in lib. Rubro.

CAPVT LVIII.

De Exiliis siue Bannis.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 58.

1 *Exilium passim est vsitatissimum.*

2 *Exilio plectimur* { *Extra ciuitatem,* / *Intra ciuitatem,* / *In constitutis locis.* }

3 Exilium

3 *Exilium cum confiscatione bonorum, par est morti ciuili.*
4 *Mors ciuilis, morti naturali similis.*
5 *Exilio damnamus* { *Temporali,* / *Non temporali.*
6 *Exilia & emissiones, nomine sunt diuersa, re vero eadem.*
7 *Exilii tempus violans, iterato exilio damnandus.*
8 *Banniti qui dicantur? remissiue.*
9 *Bannum quid, & quotuplex? remissiue.*
10 *Quod sit bannum quod deportationi comparatur? remissiue.*
11 *Bannum vnde dictum? remissiue.*
12 *Qui dicantur banniti nostri temporis, remissiue.*
13 *Bannitorum differentia, remissiue.*
14 *Banniti similes deportatis, remissiue.*
15 *Bannitus Imperii æquiparatur deportatis, remissiue.*
16 *Banniti Galliæ non possunt impune offendi, remissiue.*
17 *Exules æquiparantur deportatis, remissiue.*
18 *Amittens ciuitatem, perdit bona absque alia publicatione, remissiue.*
19 *An bannitus mortuus possit sepeliri in sepulcro, maiorum suorum? videtur quod non, remissiue.*
20 *An arma banniti vbique depicta possint deleri? remissiue.*
21 *Bannitum occidere impune est tolerabile, sed non laudabile, remissiue.*
22 *Bannitam prægnantem interficiens, an sit excusatus? remissiue.*
23 *An semel bannitus possit iterum banniri, remissiue.*
24 *Bannitus an possit occidi à filio, vasallo, seruo, vel liberto? remissiue.*
25 *Vxor receptans maritum bannitum, an incidat in pœnam receptantium bannitos?*

1 VSitatissimum est † in Flandria puniri
2 exilio. Est autem † triplex exilii ratio. Alia, quæ extra ciuitatem pellit. Altera, quæ intra ciuitatem coarctat. Tertia, quæ in certo & constituto loco hominem adstringit. Intra ciuitatem exilio cōtinemus eos, quorum præsentia Reipublicę profuerit magis, quam absentia: quive absentes officere magis, quam proficere possent. Pari ratione eos extra ciuitatem exilio damnamus, quos absentes cognoscimus fore magis vtiles foris, quā in ciuitatibus. In constitutis vero locis, exilio arctamus eos (quod item vocari solent confinitionem) quos nolumus errabundos per diuersas regiones vagari, eoque lex, siue magistratus ipsis exilii locum designat, veluti in Cypro, in Rhodo. Hungaria, aliisque locis, volens, vt ibi permaneant, neque limites transiliant, Bart. in l. Relegatorum, §. Est quoddam genus, ff. de interd. & relegat. & deport. Bald. in l. Executorem, 8. colum. num 33. Cod. de execut. rei iudicat. D. Abbas in c. Postulasti, 3. col. num. 10. ext. de foro compet. Necessum item fuerit, vt relegatus is sese cautè ab vlteriori maleficio temperet, alioqui enim grauiori punitioni, aut perpetuæ pœnę se deuinciret, l. Relegat, in princip. ff. de pœnis.
3 Perpetuum † exilium cum bonorum confiscatione, in iure par & æquale habendum
4 est cum ciuili morte, † quæque proxima est morti naturali siue corporali, §. Cum autem, iuncta gloss. in verb. mortuo, & ibi D. Angel. Aretin. Instit. Quib. mod. ius patr. potest. soluit. & l. 1. §. Quidam filium, in fi. ff. de bono. poss. contra tab. Cynus, & Bald. in l. Deo nobis, C. de episc. & cleric. Iustitię Flandriæ interdum plectunt exilio tempo-

rali: Interdum non temporali. Vbi notabis Gandensibus morem hunc esse, vt damnēt exilio quinquagenario, & infrà. Bragensibus vero consuetum est, exilium decernere ad certum temporis terminum: aliquando sine vllo temporis termino: quod idem faciunt & alia pleraq; regionū multarum tribunalia, nullam confiscationem pronun-
6 ciantia. In magno † quoque consilio, nunc temporali exilio, nunc non temporali damnant, sed vbi nullum statuitur tempus, consequitur bonorum confiscatio. Quædam Iustitiæ Flandriæ vtuntur emissionibus siue ablegationibus, nullis exiliis: hæc tamen in eundem finem recidunt. Quis-
7 quis semel † certo tempore exilio damnantur, idque præmaturè violauerit, is iterato exilio remittitur ad aliud simile tempus: In quibusdam vero locis tales perpetuo exilio relegantur, hoc est, deportantur Et quicunque ita perpetuo exulant, ipsis constituitur exilii locus, Cyprus, Rhodus, Portugallia, aut similis definitus locus l Relegati, l Exilium, & l. Relegatorum, ff. de interd & relegat. & deport. hæc tantum de bannis & exiliis. Meruit tamen isthæc exiliorum materia tum accuratius, tum fusius explicari: vtpote, quæ cunctis regionibus vsitatissima sit, & pœna communis: verum negotiorum vndæ, quibus constanter immersus supra vires premebar, tam digno tractatui vlteriorem operam nostram inuidebant. Quare hinc necessario abstractus suaserim pio lectori, consulat D. Nellum de sancto Geminiano in tractat suo de Bannitis, vbi hanc materiam latissime & dignissime persequitur. Nec non D. Bartholom. Chassanæum in suis Commentariis consuetudinum Burgundiæ, tit. *Des Confiscations*, vers.
8 finem, tractantē inter alia ibi multa de Bannitis, scilicet † Banniti qui dicantur?
9 † Bannum quid & quotuplex?
10 † Quod sit bannum quod deportationi comparatur?
11 † Bannum vnde dictum?
12 † Qui dicantur, banniti nostri temporis?
13 † Bannitorum differentia.
14 † Banniti similes deportatis.
15 † Bannitus imperii æquiparatur deportato.
16 † Banniti Galliæ non possunt impune offendi.
17 † Exules æquiparantur deportatis.
18 † Amittens ciuitatem perdit bona absque aliqua publicatione.
19 † An bannitus mortuus possit sepeliri in sepulchro maiorum suorum? videtur quod non? &c.
20 † An arma banniti vbique depicta possint deleri?

Ad quem occasione occurrente confugere lector poterit, vbi prædictarum quæstionum decisiones reperiet, quas hic inserere omisi, ad euitandam prolixitatem, veritati
21 inimicam, vt nonnulli somniant. † Bannitum occidere impune est tolerabile, sed non laudabile, vt declarat D. Antonius Corsetus in suo tractatu, de verbis gemina-
22 tis, fol. 92. verso num 14. quē vide. † Bannitam prægnantem interficiens, an sit excusatus? hanc quæstio. subtilem ponit & examinat late D. Nellus de sancto Geminiano in suo insigni & præclarissimo tractatu De Bannitis, folio 67. numero 45. quem videre lector tempore oportuno po-
23 terit, vbi vtitur distinctionibus nonnullis. † An semel bannitus possit iterum banniri, vide eundem D. Nellum in præfato tracta-
24 tu de bannitis, fol. 43 numero 3. † Bannitus an possit occidi à filio vasallo, seruo vel liberto? Vide eundem D. Nellum in d. tra-
25 ctatu, de Bannitis, fol. 63. numero 10. † Vxor receptans maritum bannitum, an incidat in pœnam receptantium bannitos? huius quæstionis meminit D. Nellus à Sancto Geminiano, in suo insigni tractatu, de Bannitis, & ibi allegat Guil. in Spec. de donat. inter vir. & vxor. §. fi. vers. quid si vir seu maritus est in banno. Et tandem dicit: quod

quod vxor banniti & etiam excõmunicati communicabit cum eo non obstante banno, vel excommunicatione. allegat. canon. Quoniam, 11. quæstio. 3. & can. Inter alia, de sentent. excommunic. & sic videtur concludere, quod sine pœna possit cum receptare. Facit l. Vim passam, §. Muliere, ff. de adulter. Nec obstat, quod vir sit hostis ciuitatis, quia statutum vires matrimonii soluere non potest, cum sit de iure diuino. Secundum Franciscum de Aretin. in lege secunda, de receptator. Et idem etiam tenuit Alber. vbi sup. quæstio. 7. allegat l. primam, C. de repud. & quia vxor debet sequi infortunium viri seu mariti, l. Si cum dotem. §. sin autem, solut. matrimon.

CAPVT LIX.

Qui excusandi, non puniendi, ob Delicta commissa.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 59.

1 *Regulariter delicta plectenda sunt pœna delictis condigna.*

8 *Huic regulæ non subsunt*
2 *Quibus casus iuris patrocinantur.*
3 *Qui casu, non meditata occasione peccant.*
4 *Qui Phrenesi percitus maleficia committit.*
5 *Dormiendo lædentes.*
6 *Pupilli, & pueri impotentes.*
Ebrietate planè sepulti.
7 *Ignoranter malè facientes.*
Peccantes
9 *Necessitate summa*
10 *Diuinis relationibus*
11 *Rerum ipsa æquitate*
12 *Graui metu periculi*
13 *Æqua, & rationabil. defensione*

PEractis hactenus formis quibus nocentes legum constitutionibus grauamus, non ab re me facturum esse putaui, si maleficorum legitimas expurgationes adiicerẽ: quibus merito lex, vsus, ratio & necessitas
1 patrocinari debent. Regulæ † itaque iuris ad pœnam quemlibet adstringunt delictis condebitam, & constitutam: Fallit tamen isthæc regula in omnibus casibus, in qui-
2 bus † iura dissimulant alterum alteri licere offensionem inferre, de quibus infra suo
3 loco dicetur: Fallit præterea in illis, quos † casu delinquere contigit, quod item mox
4 infrà erit cernere. Rursum fallit in † furiosis, phreneticis, aut amentibus, si quando tempore phreneseos aut amentiæ peccasse
5 eos compereris. Præterea à † regula tolluntur, qui dormientes, aut in somnis peccant,

quod id citra omne voluntatis arbitrium
6 fiat. absque vlla facti noticia. Ad hæc † ex-
cusandi sunt pupilli & pueri minorennes,
& à delinquendi voluntaria malicia adhuc
7 vacui. Adde ebriosos, † qui vino potuve
alio adeo sepulti fuerint, vt quid fecerint,
nesciant: nisi certe hanc ebrietatem astutia
& studio quodam affectassent. Ignoran-
8 tia quoq; † à regula & delictis excusat. Ve-
luti si vxor cũ viro in lecto suo reperto, quẽ
germanum putauit esse maritum, mœcha-
9 ta fuerit. Excusat † etiam extrema rerum
necessitas: vti post explicabitur in cap. de
10 defensione coacta. Insuper excusant † diui-
næ reuelationes, quas tamẽ rarò continge-
11 re cernimus. Item † res iustæ, siue ipsamet
Iustitia, quæ Iudicis animum flectere pos-
12 sunt. Item † excusat grauis metus sibi in-
13 ferendi periculi. Postremo † excusat æqua
defensio, qua omne periculũ strenue à pro-
prio capite pellere, aut ab amicis arcere, aut
à bonis suis amicorumque suorum propul-
sare quis conatur, vti infra clarè doceberis.
Hæc tantum de maleficorum legitima ex-
purgatione obiter dicta sufficiant.

CAPVT LX.

De capitalium & publicorum criminum multiplicitate.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 60.

1 *Capitalium & publicorum criminum: Aliud*
- *Crimen læsæ Maiestatis*
  - *Diuina,*
  - *Humana,*
- *Homicidium.*
- *Latrocinium.*
- *Parricidium.*
- *Stuprum.*
- *Adulterium.*
- *Raptus.*
- *Zodomia.*
- *Vis publica.*
- *Prædatio.*
- *Incendium.*
- *Furtum.*

QVum hactenus de criminosis (quatenus ad ipsorum accusationem, comprehensionem, torturam, aut expurgationem spectare videbatur) nonnulla peregerimus, libuit hîc ipsorum criminum varietatem paucis interferere, priusquam ad reliqua huius materiæ transeundum esset. Est
1 igitur † criminum, aliud crimen læsæ Maiestatis, aliud homicidium, latrocinium, parricidium, stuprum, adulterium, raptus, zodomia, vis publica, prædatio incẽdium, furtum, atque huius generis penè crimina infinita: à quorum nomenclatura (quum sacræ Theologiæ & Iuris literæ, hæc copiosè & passim explicent) supersedeo. Cæterum crimen læsæ Maiestatis bifariam finditur. Aliud est crimen læsæ Maiestatis diuinæ Aliud crimen læsæ Maiestatis humanæ siue temporalis.

CAPVT LXI.

De crimine læsæ Maiestatis diuinæ.

Summæ

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 62.

1 *Crimen læsæ Maiestatis diuinæ, omnium criminum est grauissimum.*

2 *Parenti, Domino, Senatori,* } *grauius peccatur, quam* { *ignoto. ignoto. priuato.*

3 *Pœnam conuenit delicto condignam esse.*

4 *Iudicem non æquum est esse mitiorem lege.*

5 *Clementiores multò leges sunt, quam homines.*

6 *Diuina Maiestas alias occultè, alias manifeste offenditur.*

7 *Occultorum solus Deus, & cognitor, & Iudex est.*

8 *Secretorum cognitio ad forum non pertinet humanum.*

9 *Crimina læsæ Maiestatis diuinæ* { *Blasphemia. Præuaricatio. Apostasia. Hæresis. Simonia. Sortilegium. Diuinatio. Incantatio, &c.*

10 *Blasphemia Deum obiectum habet: ideo peccatorum grauissimum.*

11 *Blasphemiæ descriptio, ac eiusdem tres species.*

12 *Blasphemia in Deum, de iure ciuili capitalis est.*

13 *Blasphemia non dissimulanda.*

14 *Blasphemiæ altera descriptio.*

15 *Vltimum supplicium mortem interpretamur.*

16 *Clausula in fine posita, ad singula refertur præcedentia.*

17 *Blasphemantes quomodo de consuetudine puniantur.*

18 *Blasphemantes quomodo à iure canonico arceantur: remissiuè.*

19 *Blasphemia est mixti fori.*

20 *Iudices ambo (ecclesiasticus scilicet & secularis) ad eiusdem delicti punitionem aliquando concurrunt.*

21 *Blasphemantem non deferens, puniendus est.*

22 { *Iracundiæ, Ebrietatis* } *prætextus, an excusent?*

23 *Iracundia lacessita minuit, non tollit delictum.*

24 *Blasphemia tam factis, quam verbis committitur.*

25 *Imagines serio male tractantes, morti sunt obnoxii.*

26 *Non minus facta, quam verba loquuntur.*

27 *In blasphemantibus assuefactio imprimis attendenda.*

28 *Blasphemi antiquitus non opprimebantur.*

29 *Blasphemia quando dicatur publica?*

30 *Blasphemia ne maledicti quidem sunt incessendi.*

31 *Blasphemia idem cum maledicto, secundum nonnullos.*
32 *Blasphemiæ pœna irrogatur remissior in Francia, atque in nostratibus regionibus.*
33 *Blasphemi quomodo puniti ex edicto Regis Philippi de Valloys.*
34 *Blasphemiæ in* { *Burgundia, Francia, Curiis magnatum,* } *admodum frequentes.*
35 *Prauaricatio Adamum protoparentem exegit paradiso.*
36 *Prauaricatores qui dicantur?*
37 *Prauaricator à quo dictus.*
38 *Prauaricator teste Vlpiano Iurisconsulto, quis dicatur.*
39 *Prauaricator secundum Marcellum Iurisconsultum, quis dicatur.*
40 *Prauaricatio qualiter probetur? remissiue.*
41 *Apostasia* { *Elongatio, Defectio, Rebellio, Retrostatio, Retrocessio* } *nuncupatur.*
42 *Apostasia trifaria* { *Perfidiæ, Inobedientiæ, Irregularitatis.* }
43 *Apostasia perfidiæ est.*
44 *Apostasia perfidiæ, vt hæresis punienda.*
45 *Apostasia inobedientiæ est.*
46 *Apostasia irregularitatis est.*
47 *Apostata irregularis quomodo puniendus.*
48 *Ecclesia non claudit gremium resipiscentibus.*
49 *Apostata, testis aut accusator esse nequit.*
50 *Hæresis quare cæteris criminibus grauior, & detestabilior.*
51 *Hæresis non immerito crimen læsæ Maiestatis diuinæ appellatur.*
52 *Maiestatem æternam offendere grauius est, quam temporalem.*
53 *Hæresi qui notandi sunt.*
54 *Hæreticæ prauitatis crimen plectendum est, non solum in plebeis, &c. Verum etiam in Principibus, &c.*
55 *Hæresis crimen, habet duo extrema substantialia.*
56 *Hæretici quibus pœnis afficiendi?*
57 *Immisericors est misericordia, vni parcere, & omnes in discrimen adducere.*
58 *Hæretici puniuntur pœna ignis.*
59 *Consuetudo, optima legum interpres.*
60 *Vbi maior est culpa, ibi grauior debet esse vindicta.*
61 *In hæreseos crimen non solum verbo, verum & facto quis incidit.*
62 *Simonia est.*
63 *In simoniacos varie, idque arbitrarie animaduertitur per Iudicem ecclesiasticum: remissiue.*
64 *Simoniacus quis sit?*
65 *Simoniæ vitio nostris temporibus multi illaqueati.*
66 *Et temporalia & spiritualia hodie exponuntur venalia.*
67 *Simoniam non dicitur committere Papa, beneficia vel dignitates accepta pecunia conferens.*

Papa-

68 Papatus, apostolatus est.
69 Papæ licitum est quadrata æquare rotundis.
70 Simonia, vnde nominis originem traxit.
71 Simoniacorum exitus terribiles: remissiue.
72 Simonia & iure diuino et humano damnata.
73 Simonia triplex: remissiue.
74 Simoniacè adeptorum beneficiorum fructus, cui restituendi?
75 Simoniacus, nullam potest in ea ecclesia offerre victimam Deo gratam.
76 Beneficium simoniacè adeptum vacare censetur.
77 Restitutio fructuum beneficii simoniacè obtenti, non est facienda canonicis.
78 Capitulum tantum administrare potest fructus, eosq; in vsum pium conuertere.
79 Bonorum vsurariorum administratio reseruatur Episcopo, distribuenda piis vsibus.
80 Sortilegium quid sit, generaliter sumpto vocabulo.
81 Sortilegi, Diuinatores, Malefici. } Hostes humanæ salutis, & humani generis inimici credendi sunt.
82 Sortilegus proprie quis dicatur?
83 Sortilegia plerunque sub falsa religionis imagine fieri sueuerunt.
84 Sortilegium vnde vocabulum duxit?
85 Sortilegia per quos fuerint prius inuenta?
86 Sortilegiorum diuersæ species { Diuinatoria, Amatoria, Venefica.
87 Diuinationis species sunt variæ.
88 Qua pœna plectendus, qui poculo amatorio porrecto, aut male composito, aut male temperato, alterius bibentis sustulerit vitam?
89 Pœna vltimi supplicii punitur quis quandoque pro homicidio, sine dolo ac intentione aliqua occidendi commisso, contra dispositionem iuris communis.
90 Qua pœna afficiendus, quando non fuit subsecuta mors, sed alius turpis effectus?
91 Malefici sola carminis potentia homines nonnunquam interimunt.
92 Cuius est condere, eiusdem est & soluere.
93 Cuius est condemnandi facultas, eius est absoluendi libertas.
94 Nihil tam naturaliter connexum, quod eodem genere dissolui non possit.
95 Sanare hic & morbos inferre, eiusdem sunt artificii.
96 Dæmon secretorum morborum, ac rerum naturalium peritissimus.
97 Remedia aduersum maleficia, iure ciuili nequaquam reprobata.
98 Iure Pontificio non licet maleficiatum contrariis maleficiis liberare.
99 Diuinatio inter cæteras obtinet principatum.
100 Sortilegi & Necromantici suis superstitionibus fidem allaturi, futura pronunciant.
101 Diuinationum 4. sunt species { Geomantia, Hydromantia, Pyromantia, Aeromantia, } Hinc dicti { Geomanti, Hydromanti, Pyromanti, Aeromanti.

102 Professorum, Alii { Diuini, Incantatores, Harioli, Haruspices, Augures, Phytonissæ, Astrologi, Genethliaci, Salitores, Necromantici } dicuntur.

103 Necromantia vnde dicta?

104 Hinc necromantes vel necromantici.

105 In necromantia cruor aqua miscetur: Dæmones enim cruore delectari feruntur.

106 Professores siue magistri 2, & 3. speciei sortilegiorum, qui sint.

107 Maleficos vocamus, ob facinorum enormitatem.

108 Magistri artis amatoriæ, & veneficæ, iure ciuili æquiparantur.

109 Sortilegorum professio duplex { Tacita. / Expressa { Solennis siue publica. / Priuata. } }

110 Tacita professio est.

111 Professio tacita, quare sic dicta?

112 Expressa professio est.

113 Expressa professio duplex.

114 Expressa professio, solennis, siue publica est.

115 Expressa professio priuata est.

116 Satanas in hoc totus incumbit, vt adoretur quasi Deus.

117 Quibus locis, quibusve temporibus, sortilegia fieri consueuerunt?

118 Sortilegi, hisque similes alii, vbi conuenire soleant?

119 Sortilegia plerumque fiunt in locis { Syluestribus. / Occultis. / Subterraneis. / Ab hominum conuersatione remotis. / Longe dissitis. / In caducis castellis & desertis. / Semper in intempesta noctis tenebris. }

120 Qui male agit, odit lucem.

121 Satanas, virtutum, bonorum operum, veritatisque aduersarius infestissimus.

122 Satanas mendax { Inuentor / Author } mendacii; amat { Tenebras. / Loca obscura. / Sordida. }

123 Sortilegia cur nocte potius, quam interdiu fiant.

Sortile-

124 *Sortilegi, quibus* { *Rebus, Signis, Instrumentis, Mixturis, Compositionibus, Ligaturis, Characteribus, Figuris* } *vtuntur?*

125 *Malefici in manibus publica iustitia existentes, & incarcerati, cur non faciant se deferri, ac inde liberari per ministerium Dæmonis, ad mortem euitandam?*

126 *Dæmon eorum mortem, quos habet subiectos, optat: quo prædam eos habeat tutam.*

127 *Malefici incarcerati cur euadere nequeant, quod tum diuina iustitia non permittat Dæmonem in eos suam naturalem exercere potentiam.*

128 *Maleficis vnde potestas tanta?*

129 *Potestas omnis à domino Deo est.*

130 *Neq; Dæmones, neq; malefica quicquam facere possunt, nisi omnipotens consentiat, potestatemq; faciendi concedat, quod iam peruersa voluntate facere decreuerunt.*

131 *Malefica quicquid moliuntur, non hominis Dæmonisque potentia id solum asscribendum; sed diuino permissu id totum peragi credendum est.*

132 *Diabolus cum sit superbissimus, Deo cupit in omnibus quam simillimus esse.*

133 *Effectuum omnium necromanticorum & maleficorum operator Diabolus, per applicationem mediorum, opus producit optatum: quod fit aliquando realiter, aliquando solum apparenter.*

134 *Malefica mulieres, notas quasdam & signa symbolica à Dæmonibus recipiunt, quibus exciti Dæmones mox prosiliunt.*

135 *Maleficarum stulta credulitate nihil efficacius in operationibus Dæmonum: qua pactis votisque augetur.*

136 *Malefica rebus vtuntur ad maleficium sibi notis & familiaribus.*

137 *Malefici non sunt vspiam tolerandi, sed vbiuis locorum tollendi funditus.*

138 *Maleficos non patieris viuere.*

139 *Mulieres cur magis sint idonea ad maleficia quam viri: remissiuè.*

140 *Cur potius virgines quàm corrupta: remissiuè.*

141 *Cur plures mulieres sunt malefica. quàm viri malefici: remissiuè.*

142 *Dæmonum. Alii* { *Aërii, Ignei, Aquatici, Terrestres, Subterranei, Lucifugi* } *A locis quibus sunt addicti, aut à malitia natura, appellationes eas habentes.*

143 *Maleficarum potestas tota Dæmonibus, à Domino Deo limitata conceditur.*

1 GRauissimum & omnium † criminum maximũ est, Crimen læsæ Maiestatis diuinæ: cũ longe grauius sit æternã, quam temporalem offendere Maiestatem, Authent. Gazaros, C. de hæretic. & Manichæ. & in Authentic. De statutis & consuetudinibus contra libertates ecclesiæ editis, §. Gazaros, colla. 10. constitut. fin. vnde dicta Authent. desumpta est: quæ quidem verba etiam legimus canonizata in c. Vergentes

in senium, ext. eod. tit. de hæretic. & ibi no-
tab. gloss. in verb. grauius, c. Sicut qui ec-
clesiam, & ibi sing. gloss. in verb. grauius,
17. q. 4. Maius, (inquit,) peccatũ est quod
in Deum committitur, quam quod in ho-
minem, quia quod in Deitatem, aut in re-
ligionem diuinam cõmittitur, in omnium
fit iniuriam: ac publicum crimen com-
mittitur, l. Manichæos, versus exordium,
C. de hæret. & Manichæ. c. Cum secundum
leges, eod titu. libr. 6. Præterea quanto di-
gnior est persona cui peccatur: tãto grauius
est peccantis delictum, vt legitur & notatur
in can. primo de calumniato, text. gloss. &
Panor. in c. Cum illorum, extr. de sentent.
excommuni. textus in §. Atrox, Institut. de
2 iniur. Aliter enim delinquit ac † punitur,
qui quid in dominum parentemve ausus
est, quam qui in extraneum: In Magistra-
tum, quam in priuatum: Ita textus in l.
Aut facta, §. Persona, ff. de pœnis. Si ergo
enormius est delictum in Deum, quam in
quemcunque hominem, text. in d. c. Ver-
gentes in senium, consequitur id ipsum o-
mnium grauissime esse plectendum. Nam
3 † pœnam cõuenit delicto esse conformem,
vt per hæc verba dicit textus elegans & phi-
losophicus in l. Respiciendum, in frõte sui,
ff. de pœnis: Respiciendum cautè iudican-
ti fuerit, ne quid, aut durius, aut remissius
constituat, quam caussa deposcit. Nec enim
aut seueritatis, aut clementiæ gloria affe-
ctanda est: sed perpenso iudicio, prout quę-
que res expostulat, cuncta statuenda sunt:
& dicit text. in can. Felicis, de pœnis, in 6.
post multa verba: Proportionetur pœna
delicto, ita vt vindicta ex æquo excessu re-
spondente ab offensa nostrorum cohibean-
tur deinceps, &c. nec enim delictum nõ de-
lictum: vel non crimen, crimen facere de-
4 bemus. Nec † Iudex debet esse mitior lege
(inquit textus in § Oportet, in Authent.
de iudicib. colla. 6.) Illud est quod dicimus
5 quod † mitius agitur cum lege, quam cum
homine: clementiusque iudicant leges,
quam homines: & multo sunt clementio-
res leges, quam homines, in l. Celsus, ff. de
6 arbit. Cæterum † diuina ipsa Maiestas, aliàs
7 occultè, aliàs manifeste offenditur: quia †
tamen occultorum siue secretorum solus
8 Deus, & cognitor & Iudex est, † ipsorum
cognitio ad forum non pertinet huma-
num, c. Vnico, § Porro. Vt eccles. benefic.
sine dimi. conferan. c. Sicut, ext. de Simon.
c. Erubescant, in fin. 32. distinct. coniun-
cta ibidem memorabili gloss. in verb. Secre-
torum. De his igitur, per quæ ipsam diui-
nam Maiestatem palam offendunt, præsens
aget capitulum: atque eiusmodi sunt, bla-
9 sphemia, † præuaricatio, apostasia, hæresis,
simonia, sortilegium, diuinatio, incanta-
10 tio, atque id genus similia. † Blasphemia
Deum ipsum obiectum habet: ideo pecca-
torum est grauissimum, vti & hinc quoque
liquet, quod Luciferum creaturarum o-
mnium nobilissimum ilico cum suis expu-
11 lit cælo. Est † igitur Blasphemia, Deo attri-
buere, vel de Deo aliquid dicere, quod Deo
non conuenit: vel Deo adimere, quod ipsi
proprium est, aliquave verba in eius san-
ctos, & maxime beatam Virginem publice
& contumeliose proferre: quæ quidem de-
scriptio probatur in c. Si quis per capillum,
22. q. 1. & in c. Statuimus, & ibi Doct. extra
de maledic. Colligitur igitur tres esse spe-
cies blasphemiæ; Prima, quum Deo attri-
buitur, quod ei non conuenit vt impoten-
tia, iniustitia, crudelitas, malitia, membra
humana, & huiusmodi. Nam quamuis Dei
Filius humanam carnem pro nobis assum-
pserit membra habentem: Deus tamen in
se incorporeus est, omninoque simplex. Se-
cunda blasphemiæ species est: quum Deo
adimitur, quod ipsi propriè conuenit vt o-
mnium rerum prouidentia & præscientia,
iustitia, bonitas misericordia, omnipoten-
tia. Sic negare Dei filium non esse verum
hominem factum: aut non esse in Eucha-
ristiæ sacramento, aut non odisse pecca-
tum. Tertia species, quando creaturæ attri-
buitur

buitur, quod Deo appropriatur, vt quod imago creata, sit Deus: quod imago det gratiam, quod creatura aliqua ex se pronunciet futura, soli Deo nota, vt circa superstitiones interdum fieri solet.
12 Blasphemia † in Deum, de iure ciuili, pœna mortis punitur, text. est apertissimus in Authent. vt nō luxu. contra natu. colla. 6 quæ pœna meritò
13 infligitur: quia † illius dissimulare non debemus opprobrium, qui probra nostra deleuit, c. In nonnullis, ext. de Iudæis, Sarace. &eo. seruis. Minuenda sic fuerit superior de-
14 finitio: † Blasphemia insuper fit, quoties quis deliberato animo, de Deo omniū nostrum creatore ac redemptore, maledica lingua quippiam indignum effutiuerit. Et animaduertite, quod text. in d Authent. vt non luxur. cont. natu in fin. vbi narrauit enormitatem nonnullorū criminum, subiūgit: præcipimus enim glo[ri]osissimo Præfecto regiæ ciuitatis, permanentes in prædictis illicitis & impiis actibus comprehen-
15 dere, & vltimis subdere suppliciis. Quæ † verba secundum gloss. ibidem in verb. suppliciis, intelliguntur de morte, secundum vulgatum text. in l. Vltimum supplicium mortem solam interpretamur, ff. de pœnis. Et si argutus quispiam dicat, quod solum ille versiculus referatur ad Sodomitam (de quo verè dicitur, quod morte mulctandus est) & non ad blasphemantem: Dico, quod istud tollitur. Nam cum supra in d. tit. fuerit locutus Imperator, tam de Sodomitis, quam de blasphemantibus, versiculus ille post ad finem adiectus, referendus est ad
16 vtrunque: clausula † enim in fine posita, ad singula refertur præcedentia, teste D. Bartolo in l. fin. ff. de reb. dub. & l. Prætor ait, 2. ff. vi bonor. raptorum. Abbas in c. Secundo requiris, extr. de appellat. gloss. & Doct. in c. Cum dilecti, de donat. Imo plus voluit Bartol. in l. Talis scriptura, §. Hanc autem, ff. de lega. 1. quod referatur ad præcedentia, etiam si sit clausula onerosa. Huic seruit quod notat Abbas per gloss. ibi notabi. in c. De multa, in 5. colum. de præbend. dicens: Quòd si post constitutionem aliquid adiiciatur, omnia supradicta habent locum in illo postremum adiecto: faciunt quæ habentur in l. Et si pepercerit, §. Filius, ff. de liber. & posthum. & l. Si seruus plurium, §. fi. ff. de lega. Item quod dicta pœna vltimi supplicii habeat locum in blasphemia, suffragatur illud dictum præcitatæ Authent. circa medium, ibi: Si contra homines factæ blasphemiæ impunitæ non relinquuntur, multo magis, qui ipsum Deū blasphemant, digni sunt supplicia sustinere, subiungendo postmodum circa finem: ne ex contemptu talium inueniatur & ciuitas, & Respublica, per hos impios actus lædi: & pro illa æquiparatione hominis ad Deum, facit text. in simili, in c. Viduas, in versic. Si enim 27 quæst. 1. ad idem in eadem quæstione, can. 1. A maiori igitur ad
17 minus infertur, blasphemantem † mortem sustinere necessum esse. Blasphemiam vero in Christi seruatoris nostri Virginem matrem euomens, in pellerinam, seu consimilem editum locum subreptus statuitur: vbi blasphemantis lingua candenti ferramento pertunditur: deinde exilio quoque damnatur, siue alia simili pœna arbitraria Iudicis. Simile quoque supplicium sumendum de iis, qui blasphemant in Sanctos ac Diuos Christi electos: & hæc de consuetudine. Quamuis enim blasphemia, propriè sit bonitati & excellentiæ præcipue diuinæ derogare & conuiciari, tamen sicut DEVS in sanctis laudatur, quatenus laudantur opera, quæ DEVS in sanctos efficit: ita & blasphemia, quæ fit in sanctos,
18 in Deum redundat. † Si quispiam vero scire desiderauerit, quomodo blasphemantes à iure canonico arceantur siue plectantur, confugiat is ad can. Statuimus, extra
19 de maledicis. Vbi † monstratur blasphemiam esse mixtum crimen, siue mixti fori: eoque non minus seculari, quàm canonico iure puniendam. Et ibidem

20 D. Panorm. num. 4. citat casum, quo † ambo Iudices (ecclesiasticus scilicet & secularis) ad eiusdem delicti punitionem concurrunt: adeo, vt à seculari irrogata malefico pœna, non præscribat ecclesiastico pœnam quoque inferendam, nec contra vti ibidem videre fuerit. Præterea blasphemia crimen est nulli vnquam piorum hominum dissimulandum aut tacendum, quin potius quã citissime prodendum, iuxta text. in c. Nonnulli, vbi Doct. not. extr. de Iudæis. Adeo
21 † quod blasphemantem non deferens, ipse tanquam maleficus blasphemanti consentiens puniendus esset, text. in c. Si quis per capillum, 22. quæ. 1. vers. medium, ibi, Si quis autem talem hominem non manifestauerit, non est dubium, quin diuina cõ-
22 demnatione coërceatur. Nec † blasphemãtem excusat aliquis iracundiæ aut ebrietatis prætextus. Nisi ex aliqua passione in verba imaginata quis subito prorumpat, quorum significationem non considerat, tunc enim huiuscemodi verba non habent proprie rationem blasphemiæ, hinc & peccatũ veniale tantum esse aiunt Theologi. Si vero aduertit hoc esse blasphemiam, considerans verborum significata, non excusatur: Sicut nec ille qui ex subito motu iræ aliquẽ
23 occidit penes se sedentem. † Nam licet iracundia lacessita soleat delicti pœnam minuere, non tamen efficit, quin maneat delictum, per ea quæ no. in l. Si non conuicii, C. de iniuriis. in c. Si quis iratus, per Doct. ibi, 2. q. 3. & quod habetur in l. Iurisiurandi, C. de reb. credi. & in l. Quidquid calore, ff. de reg. iuris. Ebrietas quoque pariformiter non excusat delictum, licet diminuat siue leniat pœnam, vt probat text. in l. Omne delictum, ff. de re milita. ibi: per vinum aut lasciuiam lapsis capitalis pœna remittenda est, & militiç mutatio irroganda est, & text. in c. Sanè & in c. Inebriauerũt, 15. q. 1. Hinc
24 vulgò dici solet: † *Quod ebrietas excusat culpam à tanto; sed non à toto.* Cæterum † no-
25 tandum est, quod non modo verbis, sed etiam factis blasphemia committitur. Veluti si quis Sanctorum imagines seriò verberet, conscindat, vel in terram proiiciat: sicut habet textus à contrario sensu in l. Non contrahit, ff. ad l. Iul. Maiest. ibi, Nec qui lapide iactato incertò, statuam fortuitò attigerit, crimen Maiestatis commisit: ergo si seriò fecisset, & non fortuito, bene commisisset: imò plus probat text. in c. Si canonici in §. Cæterum, de offic. ordin. libr. 6. Quod percutiens tales imagines, etiam non serio, grauiter punitur. Ita reprehendit per hæc verba: Cęterum detestabilem abusum, horrendę indeuotionis illorum qui crucis, beatæ Mariæ virginis, aliorumque Sanctorum imagines, seu statuas irreuerenti ausu tractantes, eas in aggrauationem cessationis huiusmodi prosternunt in terram, & vrticis spinisque supponunt, penitus reprobantes: aliquid tale fieri de cętero districtius prohibemus, statuentes, vt in eos qui contrafecerint, vltrix procedat dura sententia quæ delinquentes sic puniat grauiter, vt alios à similium præsumptione compescat. & ibi gl. in verb. Indeuotionis, declarat, quod tales imagines debemus adorare, & qua adoratione, ibi etiam Dominicus de sancto Geminiano referens Lapum, quod tantum imaginibus reuerentiam debeamus, quantam illis qui per imagines designantur: vnde dicerem, seriò superiori modo imagines tractãtes, morti obnoxios esse per text. vulgatũ, in l. Ex senatusconsulto, ff. Ad l. Cornel. de sica. qui sic habet: Ex senatuscõsulto, eiusdem legis pœna damnari iubetur, qui mala sacrificia fecerit, habuerit: quod satis verificatur in illo (meo tenui iudicio) qui tali modo supradicto res sacras tractauerit. Quin & Angel. ibidem expresse per illum text. tenet, tale delictum morte puniendum: etiamsi referat, aliàs in facto solum manum delinquentis fuisse abscissam, & idem Angel. in sua disputatione, quæ incipit: refulgenti delitiorum, fortiter contendit, quod ad euadendam supradictam pœnam,

pœnam, nulla hominum dignitas quicquã
excuſat. Alibi Imperator idem impietatis
flagitium ſtricta pœna verbisq; aſperimis
prohibet in l. Vnica, iũcta ibi gloſſ. in verb.
grauiſſima, & in Rubro, C. Nemini licere
ſignum ſeruatoris Chriſti, &c. & ibi Salic.
aduerſum religioſos id permittentes. Ex ſu-
26 perioribus igitur iam palam eſt, † Blaſphe-
miam non modo dictis, verũ & factis, mul-
tifariam committi. Nam iuxta tritam ſen-
tentiam, Non minus facta, quam verba lo-
quuntur, l. Paulus, in exordio, ff. rem rat.
haberi. Quocirca concluſiue nunc dicimus,
quisquis huiuſmodi blaſphemiæ deteſtan-
dum delictum, data opera, ſeriò, ex conſue-
tudine & publice commiſerit, iure optimo
ad mortem poſſe damnari: Imo capitis vl-
timo ſupplicio plectendus eſt. Ita affirmant
& concludunt Doctor. in c. fin. extr. de ma-
ledic. poſt Cynum, & Petrum in l. 2. C. de
reb. cred. Bald. & Salicet. in l. 2. C. ad l. Iul.
Maieſt. & poſt iſtos D. Franciſc. Mignon. in
Commentariis ſuper Conſuetudinibus An-
degauenſib. tit. *De la punition des crimes*,
27 art. CLXXXII. n. 17 dicens in † illis admo-
dum aſſuefactionem attendi oportere, teſte
Paulo Caſtrenſ. in l. Qui per ſalutem, ff. de
iureiuran. Huic ſeruit illud Leuitici, cap.
28 24. Educ † blaſphemum extra caſtra, & la-
pidet eum populus vniuerſus, & ita anti-
quitus blaſphemi opprimebãtur lapidibus,
Numeri c. 4. Nec ſemel vel bis id faciendo,
deberet puniri pœna mortis, ſed alia graui
pœna non tam magna, vt ibi habetur in di-
ctis iuribus. Tamen illud intelligitur de
blaſphemia publica, & non ſimpliciter, vt
29 habetur in præallegatis iurib. Et † dicitur
publica, quando eſt vulgatiſſima, & per quã
multi conſpicientes ſcandalizati ſunt. Qui
igitur hoc frequenter commiſerit: de quo
eſt text. in c. fin. 26. q. 6. ibi, publicum &
vulgatiſſimum crimẽ eſt, quod vniuerſam
commouerit vrbem: & quod habetur in l.
3. in princip. C. de ſumma Tri. & fide ca-
tho. in l. Palàm, ff. de verb. ſignific. vel a-
lio modo poteſt dici blaſphemia publica,
quando eſt notoria iuris, vel de iure: vt quia
blaſphemus conuictus & condemnatus in
iudicio vel facti, aut de facto, iuxta notata
in c. Veſtra, de cohabita. clerico. & mulier.
Panor. in c. Statuimus, extr. de maledicis,
num. 7. & c. fin. ext. de cohabit. clerico. &
30 mulier. † Enormitatem quoq; ſupra ea quę
ante monſtrauimus, vel hinc cognoſcere li-
cet, quod ne maledictione quidem dignos,
æternoque inferni ſupplicio addictos, ma-
ledica blaſphemia inceſſere licet, vt eſt text.
in c. Si igitur, 24. q. 5. Si igitur (dicit text.)
S. Michael non fuerit auſus diabolo, & cer-
te maledictione omni digniſſimo, iudiciũ
inferre blaſphemiæ, quanto magis nos ab
omni maledicto, potiſſimum Dei, electo-
rumque ipſius, oportet eſſe puriſſimos? Me-
rebatur profecto diabolus maledictum: ſed
per os Archangeli blaſphemia exire non de-
buit: quo quidem textu volunt Doctorum
31 nonnulli idem eſſe † blaſphemiam cũ ma-
32 ledicto. Cæterũ hic obſeruandum eſt, † re-
miſſiorem irrogari blaſphemiæ pœnam in
Francia, atque in noſtratibus regionibus:
quandoquidem ibidem ab anno Domini
1347. ex edicto Regis Philippi de Vallois, †
33 Blaſphemantes in Deum, aut virginẽ eius
Matrem, primo blaſphemiæ crimine pro-
ponuntur populo in publica pelleriua vsq;
ad meridiem: a meridie per plateas & vica-
tim circunducantur, & a nebulonib. omni
ſpurcitiæ genere conſperguntur: nullo mor-
tis genere, imò nulla alia interim corporali
pœna affecti: niſi quod aliquandiu poſteà
inędia cum panis & aquę paucitate torque-
antur. Si verò blaſphemiam iterent, nondũ
ſatis correpti iſthac infamia, duobus locis
iuſſit ipſorum incidi inferius labrum in iu-
ſtitiali theatro. Tertia blaſphemia ſuperius
labrum incidit. Quarta blaſphemia integrã
34 concidit maxillam. Has † duntaxat puni-
tiones clementiſſimus Rex conſtituit in i-
ſtos nefarios blaſphemos: qui in Burgundia
apud Burgundos: & in Francia apud Fran-

eos: & etiam in Curiis magnatum (quod
lamentandum est) admodum frequentes
sunt, vt norunt qui ibidem habitauerunt,
aut frequentauerunt. Ad huius quoque
Philippi regis clementiam, visus est voluis-
se edictum suum statuere clemētiss. Imper.
noster Carolus V. quod edidit anno 31. quo
blasphemos carcerali angustia in fame &
siti mensem vnum puniri iussit: post hanc
pœnam eos quoque qui blasphemiam pro-
tulerint, iussit præterea in pellerinam sub-
uectos linguæ pertusione candenti ferro si-
ne dissimulatione puniri. Si quis vero pro-
lixius blasphemiæ materiam rimari desi-
deret, perlegat tractatum pulcherrimum &
eruditione refertum ingeniosissimi Docto.
Domini Ludouici Montalti Syracusii, su-
per Reprobatione sententiæ Pilati; nec non
Beatum Thomam in secunda, 2 quæstio-
35 ne 13 articulis 1. 2. & 3. † PRAEVARICA
TIO Adamum protoparentem exegit pa-
radiso. Ideo Adam præuaricator dicitur,
quod à recto discesserit. Est enim præuarica-
ri, secundum Theologos, à lege Dei, quæ
rectissima est, à præscriptoque sui officii,
quocunque modo deflectere: quanquam in
36 forensibus litibus aliter accipiatur. Nam †
præuaricatores dicuntur, qui vera crimi-
37 na fraudulenter occultant; hinc † præua-
ricator à varicando, hoc est, transgredien-
do dictus est, qui ab officii sui præscripto
deflectit atque aberrat; vel, vt Vlpiano Iu-
risconsultorum Iurisconsultissimo placet,
38 Præuaricator † est quasi varicator, qui di-
uersam partem adiuuat, prodita caussa sua;
quod nomen, Labeo à varia certatione tra-
ctum sensit, l. prima, & per vniuersum
titulum, ff. de præuaricato. Et Marcellus Iu-
risconsultus, in l. 1. §. Præuaricatorem, &
ibi Bart. & alii Scribentes, ff. Ad Senatuscō-
39 sultum Turpilian. † Præuaricatorem fu-
isse scribit eum, qui colluderet cum Reo, &
translatitio munere accusandi defungere-
tur; eo quod proprias quidem probationes
dissimularet, falsas vero accusationes ad-
mitteret. Cicero pro Cluent. An vt præua-
ricaretur? iam id quoque ad corrumpen-
40 dum iudicium pertinet. † Qualiter autem
probetur præuaricatio, videbitis apud Bar-
tol. & eius sequaces in d. §. Præuaricato-
rem, numero 4. His additur, quod præua-
ricatores quasi spinæ euellentur vniuersi,
quæ non tolluntur manibus: Et si quis tan-
gere voluerit eas, armabitur ferro & ligno
lanceato: igneque succensæ comburentur
vsque ad nihilum. 2. Regum 23. Quonam
pacto in veteri testamento iure canonico, &
ciuili veniant puniendi, satis abunde liquet
ex supra allegatis, atque hoc loco, studio
41 breuitatis, omissis. † APOSTASIA, elon-
gatio, defectio, rebellio, nuncupatur: Aut
secundum nonnullos retrostatio, aut retro-
cessio. can. Non obseruetis, & c. vltim. 26.
42 quæst. vlt. Et † est trifaria. Prima, aposta-
43 sia † perfidiæ, per quam quis recedit à fide,
c. Non potest, 2 q. 7. Et hæc proculdubio,
44 † vt hæresis, venit punienda. Panormita-
no post Hostiensem teste, in c. 1. nu. 3 extr.
45 de aposta. Alia apostasia † inobedientiæ, id
est, obedientiæ rebellio, siue à sacra & pro-
missa obedientia defectio qualis fuit pri-
morum parentum Adæ & Euæ præuarica-
46 tio. † Similiter eorum qui sacra Ecclesiæ de-
creta peruicaci animo spernentes, à sese ex-
cutiunt, c. Si quis venerit, & c. Illud, ext. de
maior. & obedient. Præterea hoc apostasię
crimen etiam incidunt, quicunque canoni-
catus aut monachatus decreta solenni vo-
to & obseruatione recepta procaciter, citra
vllam pontificiam dispēsationem, violant,
47 relinquunt & deserunt: † quod solent apo-
stasiam irregularitatis appellare, can. 1. &
ibi Panorm. & scribentes, ext. de aposta. &
c. vlt. 50. dist. in fi. Ideoq; tales vti infames,
puniendos censuerunt leges squalore carce-
ris, donec resipuisse noscantur, & constan-
tem obedientiam denuo spopōderint: quo
48 † casu ab apostasiæ crimine leuandi sunt, &
prioribus obedientiæ tradendi regulis, can.
A nobis, extr. de apost. iunct. gloss. si ibi, in
verb.

verb. resipiscant. Ecclesia enim (inquit) nō claudit gremium redeuntibus & resipiscētibus, l. Inter claras, in fin. C. de sum. Trinitate, & fid. catho. atq; D. Paul. Grillan in suo tract. de hæret. nu. 8. lib. 1. Et præfatæ diuisionis trimembris perspicuè meminit gloss. celebris in verb. apostasia, in d. can. 1. extr. de aposta. quæ quidem gloss. in fine
49 sui, etiā † sustinet apostatā testem esse, aut alium accusare non posse, c. Beatus & c. Si quis à vero, 3. q. 4. Inter crimina quæ animaduersione digna sunt, HÆRESIS
50 † est grauius & cæteris detestabilius: eò quod directò cōtra ipsum Creatorem Deū omnipotentem patratur, eius omnipotentię detrahēdo, negando illius diuinitatem, vt habetur in c. 1 de sum. Trinit. & fid. catho. & l. 1. C. eod. tit. & c. Ad abolendam, de hæret. Non immerito igitur appellatur
51 crimen læsæ Maiestatis diuinæ, † ex quo directò tendit in lęsionem & præiudicium diuinæ potestatis, d. c. Ad abolendam, & c.
52 Vergentis, eod. tit. Longè † enim grauius est æternam quam temporalem Maiestatē offendere c. Non offeramus, 24. q. 1 & d. c.
53 Vergentis. Hæresi itaque † notandi sunt, quicunque in fide pertinaciter vacillant, qui se ab orthodoxa Ecclesia auertunt & separāt: qui cum sancta, orthodoxa, & catholica fide pugnantia ingerunt & docent aut qui falsam hæreseos opinionem tuentur, contra Christianæ religionis fidem, c. 1. & ibi Abb. & Doct. ext. de hæreti. sæpe citato, c. Ad abolendam, c. Inter hæresim, & can. Hæreticus, 24. q. 3. & l. Quicunque, § vlt. C. de hæreti. Quinque igitur requiruntur vt aliquis propriè dicatur hæreticus, I. vt sit error in ratione. II. Vt error ille sit cōtra ea quæ determinauit Ecclesia, in his quæ spectant ad fidem & bonos mores. III. Vt Vt huiusmodi error sit in illo qui Christianam catholicamq; professus est religionē, aliàs Iudæus, Turca aut Paganus diceretur. IIII. Vt huiusmodi errans aliquam confiteatur de Christo veritatē, quæ spectat ad ipsius humanitatem vel diuinitatem. Quoniam si totum fidei symbolū & Christianam fidē abnegaret, non hæreticus, sed apostata censeretur. V. Vt huiusmodi errorem pertinaci & obstinata mente eligat & sequatur. Vnde D. Augustinus 24. q. 3. c. dixit apostolus Si qui sententiam suā quamuis falsam atque peruersam nulla pertinaci animositate defendunt: præsertim quam nō audacia suæ præsumptionis pepererint, sed à seductis atque in errorem lapsis parētibus acceperunt: quærunt autem cauta solicitudine veritatem, corrigi parati cū inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos
54 deputandi. Hoc itaque † hæreticæ prauitatis crimen plectendum est; non solùm in plebeis, & infimæ sortis homunculis, verùm etiam in Principibus, Regibus, Imperatoribus, Pręlatis, Episcopis & Pontificib. Curia tamen spiritualis siue ecclesia processum peragit: Iusticia vero secularis processum absolutum & iudicatum exequitur, d. c. Ad abolendā, & ib. Panor. num. 7. & 12. & c. Excommunicamus, 2. ext. de hæreti. & c. Vt officium, & c. Cum secundū leges, eod. tit. de hæret. lib. 6. Vt vt isthæc iura præscribant, eo tamen (nec iniuria) nos vsus perduxit, vt consilia & tribunalia quæuis secularia passim non solū hereseos executionem: verùm & causæ cognitionem, &
55 sententiæ prolationem assumant. † Quod quidem hęresis crimen habet duo extrema substantialia, sine quibus id esse nō potest. Alterum est, quod respicit hæresis initium, & hoc substantiale est error in ratione: suppleueris tu, quod sit error circa ea quæ sunt fidei, non circa alia. Alterum vero extremum est, quod respicit complementum, quod est pertinacia in voluntate, c. Dixit, 24. q. 3 huius meminit D. Paulus Grillandus, de hæreticis lib. 1. num. 6 Sed hæretici
56 quibus pœnis † plectendi? Augustinus ad Bonifacium refert singulos hæreticos decem libris auri multari. Gelasius Papa exilio damnauit hæreticos. Hieronymus de-

eet resecãdas esse putridas carnes, ita inqui-
ens: Resecandæ sunt putridæ carnes, & sca-
biosa ouis à caulis repellenda, ne tota do-
mus, massa, & corpus & pecora ardeant, cor-
rumpantur, putrescant, & intereant. Et in-
57 fra: Quæ est ista misericordia, vni parcere,
& omnes in discrimen adducere? Et Beatus
Ambrosius: Hæresis, velut quædam hydra
fabularum, vulneribus suis excreuit, quæ
quanto sæpius succiditur, tantò copiosius
succrescit & pullulat, igni debite, incendio-
que peritura. Augustinus lib 2. contra Gau-
dentii epistolam, de hæreticis inquit: Hoc
hominum genus per Imperatoriam curam
corrigi debet. Et super Ioan. ad longum do-
cet, Imperatores & Principes catholicos be-
nefacere quod vtantur gladio contra hære-
ticos: debent enim hæretici affligi & eiici à
Principibus, sicut Agar fuit afflicta à Sara,
quando Ismael ludit cum Isaac, Gen. 21, & ad
Gal. 4. Constantinus Imperator Arriũ cum
adhærentibus damnauit in exiliũ, quia no-
lebat adhærere concilio Nicæno, l. Mani-
chæos, C. de hæreti. Theodosius Impera-
tor puniuit hæreticos Manichæos, omnium
bonorum possessione & omni successione
priuauit, admisit desuper inquisitionẽ fieri
post mortem, l. Ariani, C. eod. tit. de here-
ti. coniuncta l. vltimum supplicium, ff. de
pœnis. Item decreuit Valentinianus, ne
Manichei in solo Romano conueniẽdi mo-
randique habeãt facultatem: decreuit quo-
que eos vltimo supplicio tradendos, l. Qui-
cunque, §. vltimo, C. eod. tit. de hæretic. i-
bi, vltimo etiam supplicio coerceantur, qui
illicita docere tentauerit. Adde hîc quæ ha-
bentur in c. Excommunicamus, 2. iũcta gl.
in verb. Puniendi, ext. eod. tit. Et vt paucis
satisfaciamus præfatæ quæstioni, qua pœ-
na hęretici sint plectendi, dicendum secũ-
dum Panorm. in d. c. Ad abolendam, extr.
de hæretic. post Hostiensem, & Ioannem
58 And. quod pœna † ignis. Debent ergo cre-
mari, vt colligitur ex Euangelio Ioan. 15. c.
vbi dicitur: Si quis in me non manet, mit-
tetur foras, sicut palmes, & arescet, & colli-
59 gent eum, & in ignem mittent. Et † hanc
pœnam esse debitam interpretatur consue-
tudo, quæ optima est legum interpres, c.
Cum dilectus, ext. de consuetudine, & in l.
Cum de in rẽ verso, ff. de vsur. expressè tex-
tus in l. Si de interpretatione, ff. de leg. Cõ-
ueniunt ergo in hoc lex diuina, canonica, ci-
uilis, & consuetudinaria, vt communiter
puniantur pœna ignis, vt testantur D. Pa-
norm. & cæteri canonistæ neoterici in d. c.
Ad abolendam. Idemque prudentissimus
noster Imperator Carolus V. edicto suo ge-
nerali adstruxit anno quadragesimo: quo
pertinaces hæreticos, & sectæ alicui nefariæ
addictos ignis supplicio damnat: resipiscen-
tes verò viros, gladii animaduersione: mu-
lieres verò putei inhumatione tollendas
60 præcipit. † Vbi maior est culpa, ibi grauior
debet esse vindicta, c. Excommunicamus, t.
§ Credentes, vers. Sanè, ext. de hæretic. Nec
mirum, quia si falsarii monetæ, siue pecu-
niæ, aut alii male factores (vt infra apertius
docebitur) per seculares Principes iustè
morti traduntur: cur non hæretici falsarii
S. scripturæ? Imperatores puniunt furta, ho-
micidia, rapinas adulteria, periuria, cur à
minori ad maius non punirent hæreses? A-
nimaduertẽdum autem hic est, priusquam
extremam manum huic materiæ imposue-
61 ro, † non solum verbo, verũ & facto in hæ-
reseos crimen posse quempiam incidere: te-
nent expressè Lapus, Abbas, Antonius de
Butrio & Ioann. Imolensis in Clement. de
vsuris. D. Franciscus Squillacen. in suo ele-
ganti tract. fidei, siue de fide catholica: quos
62 data occasione cõsulturi videbitis. SIMONIA
est studiosa voluntas vel cupiditas emendi,
vel vendendi, aliquid spirituale, vel spiritua-
li annexum, ita glos. in Rub. in tit. de simo-
nia: de qua quidem materia, atque eiusdẽ
punitione tractatur prima caussa, per o-
mnes quæstiones suas, c. Præsentium, & c.
63 Sancitum, 7. q. 1. In simoniacos † variè, id-
que arbitrariè animaduertitur per Iudicem
eccle-

ecclesiasticum, vt licet videre per tit. & ibi scribentes, ext. de simonia, & ne aliquid, & c. atque locis priùs allegatis, hic studio bre-
46 uitatis omissis. † Intellige autem Simoniacum illum, qui Sacramenta ecclesiastica, beneficia, prælaturas, atque reliquas dignitates ecclesiasticas mercatur, aut vendit.
65 Et huic † Simoniæ vitio nostris temporibus multos (quod iure deplorandum) il-
66 laqueatos conspicimus. † quoniam & temporale & spirituale hodie vænalitati expositum est, vt inquit Anton in c. Tuam, co-
67 lum 3 de ætat & qualitat. Papa † tamen nõ dicitur committere Simoniam, si confert beneficia vel dignitates accepta pecunia, secundum Bart. in l. Barbarius, in 2. colum.
68 ff de offi. Prӕto in repetit. vbi dixit † rationẽ esse, quia Papatus est Apostolatus & aut sanctum facit, aut sanctum recipit: quod est notandum, contra rabide latrantes aduer-
69 sus sedem apostolicam: quibus † non est licitum apponere os in cælum, sed licitum est Papæ æquare quadrata rotundis, c. Cun-
70 cta per mundum, & c. Principale. 9 q. 3. Et † dicitur a Simone Mago qui fuit primus author huius sceleris in nouo Testamento. Ipse enim voluit emere gratiã Spiritus sancti a beato Petro Apostolorum princ. c. Sic Giezi in veteri testamento voluit gratiam sanitatis Naaman Syro vendere, vt 4. Regum 5. Horum ac plurimorũ etiam exemplorum meminit textus, in c. Qui studet, 1.
71 q. 1. quod vide, quò † scias simoniacorum
72 ibidem recitatorum exitus terribiles. † Et præfatã simoniam legimus, & iure diuino & humano damnatam per extrauag. Pauli II. incipientem: Cùm detestabile, in exordio, sub titulo de simonia. Et D. Abbas Panormitanus in c. Nemo, extra de simonia,
73 † triplicis meminit simoniæ, quem consulite. Ante absolutionem præsentis materiæ, lubet hic mouere quæstiunculam non aspernandam, & sæpenumero obuiam. Po-
74 namus quendam canonicum A. † canonicatum suum simoniacè adeptum esse: Cui eiusdem canonicatus malè impetrati facienda erit restitutio, fabricæ ne, an capitulo? Pro solutione præmittendum, quod simoniacus nullum ius acquirit in beneficiis: quare illi nullum in beneficium, aut beneficii fructus ius collatum est; eoque iniquè fructus omnes recipit: sed omnes illos restituere tenetur, quos percipit, & sui hæredes seu executores tenentur & adstringuntur sub animæ periculo ad restitutionem, si conscientiam saluam volunt, per extrauag. Pauli, incipient. Cùm detestabile, sub titu. de Simon. id expresse ordinantem & statuentem: sed cui fieri debeat restitutio, non dicit. Dico igitur, quod debet fieri Ecclesiæ, in cuius ignominiam cedit huiusmodi canonicatus adeptio simoniaca. Et fit præ-
75 cipue † iniuria illi ecclesiæ, in qua illicitè recipitur, cùm nullam ibidem potest facere seruitium Deo gratum: imo censendum
76 est ipsum † beneficium vacare, cum tunc habendus sit tanquam non verus possessor seu rector canonicatus, & hoc certum est cedere in ignominiam ecclesiæ: quare illi eidem ecclesiæ facienda est restitutio, per nota. in c. De hoc, de Simonia, in c. Ad libe-
77 randum, §. fin. De iudaeis: Intelligo † tamen sane, quod huiusmodi restitutio non debeat fieri canonicis ipsis, vt inter se eius canonicatus fructus distribuant, sibiq; ex æquo communicent: sed vt in vsum & vtilitatẽ cõmunem ipsius ecclesiæ conuertant, fundãdo ex huiusmodi fructibus missam, quo cultũ diuinũ & fructum ecclesiæ augmentent? Aut certè cõuertant in vsum fabricæ, per extrauag. Vrbani 4. alias 5. sub eod. tit. de Simon. incipientẽ, Sanè ne in vinea. vnde isto casu capitulũ solũ habet ad-
78 ministrare † huiusmodi fructus, & in vsum
79 pium conuertere sicuti disponuntur † bona vsurariorum, quorum administratio reseruatur Episcopo, nõ vt sibi applicet, sed in aliũ vsum piũ ipsa conuertat, per c. Quanquam, de vsur. lib. 6. quod etiã apparet Philippo Franco in ca. 2. de offic. ordin. lib. 6.

SORTILEGIORVM materia amplius ac fusius nobis meritò hîc foret enarranda, quod ea inter Christianos (proh detestandum facinus) tam impune (eo quod multis incognita) dissimuletur, & passim tam frequens exerceatur. Ne tamen tam abominandi sceleris imprudẽs simplicibus fenestram aperiam qua ad rei notitiam mea explicatione, parum cauta perueniant, si negotii huius copiam, & varietatem cũctis articulatius patefecero, statui ab hac materia prorsus temperandum, magisque operæprecium esse de ea nihil fari, quam inconsulte aliis ruinæ occasionem suppeditare. Verùm enimuero, quũ in hoc læsæ Maiestatis diuinæ crimine versemur, aliquid enucleasse contenti, ea duntaxat & obiter hic detegere studebimus, quæ simplicibus officere nequeant, & doctis ampliora inquirendi materiam præbeant. Principiò igitur, ne ex ignotis procedamus, discutiendum & examinandum assumpsimus, quid sit Sortilegium generaliter sumpto vocabulo, pro omni superstitionis specie?
80 † Sortilegium est quædam superstitio illusoria & summè noxia, qua vtitur homo Dæmonis ministerio, vt habetur 26. q. 5. in sum. & 26. q. 2. c. Qui sine saluatore, l. Nemo, & l. Multi, C. de malefic. & mathe. & S. Thom. in secunda 2. q. 95. artic. 3 in titul. de superstitio. & notat. in c. 1. & 2. de sortil. Et ideo
81 † sortilegi, diuinatores, & malefici, hãc diabolicam superstitionem professi, dicuntur hostes humanæ salutis, & humani generis inimici credendi sunt, l. Et si excepta, & l. final. Cod. eod titul.
82 † Euidenter nunc ex hoc apparet quis propriè dicatur sortilegus. Textus enim in can. Sortilegi, 26 quæstio. 1. dicit, quod
83 † sortilegi nempe proprie hi sunt, qui sub nomine fictæ religionis, per quasdam (quas Sanctorum seu Apostolorum vocant) sortes diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt: ex quo extra notatur, quod isti sortilegi & incãtatores sub falso quodam & ficto religionis nomine, vtpote Apostolorum vel aliorum Diuorum authoritate, sua conficiunt sortilegia: & hinc est, quòd isti incantatores & maximè mulieres in suis sortilegiis & incantationibus (quas vulgo vocant) sæpius dicere iubent eos quos suis maleficiis sedu e ecurãt, aliquot orationes Dominicas: aliquot enarrare Psalmos: elargiri eleemosynam: aliquam subire peregrinationem: corporis macerationem, & ieiunium, aut simile apertæ pietatis officium, quo scilicet incautis huiusmodi religionis ac pietatis specie, facilius imponant, & ad suam perfidiam (deserta vera Christoq; digna fide) nequiter seducant, aut certè aliquot oratiunculas legẽdas mandant in cultum, gloriam atque pro præsidio alicuius Diui, cui sese totos, suaque vota apparenter nuncupare simulant: quasi istius Diui præsidio ac ope cuncta administrent, & tanquã omnia pia sint, sancta, ac salutaria, quæ per ipsos in tali negotio gerantur: quum tamen omnia ficta sint, falsa, superstitiosa, ac diabolica: nempe solius Dæmonis artificio omnia patrantes, quæ ficto cultu, falsisque votis Sanctorum peragere simulant. Hoc tamen piè Lector velim intelligas, me hoc vocabulum (Sortilegium) non strictè, sed largius hic accipere nempe pro omni specie
84 superstitiosa, † siue ea malefica, siue amatoria, siue diuinatoria fuerit. Sunt enim istius diabolicæ superstitionis nomenclaturæ tam variæ: formæ præterea ac species, non minus dissimiles, quàm diuersę, vt singulas suis certis ac peculiaribus definitionibus commonstrare, laboris foret cum infiniti, tum superuacanei. Quocirca vno hoc sortilegii nomine, omnes ac singulas maleficiorum aut incantationũ species (in substantia etiam differentes) comprehensas volumus: quod solum etiam requiritur ad essentiam veræ definitionis, Bart teste in l. 1. ff. de testam. Et secundum hanc largam acceptionem, is dicitur sortilegus, qui diabolicam

bolicam superstitionē professus, noxia quęque, superstitiosa ac elusoria, Dæmonis instructione, componit. Vxor (noxia) continet species amatorias & veneficas. Particul. (elusoria) continet speciem diuinatoriam. Verbū (superstitiosa) comprehēdit sortilegia, quæ fiunt ad sanandū maleficiatos, vt l. Eorum, l. Nemo, & l. Mul·i, C. de malefic. & mathe. c. 2. de sortileg. c. Sortes & c. seq. 26. 5. Porro sortilegorū professio duplex est, vna tacita, altera expressa: quarū infra meminerimus.
85 † Hic autem sese offert quæstio, à quibus fuerunt inuenta hæc sortilegia: quique fuere primi authores, qui ea inter mortales inuexerunt? Dic, quod Persæ ac Chaldæi qui cæteris curiosiores, naturę etiam secreta abditissima perrimari conati sunt: adeò vt ne hac quidem rerum notitione contenti quas humana industria peruestigare potest honestę magiæ limitib. transgressis, ad curiosam & impiam Dæmonum illusionem & imposturam prolapsi sint, c. Igitur genus 26. q. 4. Si quis autem plura hic desideret, quid sit sortilegium, & quis sortilegus, videat Archid. in c. Accusatus, § Sanè, de hæret. lib. 6. & in summa confess. in tit. de Sortileg. 2. & 3. quæst. Hostiens. & Ray. in summa, eod. tit. & S. Thom. secunda 2. q. 95. in t. De superstitio. vers. Ad quartum dicendum.
86 † Hoc tamen impræsentiarum admonitū te velim pie lector, multas ac diuersas esse sortilegiorum species, iuxta diuersas hominū professiones, & varias formas, quibus illa conficiunt. Pręcipuæ verò & capitales species sunt tres, nempe, Diuinatoria, Amatoria, & Venefica. Prima dicta est diuinatiua, quòd per illam isti sortilegi vsurparunt sibi nomen diuinatoris, per quā futura quædam pręsentia, vel præterita nobis ignota, vaticinari conantur, c. Non oportet, 26. q. 5. & d. l. Nemo, C. de malefic. & mathe. ibi diuinandi curiositas, & c. secundum hanc acceptionem Sortilegiū proprie & strictissimè dicitur: habetque nomen à sorte, quæ in hac materia sumitur pro arte diuinandi, & hoc modo sumpsit text. hoc verbum, in c. Sortilegi, 26. q. 1. Diuinatio-
87 nis † autem species sunt variæ. Prima est, quæ fit per manifestam Dæmonum inuocationem, pertinetq. ad necromanticos. Secūda fit per solam considerationem dispositionis vel motus alterius rei. Hæc augurium est. Tertia est, dum facimus aliquid, vt nobis manifestetur quiddam occultum, quod ad sortes pertinet. & ista duo vltima fiunt per tacitam Dæmonum inuocationē. Vbi sub quolibet vero istorum generū rursum diuersæ sunt species. Secunda verò species sortilegiorum, dicitur amatoria, quia fit propter amorem libidinosum: & vt plurimum, ad inflectendum pudicos animos ad libidinem, tam mulierum quàm virorum, sed frequentius mulierū, l. Eorum, in princ. C. de malefi. & mathe. l. 3. § Hæc adiectio, ff. ad l. Cornel. de sicariis, & l. Si quis aliquid, §. Qui abortionis, ff. de pœnis. Vbi
88 fit mentio de poculo amatorio. † Et qua pœna plectendus erit, quisquis tali poculo porrecto male composito, aut male temperato, alterius bibentis sustulerit vitam? Apparet prima facie dicendum, quod aliqua pœna extraordinaria relegationis, vel simili: ex quo homicidium illud nequaquā fuit commissum dolo & cum occidendi proposito: ideo nō debet puniri pœna vltimi supplicii, l. 1. § Diuus, & l. Diuus ff. ad l. Cornel. de sica. Tamen contrarium dicit text. in d. l. Si quis aliquid, §. Qui abortionis: quod si casu moriatur, qui vel quę poculum prædictum absorbuit: qui tradidit, vltimo supplicio puniendus est: licet dolo non dederit, sed bono zelo: & hoc est quia res ipsa est mali exempli. Ex quo notandus est ca-
89 sus † admodum singularis, in quo quis punitur pœna vltimi supplicii pro homicidio commisso, sine dolo & intentiōne aliqua occidendi, contra dispositionem iuris communis, in l. Lege Cornel. & l. Diuus, & l. 1. §. Diuus, ff. ad l. Cornel. de sica. & l. Is qui cum telo, Cod. eod. titul. quæ habet, nun-

quam pœnam mortis inferri pro homicidio commisso sine dolo & proposito occidendi: imò in casu prædicto lata culpa minimè æquiparatur dolo, vt signāter ait Bart in d. l. Lege Cornel. hîc enim nulla ratio, neque præsumptio contra ipsum, qui dedit poculum amatorium, militat. Et qua pœ-
90 na † afficiendus, quando non fuit subsecuta mors: sed alius turpis effectus? Ad hoc respondendum censeo, quod iure ciuili humiliores in metallum perpetuo damnātur: honestiores verò propter malum exemplū, & turpitudinē finalis intentionis, in insulam, dimidia parte bonorum suorum confiscata, perpetuo relegantur: Ita text. cum glos. in d. l. Si quis aliquid, §. Qui abortionis, ff de pœnis. Tertia sortilegiorum species est, venefica, siue malefica, quæ cæteris multis partibus est perniciosior, eoque magis execranda, per quam infinita mala suppullulant: tot infirmitates: tam varii morbi: tot calamitates, humana pariter ac brutorum corpora excarnificantur: adeo, vt ad durissimam mortem non rarò viuentes adigantur, hi citius, illi vero tardius. Citius enim istiusmodi malefici perimunt, quotiescunq; compositio malefica valde præsentanea est, & plurimum habet veneni. Qua ratione autem id fiat, cautus hic prudensq; prætereo. Tardius vero mortem inflictant, quum longis cruciatibus corpora ita conficiunt, adeo exinaniunt, vt eorum vniuersa virtute contabescente, tandem emori cogantur. Quocirca non perperam species isthęc malefica dicitur, ab enormitate sc. maliciæ, in quā directe perpetuo vergit, l. Eorū, ad exordium, & l. Multi, præallegatis. Hinc fit quod lex vocat istos humani generis inimicos, vt qui semper tendunt ad hominum internicionem. Obseruandum preterea hoc loco, variis modis istos maleficos, suo maleficio homines (diuino semper permissu)
91 adigere ad mortem. † Sunt enim, qui sola carminis potentia homines aliquando interimunt, absque vllo veneni haustu, S. Augustin. testante li. 10. de ciuitat. Dei, cuius dictum insertum est c. Nec mirum, §. Magi. 26. q. 5. l. Et si excepta, in prin. C. de malefic. & mathe. eoque alibi appellantur hostes communis salutis l. fin. in exor. C. eo. tit. Quidam vero reperiuntur, qui eadem arte, eademque professione magica instructi, supradictas infirmitates, & maleficas pollutiones ab affectis, languid sq; corporibus eripiunt, corporaque maleficio infeliciter concussa, breui tempore sanant: ita maleficia maleficio propulsantes: quib. autem medelis, quibus remediis, hasce curationes suas conficiant, & maleficas illas pollutiones remoueant, referre nefas est. Neq; putandum est curationes huiuscemodi fieri posse, absque scientia ac notitia maleficæ artis, & Dæmonis instructione. Non enim maleficæ illæ pollutiones vnquam destrui solent, nisi per eiusdem artis magistros, qui ista diabolica professione bene instructi, ac quoquo modo participes fuerint: quia maleficia ipsa absque Dæmonis ministerio & suffragio (siue rebus ipsis, siue verbis fiant) communiter nec inferri corporibus solent, nec ab eis tolli: & hoc est, quod ait S. Augustin. in lib. de ciuitat. Dei, prout refertur in d. c. Nec mirum, in fin. 26. q. 5. quod huiusmodi remedia & medelas, ars non commendat medicorum: vt quæ non ex arte, quam naturalis scientia profiteretur, proueniāt: sed ex imposturis Dæmonū. Quandoquidem naturalis medicina, & omnium physicorum & chirurgicorū ars tota, communiter non sufficeret ad sananda huiusmodi corpora maleficiis affecta, & remouēdum eas pollutiones, quæ Dæmonis opera & ingenio corporibus fuerunt insertæ, quū eadem artis peritia, eodemq; suffragio tol-
92 lantur, oportet † cuius arte fuere inflictæ,
93 iuxta illud: Cuius † est condere, eiusdem
94 est & soluere, & † cuius est condemnandi facultas, eius est absoluendi libertas, l. Condemnare, ff. de re iudicat. & l. Nemo qui, ff. de reg. iur. Nihil tam naturaliter cōnexum, quod

quod eodem genere dissolui non possit, l.
Nihil tam naturale, ff. de reg. iur. Sanare i-
gitur hic & morbos inferre, eiusdem sunt
95 artificii. † Quin & hoc notandum est, mor-
bos quosdam naturalibus etiam ex caussis
ortos, nempe ex veneni, aut toxici illati ef-
ficacia, ne posse quidem perpetuo curari per
naturales operationes contrarias, hominib.
cognitas: sed Dæmonis ope hos aliquando
96 citius propelli. Nec hoc mirandum, est † e-
nim Dæmon secretorum morborum, ac re-
rum naturalium longe peritissimus, eoque
ob cognitam omnium rerum vim, virtutē,
ac medendi efficaciam, medicus excellentissi-
mus: quam curandi artem nulli (quantum
in se est) reuelant, nisi sibi fidentibus, ac dia-
bolicam hanc artem professis. atq; hinc fit,
vt vulgus dicat, morbos huiusmodi per
nullos naturales medicos posse curari: sed
per eosdem tantum magos & incantatores,
aut per alios eiusdem professionis, & artis:
qua arte aliis & maleficia inferunt, eadem
& illata denuo citius eripiunt: sed non nisi
instructi tollant Dæmonis ope, vt habetur
per S. Tho. in secunda, 2. q. 96. art. 6. & l. Eo-
rum, §. fin. C. de malefic. & mathe. Non
97 est tamen, quod quispiam putet † hæc re-
media de iure ciuili esse prohibita: aut vlla
pœna de iure ciuili afficiendos, quicunque
hoc artificio illata incommoda profligunt,
licet id agant arte malefica, vt est text. in d.
l. Eorum § fin. tamen de iure Pontificio si-
ue Canonico (cui hoc in negotio haud du-
98 biè standum) nō † licet aliquo modo homi-
nem maleficiatum contrariis maleficiis li-
berare, c. Admoneant. 26. q. vlt. Superest
nunc, vt & alias sortilegiorum species ape-
riamus: quæ sunt quodāmodo species sub-
alternæ ad illas superiores: quæ finem & ef-
fectum ipsorum sortilegiorum verius respi-
cere videntur, quam principium: infrà scri-
ptæ vero respiciunt finem, principium, &
medium: & diuersis nominibus nūcupan-
tur, secundum diuersos modos ac formas,
quibus conficiuntur: & eisdem vicissim no-
minibus appellantur eorum artifices: nem-
pe ab ipsa arte, quam exercent, titulum re-
ferentes. Redeamus nunc ad primam spe-
99 ciem, † quæ est diuinatoria: quæ inter cæ-
teras obtinet principatum: in quam com-
plures homines capti vel decepti sæpius in-
cidunt, quàm in aliis. Natura enim huma-
na & illorum maxime, qui sunt curiosi, na-
tiuo quodam appetitu fertur in desiderium
cognoscendi ea, quæ superiora, quæq; ma-
iora sunt naturali scientia & ab humano
100 intellectu nimis abdita. Hinc fit, † vt ferè
conspiciamus istos sortilegos, necroman-
ticos, magos, hisque similes, quotiescunq;
student operibus & superstitionibus suis fi-
dem adhibere, licet extranei sint & penitus
ignoti, quæcunque alicui vel longinquo
tempore præterito euenerunt, tanquam ad
vnguem eadem, sicuti acciderunt, referre
solere: quorum relatione, si cum veritate
consentiant, vehementer hominum men-
tes ad se allectant: vt horum veritate cōmo-
uenti tandem etiam credere incipiant, quæ
sunt falsissima. Hæc autem ita fieri confir-
mat S. Augustin. in lib. 10. de ciuit. Dei, re-
lata per sacros Canones in c. Nec mirum, §.
Nullum suffragium, 26. q. 5. sub hac enim
specie plures militant magistri. Et huius
speciei maliciam exaggerat peccantiū mul-
titudo, quod eam fere malefici profitean-
101 tur. Quę vti clarius innotescat, in † quatuor
riuos seu species eam deducere par est, iuxta
numerum quatuor elemētorum in quibus
exercentur. Primum videlicet Geomantia,
à γαία, quod est terra, & μαντεία, id est diui-
natio, quasi terrestris diuinatio. Hydromā-
tia, quæ fit in aqua, ab ὕδωρ, quod est, aqua.
Pyromantia, quæ fit in igne, à πῦρ, quod
est ignis. Et Aeromantia, quæ fit in aëre.
Hinc dicti sunt Geomāti, Hydromanti, Py-
romanti, & Aëromanti, qui artes ipsas in
iis elementis profitentur, vt exponit text.
in can. Igitur genus, in princ. 26. q. 4. quæ
verba fuerunt assumpta ex dictis sancti Au-

gusti. in lib. de natura Dæmonum, & Hostienſ. in ſumma, eod. tit. in exordio Quo-
102 rum profeſſorum, alii † dicti ſunt diuini, quaſi Deo pleni: hi enim diuinitate ſe plenos eſſe, hominibus perſuadent & hac aſtuta fraudulentia hominibus futura coniectant. Alii incantatores dicuntur, nempe qui artem verbis tantum peragunt, qui aliquando tantum carminis potentia valent, vt verbis ſuis, abſque aliquo veneni hauſtu interdum occidant, vt habetur in d. c. Nec mirum, in princip. 26. quæſt. 5. Quidam alii ſunt arioli, ſic dicti, quia circa aras idolorum nefarias preces emittunt, & funeſta ſacrificia offerunt: quibus celebritatibus Dæmonum reſponſa ſuſcipiunt. Alii dicuntur haruſpices, quaſi horarum inſpectores. Hi enim obſeruant tempora, dies, horas & momenta, ex quorum obſeruatione, bona vel mala futura prædicunt. Hi quoque inteſtina pecudum inſpiciunt, ex quibus futura vaticinantur. Alii ſunt augures, qui volatibus ac auium garritibus intendunt, quorum exercitium, augurium, quaſi auigerium dicitur: quòd, quid aues vocibus aut volatibus gerant, obſeruent. Alii dicuntur Pythoniſſæ, qui quadam ſuperſtitione diabolicam profeſſionē ſectantur, à Pythone, id eſt, Apolline dicti, qui auctor fuit artes diuinandi. Alii ſunt Aſtrologi, qui ex aſtrorum conſideratione quippiam vaticinantur. Ars profecto hoc tempore nuſquam non gentium, & celebris, & apud nonnullos multæ fidei. Verum an iſthæc vaticinatio iure ſit permiſſa, ex cauſſa prudensque nunc prætereo. Alii dicuntur Genethliaci, ſic vocati propter natalitiorum conſiderationes. Obſeruant enim hi diem natalis & horam alicuius, mox per duodecim cæli ſigna, ſiderumque curſus, eum ad iuſtum numeri calculum referunt: vnde ipſi prædicunt felices aut infelices futuros euentus: imo & mortem interdum. Alii denique ſunt Salitores, ſic dicti, quòd membri cuiuſpiam palpitatione, aut ex trepido ſaltu, neſcio quid proſperi, aut aduerſi mox euenturum deblaterant. Hactenus enumeratæ ſpecies omnes declarantur per text. in d. c. Igitur genus. Adiiciam ipſe ſuperioribus Necromantiam, quæ eſt per mortuorum cadauera, ſiue ex inſpectione
103 mortuorum diuinatio, † dicta à νεκρὸς, id eſt, mortuus, & μαντεία, id eſt, diuinatio.
104 Hinc dicti ſunt † necromantes vel necromantici, quorum incantamentis videntur reſuſcitari mortui: aut certè ex mortuorum inſpectione miranda futura diuinant, dum mortuorum cadauera alloquentes, & ab ipſis mutua reſponſa ferentes, neſcio quid deliramentorū leuiuſculis hominibus diabolica illuſione perſuadere conantur. Porrò quoties hæc peraguntur necromanticis iſtis mos eſt, cadauer conſpergere ſanguine: quod Dæmones cruore delectari ferantur.
105 Hinc quotieſcunque † fit necromantia, cruor aquæ miſcetur, vt Dæmones ſanguinis colore facilius prouocarentur, vt habetur in d. can. Nec mirum, 26. quæſt. 5. in §. Necromantici: Hæc tamen non doctis, ſed rudioribus cōmonſtrare volebam. Cæ-
106 terum rogatus à quoquam, † quinam ſint profeſſores ſiue magiſtri qui 2. & 3. speciem ſortilegiorum exercere ſolent, paucis reſpondebis, eos ipſos eſſe, qui ſunt profeſſores artis amatoriæ. Rurſus in illa ſortilegiorum ſpecie militare eoſdem qui in venefica ſpecie profitentur, quoſque magos appellari diximus, hoc eſt, qui artem magicam profitentur, vt inquit text. in d. l. Eorum, in princ. & in d. c. Nec mirum, §. Ma-
107 gis. Eoſdem præterea † vocamus maleficos, nempe ob facinorum enormitatem, vt
108 ait text. in præallegato §. Magi. Hinc † factum eſt, vt ius ciuile hos vtriuſque artis magiſtros, ſcilicet amatoria ſortilegia perpetrantes & venefica, æquiparauerit non minus in facto, quam in pœnis: pari ſupplicio in ambos animaduertēdum decernens, d. l. Eorum, in princ. & l. Si quis aliquid, §. Qui abortionis, ff. de pœnis. Verū an idem

fiat

fiat de iure Canonico (quod eadem sit in vtroq; pœna cõstituta, aut diuersa) hîc breuitatis causa prætereo. Sunt prę; erea alii qui dicuntur incantatores, qui sola potētia carminis perstringunt hominum mẽtes: hi solent vt plurimum in 3. specie militare. Item quidam alii, quos suprà in prima specie expressimus, in hac 3. specie sæpius se exercẽt: quales sunt arioli, qui in suis sacrificiis & immolationibus adiungunt quandoque imagines ceræ vel cretæ recentis, illas iuxta feruentissimum ignem apponentes, vel acubus earum capita vel latera perforantes, baptizantes, atque complura alia turpia & nefanda facientes & committentes, quæ omnia ad 3. quoque speciem referenda sunt. Quin & necromantici similiter sæpius solent in 3 specie laborare. Cæterum quum in hunc sortilegiorum campum, vt amplissimum, ita multò certè teterrimum inciderimus, non ab re me facturum arbitratus sum, si aliquanto penitius rudiusculos in ipsius amplitudinem perduxero. Non ergo huius disciplinæ nefariæ cuiquam author existere cupiam, quod nec in superioribus, nec in sequentibus intendero: sed vt trriuialibus (quod pace ipsorum dictum sit) iudicibus huius rei latiorem noticiam suppeditarem, ac examinis faciendi rimulas potiores cõmonstrarem. Quocirca noueris, velim, duplicem † esse sortilegiorum professionem: tacitam scilicet, & expressam. In genere intelligas oportet, de cuiuscunq; speciei

109

professoribus. Tacita † autem professio, est promissio quædam, quam quis facit alteri professo, de obseruando quæ sibi mandauerit, sub promissione, quod grandia facturus sit & mirabilia: quod in vita sua futura cognoscet, & multa alia his non dissimilia: dummodo cum fidei catholicæ renunciatione, & pertinaci Sacramentorum ecclesiasticorũ contemptu: vnde pollicebitur quòd totis viribus cultui, & obsequio adhærebit sui magistri, ipsumq; ceu verum Principem adorabit: ipsiq; omnem veræ adorationis

110

cultum sub idolorum forma exhibebit, & alia huiusmodi turpiora pacta: quod cuncta denique opera per ipsum facienda in illius nomine & deuotione confecturus sit.

111 Dicitur † autem isthæc professio tacita, quod non fiat, nec pacta sit propriè cum ipso Dæmone, sed cum Dæmonis ministro. In qua tamen etiam multæ interueniunt cæremoniosæ solennitates extrinsecæ, quæ vsuuenire solent in professione expressa: veluti solennis stipulatio, fides præstita per iuramẽtum de obseruatione promissorum: item obsequium & ratæ fidei pactum cum Dæmone, vnà cum abominanda abiuratione fidei Christianæ, & aliis in ea requisitis, vt in c. Qui sine saluatore, 26. q. 2. & vide sum. confess. eo. tit. q. 3. & 6. vbi fit mentio de vtraque professione, & pacto habito cum Dæmone, scilicet tacito, & expresso, & eo. tit. q. 10. in fin. quam submissionem, & sui obseruantiam ipse Dæmon postea ratam habet: redditq; ob eam se facilẽ ad obsequendũ eorum votis, ac appetitui: nõ minus quam voluntati eorũ, qui expressa professione Dæmonis, sua sortilegia exercere solent, vt ibi notatur, & l. Nemo, & l. Eorũ, in princ. C. de malefic. & mathe. sępiuscule præallegatis, & in c. 2. de sortileg. vbi dicitur de illo qui occulti furti inueniendi cupidus inspexit in astrolabium: Huius quoq; tacitę professionis apparet meminisse textũ, si accuratius ipsius verba discutiantur, in d. c. Nec mirũ, § Necromantici, verb. ad hęc omnia: vbi post enarrata aliquot certa remedia, quib. affecti id est, maleficiati ad priorẽ ac integrã corporum valetudinem restitui solent, subiunxit textus hæc omnia fieri arte Dæmonum, ex pestifera societate hominum cum cacodæmonibus exorta. Altera vero dicitur † professio expressa, nempe, quæ fit expresſè cum proprio Dæmone. Isthæc † rursum est duplex: vna dicitur solennis siue publica; altera verò priuata. Solennis † aũt & publica ea est, quæ fit cũ Dæmone publicè, in maiestatis suę solio, Princi-

112

113

114

pum more reſidente, ad vniuerſales cõgre-
gationes omnium ſtrigarum & maleficorũ,
necromanticorum, & cuiuscunque generis
profeſſorum, certis nocturnis, horis, locis, &
temporibus, Dæmonis arbitrio, conſtitu-
tis: Vbi coram vniuerſis adſtantibus iſthęc
105 fit profeſſio. Priuata † verò profeſſio eſt il-
la, quæ fit cum ipſo Dæmone, pacto expreſ-
ſo, & cum iuramento, citra vllas tamen ſo-
lennitates, & extra omnium hominum cœ-
tum: vnde de iſtis dicitur Eſa 28. c Dixiſtis,
percuſſimus fœdus cum morte. & cum in-
ferno fecimus pactum: & de hac fit mentio
in ſum. confeſſ. eo. tit. q. 4. in princ. & q. 6.
& 12. Fit hæc profeſſio quandoque eiſdem
ſolennitatibus, quibus hodie fieri conſpici-
mus veras & ſolennes profeſſiones mona-
chorum in religione Chriſti, vbi ad vitam
monaſticam degendam, abnegant mũdum
cum ſuis vniuerſis oblectamentis prçſtigia-
riis. Ita hi contrà, abnegato Deo deſerto
Chriſto ſeruatore noſtro, ac renunciata fide
cum contemptu Baptiſmi, ac cum contem-
ptu reliquorum eccleſiæ Sacramentorum,
vni Dæmoni adhæreſcunt, cui ſe totos de-
uouent. & ſpontanea obedientia cõſecrant,
cum arctiſſimo iuramenti ſacramento: ad-
eo, vt hinc iure efficiantur ipſius ſubditi. &
(vt ita loquar) Dæmonis vaſalli coniun-
ctiſſimi. Atque ex hac, hominis ſcilicet &
Dæmonis exitiali ſocietate, naſcitur & con-
firmatur tam arcta amicitia. vt ex ea homi-
nes (heu) miſeri dolenda mala (permiſſu
diuino) & turpiſſima opera, relatu nequio-
ra conficiant. vt in ſum. confeſſ. eo. tit. c. 3.
& 4. in exordio. Ii verò qui expreſſam pro-
feſſionem fecerunt, reddunt etiam expreſ-
ſum adorationis Dæmoni cultum, per ſo-
lennia ſacrificia. quæ ipſi exhibent Dæmo-
ni, imitantes in omnibus (quo magis no-
ſtram ſimplicitatem fallerent) diuinũ cul-
tum cum cæremoniis ac paribus luminari-
bus, precibus etiam quibuſdam & orationi-
bus, cum his aliis ſimilibus, quibus inſtru-
cti ſunt & edocti, quibuſque Cacodæmo-
nem, ſuum exitiale exitiũ, inceſſanter col-
laudant & adorant, haud aliter, quàm nos
felices colimus & adoramus vnicè vnicum
Ieſum Chriſtũ D. N. cum patre, ac coopera-
tore S. S. omniũ viſibiliũ pariter, ac inuiſibi-
liũ omniũ creatorem & rectorẽ maximum,
26. q. 5. c. Contra idolorum, gloſſ. in c. Ac-
cuſatus, § Sanè, de hære. lib. 6. & in ſum-
ma confeſſ. eod. tit. q. 2. & 3. & c. Non ob-
ſeruetis, 26. q. 5. & eadẽ cauſſa, & q. 2. Qui
ſine ſaluatore. Hic autem cultus, vel ex ea-
dem ſatanæ ſuperbia ſuppullulat & erum-
pit, qua olim ſe Deo ſuo æquare cupiens, ſo-
lium ſuum in Orientem indignè conabatur
euehere, quò Creatori ſuo appareret æqua-
lis. Quà quidem ſuperbia necdum extincta,
Dæmon Dei ſui adorationis ęmulator ſtre-
nuus, ab hominibus quoq; pari ritu ſe ad-
orari patitur & concupiſcit. Quod autem
eadem ſuperbia in ipſo etiamnum duret,
teſtis eſt S. Tho in ſecunda, 2 q. 95. art. 5.
& S. Aug. in lib. 10. de ciuit. Dei: cuius di-
cta tradita ſunt 26. q. 5. can. Nec mirum, §.
Auguria, ver. ſed hoc quoſdam fallit, & verſ.
106 ad hoc vbi dicitur, † quod ſatanas in hoc to-
tus incumbit, vt adoretur quaſi Deus: hinc
quicunque interueniunt in dictis ſacrificiis
expreſſe ipſum ſatanam adorantes, cæteris
ipſi Dæmoni multo quidem ſunt chario-
res, adeo vt nihil ab ipſo petant, quod non
ilico aſſequantur: modo id à Deo datum, ac
ſuæ poteſtati conceſſum fuerit. Porrò ſi id
ipſi negatum fuerit, petitores ſuos exaudi-
re nequiens, tam eſt tamen malignus ſatan,
vt petita ſe præſtare poſſe iactitet, ac poſt
præſtanda (quum non ilico) promittat ne-
quiter, quibus illuſionibus ſuos profeſſos
miſere decipit. Hinc dicunt nonnulli, quod
ſortilegia & maleficia quæ per iſtos fiunt,
cæteris magis atrocia atq; efficaciora, quã-
doquidem diabolus ſummopere cupit gra-
tificari iis, à quibus maius honoris præmiũ
recipit. Hos autem hinc penè dignoſces,
quod tales ſæpe ſoleant ſtruere imagines,
aut ſtatuas gemmeas, cæreas, aut cretaceas,
ſimili-

similiumque materiarum, teste S. August.
in lib. 21. de ciuit. Dei, hæc verba notante:
quod Dæmones alliciantur his rebus, cha-
racteribus, signis, & carminib. magicorum,
non tanquam animal cibis, sed, vti spiritus
signis: quia enim homines in signum sub-
iectionis ipsis offerunt solemnia sacrificia,
& prostrationes submissas faciunt, gaudent
summopere huiusmodi reuerentiæ signa
sibi exhiberi. Alliciuntur autē diuersi Dæ-
mones diuersis signis, pro diuersitate scili-
cet vitiorum ipsis conuenientium. Verba
sunt S. Augustini relata per S. Thom. in
tractat. 44. disput. primæ partis, in tit. de
mira. q. 10. versic. Respondeo in fine, quæ
ibidem vide. Rogare autē posset quispiam
curiosulus: quibus locis quibusve tempo-
117 ribus, hæc † sortilegia fieri consueuerunt?
118 Deinde vbi † sortilegi, hisque similes alii
conueniri soleant? huic paucis respondea-
119 tur: huiusmodi sortilegia † plerunq; in lo-
cis siluestribus, occultis subterraneis, & ab
hominum conuersatione remotis: In locis
longè dissitis, caducis castellis, & desertis:
semperque in intempestæ noctis tenebris
fieri solere, vt nota in c. Episcopi, 26. q. 5.
cuius duplicem rationē esse comperi. Prior
est, quod Dæmon post fœdum casum ex
paradiso, effectus fuit obscurus & tenebro-
sus, vt habet communis omnium Theolo-
gorum sententia, & maxime S. Thomæ in
in tractatu 44. quæstione 16. articul 1. & 6.
in titul de Dæmoni. Atque hinc conuin-
citur, ab authore tenebricoso, lucisque, id
est, iustitiæ, virtutis, veritatisque osore per-
petuo, nulla quoque lucis opera fieri posse:
sed cuncta atra, horrida & tenebricosa flagi-
tia ab eo solum peragi: eaque tum locis,
tum temporibus obscurissimis, iuxta illud
120 commune dictum: † Qui male agit, odit
lucē, c. Perniciosam, 18. q. 2. & c. Item si an-
tè, de Pœnitentia, dist. 1. Lux enim verita-
tis, hoc est, illa quæ illuminat omnem ho-
minem venientem in hunc mūdum, Chri-
stus est, vt habetur Ioan. 1. 3. 5. & 8. capite,
& l. Inter claras, in exord. C. de sum. Trin.
& fid. catho. Ideoque etiam dicta lux inter-
na, vt quæ clarificet animam & intelle-
ctum hominis, de consecrat. distinct. 4. in
princip. Is cuncta opera sua clarissima lu-
ce agi vult ad patris sui gloriam, & gregis
121 sui ædificationem. Satanas † verò virtu-
122 tum, bonorum † operum, veritatisque ad-
uersarius infestissimus, qui idem & men-
dax est, & mendacii inuentor, & author,
eoque tenebricosus, tenebras amat, loca
obscura, sordida, sibique simillima, vt no-
tat. Ioan. 3. c. & 81. distinct. can. Valent in-
terdum. Posterior redditur ratio, cur nocte
123 potius quam interdiu hæc † diabolica ope-
ra fiant. Nam si luce ac clara die fierent,
conspici possent ab aliis, faciliusque de-
prehenderentur ipsorum maleficia: ob quę
citius innotescerent curiæ, ac iustitiæ: cui
ita incautè sese capiendos, puniendosque
producerent. Quare ne tam facile detegan-
tur & impediantur eorum opera, & sacri-
ficia, de nocte celebranda curant: eaque in
locis prædictis, ne à quoquam vllum im-
pedimentum ferant: & nota in d. can. Epi-
scopi, 26. quæstio. 5. & can. Nec mirum,
ead. quæstione. Posset hic rursum quis-
piam mouere quæstiunculam huic mate-
124 riæ minimè incongruam: Quibus † rebus,
signis, instrumentis, mixturis, composi-
tionibus, ligaturis, characteribus, atque fi-
guris vtuntur sortilegi ad sua sortilegia &
maleficia, secundum diuersas hominum
opiniones, quas persequi intendunt, con-
ficienda? Respondendum, quod variis at-
que diuersis, quorum ad satietatem memi-
nit Dom. Paulus Grillandus in suo tracta-
tu de sortilegiis, quæstio. 3. & 5. quem pe-
tendum, materia occurrente, nec dissuase-
ro: materia enim præsens non minus est
125 confusa, quam diffusa. Postremo † non
hoc prætereundum putaui, cum malefi-
ci in manibus publicæ Iustitiæ existentes
& incarcerati, non faciant se deferri, ac in-
de liberari per ministerium Dæmonis ad

mortem euitandam? quod nonnulli curiosi Iudices quandoque experimento discere tentarunt: frustra tamen atq; in summum dispendium salutis suæ æternæ, eoque ab hac temeritate obnixè cauendum. Huius quæstionis, vt mihi videtur, non erit difficilis solutio, si doctorum monumentis & scriptis diligentem lectionem impenderimus. Attamē (vt aliquid afferamus) duas caussas huius rei nobis explicant Canones, & sacri Theologi in sæpe allega. c. Nec mirum, 26. q. 5. Prior est quod Dæmon qui nil auidius cupit, quam multarum animarum lucra, quique ad tenebras inferni variis illusionibus & dolis homines protrahere studet, simulatque viderit professum suum apprehensum, illiusque animam sub sua potestate subiectam, nil magis anxie
126 quærit, nihil † expectat auidius, quam animæ à corpore denigrationem: vt quam adhuc sub pacto retinet, certam lucretur, priusquam per pœnitentiam sua nassa præter expectationem elabatur, fidelium gregi denuò connumeranda. Quocirca vt meritam prædam certò possideat, incunctanter mortem ipsius machinatur: tantum abest, vt liberationem ferat. Posterior ratio, †
127 cur euadere incarcerati nequeant, est, quod tum diuina iustitia non permittat Dæmonem in eos suam naturalem exercere potentiam, ne qui iudices & officiales curiosi, animique pellicibilis, leuis, ac sequacis, videntes aliquot signa manifesta liberationis eorum inuitarentur ad amplectendum eorum professionem: & hoc est quod dicit S. August. in libr. 3. de Trinit. in 10. de ciuit. Dei, & S. Thom. in tractat. 44. primæ partis, quæst. 5. in tit. De mira, & Canones in d. c. Nec mirum, si Deus impediat in quibusdam Dæmonis potentiam, pro conseruatione Christianæ fidei: alioqui enim fides ipsa Christiana paulatim tota corrueret, maiorisque tandem potestatis putaretur diabolus, quam Deus: & iudex is haberetur, qui minister ipsius est, & Dei creatura, can. Nemo contemnat, & c. sequent. 11. quæst. 3. & ideo tunc Deus resistit Dæmoni, viresque illius comprimit, per ea quæ notat S. August. ecclesiæ doctor insignis. in libr. 10. de ciuit. Dei, & refert, & sequitur S. Thomas in d. tractatu 44. d. q.
128 5. Torquet alios, † vnde potestas tanta maleficis, qua patrare tam multa, varia & miranda possunt, etiā vna hora? qualia, quantaque bonorum toto suæ vitæ tempore fa-
129 cere possent vnquam? Verum iis † apertè respondetur, quod omnis potestas à domino Deo est, sine quo nihil potest omnis creatura sicut in Euangelio Christus ait, Sine me nihil potestis facere. Vnde manifestum est omnem faciendi potestatem, hominibus dari à Domino Deo, & non aliunde concedi posse, siue bonum homines, siue malum operentur: hinc sanctissimus Præsul Augustinus dicit: Voluntas Dei, est prima & summa caussa omnium corporalium specierum ac motionum, nihilque fit in ista totius creaturæ amplissima & immensa republica visibiliter, quod non de interiori, inuisibili atque intelligibili aula summi Imperatoris aut iubeatur aut permittatur, secundum ineffabilem iustitiam præmiorum atque pœnarum. Quamobrem nequaquam est dubitandum, quin potestas illa maleficarum, in qua mirandos (cooperatione Dæmonum) horrendosq; producunt effectus, à Domino Deo concedatur, cuius voluntati nemo potest obsistere, vt sine cuius ope ac numine inefficax est omnis humana opera adeo vt ne manū quidem vlli rei tentandæ sine ipso admouere possibile sit. In hoc enim Sācti doctores & Pa-
130 tres omnes vnanimiter consentiunt, quod † neque Dæmones, neque maleficæ quicquā facere possunt, nec hominem lædere, nec iumentum: nisi omnipotens Deus permittens, consentiat, potestatemque faciendi concedat, quod iam peruersa voluntate facere decreuerunt. Æquum est enim, vt tum Dæmones, tum homines creaturæ Dei,

Dei, suo creatori pareant, atq; ab illius nutu toti dependeant, à quo esse, velle, & posse, susceperunt. Alioqui, si contra ii quid possent, inuito Deo, in infirmitatis imperfectionisq; suspicionem veniret Deus creator omnipotens, à quo abhorrent piorum
131 aures catholicæ. Quocirca † quicquid maleficæ moliuntur, non hominis, Dæmonisque potentiæ id solum adscribendum, sed diuino permissu id totum peragi credendum est, à quo omnis potestas exsurgit, & à quo omne esse & fieri profluit, tanquam ab omnium rerum caussa prima. Verum enimuerò non ex se, sed cooperatione ac ope Dæmonum (Deo semper permittente) maleficæ cuncta mala operantur: quos vt natura subtiles, ita & experientia longa fecit ad producendum miranda & fortes & agiles. Neque etiam putandum est tam prodigiosos effectus maleficarum ab huiusmodi rebus, quibus vtuntur ad maleficandum, oriri (quales sunt capita mortuorum, bufones, serpentes, cha-
132 racteres, imagines, hisque similia) sed ab † instituente hæc signa diabolo, qui cum sit superbissimus, Deo cupit in omnibus quam simillimus esse. Quemadmodum enim omnipotens Deus quædam in Ecclesia sua Sacramenta instituit, quæ dignè vtentibus (ipso aspirante) salutarem designant & producunt effectum: ita & diabolus, qui nihil impensius appetit, quam in precio haberi, & Deo æqualis videri, signa quædam tanquam Sacramenta instituit, quibus inuocatus ab his, quibus confœderatus est pactis, operator malignus assistit: & quoties Deus permiserit, quod rogatur malum perficit: Deo vero non permittente, nihil is quoque poterit efficere. Omnium ta-
133 men † effectuum necromanticorũ & maleficarum operator eatenus diabolus est, quatenus per applicationem mediorum (quæ prius ipse instituit in materia subiecta) opus producit optatum: quod fit aliàs realiter, aliquando solum apparenter. Mu-
134 lieres autem † maleficæ, quæ iam voluntate deprauata, & consensu in consortium Dæmonum per pacta transierunt, notas quasdam & signa symbolica ab ipsis recipiunt, quibus exciti Dæmones mox pro-
135 siliunt. Quocirca in his † pernitiosis operationibus Dæmonum, nihil efficacius stulta maleficarum credulitate, quæ pactis augetur & votis. Nam quanto vel Dæmonibus, vel eorum signis firmiorem adhibuerint fidem, tanto velociorem assequuntur, cooperantibus ipsis, effectum: voluntatis enim maleficarum tam est dolenda alienatio, vt ipsas quodammodo redigat in furorem, quo percitis, usque furentibus, mox Dæmones aduolant, subseruiunt, & effectum petitionis pactis inuitati & signis, Deo permittente, insanientibus præstant. Simile quiddam commemorat Plato in libro de furore poetico, dicens: Bacchantes fœminas mente non sana, mel & lac exhaurire fluminibus, mente autem sana, haurire non posse: id autem efficit earum animus sui impos, & in consortium Dæmonis extra se raptus. Idem nos exploratum habemus, maleficas in puteis aut fluminibus agitatas hausisse butyrum furoris sui temporibus, quod alio tempore efficere non potuissent. Quare id solum ministerio Dæmonis fieri credendum. Similiter odio alicuius flagrantes, nihilque quam vindictam in animo concipientes, totæ in illius interitum incumbunt: & vt ipsam aut perdant, aut iumentis ipsius mala inferant, agris, vineis, segetibus, a-
136 liisque fructibus incommodent. Rebus † vtuntur ad maleficium sibi notis & familiaribus. Inuocant Dæmones, ostendunt signa ab illis instituta, simul & characteres, & quod propria virtute perficere nequeunt, illorum ministerio consequuntur. Alius vero, qui non est Dæmonibus pacto & deditione deuinctus, etiam

si res conuenientes ad maleficium nouerit, simul & operandi modum, signa omnia exhibeat, rarissimè tamen tentanti succedet effectus: propterea quod eum inter suos familiares dæmon non connumeret, vt suis mysteriis non initiatum. Quanta autem mala hoc pernitiosissimum genus hominum nusquam non regionum faciat, cuiuis hominum id est notissimum. Amplius enim hi pernitiosissimi homines, mendaciis superstitionibusq; plenissimi, sua malignitate obsunt, quàm boni quiuis aut precibus, aut pietate prosunt. Plus incommodi reipublicæ Christianæ illi inferunt: quàm hi commodi conferunt, nisi Deus
137 obstiterit. Ideoque † non sunt vspiam tolerandi, sed vbiuis locorum potiùs tollendi funditus, omnium creatore Deo sic præcipiente, Exod. 22. & Deut. 12. Maleficos non
138 patieris viuere. † Nam vt in obsequiū sibi dæmones alliciant, sacrificiis turpissimis plerunque vtuntur, & expressum cum eis ineunt (vt dictum est) pactum. Multos variosque libellos circūferunt spurcitiis, impietate, ac mendacio plenos, veterumque philosophorum & sapientum nominibus falso inscriptos, quorum ementitis titulis, inuocatis simplicib & curiosis multis imponunt, & in foueam dæmonum secum pertrahunt. Promittunt magna & penitus incredibilia, quibus auditis homines in admirationem mendaciorum suspenduntur. Statuis, imaginibus, exorcismis, coniurationibus, similibusque signis iactant se dæmones posse cogere ac coarctare malignos, adeo vt in circulo, annulo, in crystallo, seu alio receptaculo visibiles appareant, & ad singula interrogata distinctè respondeant. Hoc omnes quidem promittunt: sed eorum paucissimi nostris temporibus inueniuntur, quibus maligni spiritus etiā malis per hunc modum obediant, Deo id iustissima ratione non permittente: ne curiositas hominum nouitatis auidissima, religione contempta Christi, suffragia paulatim in necessariis postularet à dæmone. Est denique aliud hominum genus non minus fatuum, quàm superstitiosum, æquè item vt superiores, fugiendum: Nempe, qui nullum cum dæmonibus commercium ineunt: nihilominus tamen rebus vtuntur in operationibus vanis, dæmonibus appropriatis, stultis, superstitiosis, & futilibus & ob id quoque penitus illicitis. Veluti, qui dies ad quid agendum obseruant, qui ex auium garritu aut volatu sibi quid futurum pollicentur. Venatores, qui ob alicuius fraterculi, aut sacrifici occursum sibi quid infaustū, aut infelicem venationem spōdent. Qui scriptum Euangeliū Iohannis ex collo suspendunt, aut alios characteres membranulis inscriptos. Sacerdotes denique qui missificant super hostiam nō consecrantes, aut oblationes nefarias in missis offerunt, aut preces nefarias & turpes, & indignas, ad malum finem offerunt, & legunt qui merito degradatione, & beneficio sunt priuandi. Cæteri vero qui characteribus aut crucibus abutuntur, putāt huiusmodi characteribus magnam & occultam inesse virtutem, & ideo varios contra Deum, & fidem
139 Christi committunt errores. Possem hic † explicare caussam, cur Mulieres sint magis idoneæ ad maleficia conficienda, quam vi-
140 ri. Deinde † cur potius virgines, quam cor-
141 ruptæ. Postremò, cur † plures mulieres sint maleficæ, quam viri malefici, sed pro huiusmodi explicationibus lectorem transmitto ad D. Martinum de Arles, in suo tractatu insigni de superstitionibus. Et ad D. Paul. Grilland. in suo vtilissimo libr. de Sortile-
142 giis. Possem hîc quoque obiter recensere † multa Dæmonum genera, qui locorum intercapedine certis gradibus, certisque inter se passibus absunt: alii enim aerei, alii ignei, aquatici alii alii terrestres, alii subterranei, alii lucifugi, à locis quibus sunt addicti, aut à maliciæ natura appellationes eas habentes. Quorum descriptiones, operationes, & quibuscum maleficæ commercium habeant,

beant, & cum quibus non, compendio studens, prætereo. Tantum hoc memineris 143 † maleficarum potestatem totam, qua tam miranda conficiunt, Dæmonibus à domino Deo limitatam concedi: ita vt ipso permittente noceant: eo verò non permittente, nihil eos quoque operari posse. Verum de his satis superque. Quæ tamen omnia non ita surda aure (maximè studiosis, ac maioribus ingeniis) prætereunda, sed accuratius perquirenda. Quamobrem cætera huius materiæ cognoscere cupientem (quandoquidem hic exactiora perscribere, mea vetant negotia) remitto ad clarissimos dominos, Paulum Grillandum, criminalium caussarum Romæ quondam auditorem, in suo tractatu, vtilissimo, de sortilegiis, maleficis, & poculis venenosis, ac Dæmonum inuocatione, atque eorundem pœnis; Troilum Maluetium Iurisperitum indubitatum in suo tractatu, de sortibus. Martinum de Arles sacræ theologiæ professorem meritissimum in suo insigni & exquisitissimo tractatu de superstitionibus, Ioannem Franciscum spectabilem iuris vtriusque Doctor. in suo subtili & eleganti tract. de Lamiis & excellentia. Malleum maleficarum: & Ioannem Trittenhemium Abbatem Spanhemensem, in suo libro 8. quæstionum, quas illi dissoluendas proposuit Maximilianus Cæsar, quæst. 5. de reprobis atque maleficis, & quæst. 6 de potestate maleficarum. Quorum opiniones, dogmata & interpretamenta, hac in materia omnes passim sequuntur, laudant & asserunt, nec est meo iudicio, & si tenui, vlla materia, in qua adeo Paulo Troilo, Martino, Ioanni Francisco, Malleo maleficarum, ac Ioanni Trittenhemio assentiantur, & tribuant scriptores, non solum speculatiui, sed etiam practici: ita recepta est in hoc scribendi genere, eorum authoritas, vt pro lege (quamuis vtique nullis corroboretur legibus) apud omnes habeatur. Quocirca vt res tandem ad finem decurrat, his impono finem huic capiti, etiam si sine numero alia pulchra, vtilia, & quotidiana huic materiæ minimè incongrua, sed admodum conuenientia, in medium adferre facile potuissem, quæ, ne lectorem, multis morer, posthabeo, & omitto, atq; studioso, in rebus publicis non occupato, indaganda relinquo.

CAPVT LXII.

De crimine læsæ Maiest. temporalis siue humanæ.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 62.

1 *Crimen læsæ Maiestatis variis committitur modis:*
- *Aduersus:* *Principem,* / *Salutem domini sui.*
- 2 *Aduersus:* *Consilium*, *Consules*, *Senatores*, *Consiliarios* — *Principis.*
- 3 *Contra vtilitatem reipubl.*
- 4 *Seditionem excitando.*

5 *Principis:*
- *Vices vendicando præter ipsius voluntatem.*
- *Monetam adulterando.*

6 *Crimina læsæ Maiestatis plectuntur morte, scilicet:*
- *Gladio.*
- *Igni.*
- *Dissectione in quatuor partes.*

7 *Consules / Senatores / Consiliarii — sunt pars corporis Principis.*

8 *In conspirationibus plectuntur — Principales. / Fauentes. / Assistentes. / Iuuantes.*

9 *Filii committentium crimen læsæ Maiestatis, efficiuntur insuccessibiles.*

10 *In crimine læsæ maiestatis, punitur affectus, etiam non secuto effectu.*

11 *Ex sola scientia quis punitur.*

12 *Conspirationis pertæsus, & eam reuelans, veniam meretur.*

13 *Princeps solus, aut eius consilium, cognoscit de crimine aduersus suam personam commisso.*

14 *Mulieres — Veneno, / Incantationibus — committentes præfatum crimen, grauius puniendæ, quam viri.*

15 *In crimine læsæ Maiestatis quilibet delator esse potest.*

16 *In crimine læsæ Maiestatis proceditur — Summariè. / De plano. / Sine strepitu. / Sine figura iudicii.*

17 *Qui pro obnoxiis crimini læsæ Maiestatis intercedunt, infames fiunt absque venia.*

MVltis quidem modis crimen admittitur aduersus temporalem Maiestatem, l. 1. 2. 3. 4. & ibi etiam per Bart. Bald. Angel & alios scribentes, ff. ad l. Iuliã Maiestat. vbi multi modi & casus enumerantur, quibus læsæ Maiestatis crimen cõmitti dicitur: nempe,
1 † conspiratione aduersus suum Principem: aut contra domini sui salutem: aut contra vllas personas sui consilii: aut contra vtilitatem reipub.
2 † Seditionem excitando in populo, d. l. 1. Hostibus
3 re, † armis, opibus, & consilio suppetias ferendo, l. Cuiusque, ff. ad l. Iuliam Maiest. & ibi Ang.
4 † Quoquo modo captiuos huius facti criminosos carceribus eripiendo, d. l. Cuiusque, in fi. & ibi Bart. Si quis priuatos conficiat carceres, l. Vnica, C. de priua. carcer. inhiben. & ibi Cynus, qui verbum subdit admodum notabile: Si pater, aut dominus, filium, vel seruum domi suæ incarcerauerit, nequaquam punietur pœna l. Vnicæ, C. de priuat. carcerib. rationemque allegat, quia pater & dominus id faciunt ad correctionem: dicta verò lex vnica loquitur in casu, quo quis in carcere ad custodiam
5 ponatur. Dum † Principis vices & officia sibi quispiam vendicat & exercet, præter ipsius voluntatem, d. l. 3. ff. ad l. Iul. Maiestat. Si quis Principis monetam adulterauerit, l. Si quis numos, C. de falsa monet.
6 atq; hæc quidem † crimina, ad vnum omnia, morte plectuntur, per dictas ll. 1. 2. 3. & 4. ff. ad l. Iul. Maiestat. & l. Quisquis, C. eod. tit. variis tamen modis, iuxta varietatem legum, edictorum, & statutorum in locis, vbi commissa fuerint: nonnunquam gladio: aliquando igni: interdum dissectione in quatuor partes, &c. Verum quisquis ita conspirauerit in personam sui Principis, & hinc mors secuta fuerit, is profectò enormiter (nempe ob facinoris enormitatem) peculiari quodam modo extraordinariè, absque vlla legum ac constitutionum obseruatione, puniendus est ad prudentiam, iudicium, & discretionem D. Iudicũ. Conspiratores verò aduersus gloriam, & salutem,

tem, & commoda Principis sui, detegentes hostibus vniuersa ipsius secreta, voluntates, & studia locorum munitiones, & infirmitates cum rerum statibus, & qualitatibus, hi in quatuor partes dissecandi sunt, cum omnium bonorum proscriptione. Ad has formas grauissime & extraordinarie quondam puniebantur ii nefarii conspiratores, qui Brugis crudeli nece Comitem Carolum sustulerant. Similiter ac pene inhumanitus etiam animaduersum est in eos qui comitem Hollandiæ Florentium dira nece trucidarunt. Neque etiam minori supplicio puniendi sunt, qui quicquam ne-
7 farii † machinantur contra Principis Concilium, Consules, Senatores & Consiliarios, qui corporis Principis pars haud dubiè stant l. Quisquis, in princip. C. ad l. Iulia Maiestat. & ibi Alber. & Bald. & c. Cum dilectus, iuncta gloss. in verb. familiares,
8 extra de cleric. non residen. Porro † in dictis conspirationibus non tantum plectendi ipsi principales Rei, verum etiam quicunque studio, dataq; opera, re, & consilio huiusmodi conspiratoribus fauent, assistant, & iuuant, d. l. Quisquis, imò ipsorum li-
9 beri, † conspirationum tamen non conscii, vniuersis parentum suorum bonis confiscatione priuantur, itaque efficiuntur insuccessibiles, sola ipsis vita relicta Ang. in §. Interdum num. 7 instit. de hæred. quę ab intesta. defer. Addam maiora: Tanta est
10 huius † facinoris enormitas, tamque odiosa legibus ac principibus, vt per conspirationem voluntas non secus puniatur quàm ipsum factum: potissimum, si externo quopiam actu certoque indicio isthæc voluntas constiterit, aut probata fuerit, d. l. Quisquis, C. ad l. Iul. Maiest. & Ang. in l. fin. §. fin. ff. quod quisque iuris. Archidiaco. in c. Ego, 12. q. 2. nota per Specul. tit. de calum. habetur in l. 1. ff. de extraordinar. criminibus & in l. Aut facta §. Euentus, ff. de pœnis, per doctor. in l. Si quis non dicam
11 rapere, C. de episcop. & cleric. † Itidem puniuntur, qui istius criminis fuerunt conscii, & non prodiderunt, Bartol. in l. Vtrum, ff. ad l. Pompeiam de parricid. Ioan. Andr. in c. Petrus de homicid. Specul. in tit. de legat. § Iuxta in 4. colum. in versic. Quid si amici. D. Philipp. Decius in regula, Culpa
12 caret, ff. de regu. iur. Cæterum si † quispiam suæ conspirationis pertæsus, reliquos præcipuos huius criminis authores, & facta fideliter prodiderit: huic certè de commisso
13 prius crimine, danda erit venia. Porrò † conspirationis aduersum Principem pœnā, solus ipse sibi vindicat Princeps aut Princi-
14 pis concilium. Quæcunque autem † mulieres huiusmodi audent committere crimen aut veneno, aut incantationibus, grauius puniendæ sunt, quam viri, & semper
15 igni consumendæ. Huius † criminis delatores quosvis, iura admittunt citra vllam exceptionem, l. Famosi, & l. In quæstionibus, & ibi Bart. ac sequaces, ff. ad l. Iul. Ma-
16 iestat. Et animaduertendum est, in hoc † crimine læsæ Maiestatis procedi summarie, de plano, sine strepitu, & figura iudicii, text. in extrauag. Ad reprimendam, & ibi Bartolus. Priusquam huic capiti finem imponam, adiiciam adhuc vnum vel alterum
17 verbum, vtrum liceat † intercedere pro obnoxiis crimini læsæ Maiestatis? Paucis respondendum negatiuè, per expressam l. Quisquis, §. Denique iubemus, Cod. ad l. Iuliam Maiestatis, continentem, qui pro obnoxiis crimini læsæ Maiestatis intercesserunt, notabiles & infames fiunt, sine & absque venia. Si quid autem præter ista requiris, consule Dominum Martinum Laudens. doctorem celeberrimum in suo tractatu de crimine læsæ Maiestatis, Dominum Franciscum Lucanum à Parma, insignem iuris vtriusque doctorem ac practicum, in suo tractatu de priuilegio fisci, in secunda parte de crimine læsæ Maiestatis, Dominum Nicolaum Boërium, Iuris vtriusque interpretem clarissimum, in suo eleganti & præclaro tractatu de seditiosis,

omnibus profecto, ciuitatum, villarum, castrorum Dominis, Scabinis seu Consulibus, ac cæteris reipublicæ administratoribus vtili ac necessario. Et D. Ioan. de Terra rubea, in suo non aspernando libro contra rebelles suorum regum, latè hãc materiam diuersis in locis examinantem: nempe in textu art. 2. tract. 2. fol. 47. Et in textu art. 5. tract. 3. fol. 36. & 37. Item in text. art. 3. tract. 3. fol. 57. Item in gloss. super verbo, capite, folio 76. quem per occasionem videre poteritis.

CAPVT LXIII.

De Seditionibus.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 63.

1 *Conspirator, crimen læsæ Maiestatis incurrit.*
2 *Quæ pœna conspiratorum.*
3 *Qui seditiosi habendi.*
4 *Quæ congregationes illicitæ.*
5 *Quæ seditiosorum pœna.*
6 *Quæ autoris seditionis pœna.*
7 *Seditiosorum appellatio nulla.*
8 *Principi rimanda seditionis origo.*
9 *Quid, si Officiarii seditionis caussa fuerint?*
10 *Si primates populi in officiarios exurgant, quid, & quæ pœna.*
11 *Tota ciuitate seditionem committente, qui plectendi.*
12 *In vniuerso populo plectendo, vtendum cautela.*
13 *Vxor rebellis si ex forma statuti, aut statutorum non potest stare in ciuitate, ea effecta vidua poterit reuerti & stare.*
14 *Congregatio in qua aliquid pactionibus vel statutis firmatur, habet diuersa nomina.*
15 *Seditio vbi habeat locum?*
16 *Multitudini non parcitur.*
17 *Multitudini quando parcitur?*
18 *Multitudo non excommunicatur, nec venit excommunicanda.*
19 *Mutationes & nouitates periculosæ & odiosæ.*
20 *Mutationes & nouitates plerunque discordiam atq; iniuriam pariunt.*
21 *Rebellem an occulte occidere cuiquam liceat.*

1 QVisquis vllam molitur † conspirationem aduersus rectores, administratores regionum, ciuitatum, aut rectores aliorum locorum Principis, vt hos interemptos curet, is sane crimen læsæ Maiestatis committit, atque ad hunc modum puniendus
2 fuerit. Principio ex † more plateatim equo, crati vimineæ insidens pertrahitur: mox decollatur: deinde quadripartitur ceu proditor, atque eiuscemodi quatuor partes ad quatuor publicas vias palam, ac publicè dependuntur & affiguntur. Postremò cuncta ipsius bona fisco adiudicantur: huc facit l. Proditores, ff. de re militari. Eadem quoq; pœna plectuntur omnes ipsius complices, cooperatores, criminis conscii & non prodentes, vt c. Præcedenti meminimus. Se-
3 ditiosi autem, † nempe, qui illicitas cõgre-
4 gationes populi cogũt (sunt enim † omnes illicitæ congregationes vititæ per doct. in l. Conuenticulam, C. de epis. & cleric. Illicitas autem intellige, quas iura reprobant) quique

quique furtiua conuenticula parant, ciues,
populumque vniuersum commotionibus
turbant, noxiam & tumultuariam factio-
nem concitant, de quibus certo constiterit,
ita vt de iis conuicti fuerint, ii puniendi e-
runt iuxta personarum qualitates, ac quan-
5 titatem, & conditionem suorum † delicto-
rum, alii suspendio, alii exilio, alii vltore
gladio, aut certè alia criminali mulcta, pro
ratione personarum, temporum, aut lo-
corum, secundum prudentiam Iudicis. l.
Si quis, ff. de pœnis, l. 3 §. Item qui, ff. ad
l. Corn. de sica. l. 1. & 2. C. de seditios. Quis-
6 quis † igitur talis seditionis author fuerit
(quod ea scelus sit nefarium) hunc profe-
cto conuenit extemplo publicam mortem
oppetere, vt cæteris sit exemplo, & timo-
rem incutiat. Idem mecum confirmat Mo-
destinus, qui huiusmodi seditionum con-
citatores damnatos statim ac publicè puni-
ri, reipublicæ interesse censet: ita vt eorum
7 appellationes non recipiendæ sint. l. Con-
stitutiones, & ibi Bart. Ang. Aretin. & mo-
8 derni, ff. de appellat. Si quando igitur † hu-
iusmodi populi seditio nascitur diligenter
obseruandum est Iudici, vnde ea seditio o-
9 riginem sumpserit: nempe, an † officiarii
vel senatores ob parum diligentem admi-
nistrationem iustitiæ aut alias ob caussas in
culpa sint. Quo in casu, Principis fuerit rem
vtrinque moderari, & sua prudentia con-
10 sopitam reddere. Verum si huiusmodi †
seditio populi, cum suis præfectis, guberna-
toribus, ac decanis simul aduersus Princi-
pem exurgat, ita vt ipsius officiarios violen-
ter adigant neci, atque ipsius Principis au-
thoritatem vsurpent & iura: in hoc casu to-
tus populus reus fit & obnoxius Principis
voluntati, ad proscriptionem bonorum &
vitæ, & ad extinctionem omnium priuile-
giorum ac immunitatum, nempe, vt Rei
criminis læsa Maiestatis. Sed hoc in casu ne
simul omnes insontes pereant cum nocen-
tibus, solent Principes frequentius vti gra-
tia & clementia, quàm rigore iustitiæ: ne
summum ius, multis fiat iniuria: huic nec
omnino incongruit c. Romana, in fin. de
senten. excommunica. libr. 6. Quamobrē
11 † ea in re tantum plectit principales seditio-
nis authores, & excitatores: alios detrunca-
tione capitis, alios exilio: nempe, extra
prouinciam, regionem, territorium, ciui-
tatem, oppidum, aut districtum, vbi sedi-
tionem concitarunt, relegatione atque pro-
scriptione, cōfiscatione bonorum alios pri-
uilegiorum ereptione, longinquis peregri-
nationibus alios; atque item in cæteris pro
suo arbitrio, arg. l. Qui cædem, ff. ad l. Cor-
nel. de sica. Idem sentit gloss. in l. Aut fa-
cta, ff. de pœnis: facit optime l. Si familia,
ff. Si famil. furt. fecis. dicat. huic summe
quadrat c. Sane de temporib. ordi. Totum
vero corpus talis ciuitatis, atque adeo totā
rempub. ob suam rebellionē punit inedia,
& paupertate: nempe magnis mulctis, ac
mulctarum impositionibus, aut aliis minus
12 pœnis, pro suo legitimo arbitrio. In hu-
iusmodi tamen animaduersione Prætori-
bus & Iudicibus (ne cui vlla fiat iniuria, sed
vt eiusmodi factiones, praui motus, & tu-
multus solummodo caueantur) recto sa-
neque consilio vtendum fuerit. Varia sunt
apud Thucydidem, Ciceronem, atque a-
lios scriptores seditionum ac factionum ex-
empla, eaque grauia, & nefaria, quorum a-
liquot vel nostra memoria conspecta sunt.
Quæ omnia breuitatis studio, & ex caussa,
prætermissa volumus. Antequam præsens
cap. absoluam, add. in sequentia materiæ
13 non incongrua. † Vxor rebellis si ex forma
statuti aut statutorum nō potest stare in ci-
uitate, ea effecta vidua, an poterit reuerti &
stare? Videtur affirmatiue respondendum,
quod sic: quia finita caussa odii, videtur fi-
niri odium, D. Bart. in l. Titia, § Vsuras, ff.
de legat. secundo, facit l. Cui eorum, §. Af-
finitatis, ff. de Postulando. Nec absurdum
erit etiam addere sequentes tabulas.

14 Congregatio in qua aliquid partitionibus vel statutis firmatur, habet diuersa nomina, secundum quod congregati ei nomen imponunt, vel secundum quod ius imponit. Nam aliquando vocatur

1. Vnio,
2. Consideratio,
3. Secta,
4. Conuenticula,
5. Coniuratio, id est, simul iuratio,
6. Conspiratio, i. simul spiratio,
7. Monopolium,
8. Consilium.

15 Seditio habet locum

1. In Exercitu,
2. In Classe,
3. In Campo,
4. In Schola, &
5. Vbicunque multitudo est hominum.

Neque silentio prætereunda sunt, quæ ad
hanc materiam tractat Ioannes de Terra
Rubea Iuris vtriusque Doct. celeberrimus,
in suo aureo, singularique opere, contra
rebelles suorum Regum 3. tract. cum apo-
stillis Dom. Iacobi Donandi, vtriusq; Iuris
Licentiati: vbi multas singulares diuersas-
que quæstiones huic materiæ ac tempori
non incongruentes ponit, disputat & exa-
16 minat: Primo, Multitudini non † parci-
tur in textu, articul. 10 tractat. 3. folio 94.
17 Deinde, Multitudini † quando parcitur, in
glossa super verbo, Multitudine, folio 88. &
in glossa super verbo Venia fol. 94. Tertio,
28 Multitudo non † excommunicatur, nec
venit excommunicanda, dicit glossa super
Matthęum 13. cap. & in glossa super verbo
Seueritate, folio 103. Quarto, Mutationes
19 † & nouitates periculosæ sunt & odiosæ, in
glossa super verbo: Non recognoscit, folio
20 34. Item plerunque discordiam † atque
iniuriam pariunt, c. Qui consuetudine, &
ibi Alb. Panorm. de consuetud. & ibi Io-
ann. Andreę, quos per otium & occasionem
21 videre licebit. Rebellem an † occultè oc-
cidere liceat? Dicendum quod sic: quia i-
pso facto hanc pœnam incurrit, glossa in
verbo Rebellando in extrauag. Qui sunt re-
belles. Interim tamen hanc materiam vide-
te copiosè tractatam à clariss. viro D. Nico-
lao Boërio, I.V. interprete acutissimo, in suo
eleganti tract. de seditiosis.

CAPVT LXIIII.

De priuatis carceribus faciendis.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 64.

Priuati carceris reus, quo supplicio afficiendus.

Quisquis { *Filium, Filiam, Seruum, Seruam, Vxorem, Amicam,* } *Carceribus aut cubiculis includit, non perpetuo priuati carceris crimini sit obnoxius.*

Paria

Paria sunt { *Sub vinculis esse,* & *Sub custodia esse, datis fideiussoribus.* }

PRiuata authoritate vllos conficere, aut habere carceres, non abest à crimine: adeo vt quisquis priuatos citra authoritatem Principis carceres parat, quibus etiam criminosos vi, & contra ipsorum voluntatem vltra 20. horas includat, in crimen læsæ Ma-
1 iestatis is incidat: ob quod vitæ † priuatione, & gladio cum bonorum confiscatione plectendus erit, vt tradit Imperator in l. vnica, C. de priuat. carceribus inhiben. & ibi Cynus Bart. Bald. variique scribentes. Sed
2 † hoc fallit in parentibus & dominis, qui suos liberos & seruos, castigandi, atq; à malo correcendi gratia, vinculis, carceribus, aut aliis clatratis repagulis domi detinent. Ratio enim isthæc quoniam ad correctionem, & ad suorum resipiscentiam spectat, non immeritò, nec præter æquitatis legem ipsis permittitur. Dicta igitur hæc lex intelligenda est, si quādo ad solam custodiam alios priuatis suis carceribus constringunt: Cynus in d. l. vnica, cui adstipulatur Bart. Chassan. in Comment. consuetud. duca. Burgundiæ, Rubrica. *Des iustices, & droicts d'icelles* num. 54. subiungens, quòd etiam quis dicitur committere carceris priuati crimen, qui aliquem ponit sub custodia, da-
3 tis fideiussoribus: Paria enim sunt, † quempiam sub vinculis esse, vel sub custodia datis fideiussorib. Luc. de Penna in l. Si grauius. C. de digni. lib. 12. & in l. seq. eo libr. Item fallit in maritis, qui zelotypia perciti, aut alia simili ex caussa, suas vxores strictè cubiculis inclusas domi detinent: imo si verius perpenderis, comperies huiusmodi nullum priuati carceris erecti crimen committere: faciunt nota ita gloss. fin. & ibi Hostiens. Ioan. Andr. & Panorm. in c. Quemadmodum, extr. de iureiurando, in l. Consensu, & Authent. Sed nouo iure, C. de repud. text. singularis cum gloss. in c. Placuit, 33. q. 2. Idem Panorm. in c. Cum contingat, num. 20. extr. de foro competen. Vbi inquit, marito, patri & domino, vxorem, filium & seruum castigare, carceri mancipare, ad ieiunia cogere salutaria, licere. Sicuti nec ii, qui amore capti aut pro sui animi libidine, suas amasias secretò vspiam in cubiculis inclusas continent, modò ipsis nullam vim inferant, Bart. in l. Verum, ff. de furt. Ioan. de Vilemati, in repetitione l. Diuus, ff. ad l. Cor. de sicariis, num. 89. & 90. Cizialup. in repeti. l. Si qua illustris, C. ad S. C. Orficia. colum. 8. & D. Ioan. de Neuizanis in sua sylua nuptiali. Est nubendum, folio lib. meo 74. de his iam satis.

CAPVT LXV.

De monetæ adulteratoribus.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 65.

Quintifariam crimen adulterandæ monetæ committitur. Si
1 *Excudatur citra authoritatem Principis.*
2 *Falsa & iniqua excudatur.*
3 *Monetæ inscriptio adulteretur.*
4 *Iustæ monetæ pondus auferatur.*
5 *Adulterina moneta in vulgus spargatur.*
6 *Qui veri monetarum adulteratores.*
7 *Quibus apprehendi monetarios potestas.*
8 *Quæ pœna monetarios non deferentibus.*

9 *Domicil.a ad excudendum falsam monetam elocata, fisco adiudicanda.*
10 *Moneta adulterata condemnatis, omnis interdicitur appellatio.*
11 *De sectis ac furtiuis monetariis.*
12 *Moneta debet cudi talis, vt possit vbique expendi. remissiue.*
13 *Moneta debet tantum valere in massa, quantum formata, remissiue.*
14 *An possit vna moneta plus valere in vna ciuitate, quam in alia. remissiue.*
15 *An possit quis cogi recipere monetam alterius patria. remissiue.*

CRimen adulterandæ monetæ quintifariam cōmittitur. Primo,
1 † monetam excudendo absque vlla Principis authoritate aut permissu: atque is committit crimen læsæ Maiestatis, & ex iure ilico, omni dilatione summota, punitur gladio, l. 1. C. de fals. monet. aut igni & proscriptione bonorum, l. 2. C. eod. tit. etiamsi excusa ipsius moneta iusta sit, æqui ponderis & precii. Non enim ipsius est, publicam excudere vel formare monetam: sed solius Papę, Imperatoris, Regis, Principis, aut alterius authoritatem habentis à sede Apostolica, vel ab Imperiali, vel Regali Maiestate, aut à Principe: vel certe ex antiqua consuetudine, à tempore cuius non extat memoria, introducti, gloss. in Rub. de veter. numis. potest. lib. 11. C. Facit in ratione sui c. Super quibusdam, §. Præterea, ext. de verbo. signific. quæ quidem consuetudo, cuius scilicet nulla extat memoria, ius ac priuilegium inducit l. Hoc iure, §. Ductus, ff. de aqua quoti. & æstiua l. 1. §. vlt. ff de aqua plu. arcen. c. Hoc quippe, 3. q. 6. c. Conquestus, 9. q. 3. c. Mos antiquus, 63. distinct. l. Testamẽta, C. de testament. Quocirca quum talis consuetudo ius inducat, minimè necessum est vllum titulum allegare: quod alioqui requiritur in cōsuetudine 30. annorum, teste gloss. in verb. Non extat memoria, in d. c. Super quibusdam, §. Præterea. His itaque consideratis, fit, vt monetam excudere ad regalia pertinere dicamus, vt in can. Vnico. Quæ sint regalia in vsib. feudor. cum ibi notatis. Secundò monetam falsam
2 † excudendo pondere, aut materia, nempe si æs, aut metallum inauret, aut si stannum vel electrum inargentet: is similiter crimen læsę Maiestatis incurrit, & pari pœna cum superiori punitur, etiamsi ab ipso Principe sibi facta fuisset libera monetæ excudendæ potestas, l. 1. in princ. C. de fals. monet. & in l. Quicunque numos, & l. seq. ff. ad l. Cornel.
3 de fals. † Tertio adulterando ac falsificando monetæ imaginem aut superscriptionem, aliam imprimẽdo formam ac effigiem, qui simili crimini læsæ Maiestatis, & pœnæ simili fit obnoxius l. lege Cornelia testamẽtaria, in exordio, ff. ad l. Corn. de fal. Quar-
4 tò, † corrumpendo numorum pondera supra ordinationem Principis: nempe, numis non tribuendo pondus æquum, plenum & consuetum, aut iusti ponderis numos circumcidendo, eoque modo ponderis æquitatem auferendo, vt volunt Doctor. in l. Lege Cornelia cauetur, ff. ad l. Cor. de fals. & est gl. 1. super ver. defraudata, in c. Quanto, & ibi Panorm. ext. de iureiurand. & in l. 1. C. de veter. numismatis potestate lib. 11. Hi enim vt fures, quodque indignissimum furtum committant, patibulo & laqueo
5 plectuntur. Quintò, † qui corruptã & adulterinam monetam ab aliis coemunt, & in vulgus elargiuntur, de quo per Doct. in d. l. Lege Cornelia cauetur, ff. ad l. Cornel. de fals. Panorm. in præallegato c. Quanto. Hi autem puniuntur extraordinariè ad arbitrium Iudicis. arg. l. Sacculari in princ. & ibi gloss. ff. de variis & extraord. criminib. Hactenus autem omnia intelligas oportet,
6 † de adulteratorib. monetæ suiipsius Principis, vel alterius Principis, in cuius ditione ea falsitas contigisset: aut certe intelligendum est de ea moneta alterius, quam suus Prin-

Princeps ex ordinatione, curſum (vt vocāt) habere ſinit & permittit. Quandoquidem ſi ea adulteratio eſſet numorum exteri cuiuſdam Principis, quiq; in ſui Principis regione nullius eſſent vſus, crimen hoc leuius ac mitius puniendum foret, gloſſ. 1. in d. c.
7 Quanto. Cæterum huius † criminis Reorum, omnes apprehenſores eſſe poſſunt, nō
8 minus ipſæ mulieres quàm viri. Et huius † criminis enormitas tam eſt exoſa Principi, & indigna legibus, vt ipſos etiam conſcios, & crimen non propalantes, non ſecùs plectendos eſſe leges iubeant, quam ipſos principales authores. Deinde vt accuſatores etiam ſuccumbentes, nequaquam, vti calumniatores in aliis cauſſis puniantur: omnia autem iſthæc probantur, l. 1. C. de falſ. monet. & gloſſ. in d. c. Quanto, in verb. defraudata.
9 † Præterea tam habent leges exoſam monetæ adulterationem, vt fundum, aut domū in qua dicta adulteratio peracta probatur, arreſtandam eſſe velint & fiſco adiudicandam: viduarum tamen ac pupillorum domibus ſemper exceptis, quos ſpeciali dignos indulgentia credidit Imperator in d. l.
10 1. C. de fal. monet. Poſtremo, † quò maiorem huius criminis enormitatem omnibus propalam facerent leges, Doctores voluerunt, vt monetæ adulteratæ condemnatis, omnis interdiceretur ad aliud tribunal appellatio, vt per Specul. in tit. de appellat. §. 2. verſic. 29. & d. gloſſ. in verb. defraudata, d. c. Quanto. Atque hactenus de notiſſimis monetarum adulteratoribus & circumciſo-
11 ribus. In † quos quum tam acriter animaduertant iura, quid quæſo pie Lector de iis pecuniarum mercatoribus, imo reipublicæ bonorum deprædatoribus peſſimis, ſtatuendum cenſes: qui nihil habent penſi, quomodo Reipublicæ dignitas, vtilitas, & maieſtas ſuccedat, floreat, an pereat, modo vnico ſuo quæſtuoſo compendio ſtudentes, ſibi proſint per faſque nefaſque? Qui ad burſas, & ſcrinia quorumlibet mercatorum paſſim inuigilant, venantes in re certiſſima certiſſimum lucrum, vt pro optimis, monetas reddant peſſimas. Quomodo inquies? Accipe, re ipſe, & exemplo doceberis. Adeunt hi nefarii prædones opulentiſſimos quoſque mercatores, rogant quot Reales, quot ducatos, quot angelatos, quot nobiles (& ita de reliquis optimi auri numis) habeant, eos alia moneta commutare (nēpe peiori, tametſi hoc diſſimulent) modis omnibus efflagitant: offerentes ad ſingulos dictos numos vltra communem valorem & curſum aliquid lucri: ſcilicet groſſum, aut 2. groſſos. Mercatores itaque cernentes certū numorum ſuorum lucrum, præter omne diſpendium procliuiores ſunt ad commutationem: optimæ monetæ ſuæ pecuniam numerant: cum alia pecunia (cuius etiam vſus eſt, licèt ea peior ſit) lucri cauſſa commutant. Prædones vero illi acceptam hanc optimam pecuniam pro peſſima, poculo aurario immittunt: liquendam curant, talemq; auri maſſam ad alienas regiones deferunt: eam iniqua commiſtura vitiant: & peioris monetæ, peiorisque valoris numos ex ea excudendos curant: ex quibus mirum quantum lucri compendium, imò quātum animæ diſpendium faciant. Porro hanc iniquæ monetæ pecuniam, magnam paſſam metamorphoſim, rurſum ad noſtrates regiones, rurſum cum optimo auro cōmutādam, perferunt, vt prius. Hæc quum quotidie per ipſos fiant, quid quæſo aliud quam Rempublicam prædantur, regiones noſtras optimo auro ſpoliantes, & auro opplentes peſſimo? Quo itaque ſupplicio dignos cenſes pie Lector hos furtiuos monetæ corruptores, ſi tam atrociter in apertos adulteratores leges ſæuiant? Certè meo iudicio (& ſi tenui) cum ſcelere & damno ſint iſtis non impares, imò pernicioſiores, cenſuerim eos dignos in quos leges fiant occulatiores, & in quos Principes tandem, vt in alios, grauiter quoque animaduertere incipiant. Hęc habui pie Lector, quę de tā nefariis prædatorib. zelo Reipublicę cōmemorare libuit.

Si quis tamen hanc materiam latius videre ac examinare voluerit, cōuolet ad Albertum Brunum Astensem, in suo insigni tractatu, De augmento & diminutione monetarum, in vltima conclusione, vbi in-
12 ter alia sustinet, quod moneta † debet cudi talis, vt possit vbique expendi. Item, quod
13 † moneta tātum debet valere in massa, quā-
14 tum formata. Item, an possit † vna moneta plus valere in vna ciuitate, quam in alia,
15 & an † possit quis cogi recipere, monetam alterius patriæ, &c. quem lector tempore opportuno videre poterit.

CAPVT LXVI.

De confiscatione bonorum.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 66.

1 *Crimini læsæ Maiestatis annexa est bonorum confiscatio.*
2 *Aliis criminibus, non adhæret confiscatio bonorum.*
3 *Confiscatio bonorum, etiam innocentes lædit.*
4 *Quæ feuda seu fundi confiscatione cedunt* { *Dominis.* / *Principibus.* }
5 *Feuda confiscata ac fundi non cedunt hæredibus.*
6 *Criminosorum vxores non confiscantur suis dotibus, nisi, &c.*
7 *Filii ac hæredes confiscantur hæreditate criminosorum.*
8 *Cur filii parentum criminosorum hæreditate indigni.*
9 *Quando filii parentum criminosorum hæreditate non priuantur.*
10 *Confiscantur non solum merces, sed & vasa, & iumenta, quando ad hostes deferuntur, remissiue.*
11 *Confiscari quando debeant animalia deferentia merces prohibitas, remissiue.*
12 *Confiscari an debeant merces in via ad hostes inuentæ? remissiue.*
13 *Confiscata bona non recuperat quis, pendente iudicio purgationis vel abolitionis, remissiue.*
14 *Confiscata bona, an fisco regis vel dominis locorum applicentur? remissiue.*
15 *Confiscata sunt bona à tempore hæresis, vel læsæ maiestatis, licèt non apprehendantur, nisi lata sententia. remissiue.*
16 *Confiscatio peti non potest ante condemnationem. remissiue.*
17 *Confiscatio, quando fiat ipso iure, & quando ope exceptionis, remissiue.*
18 *Confiscatio quando fiat ob incestas nuptias?*
19 *Confiscationem datam potest abolere princeps.*
20 *Bona omnia tam mobilia, quam immobilia committentis crimen læsæ maiestatis veniunt confiscanda.*
21 *Falsam monetam cudentis, bona debent applicari fisco.*
22 *Domus etiam, in qua falsa moneta fabricatur, fisco applicatur.*
23 *Bona alienata in fraudem fisci, fisco confiscantur.*
24 *Bona committentis crimen legis Corneliæ de sicariis, publicantur, & fisco applicantur.*

Falsum

25 *Falsum committentis bona omnia publicantur, & fisco applicantur.*
26 *Stuprum committentis bona, pro dimidia parte aliquando confiscantur.*
27 *Crimen l. Iulia de vi publica committentis bona, pro tertia parte fisco applicantur.*
28 *Euellens terminos statutos fines mutando, punitur in quinquaginta aureis fisco applicandis.*
29 *Committens crimen legis Iulia repetundarum, punitur in quadruplum, qua pœna fisco applicatur.*
30 *Hæretici bona debent confiscari, & fisco applicari.*
31 *Contra hæreticum mortuum & iam defunctum etiam potest procedi, vt bona eorum confiscentur, & applicentur fisco.*
32 *Diuinatorum, & eos inuocantium bona, fisco applicari debent.*
33 *Exactorum publicorum lucrum quod faciunt sine licentia principis, debet esse publicum, & fiscus potest ab eis illud repetere.*
34 *Omnia male quæsita, fisco applicantur.*
35 *Bona super quibus signa principis posita sunt, præsumitur esse facta incorporatio.*
36 *Omnia bona monopolium committentis, fisco applicari debent.*
37 *Collegiorum illicitorum bona publicantur, & confiscantur.*
38 *Quando collegium destruitur, & reprobatur a principe, bona eius tanquam vacantia pertinent ad fiscum.*
39 *Milites nolentes accipere annonam certo tempore eis debitam, fisco debet applicari.*
40 *Quando aliquis, cui est bonis interdictum a lege, propter delictum seu crimen læsæ Maiestatis, si sit hæres institutus, non potest adire hæreditatem, sed fiscus.*
41 *Nouum vectigal subditis suis imponens, si accusatur criminaliter, punitur pœna dupli fisco applicanda.*
42 *Hospitantes eos, qui merces illicitas deferunt, puniuntur pœna exilii, & publicationis bonorum.*
43 *Si Comitatensis faciat emere rem pro eo à magnate, vel ciue priuilegiato, & non subsit oneribus, talis res fisco applicatur.*
44 *Defendens bona hominum delinquentium & peccantium tanquam alienata, vel cessione facta, punitur in quadruplum.*
45 *Interficiens eum, cui succedere debebat, non amplius succedit, sed fiscus: nisi sit alius non interficiens in eodem gradu cum interfectore.*
46 *Legata incapacia, fiscus aufert.*
47 *Fiscus aufert hæreditatem tanquam ab indigno, ab illo qui non adhibuit medicos defuncto.*
48 *Metu instituto hæredi, hæreditas aufertur & applicatur fisco.*
49 *Maledicens principi, quia committit crimen læsæ Maiestatis, poterunt bona eius publicari, & fisco applicari.*
50 *Inquietans funus punitur in publicatione tertiæ partis bonorum.*
51 *Violans sepulchrum punitur pœna 20. librarum auri, fisco applicanda.*
52 *Qui confugit ad alterius patrimonium, &c. punitur si sit nobilis in centum libris auri: mediocris in amissione facultatum suarum.*
53 *Rusticos ad obsequia cogentes, qua pœna puniuntur?*
54 *Thesauri arte magica quæsiti & inuenti, debent fisco applicari.*
55 *Iudex intra 30. dies reum non liberans aut condemnans, in 20. libris auri condemnari debet, quæ fisco applicantur.*
56 *Commentarienses debent tenere carceratos ligatos bono, & competenti ligamine.*

57 Non præsumitur datum ferrum carcerato vel aliquod aliud ex quo aufugit: nisi ex negligentia, & culpa ipsius commentariensis.

58 Iudex non audiens volentem facere suam defensionem, quando inquietatur pro grauitatibus, condemnatur in 30. libris auri.

59 Quando Iudex non facit sedere doctores in sua societate, tunc punitur in tribus libris auri fisco applicandis.

60 Iudices qui pro priuatis, vel fiscalibus debitis mulierem in carcerem intrudunt, maiores puniuntur in 20. libris auri, minores in decem.

61 Ludens ludo azardi, debet pœna extraordinaria puniri, & cum publicatione domus.

62 Tutoris pupillam stuprantis, vniuersa facultas fisco vendicatur.

63 Accipiens equos deputatos spectaculis: & vtens ad sui commodum, in vna libra auri punitur fisco.

64 Res cadens in commissum, ipso iure efficitur sub dominio fisci.

65 Arbores iuxta publicos aquaductus plantans, quæ aquaductui publico nocent, publicantur.

66 Bona apostatarum publicantur, & dominio fisci facultates eiusdem vendicantur.

67 Plaustra, aut naues tempore belli occultantis, publicari possunt, si bellum sit iustum.

68 Dos vxoris hæretici (si sciuerit ipsum hæreticum) confiscatur.

69 Pecunia à præsidibus pro eorum officiis recipiens debet reddere quadruplum, bona eius confiscabuntur, & cingulo priuabitur.

70 Committentes in legem Iuliam de annona, punitur in 20. aureis.

71 Defraudantes fiscum, puniuntur in duplum.

72 Rem litigiosam alienans, compellitur rem non tantum redhiberi, sed precio eius priuatur: non vt lucrum cedat ei, cui rem alienauit, sed vt etiam alia tanta quātitas ab eo fisci iurib. referatur.

73 Vitium litigiosi non impedit confiscationem.

74 Committentes ambitum, puniuntur in centum aureis: & fiunt infames.

75 Committentes sacrilegium, puniuntur pœna extraordinaria.

76 Falsificans mensuras, & pondera, puniatur pœna extraordinaria.

77 Pondera, & mensuræ non debent augeri, nec minui.

78 Accipiens pecuniam ad aliquod opus publicum faciendum, & non expendit: sed in se retinuit, vel aliter in vsus proprios conuertit: punitur ad restitutionem dictæ pecuniæ, & in triplum plus quod habuit, fisco dandum.

79 Iudices singulis diebus dominicis debent prouidere carceratis, ne quid eis deficiat, sub pœna librarum 20. auri.

80 Qui defert fisco, & non probat, tamen debet dare fisco, quantum detulit, nisi ex necessitate officii faciat.

81 Omnia bona vacantia sunt fisco applicanda.

82 Bona seipsum interficientis desperatione criminis perpetrati, fisco confiscantur.

83 Assessor qui ablata restituit, ea in quadruplum restitui iubemus; quæ docebuntur ablata, vt duplum spoliatus accipiat, & duplum fiscus acquirat.

84 Portiones eorum, qui mortem libertorum suspecto decedentium, non defenderunt, fisco vendicantur.

85 Viam publicā occupantes pœna quinquaginta librarum auri puniūtur, quæ fisco applicari debent.

86 Quod relinquitur per militem mulieri, quam stuprauit, applicatur fisco.

87 Si is, cui quis est rogatus restituere legatum, dixerit illud falsum, fisco applicabitur.

88 Excommunicatus ex contumacia, qui sustinuit excommunicationem per annum: bona eius debent confiscari.

89 Iudex

89 *Iudex pecunia corruptus, id est, qui aliquid accipit à partibus in initio litis, si in causa ciuili, punitur in triplum cum amisione officii: si vero in causa criminali, mittitur in exilium, & bona eius confiscantur.*
90 *Pars, quæ iurauit se dedisse, & non probauit, bona eius confiscantur.*
91 *Vide casum, in l. Qui contra, C. de incest. nupt. &c.*
92 *Quid in Bastardo moriente sine liberis ex consuetudine? remisiue.*
93 *Quæ confiscationes competant principi: & quæ domino, altam iustitiam habenti: remisiue.*
94 *Quo modo intelligatur,* Qui confisque le corps. *&c. remisiue.*
95 *An bona eius, qui obiit in carcere, antequam ferretur sententia, confiscentur? remisiue.*
96 *An bona deportatorum confiscentur? remisiue.*
97 *An mors ciuilis naturali æquiparetur, quo ad publicationem bonorum? remisiue.*
98 *An bona ad mortem condemnati lata sententia absq; alia declaratione sint publicata? remisiue.*
99 *Confiscatio omnis ad principem spectat? remisiue.*
100 *An confiscatio bonorum extendatur ad bona in alio territorio sita? remisiue.*
101 *Confiscans succedit vt hæres, remisiue.*
102 *Fiscus successor, remisiue.*
103 *Bona sequuntur conditionem personæ. remisiue.*
104 *Confiscatio trahitur ad bona mobilia extra territorium. remisiue.*
105 *An nomina debitorum veniant appellatione mobilium? remisiue.*
106 *Bona propter crimen raptus confiscata, applicari debent raptæ: remisiue.*
107 *Dos mulieris non venit in confiscatione bonorum mariti. remisiue.*
108 *Dos propter delictum mulieris, publicari non debet matrimonio constante. remisiue.*
109 *Legitima filii viuo patre in confiscatione bonorum filii delinquentis non venit. remisiue.*
110 *An ius patronatus cadat in confiscationem. remisiue.*
111 *An emphyteusis ecclesiastica cadat in confiscationem? remisiue.*
112 *An feuda posint confiscari? remisiue.*
113 *An res donatæ veniant in confiscatione? remisiue.*
114 *Alimenta non possunt confiscari. remisiue.*
115 *An legitima confiscari possit? remisiue.*
116 *Bona futura non possunt confiscari. remisiue,*
117 *Legata quorum dies non cesit, non confiscantur. remisiue.*
118 *Bona ecclesiæ propter delictum prælati non confiscantur. remisiue.*
119 *Confiscata domo propter ludum, confiscantur vt bona in ea existentia. remisiue.*
120 *Bona confiscata cui applicanda? remisiue.*

1 IN crimine † læsæ Maiestatis perpetuo cōsectatur bonorum confiscatio, nempe, ob criminis enormitatem & odium: ita vt hîc nulla sit opus noua promulgatione bonorum confiscationis, quæ crimini læsæ Maiestatis ex sententia lata perpetuò est annexa, vt in l. Quisquis, C. ad l. Iulia. Maiestat. & in Authent. Bona damnatorum Cod. de bon. proscript. seu damna. l. Ex iudiciorum, ff. de accusat. & l. Post contractum, ff. de donat.
2 In aliis † autem criminibus planè oportet confiscationem sententia noua esse pronunciatam, teste Angel. de Aret. in suo insigni tractatu maleficiorum, in gloss. super verb. Eius bona publicamus: vel ex hac ratione potissimum, quod omnis bonorum proscriptio seu confiscatio ex sua natura odiosa sit, & ferè in detrimentum, &
3 perniciem eorum † vergat, qui innocentes
4 sunt, & culpa vacant. Porrò in feudis † ac

fundis criminosorum, duplex est distinctio. Quandoquidem feuda & fundi, quæ criminosus habet eo loco, vbi crimen patratum est, ea sequuntur dominos eiusdem loci. Verum feuda, & fundi sita in aliis locis, vbi crimen non est commissum, non consequuntur eorundem locorum dominos. sed ipsum Principem, non secus, quàm ipsa bona vacantia. Ad hæc nequaquam grauabimini videre Baldum in l. Cunctos populos, C. de summa Trinitate, & fide catholica, versus finem, ibi: Vlterius quæritur: Bartol. & omnes modernos in l. Si finita, § Si de vectigalib ff de damno infecto. Guido. Pape in suis decisionibus, quæstione septuagesima octaua, & quæstione trecentesima quadragesima prima. Ratio
5 † autem cur ea feuda ac bona Principi potius cedant, est, quod videlicet nec hæc, nec illa fas est liberis ac hæredibus vllo iure sibi vendicare seu apprehendere dicta Authentica, Bona damnatorum & ibi Baldus ac sequaces, necnon in Authentica, vt nulli iudicum, § final. collatione 9. constitutione 9. vnde dicta Authentica deprompta
6 est. De † vxorum autem dotibus hoc sciendum est, quod nec dotis vxoriæ, nec aliorum bonorum potest esse proscriptio seu confiscatio ob maritorum criminosa delicta, Authent. Bona damnatorum. & d. Authent. vt nulli iudicum, nec non d. l. Quisquis, § Vxores. Hæc tamen intelligenda sunt, nisi ipsa criminis fuisset aut particeps, aut conscia. dicta l. Quisquis, § Id quod. Fi-
7 liorum † verò bona paterna, iure confiscanda sunt. Nam regula generalis est: Quotiescunque hæreditas aufertur aliquibus, tanquam hæreditate indignis, ea Fisco applicatur, l. Lucius, ff. de iure fisci, l. Papinianus, § Meminisse, ff. de inoffic test. Porrò
8 istiusmodi † liberi propter delictum paternum huic confiscationi redduntur obnoxii, vel ex eo, quod procreati sint ex damnatorum ac reiectorum sanguine: & cum sanguinis delicta consectentur hæredes (d. l. Quisquis, §. Filii vero) merito habēdi sunt liberi eadem paterna hæreditate indigni, etiamsi ex alieno vitio isthæc infectio sanguinis processerit. Deinde quod prædicta l. Quisquis, præsumat ac arbitretur eos esse hæredes criminis paterni, & paternæ audaciæ successores: idcirco etiam ipsam hæreditatem successionis, veluti ab indignis, Fiscus auferre debet. Atque isthæc est aperta sententia Cyni in d l Quisquis, in 3. colum. Quin & de istis iura sunt rationibus amplissimis referta: quocirca de iis supersedeo.
9 Verum enimuero † ista omnia sanè intelligenda sunt: quandoquidem filii hac bonorum paternorum proscriptione iure absoluendi sunt, quando parentum, aut maiorum crimina tempori aperiunt, & deferunt, frequenter præcitata l. Quisquis, §. fin. In omni criminali exilio ob contumaciam pronunciato, condemnatur contumax pœna scilicet prius proclamatione pronunciata, quemadmodum meminit excellentissimus Iurisconsultus & practicus D. Nellus de sancto Geminiano, in suo insigni ac præclarissimo tractatu de Bannitis. Antequam finem huic capiti imponam, aliquot quæstiones, partim remissiue & partim non, adiicere proposui, quia eius materia communis est, ac quotidiana. Prima
10 est, † Confiscantur non solum merces, sed & vasa, & iumenta, quando ad hostes deferuntur. Vide Domin. Nicolaum Boerium in suis decisionibus aureis, quæstione 178.
11 num 22. folio 90. part. 1. Secunda est: † Confiscari quando debeant animalia deferentia merces prohibitas? apud eundem Boerium quæstione 178. numero 28. folio
12 90 parte 1. Tertia est, † Confiscari an debeant merces in via ad hostes inuentę? apud eundem Boerium quæstione 178. numeris 29. 30. 31. 32. & 33. folio 190 parte 1. Quarta est, † Confiscata bona nō recuperat quis, pendente iudicio purgationis, vel abolitionis, apud eundem Boerium, q. 65. num. 5. &
14 6. fol. 84. parte 1. Quinta est, † Confiscata bona,

bona, an fisco regis, vel dominis locorum applicentur? apud eundem Nicol Boerium,
15 q. 284. num. 6. fol. 207. parte 2. Sexta est, † Confiscata sunt bona à tempore hæresis, vel læsæ Maiestatis. licèt non apprehendantur, nisi lata sententia, apud eundem Boerium, quæst. 277. num. 22. fol. 123. parte 2. Se-
16 ptima est, † Confiscatio peti non potest ante condemnationem, apud eundem Boerium, quæst. 63. num. 1. fol. 83. part. 1. O-
17 ctaua est, † Confiscatio, quando fiat ipso iure, & quando ope exceptionis, per eundem Boerium, q. 264. num. 10. 11. & 12. fol.
18 108. parte 2. Nona est, † Confiscatio quando fiat ob incestas nuptias? apud eundem Boerium, quæstione 264. numero 13. fol.
19 108. parte 2. Decima est, † Confiscationem datam potest abolere princeps, apud eũdem Boerium, q. 65. n. 4. fol. 84. part. 1. Præterea nec absurdum erit hic addere multos, ac varios casus, in quibus venit, & habet locum bonorum confiscatio ex dispositione iuris principaliter: vel in totum, vel in parte, cũ suis allegationibus subiectæ materiæ congruentibus, quorum meminit D. Bartholomæus Chassanæus, humanorum iurium Doctor eximius in suis commentariis consuetudinum Ducatus Burgundiç, sub Rubrica, *Des Confiscations*, §. 1. 2. & 3. Primus
20 casus est, † cuius etiã supra memini, quando quis crimen læsæ Maiestatis committit, quoniam pœna mortis venit puniendus: & omnia bona tam mobilia, quam immobilia veniunt confiscanda, l. Quisquis, C. ad
21 legem Iuliam maiestatis. Secundus † casus est: Si quis numos falsa effusione formauit: hoc est, falsam monetam fecerit, l. Si quis, C. de falsa moneta. Salicetus ibi reddens rationem, quia fabricans falsam monetam committere dicitur crimen læsæ Maiestatis: imo
22 etiam † domus, in qua falsa moneta fabricatur, ac cuditur, debet fisco confiscari, l. Penultima, C de falsa moneta. & aduerte: quia etiam hoc casu posset esse dubiũ, an debeat principi applicari, cum committitur crimẽ
23 **læsæ Maiestatis. Tertius casus est † quando** alienantur bona in fraudem fisco, ne commisso maleficis bona publicarentur, tũc talia applicantur fisco: prout tenuit Specul. in tit. de donat. §. final. vers. Sed pone, &c.
24 Quartus casus est in † committente crimen legis Corneliæ de sicariis, seu incidens in legem Corneliã de sicariis, & veneficis: quia tũc bona eius publicantur, & fisco applicantur, l. 3. §. legis Corneliæ, ff. ad l. Corneliã de sicariis. Quintus casus est, in commit-
25 tente falsum, † quoniam omnia bona eius publicantur & fisco applicantur, l. 1. §. final. ff. de fals. quod videtur hodie non esse verum per Authent. bona damnatorum, C. de bonis præscript. &c. quomodo autem puniantur de iure canonico, vide in c. Ad falsariorũ, extr. de crimine falsi. Sextus casus
26 est, in cõmittente stuprũ, † quia quandoq; punitur in confiscatione dimidiæ partis, §. eadẽ, Instit. de public. iudic. Septimus casus
27 est, in cõmittente † crimẽ legis Iul. de vi publica: quia cõfiscatur tertia pars bonorũ suorum, l. 1. in 1. ff. ad l. Iul. de vi priuata, & l. 2. & l. Si quis, & ibi per Bald. & Salic. C. ad l. Iul.
28 de vi publica. Octauus casus est, quod euellens terminos statutos vltra suũ gradũ fines mutãdo, punitur in 50. aureis fisco applicãdis, l. Agraria, & ibi Bart. ff. de termino amoto. Angel. plene in l. 1. C. de accus. Nonus
29 casus est, † in cõmittente crimẽ l. Iuliç repetundarũ quia punitur in quadruplum: quæ pœna fisco applicatur, iuxta gl. in l. 1. ff. ad l. Iul. repetund. distinguit tamen gl. in l. 1. C. ad l. Iul. repetund. dicendo sic: quia aut turpitudo versatur ex parte vtriusq;, sc. dantis & recipientis: & tunc est verũ quod dicendum est aut ex parte tantum: & tunc dimidietas tantũ fisco applicatur l. 3. C. de assessor. & illam gl. sequuntur ibi Doct. maxime Bald. & Salic. Decimus casus est contra hæreticũ,
30 † quia eius bona debent confiscari, & appli cari fisco, l. Manichæos, C. de hæreticis, imo
31 † etiam contra hæreticum defunctũ potest procedi, vt bona confiscentur & applicẽtur

fiſco.c.accuſatus,§. In eo vero,debęret.in 6.
32 Vndecimus caſus eſt in diuinatoribus, † &
eos inuocantibus, quia eorum bona con-
fiſcari, & fiſco applicari debent, l. Nullus,
& ibi doctor. C. de malefi. & mathemat.
33 Duodecimus caſus eſt † contra exactores
publicos, qui pecuniam exigunt, & eam
redigunt in florenos vel aureos, vt lucrum
faciant: quia non poſſunt facere ſine licen-
tia principis, & omne lucrum quod perci-
pitur, debet eſſe publicum: & fiſcus poteſt
ab eo recipere. Secundum Bartol. in l. V-
nica, C. de auri publi. perſecutor. lib. 10.
dicitque iſtud eſſe notandum: imo dic
plus; quod retinens tale lucrum retinet cō-
tra conſcientiam. Decimustertius caſus
34 eſt, quod omnia † ſcelerate quæſita, fiſco
applicantur, l. Lucius, ff. de iure fiſci. de
quo per gloſſ. in c. cum te de condition. ob
turp cauſ. Dicit tamen Bald. in l. Si poſſeſ-
ſor, ff. de petit hæred. quod debent reſtitui,
35 &c. Decimusquartus caſus eſt, † nam ſi
quis poſuerit ſigna principis ſuper domo,
vel bonis alicuius; præſumitur eſſe facta
incorporatio in fiſcum. Secundum d. Bar-
tol. in l. Facultas, C. de iure fiſci lib. 10. &
dicit Bartol. in tractatu ſuo de inſigniis &
armis. Decimusquintus caſus eſt: vt com-
36 mittens † monopolium, omnia eius bona
confiſcentur & debent fiſco applicari. l. V-
nica, C. de monop. vt ſunt artifices, qui fa-
ciunt monopolia: ne quis eorum ab eis ta-
xata minori precio vendat, vt dicitur in d.
l. Vnica. Decimus ſextus caſus eſt in com-
37 mittentibus † collegia illicita: quia puni
untur pœna criminis lęſæ Maieſtatis: &
pœna legis Iuliæ de vi publica, l. 2. iuncta
gloſſ. ff. de colleg. illicit. ergo bona eorum
publicantur, & confiſcantur. Decimus-
38 ſeptimus caſus eſt; quando † collegium de-
ſtruitur, & reprobatur à principe: bona e-
ius tanquam vacantia pertinent ad fiſcum;
ſecus ſi omnes de collegio moriantur: quia
debet reuocari collegium. Secundum d.
Angel. in l. Sicut §. 1. ff. Quod cuiuſque v-
niuerſ. no. & D. Bart. in l. finali, ff de colleg.
illicit. Decimusoctauus caſus eſt, quando
39 milites † nolunt accipere annonam certo
tempore ſibi debitam, fiſco debet applica-
ri, l. Fortiſſimi, & ibi D. Barto. C. de eroga.
milit. annon. & tempore lapſo non poſſunt
eam petere, ita tex. in l. Nulli, C. eodem, de
erogat. milit. anno. Intellige dummodo
offeratur tempore debito: quia per ſolam
oblationem iſto caſu liberatur reſpublica;
ita per plura dicit D. Iaſon in l. Quod te, in
7 colum. ff. Si certum petat. & per eundem
in l. prætor ait, §. Si aliquando, ff. de noui
oper. nuciat. Decimusnonus caſus eſt:
40 quod † quando aliquis cui eſt bonis inter-
dictum à lege propter delictum, ſeu crimen
læſę Maieſtatis, ſi ſit hæres inſtitutus, non
poteſt adire hæreditatem; ſed fiſcus, gloſ.
in l. Venter, § 1. ff. de acquir. hæredit. Vi-
ceſimus caſus eſt, in imponente nouum
41 † vectigal, ſi accuſetur criminaliter: quia
punitur pœna dupli fiſco applicanda. Se-
cundum Dominum Baldum in l. Finali,
Cod. noua vectigalia imponi non poſſe.
42 Viceſimusprimus caſus eſt, vt † trans-
gredientes ciuitates inclytas, vel nego-
ciationes prohibitas deferentes, ſuſcipien-
tes, puniuntur pœna exilii, & publicatio-
nis bonorum, l. Finali Cod. de comer. &
mercator. & facit illa lex pro inhibitioni-
bus, quæ fiunt hoſpitibus, vt velint denun-
ciare præſidi, omnes hoſpitantes in ſuo ho-
ſpitio. Viceſimusſecundus caſus eſt, vt ſi
43 † comitatenſis faciat emere, rem pro eo
à magnate, vel ciue priuilegiato, vt non
ſubſit oneribus, talis res fiſco applicatur,
l. 1. Cod. de nauibus non excuſ. libro vn-
decimo, & ibi Dominus Bartolus Iuris-
conſultus Clariſſ. Viceſimustertius caſus
44 eſt in illis, qui † volunt defendere bona de-
linquentium tanquam alienata, vel ceſſio-
ne facta, puniuntur in quadruplum, l. Qui
contractibus, C. de iure fiſci. libro decimo.
Viceſi-

Vicesimusquartus casus est in illo, qui in-
45 terfecit † illum, cui succedere debebat: quia
non amplius ei succedit, sed fiscus. nisi sit
alius non interficiens in eodem gradu cum
interfectore l. 3. § Fratris, ff Si quis ali. te-
stam. prohib. ita inquit D Bart. in l. Cum
ratio, §. Si plures, ff. de bon damnator. Vi-
46 cesimusquintus casus est, † quando tacita
fides datur testatori ab hærede de restituen-
do hæreditatem incapaci, puta spurio: nam
tunc fiscus aufert, vt ab indigno: facit text.
in l Eum qui ff. de his quib. vt indig &c.
Fallit in filio, & seruo, quorum bona non
confiscantur: quando sunt iura, quæ non
transeunt, nisi ad filios, secundum Bald. in
l. Insulam, ff solut. matrim. Vicesimus-
47 sextus casus est, quod fiscus † aufert hære-
ditatem tanquam ab indigno ab illo, qui
non adhibuit medicos defuncto, gloss. est
in l. Indignum, ff. de his quibus vt indig.
48 Vicesimusseptimus casus est, si † testator
ductus facit motu per aliquem ad institu-
endum: hæreditas ei aufertur, & applica-
tur fisco vt voluit D. Bartolus in l. finali. ff.
Si quis aliquem testa prohibuer. & Baldus
in l. 1 in 4. colum. Cod. eodem tit. quod
intellige, quando erat proximior, qui erat
successurus ab intestato vt l. 1. C. Si quis a-
liquem test. in prohibuer. Aut vero habet
priorem in gradu, vel æqualem, & tunc non
succedit fiscus: quia non poterit præiudica-
re primo in gradu, vel æquali, l. 2 §. Fratris,
ff eodem, si quis aliquem testa prohib. te-
nent D. in d. l. 1 in principio, ff. eod. titul.
49 Vicesimusoctauus casus est in illo, qui †
male locutus est de principe: quia commit-
tit crimen læsæ Maiestatis, l. 1. Cod. Si quis
imperat. maledi. & dicit Bald. in l. Incredi-
bile, C de pœnis, & in c 1. de pace tenenda,
quod poterunt bona eius publicari. Vice-
50 simus nonus casus est, in illo, qui † inquie-
tat morientem, vel funus eius: quia puni-
tur in publicatione tertiæ partis bonorum:
secundum quod voluit Salicet. in l Cum sit
iniustum, C. de sepulchr. violat. Tricesi-
51 mus casus est in violatoribus sepulchrorũ:
qui puniuntur pœna 20 librarum auri, fi-
sco applicandarum, l. Si quis, C. de sepulc.
violat. & etiam locus, ad quem aliquid de
sepulchro violato exportatur, fisco applica-
tur, l. Si seruus, C. eod. Tricesimusprimus
52 casus est, † in eo, qui confugit ad alterius
patrimonium: quod tenere non poterat si-
ne solutione publicæ functionis: puta, quia
prohibitum est in aliquibus locis, quod ne-
mo possit possidere terras nisi sit de illo lo-
co. & soluat tales functiones publicas; si cõ-
stituat vicarios, aut alio modo alteri priui-
legiatæ conditionis; qui non tenetur sol-
uere publicas functiones sub prætextu ven-
ditionis, aut donationis, tenere faciat: pu-
nitur si sit nobilis in centum libris auri; me-
diocris, in amissione facultatum suarum.
Tricesimus secundus casus est, quando of-
53 ficiales † rectorum prouinciarum rusticos,
vel eorum seruos, vel iumenta ad aliqua co-
git obsequia, aliqui rustici se sponte dictis
obsequiis subiecerint, pœna publicationis
bonorum, ac perpetui exilii puniuntur l. 2.
C ne rustican. ad vllum obsequium deuo-
centur, lib. 11. & intellige etiam ad obse-
quia sit calia, l. 1. C eod. sed pro certo hodie
male obseruatur. Tricesimustertius casus
54 est, si quis thesaurum † per artem magicam
inuenerit, debet fisco applicare, l. 1. & ibi
Bart C. de thesauris, &c Tricesimusquar-
55 tus casus est, † quod si iudex infra triginta
dies reum non liberauerit, vel condemna-
uerit: in 20. libris auri condemnari debet,
quæ fisco debent applicari, l Ad commen-
tariensem, C. de custod. & exhibit. reorum,
56 & idem † dicit cõtra commentariensem: &
isti commentarienses debent tenere carce-
ratos ligatos bono, & competenti ligamine,
iuxta gloss. in l. 1. § Finali, ff. de seruis fugi.
prout dicit Angel. in l Milites, ff. de custod.
reo. & vide quæ dicit in l. Carceri, ff. de cu-
stod. reo. vbi dicitur quod non præsumitur
57 datum † ferrũ carcerato, vel aliquid aliud,
ex quo aufugit: nisi ex negligentia custodię.

& culpa ipsius commentariensis: & aduerte quod quando carceratus fugit de carcere, regulariter præsumitur aufugisse culpa superstitis vel custodis: vnde ille, qui allegat contra custodem carceris, culpam, habet præsumptionem iuris pro se: ita probat text. in l. finali, circa medium: & ibi glossa ff. de custod. reo. notat Bartol. in l. Si quis ex argentariis, §. fin. ff. de edendo, & est casus in l. Diuus, in fine, ff. de offic. præsidis. Horum meminit Franciscus de Aretino suis in consiliis, consilio trigesimo octauo, incipiente Consultissime Domine collateralis. Hinc per hoc notabiliter infertur, quod ex quo habet iuris præsumptionem pro se, transfert onus probandi in aduersarium, hoc est, in custodem: ita quod tenetur probare per euidentissimas rationes. & probationes: hoc est, per tres testes idoneos: aut per duos multum excellentes, iuxta dictum Speculatoris in titulo de probation. §. final. in versiculo vltimo, &c. & tenet Dominus Franciscus Curtius iunior, in capite primo, §. primo, quibus modis feudum amittatur: confirmatur, quia propter præsumptionem iuris contrariam, debet adduci probatio, quæ sit fortior, vt habeat maiores vires, iuxta notata in lege, non est verisimile, ff. quod metus causa. gloss. & Alexand. in l. Transactionem, ff. de transaction. Vide plene de materia Paridem de Puteo in tractatu de syndicatu, in litera C. in verbo, Carcer & Carceratus, per decem aut vndecim column. Et adde regulariter, custos carceris non est diligens, si non tenet duos custodes ad obseruandum carcerem, d. l. finali, ff. de custod. reor. circa principium. Et istud tenet Aretinus in consilio hîc ante allegato. quæ bene nota. Adde quod cõmentariensis non potest retinere incarceratos pro eorum expensis, in carceribus factis: Sed debet eos relaxare, si fuerint a iudice absoluti, & postmodum agere contra eos, de iure: Sed de consuetudine aliud ob-
seruatur. Guido Papæ quæstione sua qua-
ta, capite quadragesimo sexto. Tricesimus-
58 quintus casus est, quod iudex † non audi-
ens volentem facere suam defensionem,
quando inquietatur pro grauitatibus: pu-
nitur eo, quia condemnatur in triginta li-
bris auri, lege secunda, Cod. de offic. ciuil.
iudicum. Tricesimussextus casus est quã-
9 do iudex † non facit sedere doctores in sua
societate: quia tunc punitur in tribus li-
bris auri fisco applicandis, l. finali, Cod. de
offic. diuerso. iudic. Fallit vno casu, quan-
do Doctores habent litem: quia his horis &
temporibus, quibus merita causarum, &
acta panduntur, residendi cum iudice non
habent facultatem, leg. prima, Cod. de of-
fic. ciuil. iudicum. Tricesimusseptimus
60 casus est contra iudicem, † qui pro priuatis,
vel fiscalibus debitis mulierem in carcerem
intrudit: quia maiores iudices puniuntur
in 20 libris auri, minores in decem. Auth.
Sed hodie. C. de offic. diuerso. iudic. Trice-
simusoctauus casus est cõtra ludentem ad
61 † ludũ azardi: quia debet pœna extraordi-
naria puniri, & cum publicatione domus.
Auth. Alearum vsus, C. de religios. & sum-
ptib. funer. & alearum vsu & aleatorib. Tri-
62 cesimusnonus casus est: Si tutor † pupillã
sua violata castitate stuprauerit, vniuersa
facultas eius fisco vendicetur, l. Vnica, C. Si
quis eã, cuius tutor fuerit, corruperit. Qua-
63 dragesimus casus est, accipiens equos † de-
putatos spectaculis, & vtens ad sui commo-
dum, in vna libra auri punitur fisco. Secun-
dum Barto. in l. Quisquis. C. de spectaculis,
li. 11. Quadragesimusprimus casus est, quod
64 res, † quæ cadit in commissum, ipso iure ef-
ficitur sub dominio fisci. vt inquit Bald. in
l. Neque, C. de vectigal. & commis. concor-
dat l. Commissa, ff. de publi. & intellige
hoc verum, quando colligitur vectigal fi-
sci nomine: sed vbi nomine singularũ per-
sonarum, quæ emerunt vel conduxerunt
vectigal à fisco, dicendum est, quod illis tũc
applicatur, & non fisco, vt est text. singula-
ris se-

tis secundum eũ in l. Si quis. C eo titu. Præterea Bald in l. exceptione, C. de vectigal. Sic dicit, quod vectigalis soluti fiscus duas habet partes: tertiam ciuitas, vel municipium, nisi sit vect gal principi reseruatum, tamen Bald. in c. 1. § finali, de feudi cogniti. plus dicit, quod pœnę dationum triplicantur publicanis. Quadragesimussecundus
65 casus est, quando iuxta † publicos aquęductus plantantur arbores, quæ aquęductui publico nocēt: quia confacientibus datur pœna: eo, quia prędia ad quę aqua deriuata fuit publicantur, vt & arbores plātatę: quæ pœna non remittitur per sacros apices, no. Bartol. in l. Decernimus. C. de aquęductu. lib. 11. Quadragesimustertius casus est, vt
66 bona † apostatarum publicentur, l. 1. C. de apostatis: & dominio fisci facultates eiusdē vendicantur. nota. in Auth. Ingressi monasterium. C. de sacrosanct. eccle. nisi forte habeat filios, vel cognatos quibus deferantur. Auth. Si qua mulier, C. eodem. & habetur in l. Apostatarũ, C. de apostat. Quadragesimusquartus casus est, quod plau-
67 stra, vel † naues quę tempore exercitus occultantur, publicari possunt, si bellum sit iustum. prout no. Alberi. de Rosat. in l. iubemus nullam, C. de sacrosanct. eccles. & quando bellum sit iustum. vide Hostien in summa de vectiga. & pace, §. est autem iustum bellum & § seq. & c. 1. 23. q. 2. Et dicit Alberi. de Rosa. in l neminem C de sacros. eccles. quod iustum bellum fieri debet sine grauamine subditorum, prius expendendo aurum suum allegat tex. in Authent. vt iudic. sine quoquo suffra. §. Illud. collat. 2. Quadragesimusquintus casus est, quando
68 † maritus condemnatur de hæresi: quia dos vxoris (si sciuerit ipsum hæreticum) confiscatur. cap. decernit, de hæretic. lib. 6.
69 Quadragesimussextus casus est, quando † curialis principis pecuniam recipit ab electo in præsidem, vel in aliam administrationem, vt habeat dictum officium, debet reddere quadruplum, & bona sua confiscabuntur, & cingulo priuabitur, vt est text. in Authent. vt iudices sine quoquo suffra. §. Sic igitur. Pro certo si hoc obseruaretur, multi curiales hodie priuarentur bonis. Quadragesimusseptimus casus est, vt com-
70 mittentes † in l. Iuliam de annona, puniatur in 20 aureis l. 2. ff. Ad legem Iul. de annon. Et ista pœna tenentur, qui emunt bladum causa reuendendi, & faciendi caristiã, vt cõmuniter fit, & est cõmunis mos apud Citramõtanos, maximè in Burgundia; nec non in infinitis aliis regionibus, & ciuitatibus. Quadragesimusoctauus casus, quod
71 qui † fraudē facit in fisco in quęrendis, punitur in duplum. vt est glos. in l Facultas, C. de iure fisci, lib. 10. vbi etiã dicit glos quod officiales plurima mala faciunt, & committunt, quam alii. Hoc etiam voluit Bart. in l. Cum contractibus, C. eodem titu. de iure fis. vbi dicit etiam mente tenēdum in istis, qui recipiunt venditionem fictitiã in fraudem fisci; vt teneantur in duplum. l Aufertur, §. fin. ff. de iure fis. Nam ex quo alienatio fit à delinquente in commẽtum, præsumitur facta in fraudem fisci, Bald. in l. Si quis post hac, Cod. de Bonis damnatorum. Quadragesimusnonus casus est, quod si
72 quis † rem litigiosam alienauerit, compellitur rem non tantum redhibere, sed precio eius puniatur, non vt lucrum cedat ei cui rem alienauit; sed vt etiam alia tanta quantitas ab eo fisci iuribus referatur, ita inquit text. & Bald in l. finali, Cod.
73 de litigi. ex quo dubitatur, nunquid vitium litigiosi impediat confiscationem, & dicendum est non, per textum & quod ibi notat Dominus Angelus Aretinus in l. Si constante. §. finali, ff. soluto matrimonio. Quinquagesimus casus est, vt committen-
74 tes † ambitũ puniantur in centum aureis: & fiunt infames, l. 1. ff. ad l. Iul. de ambitu.
75 Quinquagesimusprimus casus est, vt † cõmittentes sacrilegium puniantur pœna extraordinaria, l Sacrilegii, ff ad leg. Iul pecul. Quinquagesimussecũdus casus est, vt †

falsificans mensuras, & pondera, puniatur pœna extraordinaria, l. In Dardaneis, & l. Hodie, ff de pœnis: pondera enim, & men-
77 suræ † non debent augeri, nec minui, c. vt mensuræ, extr. de emptione & venditione. Quinquagesimustertius casus est, quod si
78 † quis pecuniam accepit ad aliquod opus publicum faciendum, & non expendit: sed in se retinuit, vel aliter in vsus proprios conuertit, punitur ad restitutionem dictæ pecuniæ, & in triplum plus, quod habuit fisco dandum, l 2. § Sed & qui publici, ff ad l Iul.
79 pecu. Quinquagesimusquartus est † quod iudices singulis dieb. dominicis habere debent notitiā carceratorū, & intelligere, si habent victum & aliter prouidere, ne quid eis deficiat sub pœna lib. 20. aurei, vt est text. in l. Iudices, C. de de episcop. audient. vtinam istud hodie obseruaretur. Quinquagesimus
80 quintus casus est, † quod qui defert fisco & non probat, tantum debet dare fisco, quantum detulit, gloss. est in l 4 C. de delator. libr. 10 & l. Senatus, § Senatus, ff. de iure fisci, nisi ex necessitate officii faciat l. 2. eo. tit. Quinquagesimussextus casus est, Quod
81 † omnia bona vacātia sunt fisco applicanda, l. 1. C. de bon. vacan. sed post quadrienniū non admittitur, l. 1. C. de quadri. præscrip. Credo quod apud nos etiam ante triginta annos admittitur, cum omnes præscriptiones sunt redactæ ad 30. annos, &c. Quin-
82 quagesimus septimus casus est, † quia bona seipsum interficientis, desperatione criminis perpetrati, fisco confiscantur, quod quomodo intelligendum sit, recurrendum est ad Doct. in l. 2 C. Qui testa. face. possunt, maxime per Bald. Salic. & Iason. & per Salic. in l. 1. C. de bonis eor. qui mort. sibi cōsciuerunt. Quinquagesimus octauus casus
83 est, † in assessore, qui ablata restituit in quadruplum. l. Consiliarios, C. de offic. asses-
84 sor. Quinquagesimusnonus casus est, † quia portiones eorum, qui mortem libertorum suspecto decedentium, non defenderunt, fisco vendicantur, l. Portionis, ff. de his quibus vt indig. Sexagesimus casus est,
85 † quia viam publicam occupantes, pœna quinquaginta librarū auri puniuntur: quæ fisco applicari debet, l Qui sine, C. de oper. public. Sexagesimusprimus casus est illud,
86 † quod relinquitur per militem mulieri, quam stuprauit, applicatur fisco, l. Mulierem, ff. de his quibus vt indig. Sexagesimus-
87 secundus casus est, † si is, cui quis est rogatus restituere legatum, dixerit illud falsum, fisco applicabitur, l. Post legatum. §. si pater. in fine. ff. de his quib. vt indig. Sexagesimustertius casus est, in excommunicato
88 de contumacia † secundum tenorem can. Cum cōtumacia, de hæreti. d. in 6. qui sustinuit excōmunicationem per annū: quia bona eius debent confiscari, & fisco applicari. Decisio Capellæ Tholosanæ in c. 66. Ioan. Andr. in c. 1. de homicid. in 6 & Aret. in c. Qualiter & quando, §. Ad corrigendos, de accusation. Sexagesimusquartus casus
89 est, in iudice, † qui aliquid accipit à partibus in initio litis: quia si in causa ciuili, punitur in triplum cum amissione officii: si vero in causa criminali, mittitur in exiliū, & bona eius confiscantur, iste est text. in Authent. vt litigantes iurent. §. Si quis autem ex litigato collat 9 Sexagesimusquintus casus
90 est, † in parte, quæ iurauit se dedisse: & non probauit: quia bona eius confiscantur text. est in d. §. Si quis autem in Authent. vt li-
91 tigan. iurent. Sexagesimussextus † casus est, in l Qui contra, C de incest. nupt. & in l. Cū hic status, §. fi. ff. de don. int. vir & vxor. Sexagesimusseptimus casus est, ex consue-
92 tudine in Bastardo † moriente sine liberis, &c. vt latius ponit D. Bartholomæus Chassanæus in commentariis consuetudinum Burgūdię in t. (*des successions des Bastards*) vbi videre poteris, & per eundem etiam per totum, & vniuersum titulum, *Des confiscations*, vbi tractat inter alia, Quæ confiscationes competant principi, & quæ domino, altam iustitiam habenti. Item: quomodo
93 intelligatur, † *Qui confisque se corps*, &c. Item;

94 tem: An bona eius, qui obiit † in carcere,
antequam ferretur sententia, confiscentur.
95 Item: † An bona deportatorum confiscen-
96 tur? Item, † An mors ciuilis naturali æqui-
paretur, quo ad publicationem bonorum?
97 Item, † An bona ad mortem condemnati
98 lata sententia, absque alia declaratione sint
99 publicata? Item, Confiscatio † omnis ad
100 principem spectat. Item, An † confiscatio
bonorum extendatur, ad bona in alio terri
101 torio sita? Item: Confiscans † succedit vt
102 hæres. Item: † Fiscus successor. Item: Bo-
103 na † sequuntur conditionem personæ. I-
104 tem: Confiscatio † trahitur ad bona mobi-
105 lia extra territorium. Item: An nomina †
debitorum veniāt appellatione mobilium?
106 Item, Bona † propter crimen raptus con-
fiscata applicari debent raptæ. Item: Dos
107 † mulieris non venit in confiscatione bo-
norum mariti. Item: Dos propter delictū
108 † mulieris publicari nō debet matrimonio
109 constante. Item: Legitima † filii viuo
patre in confiscatione bonorum filii delin-
110 quentis non venit. Item: † An ius patro-
111 natus cadat in confiscationem. Item: An †
emphyteusis ecclesiastica cadat in confisca-
112 tionem? Item: An † feuda possint confisca-
113 ri? Item: An † res donatæ veniant in con-
114 fiscationē? Item: Alimenta non possunt cō-
115 fiscari. Item: An legitima † confiscari pos-
116 sit? Item: Bona futura † non possunt confi-
117 scari. Item: Legata † quorum dies nō ces-
118 sit, non confiscantur. Item: Bona † eccle-
siæ propter delictū prælati, nō confiscātur.
119 Itē: Cōfiscata † domo propter ludū, cōfiscā-
120 tur & bona in ea existētia. Itē † Bona cōfisca-
ta cui applicāda? Hęc immediate pręcedētia
remissiue duntaxat in mediū adduxi, succi-
dēs superfluitatē, quæ suis vmbris veritatē
obfuscat in his & similibus thematibus.

CAPVT LXVII.

De cæde seu homicidio.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. Cap. 67.

1 *Secundum crimen, fuit homicidium Cain.*
2 *Primum omnium criminum præuaricatio Adæ.*
3
Homicidii enormitas { *A lege diuina.* / *Ab effectu vario.* / *Ex iure pontificio.* / *Pœna talionis.* } 4. 5. 6.
7
8
9 *Homicidæ humani generis extirpatores.*
10 *Homicidium inter humana commissa grauissimum.*
11 *Occidendi voluntas quando punienda, vt ipsum homicidium.*
12 *Quæ sint occidendi voluntatis indicia.*
13 *Voluntas quando pro facto punitur.*
14 *Homicidii pœna ex lege diuina.*
15
16 *Homicida offendit quatuor* { *Deum, bifariam.* / *Remp. & Principem.* / *Occisi parentes, & cognationem.* / *Interfectum, omnium maximè.* }
17
18
19 *Voluntas non statim pro factis punienda, ob triplicem caussam.*
20 *Deficiente probatione facti, nullus capitaliter damnandus.*
21 *Ab homicidii pœna nullus excusandus.*
22 *Reatus omnem honorem excludit.*
23 *Homicidium est grauiter puniendum.*

24 *Vbi maior venia, ibi maior delictorum copia.*
25 *Neque sub spe veniæ delinquere quispiam debet.*

1 CRiminum omnium secundum † quod post hominem cõditum in terra patra-
2 tum est, fuit homicidium. † Quandoquidem protoparentum nostrorum Adæ & Euæ præuaricatio, primum læsæ Maiestatis crimen fuit, atq; adeò omnium criminum fons & caussa. Hinc Cain furiosè germanum fratrem Abelem occidendo, nefarium alterum, nempe homicidii crimen subiunxit, gloss. in l. Si quis homicidii, C. de accu-
3 sat. hoc † homicidium tam est Deo execrandum, vt suis præceptorum tabulis illud expressè vetitum voluerit: Non occides, vt pa-
4 tet Exodi 21. & Deutero. 5. capitibus. † Deinde vt innocentis occisi sanguinem in cælum clamare: & Angelos vindictam exposcere, sacræ testentur literæ, iuxta illud: Clamitat ad cælum vox sanguinis, &c. Et scri-
5 bitur in Apocalypsi: Ecce † post hæc vidi animas interfectorum clamantes ad Deum, & dicentes: Vsquequo Domine non das iudicium & vindicas sanguinem nostrum de interfectoribus nostris, qui sunt in terris, &c. cuius meminit D. Paris de Puteo in tractat. suo Syndicatus 105. char. 1. columna. & D. Hippol. à Marsil. post eum in suis consiliis, cons. 7. incipiente, Summi cæli Deus,
6 in princip. Quodque † adeo est detestabile, vt Angeli diuinæ voluntatis executores, sanguinem occisorum de manibus homici-
7 darum requirant: de quo Genesis 4. cap. † Postremò hoc vnicum Pontificia iura tam habent exosum, vt (quum alia omnia crimina remissius puniant) hoc solum capitis animaduersione plectendum esse statuant: vel vt ob nullum aliud crimẽ quam ob hoc vnum, capitalem sententiam ferre velint: naturalis enim ratio dictat, vt quod quisq; alteri facere voluerit ipse patiatur, l. 2. & per vniuersum titul. ff. quod quisque iuris,
8 c. Cum omnes, extra de constitutione. † Vnde fuit pœna talionis de iure diuino inuenta, vt quis animam pro anima: oculum pro oculo & sic de similibus perderet: vt probatur Exodi 21. cap. vnde nihil mirum, si homicida quod fecit, idem ipse expectet.
9 Dictas ob † caussas, iura ciuilia homicidas, extirpatores, seu violatores generis humani appellitant: quod cognationis propagationem inter homines à natura cõstitutam è medio tollant & impediant, l. Vt vim. ff. de iustitia & iure. & gl. in verb. humanitatis, in l. Non tantum, ff. de appellat. vnde interest hominis hominẽ beneficio affici, l. Seruus ea lege, ff. de seruis exportand. Hinc item & beatus Thomas dicit secunda, 2. q. 1:2. articulo 6. Quod homicidium de se non est appetibile, sed magis horribile: quia non habet in se rationem alicuius boni. Idem scribit secunda, 2 quest. 70. articulo 3.
10 Quòd inter cætera † peccata, quæ committuntur in proximum, homicidium grauissimum sit: eosque tam auersantur & sacri Canones, iuxta notat. in c. Periculosè, de
11 pœnitentia, distinct. 1. & iura † Imperialia, vt non tam homicidium, quam ipsam homicidii voluntatem acerrime puniant, si qui-
12 dem ea † voluntas externis indiciis patescat: nempe si armatus incedat, si insidias ponat: quæ quidem solæ insidiæ per se etiam delictum sunt. l. Propter insidias, C. de accusat. c. 1. quæ fuit prim. caus. benef. amittend. si adoriatur armis vetitis irreferibilibus, cædendo, lædendo, & mutilando, l. Is qui cũ telo, & ibi D. Hippolyt. de Marsil. C. Ad l. Cornel. de sicar. quæ quidem l. canonizata est in c. Is qui cum telo. de pœnitent. distinct. 1. l. Diuus, ff. eod. tit. & aperta l. Aut
13 facta, §. Euentus, ff. de pœnis. Regula † enim generalis est in iure, quod quotiescunque non stat per aliquem, quo minus actus impleatur, actus habetur pro impleto, l. de pupillo, §. Si is cui nũciatur, ff. de operis no. nunciat. Veluti si quis hominem non occidat,

cidat, sed tantum vulnerauerit, eo tamen animo, vt occidere posset, is pro homicida damnandus est, vt in l. 1 § Diuus, ff. ad l. Corn. de sica. quæ quidem iura, quod fortius est, etiam iuuantur lege diuina, qua
14 prohibitum etiam reperitur † homicidium sub pœna vltimi supplicii, vt habetur Genes. 9. c. Quicunq; effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo: ob quod meritò homo dignissima creaturarum habetur, teste gloss. in verb. personæ, in §. fin. Instit. de iure nat. gent. & ciu. & l. Iustissimè. ff. de ædi. edict. gl. in verb. rerũ natura, in §. pecudum, Instit. de rer. diuis. & l. Cognationum, ff. de var. & extraord. cognit. vbi gl. in verb. dignitatis, ita humanam extollit naturam, vt ei Angelicã naturã inseruire Deus constituerit. Idcirco etiam homicida qua-
15 tuor offendit. † Primò Deum, idque dupliciter, & quod creaturam Dei vita spoliet, & quod præcepta Dei contemnat, iuxta decalogum (vt antè allegatum est) Non occi-
16 des, Exodi 21. & Deutero. 5. Secundo † homicida offendit rempublicam & Principem, quòd hominem occidendo suo bono & ciue spoliet: quandoquidem interest reipublicæ, refertas esse liberis hominibus ciuitates l. 2. C. de indict. vid. tollend. l. 2 ad fin. C. cõmunia, de manumiss. l. 1. ff. solu. matri. Quamobrem D. Adrianus in ea sententia se fuisse testatur, vt Imperium ampliari hominum adiectione potius quam pecuniarum copia maluerit, vt patet in l. Cum ratio naturalis,
17 ff. de bonis damnat. Tertiò, † homicida lædit patrem & parentes occisi: primò patrem, quia testem ipsius hæreditarium, qui patrem suũ successione referret, aufert: cum filii immortalitate quadam suos parentes donent, in Authent. de nuptiis, §. 1. collat. 4. vt cum per nos remanere non possimus, per filios remaneamus, l. Liberorum, in fi. ff. de verb. & rerum signific. Maiores item & cognatos interempti pari ratione lædit, quia iniuria facta vni de parẽtela, redundat in ignominiam cuiuscunq; stirpis eiusdem, l. 3. ff. de libera. caussa. & hinc ait clarè text. in l. Capitalium, §. Famosos, ff. de pœnis, pœnam eorum esse solatio cognatis & affi-
18 nibus interempti. Quartò, vel † omnium maximè occisum læsit, quem vita nullis rebus humanis conferenda, priuauit. Ideoq; vt rursus repetam, Exodi 21. cap. Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias: ab altari meo euelles eum, vt morte moriatur, & Leuit 24. Qui percusserit & occiderit hominem, morte moriatur, & Numeri 35. c. Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit qui percussus est, reus erit homicidii, & ipse morietur. Quibus seruit illud quod dixit Christus Petro, scilicet, Qui gladio ferit, gladio peribit. Matthei 26.
19 cap. Veruntamen † vsus, consuetudo, & practica, prædictum rigorem voluntatis puniendæ, & asperitatem immodicam, ex caussa relaxant & remittunt, testib. Pet. Bart. & Hippol. de Marsil. n. 14. in d. l. Is qui cum telo, nec non D. Ioan. Berberio, in suo iuris viatorio seu directorio, sub Rub. de homicidio: qui facta ipsa solummodo punienda asserunt, fortassis triplicem ob caussam: Aut quod ea iura plus satis sint rigorosa: Aut quia voluntatis certitudo probatu sit difficilis, adeo quod non nisi per signa externa, aut præsumptionem ea voluntas innotescat: ob quam præsumptionem, nemo criminaliter damnandus est, sicuti dictum est superiori-
20 bus capitibus multifariis in locis. Deficit † enim probatio facti, sine quo nullus debet capitaliter damnari, per l. 1. §. Si quis vltro, ff. de quæstionib. Postrema ratio sit, quod nec iustitia, nec reipublicæ salus tam grauiter voluntate læditur, atq; ipso facto: quia non fuit æquè priuata homine suo, quando delictum fuit attentatũ, sicut quãdo fuit consummatum: & hęc de consuetudine, quæ quidem consuetudo non potest fundari nisi in dicta vnica ratione, vt inquit D. Ioannes Berber. in d. suo iuris viatorio, sub Rub. de homicidio: quem videte

21 tempore congruo. Quocirca † homicidæ etiam nobili, de iure vltimum debet irrogari suppliciũ, multis de caussis supra memoratis, sicut etiam ait signanter text. in l. Nemo deinceps, ibi, homicida, quod fecit, semper expectet, Cod. de episcop. audient. quem multi aiunt esse vnicum ac monoculum in iure: sed mihi videtur singularis textus in l. Eiusdem, §. Legis Corneliæ, ver. Sed solent, ff ad l. Cornel. de Sica. & in l. Quoniam multa, C. ad l. Iulia. de vi publi. vel priuat. Melior textus, quem paucissimi vnquam allegarunt in l. Vnica, ibi, & meritò mortis damnantur supplicio: cum nec ab homicidii crimine huiusmodi raptores sint vacui, C. de rapt. virgi. Quod procedit etiam quantumcunque grauis sit & honesta seu nobilis persona homicidæ. Nam reatus
22 † omnem honorem excludit l. 1. C. Vbi senat. vel clariss. ciui. vel cri. conue. & ibi gloss. in verb. Excludit. Non est parum ponderanda
2 da hominis mors per homicidam † cũ tanto animæ periculo præcipitata. nec super his facilis debet esse venia, ne talia perpetrandi occasio pręstetur. Nunquid scriptum
24 est, Vbi † maior venia, ibi maior delictorum copia. nec quis sub spe veniæ delinquere debet, 1. q 7. Fecit Dauid Vriam occidi propter quod Deus eum grauiter puniuit. 2. Regum 11. Tantusq; fuit horror eius delicti, quod licèt optimus esset; tamen noluit Deus quod templum ædificaret. 2. Regum 7. Recte scripsit Ouidius De arte amãdi: — *nec enim lex æquior ulla est, Quam necis artifices arte perire sua.* Reliqua præsentis materiæ, vtpote homicidiorum genera, & quot modis committatur, elucidabimus capitibus proximè sequentibus.

CAPVT LXVIII.

De pluribus ac diuersis modis Homicidii.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 68.

1 *Homicidium ex proposito committitur*
- *Manibus atque instrumento.*
- *Lingua.*
- *Consensu vel permissu.*
- *Signis.*
- *Incantationibus.*
- *Toxico ac veneno.*

2 *Homicida capitaliter puniendus.*

3 *Adimere vitam est*
- *Principis,*
- *Ministri iustitiæ.*
- *Principum officiarii.*

1 HOmicidium autem ex proposito, multis † cõmittitur modis: nempe manibus atque materiali instrumento, lingua, cõsensu, vel permissu, signis, incantationibus, toxico ac veneno. Quisquis igitur aliquem aut similẽ dictorũ homicidiorum †
2 modũ commiserit, is capitaliter puniendus est. Ratio hæc est certissima, quòd nulli vnquam concessum fuerit deliberato animo ac destinata malitia, aliquo istorum modorum cuiquam adimere vitam, neque item ad mortem condemnare, neque morte punire, iuribus suprà cap. præcedenti allegatis, & capitibus sequentibus suis congruis
3 locis allegandis: nisi soli Principi † iustitiæ ministro: aut illi cui Princeps suas in eo officio vices delegauit, quemque authoritate sua in iustitiæ fauorem instituit, c. De occidendis, 23. q. 5. Hæc autem, quoniam pro capituli angustia latiora sunt, speciatim ex subiectis aperienda cognosces.

CA-

CAPVT LXIX.

De homicidio manuali.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 69.

1 *Modi & Instrumenta homicidii manualis.*
2.3
4 *Quando plures delinquunt, nec apparere potest cuius ictu percussus sit mortuus, an omnes puniantur, & qualiter, remissiue.*
5 *Si plura sint commissa delicta siue maleficia, in vna & eadem rixa, an sit vnum vel plura facta? remissiue.*
6 *Magister leniter percutiens puerum, morte tamen subsecuta, an de homicidio teneatur?*
7 *Quid si cæcus iaciat baculum, & sic hominem interficiat, an teneatur de homicidio?*
8 *Dormiens, occidens, aut aliàs delinquens, an puniatur?*

1 INfinitis modis † committitur homicidium ministerio manuum: his tamē precipuè modis, assultibus, † inuasionibus, violentis inflictionibus, cædendo gladiis, spathis, semispathis, pugionibus, clauis, cucumis, hastis, rumigestibus, vulgo hallebardis, lanceis, sparis seu rumicibus, dolonibus, tragulis, iaculis, telis, sagittis, missilibus, fundis, ballistis, sclopis serpentinis, colubrinis, bombardis. Item variis ferreis, æneis, plumbeis, ligneisque armis. Atque † adeo etiam lapidum iactibus, præcipitandoà pontibus, è fenestris, speculis, montibusque: eiiciendo in imam vallem, aut in plateam. Postremo submergendo, strangulando: atque simili ratione quempiam lædendo, vt hinc mors subsequuta probetur, l. Qua actione, §. Occisum, ff. ad l. Aquil. l. 1. §. Occisorum, ff. de S. C. Sylla. l. 1. §. Diuus Adrianus, ff. ad l. Cornel. de sicar. & l. Is qui cum telo, Cod. eod. titul. & ibi scrib. Antequam finē huic capiti imponam, adiiciam aliquot quæstiones, proposito & materiæ admodum congruentes. † Quando plures delinquunt, nec apparere potest cuius ictu percussus sit mortuus, an omnes puniantur & qualiter? Huius quæstionis & aliarum dependētium, meminit, distinguit, & decidit eximius D. & pater veritatis Bart. in l. Finali, incipiēte, Si in rixa, ff. ad l. Corn. de sicariis, ad quem prolixitatis euitandæ causa lectorem remitto. Item, Si plura † sunt commissa delicta siue maleficia in vna & eadem rixa, an sit vnū vel plura facta? huius meminit idem Bart. in l. 1 C. vnde vi, num. 12 fol. lib. meo 97. ad quem etiam solutionem siue plura scire desiderantem, remitto. Item, Magister † leniter percutiens puerum, morte tamen subsecuta, an de homicidio teneatur? Ad hanc quæstionem respondit Dominus Ioannes Gaufredus in suo Collectario iuris, in c. Ad audientiam, num. 1. de homicidio, quod non tenetur, si sanus erat puer, vel rubustus. Si vero tener vel infirmus, secus: quia iam non est ista lenis percussio. l. Qua actione, §. si quis, ff. Ad l. Aquil. Hoc Archid. in c. Circuncellis, 23. q. 5. quos scribentes tempore & loco lectores videre poterunt. Item: Quid † si cæcus iaciat baculum, & sic hominem interficiat, an teneatur de homicidio? non videtur teneri, quia cæcus similis est ignoranti, §. vt itaque, 15. quæst. 1. Sed contrarium subditur ibi, quia iacere lapidem, vel aliud dicitur esse alienum ab eo, ideo reus est homicidii, vt ibi dicitur, vbi dicit Archid. hoc non est credendum, si nullam voluntatem habet ad homicidium, sed dicitur reus

non propter ipsum factum, sed ex iniuria, secundum Hug. Huius etiam meminit D. Iohannes Gaufredus in suo collectario iuris, in c. Suscepimus, nu. 5. de homicidio.
8 Item: † Dormiens, occidens, aut alias delinquens, an puniatur? huius resolutionem poteris videre per D. Bartol. in l. Pœna parricidii, ff. ad l. Pompeiam de parricidiis. & videtur quod teneatur. vt l. Si seruus seruum, §. Si formicarius, ff. ad l. Aquil. In contrarium videtur quod nō: quia parcendum est vitio naturali: vt l. fluminum, § vitium. ff. de damno infecto. Solutio secundum Guilielmum De Cūgno. nam aut iste talis scribat hoc euenire sibi, & tunc sibi debet prouidere vt iaceat solus, vel nemo sit in camera sua, & si non fecit, est in culpa: & propter culpam tenetur sicut putator arboris, qui non admonuit transeuntes: vt lege, Si putator. Digestis ad l. Aquil. Si vero hoc non sciebat sibi euenire, ei parcitur: nam dormiens æquiparatur furioso. vt lege prima, §. 1. ff de acquirend. possess. & ibi notatur, sed furiosus non tenetur: vt l. Infans, &c. vt ibi: vide eundem Bartolum, in l. Vt vim, Digestis, de iustit. & iure & eundem in repet. legis primę. Cod. vnde vi, in vlti. chart.

CAPVT LXX.

De Homicidio Linguæ.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 70.

1 *Homicidium, lingua committitur 4. modis* { *Falso testimonio.* / *Consilio.* / *Mandato.* / *Iniqua condemnatione.* }

2 *Homicidium, falso testimonio committitur.*

3 *Falsidicus testis tres lædit,* { *Deum,* / *Iudicem,* / *Innocentem* } *eoque trifaria imponenda pœna,* { 1 *Periurii.* / 2 *Falsi.* / 3 *Homicidii.* }

4 *Lingua omni ferro nocentior.*

5 *Consilio etiam efficitur quis homicida.*

6 *Iudæi lingua Christum crucifixerunt.*

7 *Distinctiuncula remissiuè* { *Consilii mandantis operis remoti.* / *Et operis propinqui.* }

8 *Homicidii mandato commissio.*

9 *Nuncius scienter portans homicidii literas, tenetur pœna homicidii.*

10 *Primus mandans priori, & ille alteri mandauit, qui cōmisit homicidium, omnes tenentur l. Cornel. de sicar. scilicet pœna homicidii.*

11 *Nuncii, quorum opera fiunt tractatus maleficii, puniuntur.*

12 *Proxeneta contractus vsurarii, tenetur ad vsurarum restitutionem.*

13 { *Præcipiens* / *Iubens* / *Mandans* } *homicidium, punitur vt occidens.*

14 *Damni dans caussam, damnum dedisse videtur.*

Iudex

15 *Iudex numis corruptus, innocentem morte damnans, vt homicida puniēdus, citra mortē vero damnans* — *Datur in exilium. Bona confiscantur. Lege Iulia repetundarum Pœna Conclusionis / Falsi tenetur.*
16 *Nulla lex innocētē occidere cōcedit*
17 *Pilatus vt homicida habendus.*

1 HOmicidium † lingua ferè committitur 4. his modis: nempe adulterino, seu falso testimonio, consilio, suggestione, vel adhortatione, præcepto, iussu, vel mandato, & iniqua seu iniusta condemnatione.
2 Falsus † itaque testis quisquis linguæ suæ veneno ad iniquam sed iniustā mortis condemnationem quempiam adigit, morte, nempe gladio, ac bonorum ademptione, vt falsarius, vt periurus, & vt homicida quoque mulctandus est, quod fundatur in l. 1. in princ. ff. ad l. Cor. de sicar. ibi, quive falsum testimonium dolo malo dixerit, quo quis publico iudicio rei capitalis damnaretur, &c. huic nec incongruit text. in can. 1.
3 ext. de crimine falsi. qui habet: † Falsidicus testis tribus personis est obnoxius: primùm Deo cuius præsentiam contemnit: deinde Iudici, quem mentiendo fallit: postremò innocenti, quem falso testimonio lædit, & quia tres lædit, triplex pœna ei imponi potest, scilicet, Primo periurii: Secundo falsi: & Tertiò homicidii: facit optimè text. in c. Periculose, de pœniten distinct. 1. tenetur etiam alia quacunque pœna, quæ irrogatur ex crimine, de quo Reum per falsum testimonium lædit, teste glos. in d. c. 1. de crimi. falsi, super verb. lædit. Qui quidem prænominatus occidendi modus, detestabilis est: eo quod quasi cum omnibus participat criminibus. merito ergo I. C. de eo modo specialem mentionem fecit in d. l. 1 in princ. ibi, quive falsum testimonium, &c. quam ait singularem Baldus in c. 1. §. Iniuria, in fin. de pace iuram. firma. in vsib. feudo. post eum Alexand. in Apostillis ad Bartol. in d. l. 1. ad hoc, quod testis deponens falsum in caussa criminali, debet subire illam pœnam, quam de iure pateretur ille, contra quem deposuit, si verum esset: nec minus occidit hominem, qui falso testimonio opprimit innocentem, quàm qui ferro
4 necat, quum lingua † sit omni ferro nocentior. De homicidio, consilio, suggestione, vel adhortatione commisso, varii varia dixerunt: communem tamen doctorum opinionem hic solum recensere curabimus, quum nostra ætate, iuris candidatos breui-
5 tate gaudere cognoscam. Quod si igitur † homicida, homicidium alias facturus non fuisset, nisi interuenisset consulentis consilium: tunc par idemque delictum est, facere homicidium, vel consulere persuadendo, aliàs non facturo, & indè facienti: quisquis igitur consilium dedit, quo fretus & adiutus quispiam alterum adigit neci, eam citra illius consilium nunquam commissurus, is haud dubiè non aliter plectendus est, quàm is, qui principaliter homicidium manibus patrauit, c. Sicut dignum, §. Quia verò, iunct. gloss. in verb. consilium, ext. de homicid. can. final. eo titulo, lib. 6. c. Si quis viduam. 50. distinct. can. Noli. & c. Periculose, de pœnitent. distinct. 1. vbi cap. insigniter habet. Et hinc patet, quàm periculosè errent, qui eos tantùm homicidas esse existimant, qui manibus homines occidunt: ac non etiam eos, per quorum consilium & fraudem, & exhortationem
6 homines extinguuntur. Sicut & † Iudæi nequaquam propriis manibus Christum occiderunt: mors tamen Christi ipsis planè imputanda est, quod iniquo testimonio, consilio, & suggestionibus, eum ad crucis mortē pertraxerint. Doct. interim locis pre-
7 allegatis † vtūtur vna distinctiuncula, nem-

pe consilii mandantis operis remoti, & o-
peris propinqui, cuius etiam meminit Io-
han. Berbe. in suo viatorio iuris, sub rub. de
Homicidio, quam hic breuitatis caussa o-
8 mittimus. Præterea qui † homicidii pa-
trationem præcepit, iussit, vel mandauit,
tenetur vt faciens illam, secundum Bartho.
& alios in l. Si per alium, ff. ne quis eum qui
in ius voca. est, vi exi. in princ & in l. Sed si
vnius, § Si seruus, & ibi Alex. ff. de iniur.
Bartho. & sequaces in l. Si seruum, 8. Prætor
ait, ff. de acquir. hæredi. Bald. in c. 1. in vlt.
colū. Quib. mod. feu. amittitur. Alex. post
alios in l. Si quis id quod, ff. de iurisd. o-
mnium iud. de quo latè per Ang. Aret. in
suo insigni tract. maleficiorum, in verb.
Sempronium mandatorem, per totum,
quem suadeo legendum & relegendum, ob
varias, bonas, vtiles, ac quotidianas, quas
suo laudabili more mouet, examinat, &
discutit, quæstiones. Atque hoc item mo-
do Iudæi cum Pharisæis & Scribis, Chri-
stum seruatorem nostrum occiderunt: quē
iussu, clamoribus, ac mandatis imperiosis
ad crucis patibulum adegerunt, vti habent
sacræ Euangelistarum historiæ: Crucifige,
crucifige eum, Si hunc dimittis, &c. quæ o
mnia sunt apertiora, quàm vt hic amplius
probanda sint. Item & per Doct. in d. can.
Sicut dignum, & per D Fely. in c. Mulieres,
per totum de senten. excom. D. Hippo. de
Marsil suis in singularibus, singulari 181. in-
cipiente: Mandans fieri homicidium, &c.
9 Vbi † etiam quærit, quid de nuncio scien-
ter portante literas mandatum homicidii
continentes, secuto tandem homicidio: cō-
cludit eum teneri pœna homicidii: Ita sin-
gulariter dixit Cyn. in l. Non ideò minus,
C. de accusa. Idem expresse firmat Bald. al-
legans Cyn. in l. 1. §. Ne autem, in 5. colum.
C. de cadu tollend. Vbi etiam subdit, idem
10 esse, † si mandaui Titio vt faceret homici-
dium, & Titius mandauit Seio: nam omnes
tenentur. allegat text. quem dicit singula-
rem, in l. Si ego, ff. quod vi aut clam. Idem
etiam voluit Bart. in l. 1. § Incidit, ff. ad Tur-
11 pil. vbi inquit, Quod † nuncii per quos fi-
unt tractatus homicidiorum, vel malefi-
ciorum, puniantur per illum text. subdens,
quòd ille casus est per glos. in ver. Cauerint,
in l. Si sciente, ff. ad l. Pomp. de parricid. Qui
12 dicit † etiam à simili, quòd proxeneta con-
tractus vsurarii tenetur ad restitutionem
vsurarum. Multò magis autem ille male-
ficii est culpabilis, qui iussu ac mādato, ma-
leficii caussam dederit. Plures allegationes,
si desideras, videbis per D. Hippoly. in dicto
suo singulari 181 & antè eum per D. Ang.
Aret in d. suo tract. maleficiorum, in verb.
13 Sempronium mandatorem. Itaque † præ-
cipiens, iubens, vel mandans, debet puniri,
quemadmodum occidens, text. in c. fin. de
homicid. lib 6 ad idem text in l. Damni, §.
Si pupillus, ver. Si mandato. ff. de dam. in-
14 fecto. Ratio huius est, Quia † quisquis da-
mni dedit caussam, damnum dedisse vide-
tur, l. Qui occidit. § In hac, ff. ad l Aquil. §.
Cæterum, & glos. in verb mortuus, Institu.
de le. Aquilia. Item, quod quis per alium
facit, per seipsum facere videtur, § Non so-
lum, Institu. de iniur. l. 1. § Deiecisse, ff. de vi
15 & vi arma. Postremo † iniquus iudex nu-
mis corruptus, qui falsò, dolosè, & sinistro
medio innocentem morte damnat, is item
vt falsarius, vt periurus, & vt homicida quo-
16 que damnandus est: nulla † enim lex inno-
centem occidere concedit, c. Si non licet, in
prin 23. q. 5. sicuti ex sequentib. clariùs co-
17 gnoueris. † Propterea Pilatus simili pœna
damnandus fuerat, qua ipse innocentem
Christum condemnauit. Iudex namque
iniustè aliquem ad mortem iniusta senten-
tia damnans, eadem pœna, nempe homi-
cidii, seipsum inuoluit, l. Lex Iulia, § fin. ff.
ad l. Iuli. repetun. quem text. pro mirabili
allegat Ioan. de Anania, in c. Accusanti, ext.
de accusat. Similiter & Bald in l. vnica, in 4.
colum. C. ne ex delict. defuncto. contra iu-
dices, qui accepta pecunia, vel calore iracū-
diæ inducti, vel sine consideratione, mortis
senten-

ſententiam proferunt in l. 3. C. de epiſcop. audient. ibi homicida quod fecit, ſemper expectet: huius luculenter meminit text. in d. l. 1. in princip. verſic. quóve magiſtratus Iudexve quæſtionis ſub capitalem cauſſam pecuniam acceperit, vt publicæ legis Reus fieret: & qui hominem occiderit, punitur: non habita differentia, cuius conditionis hominem interemit, ff. Ad l. Cornel. de ſicar. Reſolutiuè atque vnica diſtinctiuncula dicamus: quòd ſi ad mortem condemnet, pœna capitali legis Corneliæ tenetur, d. l. 1. Si aũt ad mortem non condemnet ſed aliàs puniat in corpore, corruptè iudicando, in exilium datur: omnia bona confiſcantur, de quo in Authent. Nouo iure, C. de pœna iudic. qui mal. iudic. Item tenetur l. Iulia repetundarum, l. 3. & 4. ff. ad l. Iulia. repetund. Item concuſſionis l. 2. ff. de concuſſionibus. Item falſi, l. 1 § Et qui Iudicem, ff. ad l. Cornel. de falſ. Poſſet hic aperiri ampliſſimus quæſtionum campus, quem prudens prætereo, ne æquo prolixior ſiã: quandoquidem quæſtiones eæ ex ſuperiorib. facilè ſolui poterunt.

CAPVT LXXI.

De homicidio per conſenſum.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 71.

1
2 *Homicidium conſenſu committitur: Aut* { *Ante factum.* / *in facto.* / *Poſt factum.* }
3
4
5 *Homicida conſilium ac opem præſtans per viam* { *Iuſtitiæ,* / *Gratiæ,* / *Alimentæ,* } *non eſt puniendus.*
6

1 HOmicidium † conſenſu committunt ii, qui ipſi homicidæ, aut ante factum, aut in facto aut poſt factum homicidium, ſuppetias ferũt, aut ſolatia. Ante factũ quidem, ſi opibus & pecunia iuuent, ſi milites, ſi equites, ſi arma, atq; id genus ſubſidiaria auxilia ſuppeditent, l. 4. ibi, cuiusve opera, ff. ad l. Iul. Maieſtat. l. Si pignore, §. Cùm furti. verb. Qui ferramenta, ff. de furt. l. 1. & l. Vtrum. ff. ad l. Pompei. de parricid. l. Qui domum, ff. ad l. Iul. de adulter. l. Nihil intereſt, ff. ad l. Cornel. de ſicar. & l. 1. ff.
2 de receptat. In ipſo † autem facto, ſeu actu quis maleficium committit, ſi ſemet malefactori homicidæ adiungat, ei aſsiſtat, commoditatem vllam præbeat, quò expeditius homicidium faciat: probatur notabili l. 1. C. de rap. virgi. c. Sicut dignum, §. 1. extr. de homicid. pro hoc text. in l. Item Mela. §.
3 Si alius, ff. ad l. Aquil. Poſt † factum verò, ſi cum ipſo homicida ſe coniungat: cum ipſo, ceu patrocinaturus, conuerſetur: ipſum hoſpitio, tãquam re bene geſta, recipiat: ſi quo minus comprehendatur, impediat: ſi aliis quoq; ſimilibus indiciis conſenſum actualem demonſtret, vt probatur in l. Is cuius ope ff. ad l. Iul. de adulter. in l. 1. C. de his qui latrones vel aliis criminibus reos occultarunt: Textus aureus in d. l. 1. ff. de recept. Hæc tamen ſanè veniunt intelligenda, quia
4 † ſi quis poſt delictum commiſſum conſenſum ac opem criminoſo præbeat, & conſiliũ, non contra ipſam iuſtitiam, ſed vti ipſe criminoſus per viam iuſtitiæ ſuoq; conſilio adiutus, periculum mortis euadat, nullo modo puniendus eſt, veluti ipſi aduocati, qui ex Iudicis aſſenſu poſtulant pro delinquentibus, ſecundum notata in l. Per omnes, C. de defenſoribus ciuitat. facit l. Cuſtodias, cum gloſſ. & ibi notat. per Bart. & Ioan. de

Imol. ff. de public. iudic. l. Si postulauerit, §. quæstionibus, ff. Ad l. Iuliam, de adulter. Hanc opinionem pari ratione cõfirmat Innocẽtius in c. Solet, ext de sent. excomm. vbi dixit, quod Aduocatus excommunicato consilium præstans, & cum eo ex gratia conuersans, nullam excommunicationis
5 labem sibi ex eo cõtrahat. Rursum, † si quis post delictum commissum, alicui consensum præstat, & opem ei qui delictum commisit, vt euadat, per viam gratiæ, siue misericordiæ supplicando pro eo Principi, non punitur, argum. l. Quidam, ff. de reb. dubiis, l. Relegati, & l. Diui fratres, ff. de pœnis. Istud tamen fallit in crimine læsæ Maiestatis: quia supplicans pro iis qui in crimẽ læsæ Maiestatis inciderunt, efficitur infamis, pœnaque perpetuæ infamiæ notatur, l. Quisquis, §. Deniq;, C. ad l. Iul. Maiestat.
6 Postremo † post delictum commissum, præstans consensum & opem alicui per viam alimoniæ, non punitur, cum etiam post cõdemnationem sit alimentatio permissa, l. Legatum, de cap. diminut. probatur in l. 4. ff. de iis quæ pro non scrip. habent. Itaque per prædicta nunc constat abunde satisfactum esse huic communi quæstioni: vtrum consentiens per cooperationem puniatur eadem pœna, qua delinquens, d. l. vnica. C. de rapt. virg. & l. Vulgaris, §. penult. ff. de furt. Hactenus item enarrata omnia copiosè ac luculenter confirmat ac probat Bartol. in l. In furti. §. Ope, ff de furt. nec non D. Paulus Gril. in suo tract. de pœnis omnifariam coïtus, folio libr. meo 223. & num. 15. 16. 17. 18.

CAPVT LXXII.

De homicidio per indicia seu signa.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 72.

Signis homicidium committitur
1 *Commonstratione personæ.*
2 *Commonstratione viæ periculosæ.*
3 *Consilio*
4 *Indiciis* } *dolosis, in alicuius necem.*

1 Signis ferè homicidia † committuntur, quoties dolosè ac malignè indicant locum, vbi latet is qui postea occiditur. Aut †
2 si nequiter commonstrata via, quempiam
3 per locum transire † consulant, vbi ipsi insidias structas esse cognorunt, l. Item si obstetrix, ibi, Quemadmodum, ff. ad l. Aquil.
4 l. Cuiusque, ff. ad l. Iuliam Maiestat. † Aut si similibus indiciis alicui cędis occasionem & caussam præbuerint, l. Nihil interest, ff. ad l. Cornel. de sicar. Hi enim omnes vero homicidio obuincti sunt, eoq;, vt ipsi principales homicidæ, plectendi.

CAPVT LXXIII.

De homicidio per sortilegia.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 73.

1 *Sortilegiis occidens*
Vt homicida, morte mulctatur.
Vt sortilegus, igne comburitur.

Sorti-

2 *Sortilegiis impediens* { *Conceptum* / *Partum* } *incendio absumitur.*

QVisquis aliquem sortilegiis occiderit, † aut incantationibus, is ignis confla-
1 gratione consumendus est: illius enim homicidium non simplex est, quoniam homi-
2 cidium preterea sortilegio commaculauit, cuius gratia incendio damnatur. Sicut † item is qui sortilegiis naturalem in viris ac mulieribus generandi vim impedit: aut efficit, ne mulier cõcipere possit: aut grauida pàrere: aut lac nutricis desiccat: aut quouis alio modo sortilegia ac maleficia, siue in corpore per cibum vel potum, siue extra corpus conficit, is vt homicida tenetur, c. Si aliquis, & ibi scrib. ext. de homicid. l. Si quis aliquid, § Qui abortionis, & ibi Doct. ff. de pœnis, l. Eorum, C. de malef. & mathematicis. Illius etiam meminit explanatius D. Paulus Grilland. in suo insigni ac laboriosissimo tract. de Sortilegiis in 2. 3. atque 11. quæstionib.

CAPVT LXXIV.

De homicidio per Venenum.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 74.

1 *Occidens* { *Veneno* / *aut* / *Toxico* } *punitur &* { *Gladio* / *&* / *Confiscatione bonorum.* }

2 *Atrocius est hominem extinguere veneno, quàm occidere gladio.*

Venenum triplex {
3 *Ex sui natura malum, sed admixtum salubre.*
4 *Ex sui natura nociuum, nociuumque semper permanens.*
5 *Maliciosè ad perimendum confectum.* }

6 *Venenum* { *Primum* / *Secundum &* / *Tertium* } { *quibus* / 7 *nullis* } *permittitur.*

8 *Latalibus herbis, aut potu necans, cui pœnæ obnoxius.*

10 *Veneno faciens abortum* {
9 *Fœtus viuentis, punitur capitaliter.*
11 *Fœtus nondum viui, punitur extraordinariè.* }

12 *Arte fœtum priùs mortuum propellens, in laude est, non in crimine.*

Mulier sibi abortum faciens {
13 *Fœtus viuentis*
14 *Fœtus nondum viui* } *punitur* { *hæc, puteo.* / *hæc, extraordinariè.* }

15 *Mulier sibi abortionem procurans condicta pecunia, semper punitur capitaliter.*

16 *Animatio* {
Fœtus fit { *secũdum alios die 30.* / *secũdum alios die 35.* } *teste D. Conciliatore.*
Fœtus {
Masculini fit die 40. testibus { *Glossa.* / *D. Abb.* / *Barto.* }
Fœminini { *Die 60. secundum Bart.* / *Die 80. secundum* { *Glossam.* / *D. Abb.* } } } }

17 *Attentata abortione frustrata, quomodo punienda?*

18 *In maleficiis spectandus euentus potius quàm animus.*
19 *Lanionum, & salsamentariorum maleficia quomodo punienda?*
20 *In sceleratos laniones & similes acerba inuectio.*

1 SI quis aliquem † occiderit veneno, aut
toxico, is cen[s]p[.]litor habetur teste Bald.
in l. Nemo clericus, Cod. de sum Trinit. &
fid. catho. ideoque gladii animaduersione
punitur, cum confiscatione bonorum, l. 1.
& 3. ad l. Corneliā de sicari. & venefi. Imò
2 inquit l. i. Cod. de malefi. & mathe. Plus †
est hominem extinguere veneno, quàm oc-
cidere gladio, d. l. 3. in principi. Eidem
quoque crimini sese inuoluit, quisquis præ-
sentantem tale venenum conficit, emit,
vendit, siue parum siue multum, aut domi
seruat, aut sciens, volensque pro necando a-
liquo custodit: etiam si eo veneno nūquam
vtatur, nec ad effectum probauerit, nec eo
vllus vnquam peremptus fuerit l. 1. & 3.
3 Hic tamen te scire † velim, amice Lector,
tria esse venenorum genera, quorum me-
minit text. in d. l. 3. Nempe venenum, quod
ex sui natura quidem malum est: sed aliis
substantiis admixtum, bonum sit & salu-
4 bre. Aliud † per se nociuū est, ac nociuum
5 permanet. † Aliud, maliciose ad perimēdū,
confectum est, l. Eiusdem, ff. ad l. Cor. de si-
car. ibi & Bart. tractante de medicamentis
6 ac triplici veneno. Primùm permittitur †
medicis, chirurgis, pharmacopolis, veteri-
nariis seu equorum medicis (quos nunc
vulgus marescalcos adpellat) atque id ge-
nus similibus, vt eo vtantur, vt valetudi-
nariis, atque affectis præbeant, vt id emant,
vendant aut simplex aut mixtum, sicuti i-
psis visum est, l. Quod sæpe, §. Veneni, ff. de
contrah. empt. aut vendit. Sed in hoc ge-
nere pharmacopolis diligenter videndum
est, quibus hoc venenum dent aut vēdant:
& cuius rei vsui emptor sibi coëmat, atque
diligenter memoriæ, siue potiùs literis fi-
dis memoriæ custodibus mandet. si forsan
apud eos isthac de re faciēda veniret inqui-
sitio: aliàs certè teherentur pœna legis Cor-
7 neliæ de sica. d. l. 3. §. Alio: Alia verò duo †
venenorum genera, nulli fas est dolose ser-
uare domi, nec ea emere aut vendere, nec
dare cuiquam, aut concedere vllo modo
sub pœna capitali l. 1. §. Præterea, & l. 3. ff. ad
l. Cor. de sicar. & in d. l. Quod sæpe. §. Ve-
neni, ff. de contrah. empt. ven. Simili ra-
8 tione cum superiori, quisquis † aliquem
lætali potione, aut eduliis herbaceis ex ve-
nenosis confectis herbis, cicuta, salamādra,
aconito, pytyocampa, bobustro, mandra-
gora, cantharide malignè perimit, tam est
in noxa, eademque pœna mulctandus, ac si
veneno sustulisset hominem, d. l. 3. §. Alio.
9 Adhæc † quisquis noxia potione, aut hu-
iuscemodi veneno mulieri procurat abor-
tum is capitaliter puniendus est, si quidem
fœtum in vtero vixisse constiterit, l. 1. ff. ad
l. Pompe. de parricid. & melius in l. penult.
ff. ad l. Cor. de sicar. l. 1. in princ. ff. eod. tit.
glos. in verb. exilium. in l. Diuus, ff. de ex-
traor. crimi. De his abundè D. Paulus Gril-
landus in suo tract. de Sortilegiis, q. 12. & 13.
10 Sin fœtum † nondum concepisse vitā, cer-
tum est, haud tam enormis est noxa: alia ta-
men pœna extraordinaria, relegatione exi-
lio, vel simili ad arbitrium Iudicis, secun-
dum qualitatem facti. & personarum con-
ditionem, is proscribendus est, l. Si quis a-
liquid, § Qui abortionis, ff. de pœnis, l. Di-
uus, ff. de extraor. crimi. l. Cicero, §. fin. & l.
Prægnantem, ff. de pœnis, & l. Si mulierem
visceribus, ff. ad l. Cor. de sicar. Et hāc distin-
ctionem inter partum animatum, & inani-
matum facit text. in c. Moyses, 32. q. 2. inc.
Sicut ex literarum, De homicidio, in antiq.
11 At si quis † fœtus in vtero priùs emortui
arte medica eiectionem curauerit, in laude
is est, nedū culpa vacat, si de ea morte certò
12 constiterit. Mulier † vero quæpiā, quæ te-
chnis dolosis sibiipsi fœtus viuentis abor-
tionem.

tionem facit, ea quoque similiter vt antè de
iure scripto, & ex recepta consuetudine, pu-
13 tei suffocatione damnāda est. Si verò † fœ-
tum talis mulierculæ sibiipsi poculum no-
xium præbentis, nondum vixisse certum
fuerat: ea exilio item releganda aut certè a-
lia pœna extraordinaria mulctanda, l. Di-
uus, l. Cicero, §. fin. l. Si prægnantem, & l. Si
mulierem visceribus, suprà crebrò memo-
14 ratis. Veruntamen † si isthæc mulier im-
prægnata ante fœtus animationem, vllam
ab aliquo accepisset pecuniam, vt præma-
turè fœtum illum embryonis nondum a-
nimati per noxia quæpiam, aut per medi-
caméta corruptū eiiceret: ea non solùm, vt
prior, exilio, sed grauiùs multo punienda
esset, nempe pœna capitis, citra vllam di-
stinctionem, an vixisset partus, an verò mi-
nimè: idque propter detestabilē illā pecuniç
receptæ turpitudinem, quam assassiniam
vocant. l. Cicero in prin. ff. de pœnis. Bart.
15 in d. l. Diuus. Quoniam † verò mota est su-
prà illa distinctio, de fœtu animato & non
animato, non ab re facturum me arbitra-
bor, si quanto tempore fœtus in vtero ma-
terno animaretur, hic obiter ostenderem.
Secundum igitur quorundam doctorum
opinionem, fœtui vita infunditur trigesi-
mo à conceptione die, aut trigesimoquin-
to ad summum. Ita habet dominus Con-
siliator in suis differentiis physicis, differ.
49. Alii verò autumant fœtum masculum
animari die quadragesimo: fœtum autem
fœmininum, non nisi octuagesimo die vi-
ta donari. Ita dicit gloss. 5. distinct. in princ.
in verb. 40. quam etiam sequitur Abbas in
c. Si aliquis, in fin. ext. de homicidio. In iure
tamen ciuili non est discedendum ab opi-
nione glossæ singularis in d. l. Diuus, quam
quidem gloss. ob summam authoritatem,
summè etiam communiter approbant o-
mnes. Bart. tamen itidem vult masculum
fœtum animari vita, quadragesimo die:
fœmininū autem die sexagesimo: ea tamē
naturalibus discutienda relinquit. Atque

hactenus de conamine fœtus expellēdi de-
clarata, intelligas oportet, si conatum illum
secutus fuerit effectus, hoc est, si mulier par-
16 tum abortiuerit. Nam si conatum † nō se-
quitur effectus, nec sumptum noxium po-
culum operetur effectum: sed si præter suā
expectationem, & spem fœtum viuum pe-
pererit, qui aliquantulo tempore superui-
xerit: ipsa quæ poculum obtulit, aut ea quç
vltro sumpserit, punitur quidem, non ta-
men capitaliter, teste D. And. Barba. in suis
consiliis, consi. 23. in 2 volumi. Et hodie in
17 † maleficiis potius spectatur euētus, quàm
solus animus delinquentis sine effectu, &
ponderat textum in d. l. Si quis aliquid, §.
Qui abortionis, in verb. perierit: vbi ita im-
ponitur pœna vltimi supplicii danti pocu-
lum abortionis, si perierit partus: sed hoc
casu non periit partus, ergo, &c. Attamen
non impunitus euadet quisquis aut sciens
tradidit, aut sciens sumpsit: poterit enim
relegari, per ea quæ habentur in d. l. Si quis
aliquid, §. Qui abortionis, ff. de pœnis,
quem ocium nactus perlegere poteris. Por-
18 ro laniones, † salsamentarii, ac œnopolæ,
qui corruptas carnes, putridosque pisces,
ac scientes noxia infectaque vina, siue infe-
ctas lagenas largiuntur aut vendunt, vnde
violenta alicuius mors sit exorta, iure puni-
endi sunt, vt veri homicidæ. Quod vtinam
19 † tam ipsis esset persuasissimum, quàm in
iure ac ratione est certissimum, cautius pu-
to ac syncerius nobis suos pædores, mala-
que venderent, nosque felicius concessam
vitā ageremus. Sed (quod nō sine summo
mœrore commemorare possum) tāta pas-
sim permittitur his in rebus libertas, vt si
ita in suis maleficiis pergere sinantur, nec
necessario remedio per Senatum occursum
fuerit, plures tandē (metuo) quàm ipsi car-
nifices sustulerint. Vnde quæso tam crebræ
pestes? vnde tot tormina? tot dysenteriæ?
Vnde hæ chiragræ, podagræ? atque sexcen-
ta penè morborū genera? nisi ex corruptis
obsoniis, ex putidis piscibus, vermiculosis

atq; infectis carnibus, atque vitiatis vinis, sulphure, calce, vt peiora nō memorē. Quibus non sat est, quod falsis mercibus autobsoniis manifestum furtum cōmittant, nisi etiam suis vitiosis admixtis nos misere excarnificent, ac mille morbis morte durissima grauioribus infeliciter exagitent. Quocirca optarim omnibus votis iustitiam hîc oculatiorem, ac Senatum temporius huic inualescenti malo adferre remediū. In summa, quisquis maliciose alteri adimit vitam, quocunq; modo, ac forma id fiat: is damnādus est ad formas prædictas, l. 1. § Præterea, & l. In lege Cor. dolus, ff. ad l. Cornel. de sica. Atq; itē omnes cooperarii, coadiutores, qui ipsis homicidis scientes volentesq; sua solatia, fauorē, ac opē suam contulerunt, l. 4 §. Cuiusve opera, ff. ad l. Iul. Maiest. l. Si pignore, § Cum furti, ver. Qui ferramenta, ff. de furt. l. 1. ff. de recepta. quorum vtcunque meminimus capitibus præcedentibus. Possent ditissimæ huic materiæ plura sanè vtilia adiungi: verum ne immodica prolixitate vos detinerem, ea præterire volui.

CAPVT LXXV.

De Inspectione occisi, & percunctatione vulnerum.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 75.

1 *Inspectionis occisi forma.*

2 *Vulneratus tantum* { *Propria* { *Culpa vel Incuria,* } / *Imperitia* { *Medicorum, vel Chirurgorum* } } *moriens, non grauat vulnerantem crimine homicidii.*

3 *Inspectionis ratio & forma apud Brugenses.*

4 *Relatio Burgimagistri ad Senatum post inspectionem.*

5 *Forma querelæ Consulis communitatis, coram Senatu per Scribam.*

6 *Homicidam oportet ante tertium diem sese per amicos de facto prodere.*

7 *Forma absentes homicidas proscribendi, ex consuetudine Brugensium.*

PRæsens caput de interfecti inspectione iamiam præcedentibus capitibus subiungere non inutile fuerit, vt in prædictis casibus æqua consideratio atque cognitio talium læsionum & vulnerum caussa, ante sepulturam certò Iudici constare posset: neve interfecti minus certæ cognitionis in isthac interfectione desideretur. Præ-
1 tor † igitur seu ipsius vicarius, vnà cum duobus scabinis, cum scriba iudicii, cum vno alteroque chirurgo, & medico (si haberi possint) ante inspectionem quidem ad hoc iuratis, eundem illum cæsum, mortuumque priusquam sepeliatur, diligenter inspiciant, & si sepultus fuerit, effossum cadauer accuratè considerent, & omnia accepta ipsius vulnera, verbera, ictus & iactus, iuxta compertam notitiam & veritatem, summa cum diligentia notari cōsignarique curent, quod ita fieri voluit Bart. in l. Damni, § Sabini. ff. de damno infect. vt describātur tēpus locusque vulneris. Summa item cum obseruatione notanda sunt vulnera mortalia, & non mortalia. in l. fin. ff. de quæstionib. Ang. in l. Si in rixa. ff. ad l. Cor. de
2 sicar. Nam † si per negligentiā & incuriam propriam, aut imperitiam medicorum ac chirurgorū vulnus fortè mortale fiat, vulnerans tunc tenetur de vulnerato tantùm, nequaquā de occiso, l. Qui occidit, §. fin. & l. Si

l Si ex plagis. ff. ad l. Aquil. c. Significasti, de homicidio. Bart. in tract. de percussionibus, vers. Quid si est percussus non mortiferè, &c. Bald. consilio 136. Proponitur 2. parte. Nisi sit vulnus illatum in homine nõ sano: bonus textus in l. Qua actione, §. Sed etsi quis seruum ægrotum, ff. ad l. Aquil. Vel nisi coniunctio, ac vulnerum non mortalium pluralitas, mortem coniunctim induceret, Bart. in d. l. Si in rixa, ff. ad l. Cornel. de sicar. Vel de occiso non tenebitur, si vulnerati vulnus sua negligentia sine culpa propria efficiatur mortale, veluti si non sinat se curari: vel si cum vxore, aut alia muliere concubuit: vel si medicorum aut chirurgorum præceptis parere neglexerit, aut plane noluerit, non abstinendo à potu ciboque vetitis, vulnerique suo contrariis, huic seruit quæstio. 323. minimè incelebris, 2. parte decisionum aurearum quæstionum D. Nicolai Boerii, viri inter iuris interpretes maximi nominis: quæ habet multa insignia de vulnere, & inter alia vulnus mortale quale dicatur, & quando mors ex vulnere vel aliunde probetur subsecuta: & quæ sint partes in humano corpore letalib. vulneribus obnoxiæ, quæ vero minimè: deinde an iudicio medicorum aut chirurgorum in hac inspectione standum fuerit: quam quidem D. Nicolai quæstionem introspiciendam nequaquam dissuadeo. Cuius gratia vnum exemplum proferam vbiuis locorum vsitatissimum, potissimũ autem
3 in inclyto † Brugensi oppido, vbi hic mos, & cõsuetudo receptissima inoleuit: vt quoties denunciatus fuerit quispiam interemptus, ad cadauer occisi ilico properet Prætor, vel suus vicarius cum duobus senatoribus seu scabinis, cum scriba, & vno atque altero chirurgo iurato: quò quum ventum fuerit, diligentem occisi inspectionem habent, ita vt interrogent cæsi qualitatem, cõditionem, & exercitationem, nomen, cognationem, affinitatem, & similia: cui notus, cur, & quomodo ea cædes commissa sit. Ideoque notent locum, vbi primò occisum repererunt, notent omnia vulnera letalia & non letalia, & loca vulneribus affecta, notent diem, tempus, & horam quando occisus, quando ita à senatoribus seu scabinis repertus, notent instrumenta, notent postremo per quem ea cædes commissa habeatur, ea autem omnia scriba, hac aut simili forma verborum breuissimè complectetur. Anno 1550. sexto Iulii, hora 3. à prandio inspectus est Ioannes Lupus F. Petri, maritus Annę Vulpis, faber murarius Gandensis, iacens interfectus Brugis in platea lapidea ante œnopolium Cerui, vno aut pluribus vulneribus affectus, quorum vnũ (quod per se læthale fuerat) inflictum fuit in capite, alterũ per se etiam letale in pectore, reliqua vero eo, atque eo loco, nõ tamen letalia. Quę omnia inflixisse ferebãt Petrũ Simonis F. Pauli aurigam Bruxellẽsem, gladio, aut hasta, anno & die suprà scriptis hora 10. ante prandiũ, qua hora è viuis excessit. Acta est hæc inspectio anno, die, & hora, vt ante, præsentibus dominis M. Iodoco Casletano, & Henrico Stratio senatoribus seu scabinis, vnà cum Prætore, vel ipsius vicario, vel satellite. Huius autem inspectionis
4 nota inscribenda est registro. Porrò † quoniam Burgimagister communitatis, verè caput est totius reipublicę, sibi illatum merito putat, quicquid vlli suarum partium illatum fuerit. Quocirca in florentissimis nostris Brugis, vbi æquissimè atq; omnium optimè politica singula constituta sunt, hęc consuetudo post dictam inspectionem perpetuo seruatur, vt dictus Burgimagister communitatis ob illam partis suę iniuriam & læsionem, ante finem tertii diei, querelam suam referat ad collegium senatorium (siquidem id conuenerit) aut coram duobus eiusdem collegii magistratibus, per Dominum scribam ad hanc formam pronunciandam.

5 *Forma † querela per D. Consulem communitatis ex relatione Scriba.*

A*Equißimus D. Consul communitatis Brugensis, Petrus Tutor, grauiter conqueritur de Petro Simonis F. Pauli, auriga Bruxellensi, homicida nefario, qui Ioannem Lupum, F. Petri, maritum Anna Vulpis, & fabrum murarium Gandensem grauißimè vulnerauit gladio, hasta, &c. in capite, in pectore, &c. ex quibus illatis vulneribus hic Ioannes Lupus è viuis excessit. Contigit autem hoc homicidium Brugis in platea lapidea, ante œnopolium cerui, anno 1550. sexto Iulii, hora decima ante prandium. Cuius querelam D. Consul deponit ante finem tertii diei ab inspectione facta, nempe nono Iulii, anno vt suprà, coram vobis dominis in collegio senatorio huius ciuitatis Brugensis.* Si autem Burgimagister communitatis per absentiam hãc querelam referre non potuerit, idem scriba eandem relationẽ faciet ex nomine alterius sequentis consiliarii, aut ipsius sequentis vicarii, hoc modo: *D. Matthaus Viues legitimus vicarius ac locum tenens Domini Petri Tutoris, ob ipsius absentiam grauiter conqueritur, &c. vt antè.*
6 Cæterum † non abs re hîc diligentisſimè obseruandum hoc receptisſimum apud Brugas nostras statutum, quo sancitum est, vt ipse homicida debeat ante finem tertii diei sese homicidio per ipsum perpetrato coram senatu accusando notificare, idque per duos eiusdem ciuitatis ciues, quibus homicidæ nomine coram senatu aut duobus senatoribus comparendum fuerit, & eadem homicidæ notificatio ipsis referenda, quam dicent iuramento adstricti habuisse ab ipso homicida in mandatis ad referendum ipsius nomine, qui fatetur sese homicidium commisisse tali loco, tempore, & instrumento, ita vt ea confessione hoc factum sibi tantum ascribat, reliquosque innocuos excuset. Nam si hac accusatione sui, homicida ante diem tertium de commisso homicidio minimè se proderet, Iudex homicidium ipsius pro latrocinio habendum censeret, ipseque per absentiam & non comparitionis contumaciam, exilio centum annorum ac vnius diei Flandria proscribitur sub pœna capitis, vt verus
7 latrocinii Reus. Porrò † si ante tertiũ diem à commisso homicidio ipsemet corporaliter citatus (nam semper à patrato homicidio per Consulem communitatis citantur ad obediendum iustitiæ) compareat, & se captiuum offerat pro defensione sua, & expurgatione faciẽda, semper auditur, & caussa ipsius iuridicè peragitur. Si verò corporaliter non compareat post omnes citationes factas: sed per amicos delatores coram duobus senatoribus sese homicidii alliget ante tertium diem, iuridicè contra eum absentem proceditur: isq; interim proscribitur tota Flandria, & Comitis protectione priuatur, donec ipsius clemẽtiam & remissionem super homicidio impetrauerit. Sin nec corporaliter per se, nec per alios sese magistratui notificauerit, vt dictum est, ipsius homicidium sua culpa, silentio, & significandi negligentia fit latrocinium, ob quod totus eiicitur, & Comitis benignitate impetranda indignus efficitur.

CAPVT LXXVII.

Cui permiſſum occidere.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 76.

1 *Occidere quatuor modis permittitur. Ob defensionem* { *Sui. Bonorum suorum. Nominis ac fama. Amicorum suorum.* }

Inua-

2 *Inuaso permittitur sui defensio, etiam vsque ad internecionem alterius.*
3 *Quot sint necessaria, vt quis sui defensionem legitimè præstruxerit.*
4 *Inuasorem interimens defendendi sui gratia, puniendus non est.*
5 *Quando quis in vita discrimine constituitur.*
6 *Quando propria defensio approbanda.*
7 *An is qui inuaditur, fugere cogatur.*
8 *Inuaso quando fugiendum.*
9 *Inuaso quando non fugiendum.*
10 *Homicidium tempore meditatũ, negat defensionem sui.*
11 *Homicidium quando non est tempore præmeditatum.*
12 *Pauper potentiorem prior adortus, occidens quando excusabilis.*
13 *In sui defensione modum excedens, non excusatur.*
14 *In moderata defensione requiruntur* { *Factorum paritas.*
15 *Temporis æqualitas.*
16 *Facti cum defensione iusta collatio.* }
17 *Defensio prauiam læsionem arguit.*
18 *Prior pugnam mouens, prior quoque offendit, non defendit.*
19 *Minarum caussa, quando mouenda pugna?*
20 *Prior inuasus, ac postea inuadentem in fugam conuersum occidens, homicidii reus efficitur.*
21 *Pugnam prior iterans, inuadens, & occidens, reus est homicidii.*
22 *In pugna dubia de priori inuasore, vterque ex æquo puniendus.*
23 *In pugna dubia, vtri adiudicanda defensio sui.*
24 *In tumultuaria pugna aliquo dubiè occiso, quomodo damnandi pugnantes?*
25 *Nemo morte condemnandus ob suspiciones.*
26 *In tumultuaria pugna, solus letalis vulneris author capite plectendus.*
27 *Homicidii coadiutores quomodo puniendi?*
28 *In pugna tumultuaria homicidii dubia, inceptores puniendi.*
29 *Si duo è populi conflictu pugnarint, bene famati verbis potius credendum.*
30 *Vt bona fama patrocinetur, diligens seruanda cautela.*
31 *Qua pœna suos homicidas iura Canonica afficiant.*
32 *Homicidæ spirituales præter debitam pœnam etiam irregularitatem incurrunt.*
33 *Homicidiorum materia quanta difficultas.*
34 *Iniqui Iudices, Rei damnis omnibus reparandis obnoxii fiunt.*
35 *Indoctis Iudicibus à doctioribus consilium petendum est.*

1 MAteriam præsentem † continuaturus, nulli non compertissimum esse volo, iuxta sacratissimas leges ciuiles permitti quatuor modis quempiam occidere: nempe, in defensionem sui, alioqui perituri aut periclitaturi: Ob defensionem bonorum suorum: Nominis ac famæ suæ defendendæ gratia: Postremo, amicorum suorum de vita periclitantium liberandorum caussa. Qui omnes modi pro excusatione Rei communi appellatione dicuntur necessaria seu coacta defensio. Hos igitur 4. modos capitulatim explicari decreuimus. Quisquis itaque (vt à primo modo incipiamus) ab † altero inuaditur, huic profectò
2 permittitur sui defensio: adeo vt si alterum ipse in hac defensione interemerit, crimine apud omnem Iudicem vacabit, & extra damnum erit. l. Is qui aggressorem, & ibi Bart. Bald. & Hippo. de Marsil. Cod. ad l. Cornel.

de sicariis: cui concinens est l. Scientiam, §. Qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. l. Vt vim, ff. de iustitia & iure, l. Sed vt partus, §. fin. ff. Quod met. caus. Clementi. vnica, de homicidio. necnon l. 1. C. vnde vi. Verum hic
3 sciendum est, † quòd qui coactam necessariamque huiusmodi defensionem suo facto præstruere voluerit, is prius inuasionis ab altero certitudinem per articulos proponat, & probet, oportet. Primo quod ab illo prius inuasus fuerit, nam si hic prior inua-
4 sisset, nulla haberetur coacta defensio. † Deinde doceat, oportet, articulatim, se in ea inuasione adeò fuisse in angustia constrictum, vt sine summo vitæ suæ periculo, imò nec vllo alio modo potuisset ex ea afflictione effugere, nisi semet defendendo, ac aduersarium cædendo, d. l. Is qui aggressorem, & ibi abundè D. Hipp. de Mar. & d. l. Scientia, §. Qui cum aliter. Lud. Ro. in suis singularib. singulari 28 Incipien. Accusatus de homicidio, cum additionib. ibidem. Ad hæc ex nostris legum interpretibus Iasonis iurisconsultorum nostræ ætatis facilè principis commẽtaria ruminabitis in l. Vt vim, ff. de iustitia & iure, vbi nonnullorum opiniones & sententias non incelebres refert & examinat, quas (breuitatis gratia) præter-
5 ire censuimus. Iura † autem tum præsumunt & censent eum fuisse in extrema vitæ angustia constrictum, quoties martialibus armis, vt machæris seu gladiis, spathis euaginatis, aut similib. armis seu instrumẽtis cominus, arteque assilitur, quorum plurima meminimus cap. 69. de homicidio manuali: Huic consonant scripta præfati D. Hipp. in d. l. Is qui aggressorẽ, & in l. Idẽ, §. Qui armati, ff. de vi & vi arma. & in l. Sed & si quemcunq;, in princ. ff. ad l. Aquil. vbi hoc voluit gloss. atq; Ang. Aret. in tractat. suo maleficiorũ, in verb. Et dictus Titius se defendẽdo, in verb. Aduertas quod, &c. quẽ Aretin. plurima conducibilia suo laudabili more citãtem consulite. In hac enim expurgatione Rei legitimus requiritur ordo, ne-pe, vt dicat se passum ingentem terrorem ob illius minas & inuasionem, antequam se defenderet: necesse est enim talem territationem præcessisse, vt tuam cædẽ expurgare posses ab immunitate pœnæ: nõ tamẽ requiritur, vt expectes aduersarium prius cedentẽ vt dicit gl. in l. 3. ver. Qui armati, ff. de vi & vi armat. Præstat enim tempori aduersarii assultũ præuenire, quam à plaga accepta postea tandem vindicare, l. vnica, C. quando liceat vnicui. sine iudic. se vind. Vnde dicebat Bart. in l. Sed & si quemcun-
6 que, ff. ad l. Aquil. Aduersarii vis † & terricula menta priora satis probata fuerint, si ꝓbare quiueris ipsum districto gladio tibi occurrisse, teq; inuasisse conatum esse: id si feceris, tuq; vicissim illum adortus occideris, probata est tua defensio, vbi refert Ioan. de Anan. in c. Si perfodiens, in vlt. col. ext. de homicid. & illud dictũ Bart. refert Barthol. Cepolla in suo consilio 29. Hic obiter mouenda est non ociosa quæstio: An is quem
7 alius † aggreditur, cedere cogatur & fugere? Quod autẽ nõ teneatur fugere, videtur temere Bald. in l. Vt vim, col. fin. ff. de iusti. & iure: hac ratione sc. motus, quod inuadẽs, ac fugans alium seu terrens, illicitum committit: vnde tenetur actione iniuriarum, l. item apud Labeonem, § 1. ff. de iniuriis, ergo alter non fugiendo facit licitum. Verum hæc ipsius Baldi opinio parum tuta est ac Christiana. Quocirca præfata venia, ego ita potius statuendum puto, vt is qui commode aufugere potest, teneatur fugere, ita vt si non aufugiat, homicidium punibile committat: hæc sententia probatur in l. Scientiam, §. Qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. vbi
8 † tum demum quis impune homicidium facit, quum se defendendo, hominem occidit, si aliter euadere non potuisset: ad idem text. in Clement. vnica, de homicid. vbi ita concludunt Zenzelinus & Petrus de Ancha. Huic consentit text. in c. 1. 23. q. 3. vbi dicitur, Christum profugisse in Ægyptum à facie Herodis, etiam si potuisset se defendere.

dere, & occulto instinctu manus Iudæorum in Herodem conuertere: ita gloss. in c. Suscepimus, de homicid. Hæc est conclusio Bart. in effectu, in l. Vt vim, col. fi. ff. de iusti. & iure: Ita idem Bart. Ang. & Salice. in l 1. C. vnde vi. Anto. de Butrio in c. Olim, de restit. spoliato. Abb. in c. Significasti, 2. de homicid. in antiq. Alex. de Imo. in consilio 109. col. 3. primo volum. consiliorum: Ioan. Faber in §. Ius autem gentium, Instit. de iure nat. gent. & ciu. Ex his dictis inferūt Pet. de Ancha & Zenzel. in Clementina vnica, de homicidio: quod † si verisimiliter

9 fugienti immineret fugiendo periculum, sc. cadendi: aut quod fugiens ab aduersario insequente posset citius comprehendi, & à tergo accepto vulnere necari, ob velociorē insequentis cursum, quem fugiens metuit, tunc volunt iidem autores, fugientem in eo casu non debere fugere, quia tum non nisi periculosè fugere posset, Alex. in suis consiliis, consilio 109. n. 8. Idem dicit Zenzelinus, si fuga esset vituperium aggresso allatura: puta, si rusticus aggrediatur militem: tunc miles non tenetur fugere: Ratione hac mouetur Zenzel. quod hæc æquiparentur, non posse absolutè recedere: & posse, sed nō nisi cum dedecore recedere, l. In eadem, ff. ex quibus caus. maio. vbi dicitur esse in vinculis, qui à loco in quo est, non potest recedere sine dedecore. Nam conseruatio personæ & famæ æquiparantur, l. Iusta, ff. de manu. vindi. & honor cuilibet pecuniario cōmodo præferendus est, l. Iulianus, ff. si quis omis. caus. testam. d. l. Vt vim ff. de iusti. & iure, colum. fin. Quod si tu es Perusinus, famam ac dedecus metuens, ad actum occisionis vsque procedere potes, quod summum sit dedecus Perusino magnanimo & generoso, turpiter aduersario inuadenti cedere. Sed ille, cui nulla est gloriæ, nominis, ac honoris ratio (qualis est Florentinus) & commodè fugere potest neglecta nominis gloria, certè modis omnibus fugere tenetur: &, si non fugit, punitionis crimē incurrit. Istud autem verum est, quantum ad pœnam legalem euitandam, non quantum ad irregularitatem, quam quis vitat solùm tunc, cùm aliter vitare non potest: ita Petrus de Ancha. in d. Clement. vnica, de homicidio. Tertiò doceat oportet, se eam †

10 cædem commisisse, non post diutina inuasionis interualla, sed ilicò & penè è vestigio, atq; in ipso primo aggressionis furore. Nam si post spacia aliquot, aut interualla temporis id homicidium contigisset, vindicta esset æstimanda, (quæ proculdubio prohibita) non defensio, l. Nullus, C. de Iudæ. & cælico. cui concordat c. Porrò, iuncta gloss. 2 extr. de diuort. l. 3 §. Eum qui, ff. de vi & vi arma. Tum † autem intelligendum est

11 ilico seu è vestigio, & sine interuallo crimen fieri, quando in aggressu ipso, atque in pugnæ continuatione, cædes ipsa committitur, hoc est, in flagranti crimine seu animo priusquam diuulsi sint ab inuicem, & antequam sedatis animis se ad alia conuerterint negotia, vt probatur in l. Quod ait lex, § fin. ff ad l. Iul. de adult. Dicebat tamen notabiliter Ioan. Fab. in § Ius autem gentium, versic. Sed quid dices potens, &c. Institut. de iure naturali, gent. & ciuili. Quod

12 si præpotens quispiam magno † cōstipatus satellitio, interminatus fuerit necem alicui pauperi, nullo comitatu munito, queq; forsan desidauerit: ideoq; pauper hunc diuitē metuens, non ausus expectare ipsius inuasionem, vtpote conscius sese interemtū iri, si aduersarius diues assiliat, cuius potētiæ ac multitudini resistere nequiret ipse impotēs, & nullo comitatu armatus: si (inquam) tali loco & hora à diuite captatis, pauper diuitem prior adortus occiderit, non tenebitur homicidii crimine, potissimum si aliter effugere non potuisset, quin aut occideret diuitem, aut ipse à diuite occidendus fuisset. Erat. n. pauper ita semper in periculo mortis quā diues interminabatur, quā actu explere per se aut per aliū potuisset, si quādo ipsi libuisset. Itaq; tale pauperis homicidiū cēsen-

dum est fieri ob iustā defensionem sui, quod
metu mortis id commiserit, d. l. Sed & si
quemcunq;. in princ ff ad l. Aquil. Odium
enim & minæ potentis, mortis periculum
indicant imminere, c. Pastoralis, de sentēt.
& re iudica. in Clementi. & per hoc videtur
secundum eundem, quod si intoxicet eum
in casu præfato, non teneatur in conscientia
aut foro iudiciali, quem perlegite oportu-
nitatem nacti. Itaque vt defensionem dica-
mus impunitam, opus est temporis ratio-
nem ac necessitatem diligenter expendere.
Quartò probet, necesse est, se eam cædem
admisisse omni cum moderamine, citra o-
mnem excessus enormitatem. Quando-
13 quidem si † in facto grauiter excessisset, pu-
niendus esset ad arbitrium seu discretionem
Iudicis: potissimum si excessum hūc ex de-
liberato animo & proposito cōmisisset. Porrò
moderamen hic in coacta necessariaque de-
fensione tribus modis fieri debere intellige.
14 Primò, vt sit factorum paritas, † hoc est, de-
fensionis ad offensionem proportio: verbi
gratia, Si me quispiam inuadat inermis, sed
pugnis tantum bellaturus: inermis quo-
que me defendam, ac illi pugnis tantum re-
sistam oportet, id est, non est mihi licitum
illum percutere gladio, nisi sit ille me mul-
tò maior & fortior, vt notat glossa in l. 1. C.
15 vnde vi. † Secundò, vt temporis seruetur
æqualitas, hoc est, si subitò adortus, me su-
bitò item defendam, sicuti antè declaratum
16 est. † Tertiò requiritur, ne amplius admit-
tat, quàm ea defensio requirebat, aut quàm
ad defensionem sui opus fuerat: attamen
sanè isthæc intelligas, velim. Nam si quis-
piam baculo ab aliquo subitò sit inuasus,
nec aliud sit in promptu ad defendendum
instrumentum, quam gladius, gladio se
tueri potest: in qua defensione dictam mo-
derationem non excedit, nec vt excessor pu-
niendus est. Nam armis, scilicet baculo in-
17 uasus, armis sese vicissim defenderat. † Hic
notandum est, priusquam defensor sese de-
fendere dicatur, oportet prius vllam offen-
sionem, læsionem, aut inuasionem ab al-
tero præcessisse. Itaque priusquam se de-
fendere permittatur, oportet offensionem
alterius prius expectet: quæ fit, aut armis,
aut armorum metu, ac inuasionibus, aut
18 simili ex causa. Quisquis † autem primus
pugnam mouet aut inuasionem tentat, is
19 primus etiam offendere dicitur. Solæ † au-
tem minæ non tam grauem habent offen-
sionem, vt ob eas solas, alterum cædere li-
ceat: nisi certè minitator iamiam sese para-
ret ad minarum executionem: aut consue-
tus esset suas minas ilico executioni man-
dare, vt multi autumant: vide Cynum in
d. l. 1. C. vnde vi. Bald. in l. Ad inuidiam,
C. quod metus caus. Ang. Aretin. in §. Ius
autem gentium, Institut. de iure nat. gent.
& ciuili: D. Iasonem in l. Vt vim, num. 14.
ff. de iust. & iure. Aliis verò secus videtur,
ob nullas quamlibet atroces minas cuiquā
permissum esse alterum cædere. Sunt enim
(inquiunt) minæ verba tantum: & verba
verbis repellas oportet, non factis. Si tamen
ex minis ob moram minato immineret pe-
riculum, veluti, si minitator misisset pro
subsidiariis, pro adiutorio: aut misisset ad-
ferri sua arma: aut expectaret adiutorium,
quo fortior minitatum cæderet & oppri-
meret, eo in casu non cogitur minatus mi-
nantis inuasionem expectare: sed illi per-
mittitur minantem adoriri, sese defendere,
& minantis vim præuertere, si quidem ali-
20 ter effugere non potuisset. Aliud † esset si
me adoriretur quispiam, aut prior cæderet,
moxque arrepta fuga, sese in pedes profu-
giendo coniiceret: ego verò ipsum fugien-
tem celeri cursu consequerer, assecutū con-
tunderem, læderem, atque interficerem:
cædis enim & homicidii in eo casu ipse Reus
essem: verum non imputaretur cædes illa
mihi ex dolo, aut malicia facta, quod in ipso
furore ab altero excitata contigerit, cui non
facilè temperari conspicimus. His seruit
quod scribit Baldus in l. Vt vim, ff. de iu-
stit. & iur. quem insequi nec erubuit Ioann.

Fab.

Fab. in d. §. Ius autem gentium, Institut. de iur. natur. gent. & ciui. Si aggressus non obseruet inculpatæ tutelæ moderamen, nō poterit puniri à Iudice tanquam dolosus, sed veluti errans culpæ obnoxius: quia inconsultus calor caret vitio calumniæ, l. 1. ff. ad S. C. Turpil. C. Si quem, §. Notādum, 2. q. 3. quod refert & sequitur Felinus in c. Dilecti filii, de except. Difficillimum enim est iustum temperare dolorem, l. Si adulterium cum incestu, §. Imperatores, ff. Ad leg. Iul. de adulter. vixque potest vir iustus habere stateram in manibus suis, & date ictus, percussiones, seu verbera cum mensura, pro quo est text. notabilis in c. fin. de homicidio. lib. 6. cuius etiam meminit Cepolla, consilio 1. colum. 3. homo enim vehementi affectu, dolore, vel tremore percitus, rarò suæ mentis compos est teste Bald. in c. 1. §. 1. in fin. de pace iur. fir. Hipp. de Marsil. in d. l. Is qui aggressorem, nu. 15. 16. 17. 18.
21 19. 20. 21. 22. 23. Si quando † duos pugnā, seu rixam committere contigerit, qui aut sponte aut intercessione aliorum ab inuicem diuulsi, aliquandiu fuerunt diuulsi, & vtcunque (si ita fari liceat) frigefacti seu pacati: postea verò iracundia perciti, alter alterum inuadat, lædat, aut interimat: is profectò adoriens, lædens, aut occidens in crimine est læsionis aut homicidii, ob inter-
22 uallum temporis. Quoties in seditione, † pugna, seu rixa, alter alterum grauiter cæciderit & læserit, atque vterq; constanter affirmat, se alterum cæcidisse inuasum, & nō nisi ad defensionem sui, ita vt ex alterutrius mendaciis veritas constare non posset, vter alterum prior inuaserit: eo in casu vterque ex æquo puniendus est: quandoquidem Iudici de corporali defensione necessaria
23 certò constare non potest. Quòd † si duo reperiantur atrociter vulnerati, & non appareat vter eorum fecerit ad defensionem: tum oritur dubium, vter ipsorum ad sui defensionem fecisse iudicandus sit. Ad quod respondet Vber. de Vrbi. quod ille qui fortius est vulneratus, præsumitur inchoasse, & alius ad defensionem fecisse, arg. l. Scientiam, §. Cum stramenta, ff. Ad l. Aquil. Albericus autem in l. Vt vim, ff. de iustit. & iur. 3. colum. dicit posse distingui: Vter eorum esset magis rixosus: vt ille præsumatur incepisse, & alius ad defensionem fecisse: Nam consuetudo rixosi attenditur, l. Vel vniuersorum, ff. de pigno. actio. l. Qui semisses, ff. de vsur. facit l. fin. ff. de actio. & obligat. vbi variè ex personis hominum iura constituunt. 24
Quando † in multorum tumultuaria pugna, seu conflictu, quispiam è numero multis affectus vulneribus occiditur, quorum quidem vulnerum vnū tantum letale est, neque certò sciri potest, quis omnium idipsum inflixerit: nemo certè ex toto numero puniendus est, vt homicidii Reus: sed omnes quotquot pugnarunt, simul puniendi sunt de lesione, non amplius quam ciuiliter, aut arbitrariè ad reparationem seu emendam pecuniariam, ad discretionem Iudicis, tanquam adiutores, a[illegible] liatores, ac complices: ita tenet gloss. in l. Item Mela, § Sed etsi [illegible] plures, vers. Sed si, ff. ad l. Aquil. [illegible] Con vulgata l. Absentem, ff. de [illegible]. Ita tenet expresse Bart. in l. Qua actione, § Si plures, ff. Ad l. Aquil. Eiusdē opinionis ac sententiæ est Philippus Decius in regula, Fauorabiliores, numero 6. ff. de reg. iur. Nec absimilis sententiæ legitur D. Nicolaus Euerardi à Middelburgo in loco à ciuilibus ad criminalia, ad fin. 2. colum. in suo Topicorum lib. quia melius est nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare, d. l. Absentem, & illud dictum sequitur Specul. in tit. de homicidio, §. 1. versic. Pone quòd quatuor homines: Ioann. de Anania, in c. Significasti, in 13. colum. extr. de homicid. vide ibi eum. Ratio est, quod Iudici constare non potest, quis vulnus letale inflixerit, atq; in criminalibus causis oportet probationes luce esse clariores, l. Qui sententiā, C. de pœnis, & trita l. Sciant cuncti. C. de

probat. vnde teste Bald. ibidem inferente, in maleficiis probandis, Lex requirit claritatem probationis in quadam excellentia, hoc est, per amplius quàm in causis ciuilib. itaq; si ageretur contra omnes percussores criminaliter, nemo eorum posset cõdemnari vel capitaliter puniri, sed omnes deberẽt absolui ob prædicta, & sic alia est ratio cum agitur ciuiliter, & alia cũ agitur criminaliter: de quo vide plenissimè Gandinũ in tit. de homicidiariis, in versic. Pone quæstionẽ quã ego multoties vidi de facto cõtingere, &c. per Salice. in l. Quoniã multa facinora, C ad le. Iul de vi publ. vel priuat. & per Petrum de Ancha. in cõsilio suo 216. incip. In Christi, &c. Nos Bartholomæus de Saliceto, &c. & per Alexand. de Imol. in consilio 15. primi voluminis, incip. Redemptorem, &c. & per Feli. in c. 2. de homicid. atq; in locis per eos commemoratis, quos istic de hac re plura disputantes videte. In criminalibus, nec debemus vti mendicatis suffragiis, l. Singuli. C. de accusat. & pœna non debet egredi vltra quàm reperiatur delictum esse commissum, l. Sancimus, C. de pœnis, & principaliter per l. Si in rixa, vbi dicitur: i-
25 ctus vniuscuiusque contemplari oportet † Nec quispiam condemnandus est morte ex præsumptionibus, d. l. Absentem, iuncta gloss. in verb. damnari, allegante multas
26 concordantias, ff. de pœnis. Verum † si cõstaret ac appareret de letalis vulneris authore seu inflictore: is solus nimirum gladio veluti homicida ad mortem iure puniretur, l. Item Mela, Sed si seruũ plures percusserint, & l. Huic scripturæ, §. Si seruus vul-
27 neratus, ff ad le. Aquil Cæteri † autẽ tantũ de læsionibus: nisi isthæc pugna tumultuaria, atq; huiusmodi conflictus contigisset data opera, studio, & ex deliberato animo omnium simul ad aliquẽ occidendũ: ita vt omnes simul cõiunctis animis, sese aliquò cõferrent, vt aliquem occiderent, ac postea conclamatũ esset in eo cõflictu: Interficite, interficite. Nã in hoc casu, omnes esse eius homicidii culpabiles, indubitati iuris est, Bart. in d. l. Qua actione, §. Si plures: nec dissimile notatur per Cynum in d. l. Quoniam multa facinora, atque Bartolus in l. Si in rixa, iuncta glossa in verb. vniuscuiusque, ad finem, ff. ad leg. Corne. de sicariis, & D. Hippolytus de Marsil. in suis consiliis, consilio 67. numero 46 & Gandin. in tractat. maleficiorum, sub rubrica de homicidiariis & eorum pœnis, 3. colum. versic. Pone quæstionem, quam ego multoties vidi
28 de facto contingere, circa medium. Sunt † his in casibus qui contendant in huiusmodi conflictibus tumultuariis, in quibus nescitur quis ferientium letaliter vulnerauerit, eos primo esse capitaliter puniendos, quos primos constat fuisse inceptores, quique primi pugnam inuasione inceptarunt, deinde reliquos omnes tanquã coadiutores, ne tam dira mors inulta remaneret: Alii tamen contrariam sententiam sustinent,
29 ex caussa prius enarrata. Quoties † duo inter se pugna cõflictantur, seorsum, ac semoti ab omnib. testibus, nempe, nemine vidente, quorum alter incontaminatæ est famæ, alter verò minimè: Benè famatus autem dicat, quicquid actum est, id à se factũ esse ob necessariã defensionem sui: quodaliter docere nequit, nisi suo iuramẽto, quod pro veritatis certitudine præstare offert: profecto iuramentum hoc ipsius benefamati acceptabile est Iudici, cuius gratia, & illibati nominis caussa, à Iudice absoluetur
30 indemnis. Æquum enim est, vt † boni nominis synceritas, bono sit patrocinio: & vt nigri nominis macula, famoso sit detrimẽto. Vnde caueat sibi vnusquisque ab infamia, quæratq; bonam famam: quia teste Baldo in l. vnica, C. de confes. Bona fama, quam multi populi amãt, est thesaurus hominis inæstimabilis & iucundus, & sicut liliũ dat suauitatem odoris. Infamis .n. non solum in eo, in quo est infamatus, sed etiam in aliis grauatur, c Defleat peccator, ext. de regulis iur, not. in l. 2. C. qui testa. face. poss.

Sed hic diligenter imo prudenter Iudici cõsideranda est vtriusque personæ conditio, cum omnibus circũstantiis, & pertinentiis, ne sit iniquus personarum acceptor: atq; tãdem his omnibus ritè consideratis, exequatur quod iustum est. Atq; ita hactenus de homicidii materia, & de homicidarum punitione iuxta iura ciuilia. Prius autem,
31 † quàm hanc materiam planè deseramus, paucissimis discutiendã assumpsimus quęstiunculã huic materiæ minimè extraneã: nempe, qua pœna homicida ex iure canonico puniendus sit (Ad quã quidem quæstionem paucis respõdendum fuerit: quod quoties talis homicida à Curia spirituali cõprehensus fuerit, & legitimè conuictus, damnãdus est ilico, vt detrudatur in arctum monasteriũ ad agendã pœnitentiam, tex. est in c. Tuæ, de pœnis, in antiquis: vel vt cõiiciatur in perpetuũ vel temporalem carcerem pro qualitate personæ, & delicti, & (vt textus habet) eius excessu, & persona, cæterisq; circũstãtiis prouida deliberatione pensatis: vt in ea carceris angustia constitutus, pane doloris vescatur, & aquã bibat tristitiæ, c. Quamuis, de pœnis, in 6. & si post hæc monitus non resipiscat, declarabitur incorrigibilis, c Nouimus, de verb. signifi. c. Cum non ab homine, De iudiciis: & vt in illis textibus dicitur, tradetur Curiæ seculari: hac ratione plerunq; puniuntur homi-
32 cidæ per Curiam spiritualem. Pręter † quam tamen punitionem etiam remanet crimen irregularitatis, quod ipso facto prius incurrebant, ob quod inhabiles sunt ad quæuis munia ecclesiastica peragenda, etiamsi pœnitentiam iniunctam plenè peregissent, vt tenet gloss. in c. fin. de temporibus ordinat. Vnde Dominus dixit Dauid Prophetæ post pœnitentiam: non ędificabis mihi templũ, quia vir sanguinum es, c. Si quis omnem, 1. q. 7. Paralipom. 28. Ex hactenus in hoc capite, pie lector, enumeratis, manifesto cernis negotii huius difficultatem ac perplexitatem in iudicando, quamque temerè multi imperiti & arrogantes Iudices, indocti tamen, in homicidii materia iniquas censuras ferant, minimè personarum, rerum ac delictorũ circunstantias expendentes: sed ilico ex caussa apparente, citra cæterorũ obseruationem, sese ad sententiæ pro-
33 mulgationem accingentes. Quocirca † vt in hoc negotio, multo omnium difficillimo, & matura consultatione maxime indigente, à rudioribus Iudicibus minus peccaretur, suaserim vt à iurisperitis aliisq; in locis consilium capiant: nec ipsi sibi singulares aut proprias nullius legitimæ rationis regulas seu constitutiones in his decernendis statuant iuri aduersantes, veluti nõnunquam in publicis iudiciis stultissimè, imò perniciosissime hucusq; factum esse conspeximus. Magna enim & insignis stultitia cõmittitur, quũ Iudices discrimina distinctionesq, cuiuslibet caussæ non animaduertũt, audiunt vel expendunt: Atque ob hoc plurimum ab æquitate iustitiæ aberrant, & aliis grauem indè iniuriam inferunt, gratia cuius ipsimet Rei & obnoxii sanguinis illorum constituuntur. Aliàs vero viuuenit ex hoc errore, vt Prætor ac Iudices malefactoribus faueant eoque ius & caussam diutius protrahant ac differant, manifestos quidem facinorosos, hoc modo inique liberantes, quum tamẽ ipsi nimium simplices, ac iustitiæ rudes arbitrentur sese hac liberatione bellè pieque suo perfunctos esse officio, si maleficos hac protractione à suppli-
34 cio redimant ac liberent. At † isti contra sciant, se in hoc grauiter peccare atque delinquere, vt qui certissime ob hanc liberationem deuincti sint actoribus siue accusatoribus ad damni restitutionem. Quandoquidem Prætor omnis, & Iudex ob iuramenti Sacramentum præstitum, & ob animæ suæ salutem, tenetur pro virili sua æquè
35 iusteque iudicare. Et si † quæ res causaque esset forte suo ingenio prudentiave maior aut sublimior, à iureperitis consilium requirant. In arduis enim & grauibus causis,

qualis certè homicidium est (quo non minus priuata persona effusione sanguinis quàm Respub. læditur) summa cautela, & diligenti prudentia opus est.

CAPVT LXXVII.

De Inuasione.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis Cap. 77.

1 *Inuadere quid sit.*

2 *Inuasionis iniuria, quomodo punienda.*

3 *Inuadens armis (etiam citra vsum) mulctam statuti incidit.*

4 *Simul &* { *Arma gestans vetita,* / *Armis alterum inuadens,* / *Armis alterum vulnerans,* } *grauissima tantum mulcta damnandus.*

5 *Vno verbere plura infligens vulnera, quomodo puniendus?*

6 *Inuadere in domo, & in domus vestibulo* } *crimine sunt paria.*
7 *Petere aliquem gladio in domo, & præ foribus* }

8 *Qui aliquem aut lædendum, aut interimendum vi retinet, eodem crimine cum lædente, aut interimente inuoluitur.*

9 *In homicidio ex multorum vulneratione orto, singuli contra famam sibi aduersam in probationibus audiendi sunt.*

10 *Certa probatio* { *Homicidii* / *&* / *Non homicidii* } *fieri debet per* { *Medicos* / *&* / *Chirurgos* } *peritos.*

11 *Medicina ars est longè certissima.*

12 *Medicinæ regulis fidunt vel sacri canones.*

13 { *Medici* / *&* / *Chirurgi* } *in probatione* { *Letalitatis* / *vel* / *Non letalitatis* } *à quibus eligendi sunt.*

14 *Vni medico, vel chirurgo, in probatione non semper fidendum.*

15 *In censuris* { *Nullum adhibere medicum* / *&* / *Quemlibet & imperitum adhibere* } *paria sunt,*

16 *Quando vni medico aut chirurgo credendum.*

17 *Medicis aut testibus ratione probantibus potius credendum, quàm aliis ratione nil probantibus.*

18 *Qui alterum inuaserit, aut letali vulnere confixerit (etiam si læsus semel è lecto ægritudinis leuatus plateatim inambulauerit) tenetur crimine homicidii, non læsionis.*

19 *Letaliter vulneratus, & moriens vel* { *Sua negligentia,* / *Malo regimine,* / *Concubitu venereo,* / *Larga potatione,* / *Mala custodia,* / *Medicorum aut chirurgorum inobedientia,* / *Noxio cibo, aut potu,* } *sui ipsius homicida est, & vulneratorem ab homicidii crimine liberat.*

20 *Sese interimit, qui medicorum præcepta negligit.*

21 *Vulnerum quæ* { *Letalia.* / *Non letalia.* }

22 *Medicorum laus à certitudine & necessitate.*

23 *Moriens imperitia* { *Medicorum* / *aut* / *Chirurgorum* } *vulneratorem, non mortis, sed læsionis tantum reum efficit.*

24 *Euentus mortis nunquam imputandus docto, diligentiq; medico, aut chirurgo.*

25 *Medicus etiam doctus, studio ac negligentia mortis caussam præbens, morti item fit obnoxius.*

26 *Pharmacopolæ indiligentes, stupidaq; medicamina, contra præscripta medicorum, pro efficacibus præbentes, quorum caussa ægrotus moritur, morti sunt obnoxii.*

27 *Medicorum quinque qualitates necessariæ.*

28 { *Medici* / *&* / *Chirurgi* } *peccantes lata culpa, puniendi arbitrariè.*

29 *Multis vnum vulnerantibus, si qui a statuti violati Rei constituuntur.*

30 *Vnus plures inuadens, vnaquaque mulcta damnabitur.*

31 *33.34. Vno tempore simul multa committens grauioris peccati mulcta damnabitur.*

32 *35. Diuersis vero temporibus intercipiis plura delicta committens, plurimarum etiam mulctarum reus efficitur.*

36 *Crimina illa ex iure homicidii, quidam volunt posse conuerti in [illegible] ciuil. sed perniciose.*

37 *Contra plura distincta peccata statuti, pluriam etiam statutorum mulctam incurrit.*

38 *In statutis nihil committendum quod [illegible] intelligi pendat fuit.*

39 *Qui aliquem vulnerauerit, læsionis mulcta damnabitur: qui vero eundem occiderit, is homicidii crimine tenebitur.*

40 *Infirmum vulnerans etiam non letaliter, homicidii (si moriatur) fit obnoxius.*

1 INuadere nihil † aliud est, quàm irato animo quempiam adoriri hoc modo, si te quispiam adoriatur inermis sine vllo corporis tui contactu, is profectò tibi iniuriam intulit. Si verò te contigerit citra omnem læsionem grauiorem iniuriam dedit, l. 1. §. Iniuriam autem, ff. de iniur. eoque puniendus is † est per Iudicem, iuxta qualitatem
2 facti, & personæ, l. Atrocem, & ibi Salic. C. de iniur. quorum forsitan per ocium in sequentibus capitibus meminerimus. Si statutum esset, vt quisquis alterum inuaderet armis, is mulctam incurrereret decem lib.
3 Pariensium: Deinde † si te quispiã adoriretur accinctus gladio, is haud dubiè in statutam mulctam decem lib. Parisi. incidit, etiam si gladiũ non exemerit. Armis enim facta fuit illa inuasio: ad quam probandam sufficit eum armis fuisse in inuasione munitum & accinctum, nec requiritur ipsa euaginatio, aut armorum violenta illatio: quandoquidẽm is inuasor ita armis paratissimis instructus, multo est se inermi audacior & violentior, & inuasum reddit multo etiam timidiorẽ: quocirca censent Doct. eum ceu violentum inuasorem etiam esse puniendum, quum per arma parata, illi in manu sit violentam aduersario vim inferre cum voluerit: ita singulariter Bar. in l. 3. §. 1. ff. de vi & vi armat. huic assentit Angel. Aret. vir doctissimus, & practicorum criminalium profectò decus, in suo insigni tracta. maleficiorum, sub gloss. dictus Andreas armatus, &c. Cui etiam suffragantur

annotationes ibidem, quæ diligenti Lectori ibidem manifesto aperiuntur. Dictis præ-
4 tereà † non abs re adiungenda videtur quęstio illa frequentissima, cuius meminit excellentissimus vtriusq; iuris interpres, Dominus Hippolyt. de Marsil. in suis Comment. super tit. ff. ad l. Cornel. de sicar. sub l. Si in rixa, videlicet: Statuto cauetur, vt arma gestans puniatur pœna centum. Altero statuto cauetur, vt inuadens alterum, puniatur item pœna centum. Tertio statuto cauetur, vt vulnerans aliquem puniatur similiter pœna centum. Ex his tribus statutis nunc exoritur quæstio: An is qui Titium vulneraverit, trium statutorum mulcta, scilicet trecentarum librarum, simul puniendus sit, quum aduersus tria enarrata statuta simul peccaverit: Nam arma gestauit, armis inuasit, armis item & læsit: An verò ob illam læsionem tantum puniendus sit semel pœna centum? Cui quæstioni (potius quàm quorundam Prætorum inexhaustæ habendi libidini) præfatus D. Hippolyt. in loco præcitato satisfaciens, asserit eum solum puniendum esse, pro vulneratione, vna pœna centum: nempe, quod infractio duorum primorum statutorum, scilicet de gestatione armorum & de inuasione, simul confundatur cum violatione tertii statuti & vulneris illatione: ita singulariter habet glossa in verb. Plurima in l. Qui de crimine, C. de accusat. quam ibi sequuntur omnes scribentes. argum. l. Quoniam, C. Ad l. Iulia. de vi. Idem tenet Bart. in l. Quemadmodum, §. Illud, ff. ad l. Aquil. & in l. Inficiando, in §. Infans, in final. ff. de furt. Baldus in l. Aduersus, in fine, C. eod. titul. de furt. atque idem Baldus in l. Quicunque, in 1. column. Cod. de seruis fugiti. & in l. Diuortio, ad fin. 2. colum. ff. solut. matrimon. Gandi in suo tractatu maleficiorum sub titul. de pœnis Reorum, in 19. colum. versic. Pone insuper. &c. & Ioann. Andr. in additione Speculi, in titulo de homicidio, super rubric. ibi, vulgata est quæstio, &c. Albericus de Rosate, in secunda parte statutorum, quæstione 29. incipient. Tertia quęst. est, cuius etiam recordati sunt Bald. in l. Cum ancillis. Cod. de incest. nupt. in vltim. column. & Bartolus in l. Nunquam plura, ff. de priuat. delict. necnon D. Abb. ac alii in ca. 1. extra de pœnis, atque Angel. Aretin. in suo tractatu maleficiorum, in verb. Fecit insultum, in prima charta, in verb. Aduertas tu Iudex, & ibi in additionibus, & in eodem tractatu in verb.
5 Admenauit, in princip. Possent † ex dictorum occasione in hac materia item plures proponi quæstiones: nempe, quoties vno verbere simul concurrunt plura delicta, verbi gratia, Si statutum esset, vt si quis læserit alium, puniatur decem: Quidam verò contra hoc statutum alterum vno ictu bidentis aut tridentis simul infligit duo aut tria vulnera: quæstio nascitur, an lædens sit puniendus pro singulis vulneribus iuxta statuti tenorem pœna decem? an solū ceu pro vna inflictione semel pœna decem? Atque aliæ similes quęstiones hic moueri possent. Sed omnibus his & similibus quæstionibus per primam solutionem præcedentem respondendum erit, omnia huiusmodi plura delicta cōcurrentia similiter pro vno delicto esse iudicanda: ideoque tantum vnam mulctam decem esse pendendam: Ita dixit Bartolus in l. Si gemina arbor, ff. arbor. furt. cæsa. & Gandi. in tractatu suo maleficiorum, sub rubr. de pœnis Reorum, in 10. colum. versic. Sed pone, & Angel. Aretin. in tractat. etiam suo maleficiorum, in verb. Et ipsum Titium percussit. Præsentis quęstionis etiam meminit Albericus de Rosa. in 2. parte statuto. q. 23. & ibi in q. 38. incip. Septima q. est, &c. & ibi in q. 29. incip. Statuto cauetur, quod si aliquis ali-
6 quem percusserit. † Si præterea constitutum esset, vt quisquis alterum inuaderet in domo sua, is duplo puniretur: teque deinde aliquis assiliret in domus tuæ vestibulo seu porticu, is certè eiusdem mulctæ statim

Reus

Reus fieret, quod vestibulum seu porticus pars domus tuæ sit, c. Si quis contumax, 17. q. 4 Bart. Bald. & Doct. in l. Cætera, § Hoc senatus, 2. ff de legat. 1. argum. l. Qui ædes, in fin. ff. de incend. rui. naufra. neque hoc in facto vlla est facienda distinctio, an domus sit conductitia, vel gratis data seu concessa: an emptione. vel hæreditate propria. Huic seruiunt, l. Lex Cornelia, § Domum, & ibi scrib. ff de iniuriis, l. 1. § 1. ff. de liber. agnoscend l. 1. § Habitare, ff. de his qui deiec. vel eff. d Bart. in l. Quo domum, & in l. Nec in ea ff. ad l. Iul. de adulter. Bart. Albe. Bald. Paul. Castr. Iason ac rel. qui in vulgata l. Plerique, ff de in ius vocand. Si etiã

7 † statutis ordinatum esset vt qui alterum in domo sua inuaderet, is duplo damnaretur; ac deinde quispiam te sedentem pro forib. peteret gladio, aut baculo, is similiter eiusdem latæ pœnæ Reus teneretur, non secus quam si te in domo tali modo fuisset adortus. Nam is maleuolum atque lædendi cupidum animum, hoc modo foris per facta edocuit: atque is in domo fuisse censendus est, qui domus suæ pro foribus fuisse cogno-

8 scitur. Si † te quispiam dolosè prehensis vestibus tam diu remoraretur, donec alter adueniens te inuasum aut læderet, aut interimeret: vterque & factor & facti causam præbens, pœnæ læsionis aut mortis obnoxius haberetur: huic congruit l. Qui occidit, §. In hac, ff ad l. Aquil §. Cæterum, iuncta

9 gloss. Institut. de l. Aquil. Socrates † inuasus à multis, atque ab iis omnibus læsus, atque affectus multis vulneribus, tandẽ moritur: & fertur mortuus ex vulnere inflicto à Platone: qui Plato probare vult contrarium, vulnus à se inflictum nunquam fuisse letale: sed vulnus illud quod à Diogene inflictum fuerat, verè fuisse letale: quod si probare velit, audiendus est haud dubiè in sua probatione, ita vt si eam comprobare posset, nulla pœna damnandus sit, quã pœna læsionis & vulneris: mortis verò minimè, d. l. Qui occidit, § fin. & l. Si ex plagis, in princ. ff. ad l. Aquil. per glossam § Ceterum

10 Institut. eod. titul. Istiuscemodi † autem probatio potissimum confirmanda est, non per quoslibet, nec per insipidos & imperitos, sed tantum per peritos ac doctos medicos aut chirurgos, quibus potissimum ob nobilium artium suarum certitudinẽ, hac in re credendum, & ipsorum medicinæ regulis inhærendum fuerit, non secus quam Bononienses adhæserunt Carocio, vt not. gloss. in l. Omnis diffinitio, ff. de reg. iur.

11 Quandoquidem † ars medicinæ, ars est lõge certissima & verissima, cuius regulæ ab experientia & longo rerum vsu, & obseruatione exortæ sunt, veluti ait quidam magni nominis philosophus in proœmio Meta-

12 physicæ. Cuius item † regulas ceu verissimas ac certissimas, non verentur imitari sacræ leges, l. Septimo mense, ff. de statu homin. & in Authent. de restit. & ea quæ parit in 11. mense § Vnum. Hi tamen medi-

13 ci ac † chirurgi ad probationem eligendi fuerint vtrinque & per proximos consanguineos, aut affines interfecti, & simul per ipsius factoris putatitii consanguineos & affines, vel ad arbitrium & ordinationem Iudicis, siquidem in hac electione facienda, minime inter sese concordare poterunt. Ce-

14 terum † vnus medicus solus aut vnus chirurgus solus, etiam doctus & suæ artis expertus, non sufficit ad talem probationem confirmandam: sed oportet ad minimum esse duos: nisi ob raritatem vnus tantum haberi potuisset: tunc huic vni medico etiam credi poterit, si eo in loco plures haberi nequeant, per text. in Authentic. de non alienand §. Quod autem, vers. vt neque vlla, ibi, aut etiam vno, si vnum solum ciuitas habeat, vel reperiatur ibi, & in l. Quod si nolit, § Si mancipium, versic. Culpam, ibi non adhibuerit medicum vel malum adhibuit, & sic tenent Bald. Ang. l. & am-

15 plè Cepol. ff. de ædili. edict. Ex habitis † nunc facilè colliges, paria esse, nullum adhibere medicũ, & quoslibet adhibere medi-

cos vel chirurgos indoctos & imperitos:
quando ne doctissimo quidem satis tutò
credendum fuisse monstrauimus, nisi plu-
res haberi nequissent: aut certè nisi is vnus
è multis esset celeberrimi nominis & medi-
corum penè præcipuus habitus in republi-
ca iuratus, ac præclaro stipendio quopiam
remuneratus, cui certè vni tunc credendum
fuerit, vt voluit Bart. in l. 1. per illum text.
C. de pondera. & auri illatio lib. 10. Vni et-
16 iam credendum fuerit, si partes † vtrinque
huius vnius arti confiderent, adeò vt eo so-
lo se contentos declararent, per l. 1. §. fin. ff.
de verb. obligat. & ibi Ludou. Rom. & And.
Barb. Hic autem notandum, plus fidei ad-
hibendum duobus medicis affirmantibus
non esse mortale vulnus, quam vni dicenti
contrarium, l. 1. §. 1. in exordio, ff. de vent.
inspic. & ibi hoc not. Bart. in verb. vlterius
hæc lex facit in argum. cum aliis, per eum
17 allegatis. Postremò † tutius credendũ fue-
rit duobus testibus allegantibus legitimam
caussam vel rationem dicti sui, quàm aliis
duobus, nullam dictorum suorum ratio-
nem reddentibus, vt notat Bald. in l. Pres-
byteri, colum. vlt. C. de episcop. & cleric. &
Ludou. Rom. in l. 1. in princ. ff. de noui o-
por. nunciat. Horũ litterè itẽ meminit D. Ni-
colaus Boerius in suis decisionib. aureis q.
323. quem casu emergente consulite. Aliud,
18 † quando quispiam inuasus aut læsus, diu
lecto ex vulnere aut inuasionis terrore de-
cubuit: postea verò è strato sese erigere, tem-
pla adeat, fora, plateas, aliaq; loca frequen-
ter, putans se à morbi ac vulneris periculo
liberatum: ac deinde mox subitò in debili-
tatem recidit ac moritur: factor, inuasor, aut
vulnerator eo casu reus erit homicidii, & de
morte damnandus, non de læsione: siqui-
dem apertè cõstiterit, vulnus inflictũ prius
fuisse letale, & mortuum ex eo vulnere tan-
tum, & per se obiisse, non aliunde. Nam si
19 sua negligentia, † ac aliunde vulnus postea
redditum fuisset letale (nempe suo malo
regimine: si vxori aut iuuenculæ concubu-
isset: si liberaliùs æquò ad ebrietatem ferè
bibisset, tabernasq; frequentasset: si male se
custodiuisset: si medicis aut chirurgis non
paruisset vel cõtra salutares medicorum re-
gulas aliquid peccasset, &c.) liber esset ab
homicidio, Ludou. Bolog. in consilio 5. co-
lum. 3. verb. Primus, & ver. Alius tũ enim
suæ negligentiæ, & sibi imputandum esset,
& non vulneratori: quia dictis casibus sei-
psum necare videtur non necari ab alio: I-
dem dicit D. Augustinus in homilia, quæ in
20 sancto die Pentecostes cantatur: Quod ille †
se interimit, qui præcepta medici obseruare
negligit: Et idem præstant leges negotiis,
quod medicamenta morbosis, Authentic.
quibus modis natura effi. sui, post princ.
Et si curam medicantis expectas, oportet &
vulnus detegas: vnde bona custodia requi-
runtur, per quam sæpe curari solent ea quæ
mortalia videntur, l. 1. §. fin. ff. ad Syllan. Et
ècontra, mala custodia vulnerati non mor-
talia vulnera sæpe reddit mortalia, mortem-
que inducit, d. l. Quod si nolit, § Si man-
cipium, versic. culpam omnem, de ædil. e-
dict. quo casu Lex apertè determinat, per-
cussorem de homicidio non teneri, d. l. Qui
21 occidit, §. fin. Quum hic de letalitate, † ac
nõ letalitate vulnerum sæpe meminerimus,
ea vulnera potissimum letalia cẽsenda sunt,
quæ in locis periculosis & certæ morti ob-
noxiis inflicta sunt vbi præcipuè medico-
rum censuræ confidendum fuerit: Ea simi-
liter per se nõ fuisse letalia, quæ in locis fue-
re inflicta nec periculosis nec morti obno-
xiis. Quocirca quisquis in huiusmodi locis
non letalibus alterum vulnerauerit, ab ho-
micidio liber iudicandus erit: potissimum
si medici iuramento adstruant, eum vulne-
ratum ex accepto vulnere nũquam obiisse,
quod in tali loco nunquam potuisset esse
letale, sed ex alio morbo aut alio acciden-
te, aut latente malo, non ex vulnere, nato.
Nam si malum aliquod ex læsione illa, tan-
quam ex ipsa caussa fuisset exortum veluti
si ex vulneris malo accidissent ardentes fe-
bres,

bres, aut alius quispiã morbus, ex quo moreretur) in eo casu suspicio mortis esset cō[tra] factorem, qui ob id de mortis crimine damnandus esset. Parui enim refert an re & morte ipsum occiderit, an mortis caussam dederit, l. Item Mela, §. Si alius tenuit, & l. Qui occidit, §. fin. ff. ad l. Aquil. & l. Nihil interest, ff. Ad l. Corn. de sicar. Angel. in §. Cæterùm, Instit. de leg. Aquil. Porrò in dictis rerum euentis, & factis potissimum (vt dixi) standum erit iudicio medicorum aut chirurgorum, vt qui certius hac in re iudicare poterunt: Nempe, an verè ex vulnere mortem obierit; an forsan ex vulneris aliqua exorta occasione; quapropter ipsi medici, vt hoc obiter inferam, & docti chirur-
22 gi ob artium suarum nobilitatem vel [illegible] in hoc periculosissimo negotio honore omni persequendi [illegible], teste etiã Eccles. 38. Honora [illegible] medicum propter necessitatem: nam & illum creauit altissimus. Ve-
23 lut[i] si contingeret † vel [illegible] in [illegible] occumbere [illegible] medici aut chirurgi imperitia, [illegible] non esse[t] Reus mortis, [illegible] l. [illegible] Qui [illegible] fin. ff. ad l. Aquil. §. [illegible], & [illegible] Angel. Inst. eod. [illegible] l. Aquil. l. [illegible] feras, §. [illegible] ff. [illegible] l. Si [illegible] §. Celsus [illegible] Atq[ue] [illegible] & chirurgus [illegible] iudicem essent. Verùm si medicus aut chirurgus artis suæ [illegible] diligentia & ad regulas suas operatus fuisset, & vulnere affectus ille nihilominus moreretur, nihil imputandum esset medicis aut chirurgis istis, qui ab omni culpa essent liberi, etiam in foro conscientiæ, Abb. in c. Tua nos §. Ad vltimam ext. de
24 homicid. Euentus † enim mortis, docto ac diligenti medico aut chirurgo nunquam imputandus est, quandoquidem non est in medico, semper releuetur vt æger, d. l. Illicitas, §. Sicuti, gloss. in c. Ad aures, extr. de ætat. & quali. Si vero medicus & chirurgus indocti reperiantur esse in culpa, nempe ob crassam artis imperitiam, aut non adhibitam strenuam diligentiam, tunc (vt prædictum est) tenentur l. Aquil. Angel. in §. Præterea si medicus, Institut. de l. Aquil. &
25 Feli. in d. c. Tua nos. Si vero studio & ex † conscientia (licet doctus fuerit & peritus) mortem procurauerit, præbendo aut præscribendo medicamina noxia, aut stupida, & emortua: aut ad curam assumptum data opera reliquerit, vt vel his malis & mediis tandem mortem oppeteret, is haud dubiè mortis obnoxius fieret, & de morte damnãdus esset, l. 1. §. Diuus, ff. ad l. Cornel. de sicar. & l. 1. C. eod. tit. Isthæc autem maxi-
26 mè notanda sint pharmacopolis: Nam † si medicus culpam incidit præscribendo noxia & stupida medicamina multò magis ipsi pharmacopolæ in culpa erunt, & execrabiles qui [illegible] & lucri inexhausta libidine, etiam contra medicorum præscripta, vel ex propria temeraria audacia, quasvis medicinas conficiũt ex corruptis speciebus, & herbis aut [illegible] emortuis, quibus [illegible] is [illegible] mortis [illegible] cuius [illegible] non solum in foro conscientiæ, verum etiã in foro fori (quod per conscientiam & industriam fecerint) sunt obnoxii, Ang. & in d. §. Præterea si medicus. Quoniam autem superius medicorum periculum nonnihil attigimus, non abs re futurum arbitrabar, si quibusdam triuialibus medicis & chirurgis hic pauculas conditiones ex[p]licarem, quibus præditos esse conueniat bonos & cordatos medicos & qui omne periculum euitare student. Quinque
27 † igitur conditiones, siue qualitates medico conueniant, oportet; de quibus Panormi. in d. c. Tua nos. Primo enim requiritur, medicum & chirurgum esse laicum, non clericum; quandoquidem cuiuis clerico medicinæ & chirurgiæ exercitium de iure prohibitum est in c. Sententiam, in c. Non magno; & in c. fin. ne cleric. vel monachi. Vnde clericus chirurgiam exercens, si ex ea

mors ſequatur, etiam ſi ſit peritus & diligens, efficitur irregularis, d c. Tua nos. Secundo requiritur, vt ſuæ artis & profeſſionis ſit peritus. Tertio requiritur, vt adhibeat omnem diligentiam ſecundum artem. Quarto, vt ægrum informet, & doceat de his, quæ ſunt ſuo morbo pernicioſa & contraria. Quinto, ne in dubiis ſit nimium audax & temerarius, veluti ſi dubitet an præſcripta aut præſcribenda medicamina ſint ægrotanti profutura, & ſalutaria, an non: in hoc caſu potius reſeruanda ſunt præſcripta: & vt languidus abſtineat conſulendum potius, quam vt ſumat, Innoc. in c. Tua nos. ſæpe allegato. Præſtat enim tunc ægrotantem ſummo committere medico Deo, quam temere quippiam per imperitiam & ambiguitatem in eo curando tentare, & dubiæ ſuæ ſententiæ committere velle. In his

28 autem † omnibus caſibus, in quibus medicus aut chirurgus peccat culpa lata, puniendus eſt, non ex aliquo ſenatuſconſulto (quod iura nuſquam quorundam teſtimonio exprimunt) ſed potius pœna aliqua mitiori, & pecuniaria: aut certè extraordinaria ad arbitrium ipſius Iudicis, vt dicunt Bartol. & Angel. in l. In lege, ff ad leg. Cor. de ſicar. quia vbi non eſt pœna expreſſa à lege vel ſtatuto, illa eſt imponenda Iudicis arbitrio, l. 1. §. Expilatores, ff. de effract. & expila. l. Hodie, ff. de pœnis, l. 3. verſic. Stellionatum, ff. de crim. ſtelli. c. Felicis, §. Cæterum, de pœnis, libro decimoſexto, l. 1. ff. de iure deliber. l. fin. ff. de actionibus empt. l. Mora, ff. de vſur. l. Continuus, §. Cum ita, ff. de verb. obligat. & Felinus in d c. Tua nos, extr. de homicid. Hactenus de medicorum & chirurgorum officiis prędicto ſtatuto conuenientibus, ſatis ſuperq; dictum

29 eſto, reliqua perſequamur. Si legibus † cōſtitutum eſſet, vt quiſquis alterum inuaſerit, dependat lib decem, & per occaſionem vſuueniret multos ſimul coniunctim vnū adoriri: omnes & ſinguli inuaſores dictarū decē lib. Rei cōſtituerētur, Quandoquidem tot ſunt iniuriæ, quot ſunt iniuriarū illato-

30 res: & cōtra; Hinc ſit, vt ſi † vnus plures inuadat, vnius mulctæ punitionē tantum incurrat. Singulæ tamen perſonæ inuaſæ exigere poſſent paſſi diſpendii & iniuriæ reparationē, quā certè ſingulis exoluere tenere-

31 tur. Si † ſtatutum eſſet, quiſquis alterū inuaſerit, mulctabitur decem lib. Pariſs. Et quiſquis vulnerauerit alterū, damnabitu[r] 20. lib. Pariſs. deinde ſi contingeret Demoſthenē inuadere Socratem, eumq; ita vulnerare, tum Demoſthenes poſteriori mulcta 20. lib. Pariſ. tantum damnabitur, ſcilicet de læſione Nam à priori mulcta inua-ſionis liberandus erit ſecundū Bart. in d. l. Illud, §. Si idem, ff. ad l. Aquil. Verum ſi

32 † Demoſthenes Socratem vno tempore inuaſiſſet, deinde alio tempore intercep[...] vulneraſſet, vtriuſq; mulctæ certè Reus e[...] ficeretur, d l Illud, § Si idem, & ibi Bar. [...] ex duobus alter alterum inuaſiſſet, è qui[...] non conſtaret, vter prior inuaſiſſet alteru[m] ſuſpicio vehementior eſſet contra ipſoru[m] alterutrum, qui huiuſcemodi facinori[bus] infamis eſſet, & publica fama ad ſimilia p[er]petranda delicta ex conſuetudine habe[re]tur addictus & propenſus, l. Vel vniuerſo[...] ff. de pignora. actio l. Qui ſemiſſes, ff. de

33 ſur. Si ſtatutū eſſet † vt quiſquis alter[um] cædat in faciem, mulctetur quinquagi[nta] lib. Pariſ. cuius meminit Angel. Aret. in [§.] Atrox, Inſtitut. de iniur. Deinde ſi alio [e]dicto cautum eſſet, vt qui alterū cædat in p[la]teis, mulctetur duplo. Tertio ſtatuto p[ræ]terea edictū eſſet, vt omnes eiuſmodi m[ul]ctæ de nocte incurſæ, duplo dependen[dæ] eſſent, atq tunc contingeret Martinum [cæ]dere Egidium in faciem, in plateis, atq[ue] nocte, ita vt cōtra illa tria Statuta ſimu[l v]no delicto committeret: in his caſib. v[...] iura mulctam centum lib. Pariſ tan[tum] duplicari, hoc eſt, ſummam nouiſſi[m]a[m] non amplius: atque vt in eam ſummā M[ar]tinus perpetrator cōdemnetur. Nam p[rin]cipale factum expendendum: vtpote, q[...]

præcipuè executioni obnoxium est, eoque
mulcta potior condemnanda, non quæ ac-
34 cessoriæ sunt, aut indè manantes. Si † sta-
tutum haberetur tale, vt qui alterum inua-
dat, mulctam exoluat quinquaginta lib. Pa-
riss. & qui alterum lædat, soluat emendam
centum lib. Pariss & qui alterum occiderit,
dependat mille lib. Pariss. deinde continge-
ret, vt Demosthenes inuaderet Socratem,
atque post inuasionem, ipsum tam graui-
ter læderet, vt eam læsionem mors sequere-
tur nō teneretur exoluere omnes mulctas:
sed per solutionem mulctæ mille lib. Pa-
riss. absoluendus esset, quoniam factum ta-
le propter continuationem æstimatur pro
delicto vnico, Bart. in d. l. Si gemina arbor,
Gandi & Angel. in dictis suis tractatibus
maleficiorum, in locis sup allegatis: Idem
Bar. in l. Illud § Si idem, ff. ad l. Aquil. vbi
inquit: quòd quando plura delict: ten-
dunt ad eundem finem, pro vno tantum
puniuntur, si fiant eodem impetu, eodem-
35 que durante affecta. Nam † si huiusmodi
facta contigissent diuersis temporibus, at-
que post interualla temporis, Reus tunc fie-
ret omnium illarum mulctarum, d. l. Illud,
§. Si idem: & ibi Bartol infert. Si te adoriar
& vulnerem, me non esse puniendum, nisi
de vulnere tantum: quia assultus fit ad fi-
nem vulnerandi, vt notatur in l. Qui de cri
mine, C. de accusat. Bartol. in l. Nunquam
plura, ff. de priuat. delict. Non mirum tibi
pie Lector hic videatur, quod in hoc statu-
to dixerim illum, qui ad mortem sequen-
tem vulnerasset, damnari posse pœna pe-
cuniaria mille lib. Pariss. quum sit crimen
homicidii, & non nisi gladio plectendum.
Quandoquidem sunt nonnulli † Doct. qui
contendunt criminales pœnas homicidii
posse conuerti in ciuiles punitiones & pe-
cuniarias, argu eorum quæ pro constanti
tenent Bart. eiusq; sequaces in l. 1. ver. vlti-
mò quæro, ff. de Publicia. in l. 1. ff. vi bono.
rapto. in d. l. Nunquā plura, & Bald. in l. Nō
ideo minus, C. de accusat. Alii verò contra-
rium adstruunt, nempe Archid. in c. Duo i-
sta nomina 23. q. 4. & in c. fin. ne cler. vel
mona. lib. 6. Hostien. & Ioan. And. in c. fin.
de cōsuetu. Nam si (inquiunt) illorū sentē-
tiæ iura subscriberent, daretur populo aper-
ta peccādi occasio, & liberius occidēdi quos-
libet nefaria licentia, Panor. in c. Ex parte,
de consuetud. in antiq. iunctis additionib.
ibidem, Felinus in Rub. extr. de homicid. &
Ludo. Rō. in suis singularib. singulari 756.
37 incip. Iudex potestatis. Porro, † si statuto
cautū esset, vt qui alterum vulneraret, mul-
ctā incurreret decem lib Pariss. Et si in pla-
tea vulneraret, duplū depēderet: deinde ve-
rò contingeret, vt Demosthenes Socratem
vulneraret in platea: is Demosthenes pro-
fecto depēdet vtramq; mulctam, quod duo
distincta sint delicta: alterum ex causa vul-
neris: alterum ratione loci: cuius gratia de-
lictum est enormius (vt quidā autumāt.)
Alii volunt esse absoluendum dupla puni-
tione: alii vero minima mulcta eū esse ab-
38 soluendum. Atq; † in his omnibus statutis,
ipsa statutorū verba, textus & forma ad li-
teram sunt seruanda, quod omnia stricti iu-
ris sint, vulgatiss. l. 3. §. Hæc verba, & ibi.
Bart. ff. de negot gest & l. Quicquid adstrin-
gendæ, & ibi Scribent. ff. de verb. oblig. cū
39 infinitis nec dissimilib. Si postremò † cōsti-
tutum esset legib. municipalib. vt quisquis
inuaserit, cæciderit, vulnerauerit alterum,
mulctetur decē lib Pariss. & qui alterū oc-
ciderit, vicissim iustitia occidendus sit. Post-
ea vero Demosthenes adoriretur & vul-
neraret Socratem: & deinde accederet Pla-
to, qui Socratem occideret: Demosthenes
tantum mulctaretur decem libr. Pariss. ra-
tione vulneris: Plato vero criminaliter ve-
40 niret exequendus vltore gladio. Si denique
quispiam vulneraret infirmum etiam citra
læsionem letalem, vulnerator Reus esset (si
moreretur) homicidii, non secus quam si
validum aliquem vulnerasset, l. Qua actio-
ne, §. Sed & si quis seruum ægrotum, ff. ad
l. Aquil. De his satis superque.

CAPVT LXXVIII.

De necessaria suorum bonorum defensione.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 78.

1 *Furem nocturnum an occidere fas sit?*
2 *Furẽ nocturnũ ad hoc vt occidere liceat, plura requisita.*
3 *Furem diurnum an occidere permissum sit?*
4 *Fures ob leuiuscula bona non sunt occidendi.*
5 *Minima non sunt in consideratione.*
6 *Ab altero inuasus & citra periculum euadere campos, tenetur effugere.*
7 *Inuasus & sine magno periculo suorum bonorum effugere nequiens, non tenetur effugere.*
8 *Inuasus ad arctum vsq; & præsentissimum periculum, ilico tantùm sese defendere tenetur.*
9 *Vim patiens ab altero bonorum caussa, se defendere potest subito ipso momento, & quouis etiam tempore futuro.*
10 *Volenti capere debitorem, licet telo resistentem occidere, & eius procuratori.*

1 PErmissum est † mihi (ex necessariæ defensionis titulo) furem aut alium quempiam qui de nocte ædes meas, villam aut septa mea latenter ingressus, mea suffurari conatur, aut vim vllam mihi aut meis, tum familiaribus tum aliis rebus inferre satagit occidere sine vllo metu pœnæ iuridicæ, text. est in l. Furem nocturnum, ff. ad l. Cor. de sica l. Itaque, §. Lex, ff ad l. Aquil. &c. Si perfodiens, extr. de homicid. Huic etiam quadrat insignis text. in l. Sed & si quemcunque, ff. ad l. Aquil. vbi dicit, Si occidisti furem, quem capere poteras: ergo à contrario, si capere non poteras, poteris impunè occidere: Cui præterea seruit text. notab. Exodi. 22. vbi dicit: Quod si fur perfodiens domum occidatur, occidens non est Reus sanguinis, illumque textum allegauit S. Tho. secunda, 2. q. 64. art. 7 volens probare, quòd longè magis licet occidere pro defensione vitæ. & arguit, si pro rebus longè magis pro vita: his itẽ subseruit l. 1. & ibi gloss. & Doct. C. vnde vi: Bart. atque eius sequaces in l. Vt vim, ff. de iustit. & iure, Ang. Aret. in suo celebri tracta. maleficiorum, in
2 gloss. Et dictus Titius se defendendo. † Vt autem furem nocturnum occidere liceat, secundum opinionem communem, plura requiruntur: Primò, vt istud fiat pro defensione suiipsius, vel rerum suarum, alioqui enim nulli fas esset occidere furẽ, maximè si illinc absque vlla rerum ablatione recedat. textus est in d. l. Furem, cũ supplemento gloss. & Bartoli: Defensionem autem illam intellige non rerum quarumlibet, sed magnarum duntaxat: nam de paruis rebus nullũ haberet locũ illa violenta ad alterius interneccionem defensio, l. Si ex plagis, § Tabernarius, ff. Ad l. Aquil. Secundo re-quiritur, vt clamando inuocet aliorum subsidia. l. Itaque, ff ad l. Aquil. Talis enim præcedens clamor à factore, tollit omnem clandestini homicidii, aut læsionis suspicionem, vt inquit Hippol. Marsilius in d. l. Furem. Tertiò requiritur, vt furem nec-pse ante occisionem agnoscat, nec vllus te-stium præsentium quorum operam inclamauerat. Nam si fur ille notus fuisset a[ut] domus domino aut testibus præsentibus non ita impune fas esset tunc eum furem occidere, quum testimonio multorum cum fure de furto iuridicè agere posset, Bart. in d. l. Furem. Quartò requiritur, ne eum ap-prehendere potuisset, l. Sed & si quemcun-que, ff. Ad l. Aquil. Pari † ratione cum su-
3 perioribus permittitur mihi occidere furem
q[…]

iam

fen-
oqui
ximè
rece-
men-
emil-
, sed
rebus
ceiius
gis, §.
dore-
n sub-
enim
nnem
suspi-
n d l.
necci
luste-
incla-
set au
tibus
furem
m cum
art. in
um ap
mcun-
um su-
furem
qu

qui
aut
teli
mec
piat
nec
corp
lum
Ad l.
ligas
cogn
perso
occid
teriu
luce i
nitus
tantu
eo ca
re, qu
eo ag
mnit
pinio
venia
re mo
rem
nisi a
fur a
infer
vbi t
mag
quan
licen
grati
spicu
mal
alter
& vl
tum
gress
deod
occi
infe
tunc
erip
ta v

qui etiam interdiu domũ meã ingreditur, aut septa mea, præcipuè si baculis, lapidib. telis, aut armis aliis munitus ingreditur, meq; ita petat, vt mea mihi violenter abripiat: & si ego eundem furem aliter à meis nec arcere, nec abigere possim citra summũ corporis mei aut bonorũ meorum periculum, l. Itaq;, & l. Sed & si quemcunque, ff. Ad l. Aquil. præallegatis. Isthæc autẽ intelligas oportet, si eum furem violentũ non cognoscas, teste Bart. in l. Furem. Nam si eũ personaliter cognosceres, non tã tutò eum occidere licet. Similiter si fur quispiam alterius domum aut septa interdiu & clara luce ingreditur, nullis prædictis armis munitus, nec vllam domino vim inferens, sed tantum furandi malo studio exagitatus, in eo casu non licet tunc furem diurnũ occidere, quũ eum etiã cognoscere posset, & cum eo agere iustitia: atq; hæ sunt cõmunes omnium de furibus nocturnis & diurnis opiniones. Ego verò præfata ab omnibus venia, ab his opinionibus in parte dissentire me fateor: volens nulli licitũ esse, vt furem nocturnum pro rebus tãtũm occidat, nisi accedat graue corporis sui periculũ: & fur aut actu, aut pręsumtiue tibi armis vim inferat, d. c. Si perfodiens. ext. de homicid. vbi textus apertè etiam caussam reddit, cur magis liceat nocturnum occidere furem, quam diurnum: nempe, quòd de nocte nulli certò constet, an is furandi, an occidendi gratia eò venerit, quod luce magis est perspicuũ. Et in dubio periculo, peius semper malum suspicatur, quod vt quis repellat, ad alterius interemptionem etiam se defendit & vlciscitur. Si enim constaret, furem tantum furandi studio domũ tuam fuisse ingressum (quod euidentius fit clara luce, ideoq; non tam temerè licet furem interdiu occidere) nec tuæ personæ vim vllã armis inferat: dico tibi nõ concessum esse, vt ei furunculo, bonorũ tuorũ solum gratia, vitam eripias. Porro an furandi an occidendi gratia venerit, vel hoc indicio (quod iura volũt esse necessarium) cognosces, si magno clamore aliorũ suppetias imploraueris. Nam si hoc clamore territus aufugerit, argumentũ est eum nõ te, sed tua petere: atq; hoc casu, non licet tibi furem insequi & occidere. Si verò post clamorem nõ terrefactus permãserit, suspicio est eũ occidendi tui gratia vsquã delitescere. Atq; eo casu fas est eum tibi talem furem occidere, etiam si actualiter non videas eum te telo, aut aliis similib. armis, petentem. Ratio igitur furis occidendi, aut nõ occidendi, tota consurgit ex suspicione homicidii tibi inferendi: aut non inferendi: adeo vt si vim inferat vel inferre præsumatur, occidere possis. Si vero nullã vim tuæ personæ inferre constiterit, sed tãtum rebus tuis, nulla ratione puto tibi permissum esse, vt eum occidas: atque ita intelligo l. Itaque, § Lex, ff. ad l. Aquil. ponderando aduersatiuam (autem) positam in versic. Interdiu. Non tamen per illum textum probatur id, ad quod adducit eum dominus Iason (salua interim pace tanti) in præcitata l. Vt vim, ff. de iusti & iure: qui vult, quod pro sola rerum defensione liceat occidere, quia ibi non occiderat, aut non probatur occisio facta pro sola rerum defensione: imo etiam pro defensione personæ. Nam cum non aufugit post clamorem, latro potius, quam fur esse præsumitur: & ita non male concordat cum l. Furem, ff. ad l. Cor. de sica. licèt D. Iason in d. l. Vt vim, dicat contrarium: dum inquit illos textus vix posse ad concordiam reduci; & in hoc differt à diurno, quem occidere solum potero, si actualiter telo aut similibus armis me lædere tentet. Ex his nunc clarè colligitur, quod non est licitum occidere furem diurnum aut nocturnum: nisi is plus sit, quam fur: aut plus quam fur esse præsumatur. Nam si se telo, aut aliis non dissimilibus armis defendat, plus est quam fur: si vero post clamorem non aufugerit, præsumitur eum plus esse quàm furem, & ideo his casib. occidere licet, aliàs vero minimè.

Adque hanc opinionem meam, tametsi pace omnium protulerim, cuiuis tamen communibus opinionibus adhærere per-
4 mittitur. Cæterum † prædicta intelligas velim, non de minutiis, rebusq; parui precii, veluti pomis, pyris atque his similibus: ob hæc enim nulli licet furem occidere, imo ne lædere quidem, etiam si armis sese defendere conaretur: sed de magnis bonis hoc oportet, intelligas, quæque magni precii sunt (vt ante memini) d.l. Si ex plagis §. Tanatius: huic seruit quod voluit Alexand. in d.l. Furem: Quod si parcitur famę hominis pro re vili ac modica, vt in l. Si oleum, §. finali, cum l seq. ff de dolo ergo multo magis parcendum est vitæ: ad quod allegat l. Si adulterium, § Liberto ff. de adul. huic consonat regula illa notissima: Quod
5 † minima non sunt in consideratione, vt habetur in l. Seio, ff de in integ. restitut. in l. Omnino, ff. de impen. in reb. dotali. fact. & in c. Licet causam, in verb Nulla vel modica, ext. de proba. D. Hippo. à Marsil. in l. Si vt allegas, Cod ad l. Cor. de sicar vbi nõ-
6 nullorum similium meminit. † Si meam personam quispiam inuaderet, egoque citra periculum inuadentem possem effugere, profecto eo in casu planè tenerer effugere (vti & supra dictum est) Si vero quispiã
7 † mea peteret inuadere bona, non tenerer hoc casu inuasorem effugere: quandoquidem mea fuga graue mihi posset bonorum
8 meorum inferri dispendium. Si † præterea me quispiam adoriretur, ita vt in arctã me cõstringeret periculi angustiam: in hoc casu è vestigio tenerer meipsum fortiter ad alterius etiam internecionem (si effugere non detur) defendere, & non per interualla
9 temporis, vti dictum est suprà. Verum † si quispiam bona mea violenter surripere conaretur, aut me extrudere possessione mea: in eo casu possem me defendere contra aduersarium, non solum tempore præsenti, atque in ipsa animi concitatione, sed etiam quocunque alio tempore oportuno sequẽti, assumendo plures viros subsidiarios ex meis fautoribus, potissimum, si damnum illud quod mihi aduersarius inferre vellet, graue esset & irreparabile. Superioribus autem annectere nec omnino extraneum fuerit insigne illud verbum Baldi in l. Si vt al-
10 legas, C. Ad l. Corne. de sicar. Quod sicut † licet occidere furem se telo aut similibus armis defendentem: ita etiã licitum est creditori volenti capere debitorem fugientẽ, se telo, aut aliis similibus armis defendentem & resistentem eum occidere: Quod D. Hippol. ibidem extendit etiam ad procuratorem creditoris, cui etiam licet capere debitorem domini fugientem, secundum glos in l. [illegible]. Cod. vbi quis decuri. vel cohor. quam ad hoc refert & sequitur Iason Instit. de actionib. in princip.

CAPVT LXXIX.

De necessaria proprii honoris defensione.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis Cap. 79

1 *Alapam impingentem licet repellere gladio.*
2 *Prius infamiam inferentẽ interimens, excusatur defensione necessaria.*
3 *Nobilibus maior sua gloria defendenda ratio.*
4 *Omnibus permissa sui honoris defensio.*
5 *Conseruatio personæ & famæ æquiparantur.*
6 *Forti potior sui defendẽdi ratio, quàm inualido.*
7 *Sunt causæ, quibus fugere non est ignobile.*

Sab

1 SI adoriretur me quispiam, † alapam in faciem mihi impacturus, bono iure mihi permittitur eam iniuriam impedire gladio meo, si aliter eam à me propellere nequeã.
2 Et † si ea in defensione eum interfecerim, ea quidem interfectio censenda est necessaria defensio. nam illam infamiæ labem nõ
3 cogebar perpeti. Nobilibus, seu † claris item permittitur, sese grauius defendere contra ignobiles, seu obscuros, adeo vt si ea in defensione ignobilẽ interemerint, excusentur de necessaria defensione admissa. Hippol. Marsil. in l. 1. num. 44 ff. ad l. Cor. de sica.
4 Omnibus † enim iure permittitur honoris sui defensio & ignominiæ violenta repulsio: imo tam infamiam, quam corporis proprii pericula, aut rerum nostrarum damna, à nobis propellere cogimur. Nempe † quod
5 personæ, & famæ conseruationem iura æquiparẽt, l. Iusta, ff. de manumiss. vindict. Et quod honor & fama cuilibet pecuniario cõmodo præferantur, l. Iulianus, ff. Si quis omiss. caus. testam, Cyn. in l. 1 C. vnde vi: eam autem iniuriam si non vlciscatur, perpetuo infamis fit & repellibilis. Similis infamiæ
6 nota † viro forti quoque permittitur excusabilis, contra infirmum quempiam & debilem, cuius vim si perferat, fortitudinis suæ iacturam facit, & infamiam impingit, quod in tali statu rerum, ob dedecus & infamiam profugere non tenebatur: fuga enim talem viliorem redderet, & magis contemptibilem, & crudelis est, qui suam famam negligit. teste Cyno in l. Si ex plagis. in § Tabernarius & in l. Scientiam, § Qui cum aliter, ff Ad l. Aquil. cuius etiam meminit Hippol. in d. l. 1. tametsi † occasiones
7 incidant, quibus fugere non sit indecorum & ignobile, potissimum si per eam fugam grauiora impediantur mala.

CAPVT LXXX.

De necessaria defensione amicorum.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 80.

Defensio oppressi proximi cuiuis licita.
2 *Defensionem ir[...]rantem qui defendit, ad alterius etiam (si res vrgeat) internecionem, excusatur ab hom[...]io.*
3 *Ignoto, suppetias ferre licet ciuibus, non tamen tenetur.*
4 *Oppressum recusans defendere, ab omni pœna liber manet.*
5 *Iura ciuilia neminem ligant ad obsistendum malo.*
6 *Pro altero defendendo licet pecuniam accipere.*
7 *Malum secretum nemo alteri detegere cogitur.*
8 *Fallit hoc in* { *Seruo.*
9 *Crimine læsa Maiestatis.*
10 *Crimine parricidii.* }
11 *Iura pontificia quemuis ligant ad prohibitionem mali.*
12 *Non resistens malo punitur, sed non pari pœna cum factore, nisi, &c.*
13 *Permittitur* { *Patri* } *defendere* { *Filium oppressum.*
14 *Patri* } { *Filiam contra stupratorem famulum.* }
21 *Parentib.*
21 *Consanguineis* } *defendere au[t]* { *Filiam,*
21 *Affinibus* } { *Virginem pupillam* } *contra raptores.*
21 *Tutoribus* } { *Matronam honestã* }
21 *Amicis* }

15		*Patri,*		*Mœchum filiæ, vnà cum filia.*
18		*Patri,*		*Filiam mœchantem domi suæ vel generi tantum,*
19		*Genero,*		*Adulterum solum.*
22 28		*Marito,*		*Adulterantem cum vxore sua, non vxorem,*
23		*Vxori,*		*Adulteram mariti in actu, non maritum.*
25		*Marito,*		*Seruum,* { *iocantem impudicè cum* { *Vxore,*
25		*Patri,*		
26				*Seruum.* { *iocantem impudicè cum* { *Filia.*
29	*Permittitur*	*Marito,*	*occidere*	*Riualem suum, sæpe prohibitum.*
29		*Concubinario,*		*Mœchantem cum concubina sua.*
30		*Concubinæ,*		*Mœcham amasii sui.*
31		*Sponso,*		*Mœchantem cum sponsa sua.*
32		*Filio,*		*Oppressorem patris aut matris.*
34		*Nepoti,*		*Oppressorem aui aut auiæ.*
35		*Fratri,*		*Oppressorem fratris sui.*
42		*Conuiatori,*		*Oppressorem consocii itineris.*
		Filio		*Adulterantem cum matre vel nouerca:*

29 *Patri non licet occidere filiam in domo aliena, sed in domo propria vel generi.*

36	*Tenetur*	*Dominus*	*defendere*	*Seruum conductum.*
37		*Seruus*		*Dominum suum.*
38		*Quilibet*		*Eum cui defensionem addixit.*
39		*Feudatoi*		*Feudatarium vasallum, & contra.*

16 *Patri* { *occidere licet* { *adulterum, & filiam simul.*

17 *Marito* { *occidere licet* { *adulterum tantum, non vxorem.*

24 *Vxor propter adulterium priuanda est dote & bonis paraphernalibus.*

27 *Clericus post frequentem admonitionem non abstinens à colloquio meretricum, excommunicandus est.*

32 *Filius* } *Non defendens* { *Parentes* } *puniendus est.*

33 *Nepos* } *Non defendens* { *Auum, Auiam.* } *puniendus est.*

1 CViuis homini iura † permittunt defendere, ac citra crimen omne protegere confratrem suum, etiam ignotissimum, ab altero grauiter oppressum: potissimum si is oppressus de vi illata clamitet, & patrocinium inuocet: vt eleganter notat Bart. in l. Si quis in seruitute, in fin. ff. de furt. In l. Vt vim, in vers. Quærit gloss. quid, &c. & ibi gloss. ff. de iustit. & iure. Cyn & Petr. in l. 1. C. vnde vi. Elegans text. in c. Dilecto, de sentent. excomm. lib. 6. versi. & quidem cum liceat, c. Non inferenda, 23. q. 3. c. Error, 83. dist. prædicta tamen consuluit sano iudicio esse intelligẽda Bart. in d. l. Vt vim, in versic. Quærit gloss. quid, &c. quem in eadem opinione sequitur Ang. Aret. in suo tract. maleficiorum, in gloss. Et dictus Titius se defendendo: nempe hac caussa moti, vt vitetur opinionum multarum varietas. In hoc † tamen ferè consentiunt & dicunt, si ille tertius interueniens videat confratrem suum grauiter oppressum, eiusque periculo metuens, iubeat oppresso, vt suum imploret auxilium: quod si oppressus id faciat, & tertius interueniens ob implorationem oppressum defendat, oppressorem læ-

2

dat,

dat, aut etiam interimat: in eo casu volunt
occisorem non teneri, vt notat Bald. in d. l.
1. C. vnde vi. cuius sententiam sequuntur
plerique omnes, argum. l. Gracchus, C. ad
l. Iul. de adult. quod ait Bart. esse notandũ
in praxi, & hanc opinionem sequũtur Petr.
& Iacob. in d. l. 1. C. vnde vi. Alienigenæ
3 atque † ignoto licitum est (si velit) ciui ali-
cui aut viro vrbico, ab altero periculose op-
presso, ferre suppetias: verum ad eam de-
fensionem humano iure non obligatur, nec
ad eam cogi potest, Bart. & Doct. in d. l. Vt
vim, pro quo allegant glos. in c. Quantæ, in
ver. Interpretamur, ext. de sentent. excõm.
& est casus etiam, & ibi doct. in l. Metum, §.
Sed licet, ff. de eo quod met. caus. Nam & si
is alienigena cernat quempiam opprimi,
quem tamen defendere potuit, & protege-
re, humano iure nihil damni incurrit, nec
oppresso vllam iniuriam inferre dicitur, ta-
metsi defendere potuit & non fecit: quia in
illius voluntate totum situm est, vt oppres-
sum defendat, aut non defendat, vt est tex-
tus & ibi Bald. & Raph. in l. Filio pater, ff.
de legat. 1. Nicolaus Boërius in suis decisio-
4 nibus aureis, q. 83. num. 6. Quocirca † nul-
lum crimen non defendendo, cum possit
committit, quanquam non ferendo auxi-
lium, si quando potuerat, & oppressum ita
negligẽdo, videatur oppressori fauere, ac es-
se particeps propterea culpæ: ita dicit ad li-
teram text. in d. c. Dilecto. versic. Et quidẽ
cum liceat. Huic loco non inconcinne adii-
cientur tres conclusiones. Prima, Consenti-
5 ens † per negligentiam, de iure ciuili non
tenetur, quia nemo tenetur obuiare deli-
cto, & malum alteri illatum perpetuo de-
fendendo propellere. ita dicit gl. in l. Culpa
caret, ff. de reg. iuris: Bartolus in l. 2. §. Sed
in eo, ff. ad S. C. Sylla. Bart. in d. l. Metum,
§. Sed licet, per illum text. in quo dicitur,
6 Quod † liceat pecuniam pro altero defen-
dendo accipere: ex quo colligitur, quod iu-
re ad defensionem alterius nemo teneatur.
Nã si quis iure ad alterius obligatus esset de-
fensionem, nulla ratione pecuniam accipe-
re posset, per text. in l. Iurisgentium, §. Si
ob maleficium, ff. de pact. vbi quis non de-
bet accipere pecuniam pro eo faciẽdo, quod
de iure communi facere tenetur: Et hanc
opinionem videtur tenere gloss. in c. Quan-
tæ, ext. de sentent. excommun. & sequitur
Salic. in l. Quisquis, §. Id quod, C. ad l. Iu-
liam Maiest. Abbas in c. 1. de offic. delegat.
Et hæc est communis omnium opinio: li-
cèt quidam respondeant ad text. præalleg.
vt Philippus Decius in d. c. 1. de offic. dele-
gat. Ex his infert Bald. in d. l. Vt vim: Quod
7 † si potui iuuare aliquem oppressum cla-
mando, & non feci, de iure ciuili ad hoc nõ
teneor: similiter si sciebam, quòd Mæuius
velit occidere Sempronium, idque illi non
significauerim, nec dixerim, illud similiter
dicere non teneor. Verum ista prima con-
8 clusio limitanda est. Primò † in seruo, qui
cum potest, non defendit dominum, quia
punitur pœna vltimi supplicii, l. fin. C. de
his quib. vt indig. l. 1. ff. ad S. C. Sylla. Ita
intelligitur l. Culpa caret, prius citata, si in
ea sumas argumentum à contrario sensu.
9 Secundo † locum non habet in crimine læ-
sæ Maiestatis cui defendendæ omnes ex iu-
re obligati sunt, si possint. l. Quisquis §. Id
quod, Cod. ad l. Iuliam Maiestatis. Ex quo
infert Bartolus in l. 1. §. Occisorum, ff. ad
S. C. Syllanianum. quod sciens coniura-
tionem contra Principem, punietur, si non
reuelet, quia ita celando illius Maiestatem
quum posset, non defendit, quam opinio-
nem sequuntur Abbas, & Philippus Decius
in c. 1. extra de officio & potestate iudic. de-
10 legat. Tertio † non habent locum, quę prę-
dicta sunt in crimine parricidii: quia sciens
aliquem velle occidere patrem aut filium,
grauissime tacendo peccat, & ideo ob non
denuntiationem punitur, textus est in l. V-
trum, in verb. Cõscii criminis, ff. ad l. Pomp.
de parricid. Quãquam sint qui dicant, quod
debemus supplere, de consciis participibus,
quam solutionem etiam habet Bald. in d. l.

Quisquis, cuius magna (haud dubie) est auctoritas. Posset tamen aliquis acutioris ingenii, Conscios illos dicere esse eos qui cum conscientia delicto fauebant. Ad hunc sensum quanquam ita conscios intelligere possis: priori tamen opinioni magis, vt adhæreas, suaserim: atque hactenus ita in hac cõclusione habita de iure sunt ciuili. Secun-
11 da † aũt conclusio est: de iure Canonico omnes tenentur obuiare delicto: Si enim (cũ possent) malo non occurrerent, grauiter ipsi, non præstando Christianum officium delinquerent, text. est in d. c. Quantæ, vbi dicitur illos fauere alterius maleficio, qui cùm possint resistere, non resistunt, textus in can. Sicut dignum, §. Illi etiam, extra de homicid. In d. c. Dilecto, in d. c. Non inferenda, 23. quæstio. 3. c. final. & c. Qui potest, eadem caussa & quæstione. Et hanc opinionem tenet gloss. in d. l. Culpa caret. licet Andreas Siculus, in d. c. 1. extra de officio & potestate iudic. delega. dicat hoc locum habere solùm in foro conscientiæ, & Anton. de Butrio in d. c. Quantæ, & Abbas in c. 1. de restitut. spoliato. Philippus Decius tamen adhæret priori opinioni, cum text. preallegati loquantur simpliciter: & ideo intelligendos esse de foro contentioso Quum enim iura canonica aliter obtinere volunt in foro conscientiæ, quam in foro contentioso, hoc clarè & separatim exprimere solent, c. Quicunque vult. 17. quæst. 4. vnde cum hoc aperte non exprimunt, tutior est
12 opinio gloss. Tertia † conclusio hæc sit: Negligens obuiare manifesto facinori, nõ punitur etiam de iure Canonico tanta pœna, quanta faciens, nisi esset prælatus, vel superior, qui vitiis obuiare tenetur: Ita tenet gloss. in c. 1. de officio & potestat. iudic. delegat. per text. in c. Nihil, & c. Error, 83. distinct. c. Quamuis, de regulis iuris, libr. 6.
13 Patri, iura † permittunt defendere filium oppressum, atque adeò, si tum oppressorem interficiat, culpa vacabit: Nam ea interemptio, coacta defensione excusabitur. Filius enim parentum suorum substantialis pars est, ex ipsorum visceribus genitus, & commune bonum coniugatorum, l. Isti quidẽ, ff. de eo quod met. caus. in eo saluatur pater, & paterni nominis diuturnitas conseruatur l. Liberorum, & l. Pronuntiatio, §. fin. ff. de verborum significatione. Quod intelligas tam de naturalibus ac illegitimis, quam legitimis filiis, oportet: quia natura communis est l. Hos accusare, §. final. ff. de accusationibus Nec potest constitutio naturam immutare, nec coarctare naturales stimulos, l. Amicissimos, §. Lucius. ff. de excusat. tuto. facit l. 2. & 3. ff de libera. caus. Neque ista solum de iuris ciuilis intentione, sed de ipsa etiam rerum omnium probatur natura, quum vel animantia bruta, catulorum suorum ac partus sui salutem naturali quadam iustitia insita tueantur, quã omnibus animantibus naturæ sagacitas in-
14 sæuit mirificè. † Patri similiter permittitur necessaria defensio filiæ, contra famulum, aut filiam constuprantem, aut filiam moribus, indiciisque apertis constuprare conantem: adeo vt si hunc oppressorem in fu-
15 rore interimat, culpa vacat. Patri † item concedunt iura, interficere quemcunque mœchum filiæ suæ, si quando ambos in opere mœchantes cõpererit. vel ad opus paratos domi suæ, aut domi filiæ suæ seu generi sui, l. Quod ait lex, & l. Marito, ff. ad l. Iuliam de adulteriis. Sed si mœchum occidere velit, etiam filiam mœcham occidat, oportet: aut saltem ita grauiter vulneret, vt foris è vulneribus declarare posset, se animum habuisse vtrumque occidendi cupidum & ita si malum vlciscatur, nullo modo punitur, l. Nihil interest, ff. ad l. Iuliam de adulteriis, sicuti postea declarabitur in cap. de adulterio. In hoc tamen nouissimo
16 casu notanda sunt duo. † Primo, quod pater potest occidere adulterum & filiam. Ma-
17 ritus † autem vxorem impunè occidere non potest, sed solum adulterum, l. Nec in ea, l. Patri, & l. Nihil, ff. ad l. Iuliã de adulteriis, d. l.

d. l. Marito, sicuti mox probabitur. † Item potest pater occidere filiam deprehensam, siue in domo sua, siue in domo generi: & tamen gener † potest solum adulterum interficere, quem deprehendit in domo sua, non soceri, dicta l. Marito. Si quis autem roget, quænam sit ratio quod patri dentur laxiores habenæ, quantum ad occisionem adulterantium, quam marito? Breuiter in hoc iurisconsultus assignat rationem in l. Nec in ea, ff. ad l. Iuliam de adulteriis, versiculo, Ideo quod plerunque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit: cæterum mariti & calor & impetus facilè sæuientis fuit refrenandus. Secundo, † est aduertendum, quod pater non potest occidere filiam in aliena domo repertam: licèt possit occidere inuentam in domo propria vel generi, l. Quod ait lex, ff. ad l. Iuliam de adulteriis, qui text. causam addit, quod maiorem ac dedecorosam magis iniuriam putauit legislator, quod in domum patris aut mariti ausa fuerit filia adulterum inducere. † Permittunt item iura parentibus, consanguineis, affinibus, tutoribus, curatoribus, vel amicis alicuius virginis, iuuenculæ, aut honestæ viduæ, defendere suam filiam virginem, aut honestam viduam contra violentum raptorem, & eas vi abducere conantem: ita vt si eum raptorem cum omnibus etiam cooperatoribus interimant, culpa vacent & crimine, l. vnica, C. de raptu virg. & ibi Salicetus, l. Raptores, C. de Episcop. & cleric. huic seruiunt. l. Lex Cornel. in princip. ff. de iniuriis, & ibi gloss. & Bart. in d. l. Vt vim, & doctores, in d. l. 1. C. vnde vi. † Permittitur item marito occidere eum, quē comperit adulterantem cum vxore sua, d. l. Marito, ff. ad l. Iuliam de adulteriis, & leg. Gracchus, C. eod. tit. Sed quid † si occidat vxorem maritus? certè propter iustum animi dolorem, excusatur à pœna, l. Corneliæ, & mitius punitur, l. 1. §. Item Diuus, ff. ad l. Corneliam de sicariis, & l. Si adulterium cum incestu, §. Imperatores, ff. ad l. Iulia. de adulteriis. Istud limitationem recipit, vt non procedat de iure Canon. quia non est licitum occidere vxorem: nec eam occidens relaxatur à peccato, neque etiam minuitur peccatum, text. est in c. Inter hęc, 33. q. 2. vbi dicit text. Quod est licitum de iure canonico marito propriam vxorem interficere, etiam, quemadmodum licet secundum legem mundanam: modò non licet occidere vxorem secundum legem mūdanam, nisi quantum ad mitigationem pœnæ: ergo de iure canonico per illum textum, etiam quātum ad mitigationem pœnalem, non licet occidere vxorem. Et rationem istius assignat textus in c. Admonere. eadem caussa & quæstione, quia Deus non vult mortem peccatoris sed vt potius conuertatur ad pœnitentiam, & viuat: iste autem maritus est caussa perditionis animę
24 eius. Et est notandum † singulariter vnum circa hoc, quòd licèt regulariter vxor propter adulterium priuetur dote, vt probatur in c. Plerunque, de donat. inter vir. & vxor. & in singulari c. penult. extra de consuetu. & nedum dotem perdit, sed etiam bona paraphernalia, vt voluit gloss. singularis in d. c. Plerunque, quam ad hoc dicit mirabilem Ludou. Roman. in singul. 311. incipient. Propter adulterium, tamen in hoc casu maritus vxorem interficiens, non lucrabitur dotem, gloss. est in d. c. Inter hæc. Ma-
25 rito † & patri etiam licitum est occidere seruum quē reperit inhonestè ac impudicè io-
26 cantem cum vxore aut filia. Licitum † quoque marito est riualem suum occidere aut eum quem adulterii cum vxore suspectum habet, quiq; non cessat vxorem ad Venerem solicitare, & cum ea colloqui non desinit, præcipuè si hoc ei tertiò coram tribus fide dignis prohibuerit, text. est apertus in Authent. Si quis ei quē. C. ad l. Iul. de adult. & in Auth. vt liceat matri & auiæ, §. His quoque, pro quo facit text. notab. in c. 2. de cohabit. cleric. & mulier. in antiq. vbi proba-
27 tur: Quod † excōmunicari debet clericus, qui

monitus non abstinet à colloquio inhone-
28 starum mulierum. † Sicut marito permittitur occidere mœchum: in opere, pro defensione vxoris, d. l. Gracchus, & d. l. Marito, ita vxori permissum est occidere mœchā in opere pro defensione mariti, quia spiritualiter sunt vniti vinculo fœderis, vniti (inquam) in carne vna, & vnum corpus esse censentur, c. Admonere. 33. q. 2. l. 3. ff. de libe. caus. tametsi sint qui secus arbitrentur, vxorem non posse defendere maritum, sicut nec agere pro eo caussam, sed horum opinio certè nō minùs est ridicula, quam naturali ratione cassa. Nam si concubinis (vt mox infrà) permittitur iusta sui amasii defensio, ne perdat ipsum: multò magis ea defensio concedenda est vxoribus pro salute maritorum, vt eos scilicet iusta ratione defendant, à quibus ipsarū pendet salus, gloria, & plerunque vitæ necessitas, teste Bald. in repet. l. 1. C. vnde vi.
29 Pari † item ratione permittitur concubinario occidere mœchantem cum sua concubina. & cōtrà; propter immensam inter ipsos initam amicitiam ac domesticam inter eos consuetudinem, & carnalem societatem, non minori sæpe amore flagrantem quàm in legitimo coniugio, l. Si vxor. versic. Quod & in concubina, ff. ad l. Iuli. de adulter. l. Quod ait
30 Lex, ff. de diuort. & repudi. Sponso † præterea fas est mœchantem cum sponsa sua occidere, propter zeli & amoris inter ipsos magnitudinem, quo alter alteri sic connectitur, non secus, quàm si matrimoniali iure completo, mutuò iam essent coniuncti: atque ob hoc, idem de sponsis & coniugatis hac in re semper est iudicium, l. Oratio, ff. de sponsalibus, l. Si vxor, § Si minor, ff. ad l. Iul. de adulter. l. Non sine, C. de bon. quæ liber & Bald. in præallegata sua repetit. l. 1.
31 C. Vnde vi. Permittunt † iura filio occidere oppressorem aliquem pro defensione pa-
32 tris aut matris. Idem † nepoti fas est occidere oppressorem pro defensione aui aut auiæ, adeo vt si ipsos non defenderent, scili-
33 cet † Parentes, Auum, aut Auiam contra oppressorem: tum filius, tum nepos in culpa essent & crimine, cuius gratia, ceu fautores, condemnandi forent. argum. l. Vtrum, ff. ad l. Pompe. de parricid. & §. Aliud quoq; capitulum, in Authent. vt cum de appella-
34 tione cognoscit. collat. 8. Fratri † similiter occidere quempiam permittitur pro defen-
35 sione fratris sui. † Et vni consocio viatori in itinere, permittitur occidere inuasorem pro defensione alterius consocii sui in eodem itinere; quod qui vnum inuadit, omnes inuadere censetur, & singulis cōmunem inferre iniuriam, vt notatur in l. Item apud Labeonem, §. Tenetur, ff. de iniuriis.
36 † Dominus tenetur defendere conductum
37 seruum seu famulum. Et seruus † tenetur ad alterius etiam internecionem defendere ac iuuare dominum suum, armis, clamoribus, aliisve iuuandi rationibus, quas cōminisci poterit, citra ꝑsonæ suę periculū: licèt serui teneantur mori pro dominis, l. Cum dominus, ff. ad S. C. Syll sed liberis licet se exponere morti pro domino, non tamen coguntur: huius meminit Bald. in d. repetit. l. 1. Cod. vnde vi, qui nonnulla ibidem adducit præsenti materiæ admodum
38 conuenientia, quem videte. † Tenetur itē omnis defendere eum cui defensionem
39 promisit & addixit. Feudator † similiter defendere tenetur vasallum, seu feudatarium suum: & contra, feudatarius dominum seu feudatorem suum, Bald. in repetit. l. 1. C.
40 vnde vi. Licet quoque † filio occidere eum, quem reperit actu adulterantem vel incestuantem cum matre sua, aut cum vxore patris sui, id est, nouerca, gloss. in l. Quod ait lex, ff. ad l. Iul. de adulter. Angelus tamen in suo tractatu maleficiorum, in gloss. super verb. *Che me hai adulterato la mia donna*: Cynus & Salicetus in d. l. Gracchus, cōtrariam ac negatiuam opinionem sustinēt, quos ibidem videte. Glossę tamen multi eo libentius assentiuntur, quod filio acerbum sit conspicere matrem suam meretricari: atque

tem
ul-
to-
m,
oq;
la-
iter
en-
tori
em
eo-
, o-
au-
tem
riis,
um
ne-
ſen-
cla-
uas
ulū:
s, l.
s li-
ta-
n d.
ibi-
lam
r itē
nem
r de-
um
ſeu
. C.
um,
nce-
re pa
d ait
men
. ſu-
don-
, cō-
nēt,
ri co
um
i: at-
que

atm
cul-
uto-
um,
uoq;
ella-
liter
fen-
tori
rem
co-
, o-
mu-
item
riis,
tum
ene-
fen-
,cla-
quas
culũ:
is, l.
is li-
n ta-
n d.
ibi-
dum
r itẽ
nem,
r de-
rium
n seu
l. C.
eum,
nce-
re pa
d ait
men
C. su-
don-
s,cõ-
inẽt,
ti eo
bum
i:at-
que

que
quo
cho
se &
rum
xim
tet f
tent
pert

1
2
3
8
9 *Occi*
10
3 *An oc*
4 *Hom*
5 *H mi*
6 *An oc*
7 *Iudex*
11 *Iudici*
12 *Eiden*
13 *Priua*
14 *Consi*

1 C
f
cipis
3.§.fi
23.q.
lum(
hoste
tius f
2 Conc
que h
sente
Quo
inter
iter h

que adeo vix animo suo moderari posse, quoties conspicit tantũ scelus offerri à mœcho matri, quod ad ipsum vsq; ignominiose & cum summo dedecore deriuetur. Verum omnia quæ hactenus iure permissa diximus, si excusationem mereantur, oportet facta fuisse, & fieri in ipsa animi impotentia, & in ardenti ob nefarii operis compertum actum furore, non post interualla temporis: atque adeò etiam cum moderatione ad talem defensionem requisita: non autem ex vindicta & vltione, l. Quod ait lex. ff. ad l. Iuli. de adulter. quia nulli vnquã permissa fuit vindicta, quàm soli Deo, & Iudici in iustitia Dei ministro, & ad mala punienda ex officio Dei vicario, & ad hoc constituto. De his satis.

CAPUT LXXXI.

De aliis Homicidiis licitis.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 81.

1 *Occidere licet* { *Omnibus* { *Hostes in bello.*
2 *Exules quosuis* } *ad* { *occidendum* } *Damnatos.*
3
8 *Hostes patriæ* } *ad* { *mortem* } *Damnatos.*
9 *Turcas, & fidei Christianæ inimicos.*
Hostes pro defensione patriæ tuæ.
10 *Tortoribus, maleficos ex officio.*

3 *An occisor exulis, habilis sit publ. dignitatibus.*
4 *Homicidium quoduis, suo facto infames reddit.*
5 *Homicidia, sæpius ex vindicta, quàm ex amore iustitiæ.*
6 *An occidens bannitum impunè, peccet in foro conscientiæ.*
7 *Iudex iusta occisione malefici, non peccat, sed meretur.*
11 *Iudici tortore carenti permittitur viles personas ad iustitiæ executionem cogere.*
12 *Eidem permittitur rusticorum currus ad eosdem actus sistere.*
13 *Priuatus à iudice cogi potest, ad vendendum fundum iustitiæ executioni idoneum.*
14 *Consilium de propriis aurigis habendis pro executionibus iustitiæ.*

1 CONcessum est iure † hostes vel transfugas occidere in bello in subsidiũ Principis, sub iuramento & ductu capitanei, l. 3. § fi. ff. Ad l. Corn. de sica. c. Cùm homo, 23. q. 5. l. Proditores, ff de re milita. Et si bellum (vt ferunt) iustum sit, occidens in eo hostem, contra leges non peccat, de quo latius sumus tractaturi c. proximè sequente.
2 Concessum est item † interficere exules, atque hostes quoscunque patriæ, qui per latã sententiam ad interficiendũ damnati sunt. Quoniam autem hic nobis sermo fuit de interfectione exulum aut bannitorum, obiter hîc mihi subiit non indigna quæstio:
3 † An talis occisor exulis, post homicidium habilis sit ad publicas dignitates gerendũ: potissimum, quum ius municipale omnes homicidas ab eis arceat & excludat. Ad quã quæstionem breuiter respõdendũ mihi videtur: Tales homicidas
4 † omnibus dignitatibus publicis esse indignos: quòd homicidio ipso licet tolerabili, non tamẽ laudabili, facti sint infames: & talia homicidia sæpe etiã ex vlciscendi libidine, & ex inimicitia cõmittant potius, quàm ex amore iu-
5 stitiæ: quod Iudex ipse nõ eo animo † facit, sed pro executione iustitiæ, & ex necessitate officii: & ideo verba odii non debent ad illũ

trahi, arg. l. Quamuis, & quod ibi per Doct. in q. de barbitonsore, ff. de in ius vocando. Si autē ius municipale ita esset constitutū, vt exules quibusuis licitè & impunè occidere liceret: in eo casu homicidiū nullomodo maleficium esset, propter illud aduerbium (licitè) adiunctum. Ita pulchrè Bald. in l. Decuriones, in fin. in ver. Et hoc est vtile scire, C. ex quibus caus. alicui infamia irrogatur, l. 3. §. Transfugas, ff. ad l. Corn. de sicar & l. 1 & 2 C. quando liceat vnicuique sine iudi. se vindic. Sed hinc rursus alia se
6 profert quæstio: An occidens † bannitum, impunè ad predictā formā statuti, peccet in foro conscientiæ? vbi reperias, qui affirmatiuā partē amplectantur, allegantes c. Inter hæc, 32. q. 2. Mihi tamen apparet contrariū: (salua interim pace rectius sentientiū) Talis enim occidens, quicquid facit, authoritate legis facit, & ita vt minister & executor
7 legis habendus est: Vnde, sicut Iudex † puniendo & occidendo malefactorem secundum formam legis non peccat, imò meretur, vt 23. q. 5. quasi per totā q. & maximè c. Reos: ita & iste, qui hoc facit authoritate legis, & ob vindictā & vtilitatem publicam. Atque tanto apparebit hęc opinio verior, si solo vindictæ zelo & publicæ vtilitatis ratione se motum fuisse cōfirmet ac testetur: secus verò atque inexcusabilior, si liuore & delectatione effundendi sanguinē humanū percitum, id tantùm fecisse constiterit: tūc enim peccaret mortaliter. Possent hîc plures aliæ oriri quæstiones, nempe, an pater bānitus possit occidi à filio, dominus à seruo, vasallo vel liberto? & his non dissimiles, quas cōpendii gratia omitto, & studioso in-
8 dagandas relinquo. Omnib. † itē iure conceditur interficere Turcas, Sarracenos, & fidei Christianæ inimicos, pro defensione fidei catholicæ, fac. l. 1 secundū Bar. C. de paganis & sacrificiis eorum, & l. fin. & ibi Bald. C. de postliminio reue. c. Noli 23. q. 1. c. dis-
9 plicet, & c. Si non, 23. q. 4. Interficere † licet itē hostes tuos, pro defensione ciuitatis aut
10 patriæ tuæ in qua natus es. Occidere † item licet ei, cui hoc ex Iudicis authoritate commissum est, ministrò nempe, iustitiæ: veluti tortoribus, lictoribus & carnificibus, c. Deo occidendis, c. Miles, c. Cùm homo, & c. Homicidiū, 23. q. 5. Circa hoc postremū autē (vbi de iustitiæ executore agitur) ani-
11 maduertendum est: Quod † Iudex ministrū iustitiæ seu carnificē non habens, possit pro exequenda iustitia post sententiam capitalē apprehendere quēuis nebulonem, vilem, aut alioqui simplicē personā, etiā inuitam & reluctantem, modo ea vilis sit, vt ea (ob defectum carnificis) carnificis officio in exequenda iustitia fungatur: Ita habet Flo. in l. Liber homo, in 2. colum. ff. ad l. Aquil. vbi inquit Gulielmū de Cuneo hoc voluisse in l. final. § fin. ff. de pignora. actio. & ibi Bartolus expressè illius meminit, subiiciens:
12 Quod † iudici etiam liceat, alterius etiam inuiti capere currum, & equos, aut iumēta quib. ad iustitiæ executionem vtatur, nempe vt maleficos, aut instrumenta, aut materias quasuis ad iustitiam necessarias vehant ad locū supplicii: quod sequitur Flor. in l. Ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. Cui admodum seruit dictum Ioan. Andreæ in addit. ad Specu. titu. de execut. senten. in rubr. vbi (quod maius est) dicit: Quod priuatus à Iu-
13 dice † potest cogi, vt fundum iustitiæ idoneum & commodum vendat, ad erigendas ibidem furcas: cuius latius meminit Alex. in addit. ad Bart. in d. l. fin. ff. de pigno. actio. Hæc autem tametsi ita iure habeantur, vt superiori modo inuiti cogi possint, ne ta-
14 men † multa hinc emergant incommoda, & pericula, pugnę aut homicidia: neve simplices rustici ad inuitas cogantur operas, quas infames putant, & superstitionibus aliquanto addictiores quam par est, credunt hinc alterutrum equorum suorum, aut ambos morte mox perituros, si maleficos ad crucem vehant: ne (inquam) huiusmodi mala contingant, sed vt omnia dissidia vitentur, & omnium animis & rationabilib.

volun-

voluntatibus obsequatur, non abs re facturos Magistratus putarem, si singulæ ciuitates suos in hunc vsum proprios haberent currus, aut proprios aurigas stipendiarios ad eas operas instructos.

CAPVT LXXXII.

De Bello.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 82.

1 *Bellorum mala potissima.*
2 *Non ex leui caussa bella suscipienda.*
3 *Non satis tutum de bellis multa conscribere.*
4 *Iusta bella permissa sunt iure*
- *Gentium.*
- *Naturali.*
- *Canonum.*
- *Diuino.*

5 *Iniustis bellis, qui hostem occidit, non tenetur de homicidio.*
6 *Iniustis bellis, omnis deprædatio vt iusta permittitur.*
7 *In Christianorum bellis capti, non fiunt capientium.*
8 *Captiuitas Christianorum, redemptione pecuniaria commutatur.*
9 *Præda nobilium in bello, per duces prædatoribus distribuenda.*
10 *Vsus prædas singulas, singulis permittit.*
11 *Occupatio rerum immobilium ad Principem pertinet.*
12 *Vt bella iusta habeantur, requiritur*
- *Personarum idoneitas.*
- *Iusta caussa.*
- *Recta intentio.*
- *Authoritas Principis.*

13 *Viri ecclesiastici bellis gerendis inidonei.*
14 *Ecclesiasticis permittitur in iustis bellis, vt opem conferant opibus.*
15 *Iusta belli ratio est*
- *Defensio sui.*
- *Defensio suorum.*
- *Defensio gloriæ & dignitatis suæ.*
- *Recuperatio rerum iniquè ablatarum.*
- *Defensio libertatis Reipub & fidei Catholicæ.*

16 *Recta belli intentio est, quæ assumitur*
- *Non ex prædominanti libidine,*
- *Non ex odio.*
- *Non ex inuidia.*
- *Non vt aliis sua eripiat.*
- *Ex legitimis & vrgentibus causis.*

17 *Authoritas belli est cum fit ex mandato Principis.*
18 *Soli Pontifici, & Imperatori iura permittunt bella indicere.*
19 *Reges citra decretum Imperatoris bella gerentes, sua propria authoritate vtuntur, Iure abutuntur.*
20 *Bellum gerens citra authoritatem sui superioris, crimen læsæ Maiest. committit.*

21 Romanum, i. pro defensione fidei, — Iustum.
22 Iudiciale, i. Principis contra subditos, — Iustum.
23 Præsumptuosum, i. subditorum contra Principem, — Iniustum.
24 Bellum Licitum, i. pro defensione sui, & suorum, est Iustum.
25 Temerarium, i. contra authoritatem iuris, — Iniustum.
26 Voluntarium, i. ex ambitione, vel auaritia, — Iniustum.
27 Necessarium, i. pro defensione familiæ, &c. — Iustum.
28 Authores aliquot iuridici de bello tractantes.
29 Adiunguntur quæstiones aliquot coincidentes, remissiuè, vnde potest peti illarum determinati breuitatis caussa.
30 vnde dictus.
31 Deus terrenus.
32 Iudex delegatus Dei est, & ordinarius hominum.
33 Principes ministri Dei in terris sunt.
34 post Deum est.
35 Princeps verus, imago Dei.
36 tyrannus, imago diaboli.
37 legatus, vicarius, locumtenens Dei est.
38 illiteratus, imago leonis.
39 lex animata est in terris.
40 bonus, & Rex bonus melior est, quam lex bona.
41 cur dictus Angelus magni consilii.
42 Principes dicuntur sacri.
43 Princeps Deum imitetur.
44 per os Dei loquitur.
45 est ligatus dictamine rationis.
46 bono administratori similis existat.
47 Princeps non est solutus lege diuina.
48 est ligatus, & ligatur lege quam condidit.
49 non ligatur sua lege.
50 Principem in sua lege non astringi, quomodo intelligatur?
51 legem seruare non tenetur.
52 non subest statutis & consuetudinibus subditorum, nisi ratione naturali innitantur.
53 non est subiectus legibus positiuis.
54 solus est legibus solutus.
55 Princeps cum se profitetur legibus ligatum, debet formam processus à iure introductam obseruare.
56 de absoluta potestate est legibus solutus.
57 in dubio non videtur velle vti plenitudine potestatis.
58 Principum materia, & quid possint, & quales esse debeant.
59 Principum conditio miserrima, & quodammodo seruilis.
60 Principum mores quales esse debeant.
61 Princeps non est dominus morum, licèt sit Dominus legum.
62 A liberali, & ab auaro principe quid speretur?
63 Princeps verus bonum publicum priuato antefert.

Princip

64 *subditorum incolumitatem procurat, si bonus.*
65 *si magis attendat ad vtilitatem propriam quam communem, Tyrannus est.*
66 *in dubio præsumitur bonus & iustus,*
67 Princeps *ex iustitia bonum inseparabile consequitur.*
68 *iustitiam non tollit.*
69 Principes *toto animo debent curare, vt in suis terris Iustitia obtineat principatum.*
70 *neminem fallit.*
71 *ius priuati auferre potest, pro bono pacis.*
72 *solus bona ciuitatis alienare potest.*
73 Princeps *an ne tollat ius naturale?*
74 *cum causa præsumitur auferre ius Gentium.*
75 *potest priuato auferre dominium rei suæ fauore Reipub. vel communis vtilitatis.*
76 *malè à Iudæis Tributa accipit, pro licentia mutuandi ad vsuras.*
77 *Principis potestas circa subditorum bona.*
78 *Principis omnia esse quomodo intelligendum?*
79 *Quæ principi reseruantur?*
80 *indulgere potest multitudini.*
81 *non tenetur ordinem iudiciorum seruare.*
82 *potest iudicare secundum veram & iustam conscientiam suam, licet alii inferiores secundum allegata, & probata.*
83 Princeps *potest iudicare inspecta veritate.*
84 *nemini gratiam concedere debet cum iniuria tertii.*
85 *quando non dispensat?*
86 *sine causa dispensans peccat.*
87 *An peccet cum dat licentiam duobus intrandi duellum.*
88 *Principibus seculi datus est gladius ad vindictam malorum, laudem vero bonorum.*
89 *Princeps ad vindictam non sit facilis.*
90 *Princeps in puniendis delictis sit prudens ac diligens.*
91 *Principes & Reges delinquentes, Deum habent vindicem.*
92 *Principem summe decet prudentia.*
93 *debet habere omnia in scrinio pectoris.*
94 *bonus Boni Senatus.*
95 *non magis debet consiliariis carere, quam membris sui corporis.*
96 Princeps *potest fingere expressum, quod non est expressum.*
97 *habet voluntatem pro ratione.*
98 *authoritate tacitè præstat tametsi inferiores non possint.*
99 *an pupillo causam deleget?*
100 *Principibus, & ab eo missis, obediendum est.*
101 *Principe diffidato, censentur diffidati omnes eius complices.*
102 *in dubiis, & arduis est consulendus si commode potest, quod si non potest consuli commode, eligenda est sententia absolutoria pro reo.*
103 Princeps *in præiudicium successoris nihil facit.*
104 *vbi, ibi Curia. Vbi Romanus pontifex, ibi dicitur esse Roma.*
105 *Vnus.*
106 *Non principant duo principes in eodem loco.*

107 *Pluralitas principum mala.*
108 *Principum donare proprium.*
109 *Princeps nedum, sed etiam summus Pontifex ligatur quo ad Deum constitutione, c. Omnis vtriusque sexus.*
110 *Princeps non est dominus rerum singularium personarum: nisi quo ad protectionem, & iurisdictionem.*
111 *Princeps non debet dare officium ei, qui semel deliquit in officio.*
112 *Princeps regulariter vtitur iure communi: nisi in casibus à iure expressis.*
113 *Princeps debet permittere, vt damnati ad mortem suscipiant pœnitentiam, & eucharistiam.*
114 *Qui pandit literas principis, tenetur crimine falsi.*
115 *A sententia lata secundum consilium principis, potest appellari.*
116 *Ad principem etiam de iure ciuili potest appellare scholaris, omisso medio.*
117 *Talis præsumitur intentio principis, qualis legis scriptæ, & naturalis rationis.*
118 *Non valet Principis constitutio quod Iustitia denegetur.*
119 *Qui non seruant mandata Principis, debent excommunicari, aut aliter extraordinariè puniri.*
120 *Non omne quod licet Principi, ac summo Pontifici decet eum facere.*
121 *Princeps, imò nec S. Pontifex, potest sine causa mandare alicui, aut etiã laico, vt det rem alteri.*
122 *Proditorem principis tenemur manifestare.*
123 *Princeps si iracundia motus, sine causæ cognitione, aliquid irrationabile, vel crudeles vindictas mandauerit contra subditos, debet deferri executio vsque ad triginta dies, vt interim cesset iracundia principis.*
124 *Epitheta Boni principis ex Iulio Polluce desumpta.*
125 *Authores belli ad interesse tenentur.*
126 *Authores belli tenentur de homicidiis ac aliis damnis in bello occurrentibus: damna & interesse passis.*
127 *Singuli armigeri spoliati per hostes iniuste bellantes, contra ipsos vi bonorum raptorum agere possunt, &c.*
128 *Testis dicens falsum testimonium, non solum tenetur de falso testimonio in foro contentioso, verum etiam de omni damno contingente ex illo; &, per consequens, de delicto & omni exitu ipsius delicti.*
129 *Diuitis, corpora & animæ, perduntur bellorum tempore.*
130 *Belli euentus dubius est ac varius.*
131 *Bellum Reipublicæ pernicies.*
132 *Dissipa qui bella volunt.*
133 *Remissio an facienda propter bellum, pestem & sterilitatem? remissiue.*
134 *Bellum numeratur inter casus fortuitos.*
135 *Terminus bellum, non caret synonymis.*
136 *Vinculum concordiæ diligit Deus.*
137 *Capitaneus belli siue guerræ, dat securitatem seu saluum conductum, ex bannito.*
138 *Capitaneus guerræ potest treugam indicere, non tamen facere pacem, nisi haberet mandatum.*
139 *Instrumentum treugæ probat bellum seu guerram præcessisse.*

AGgressurus proximum caput de bellis, prius conceperam multa de bellorum ratione conscribere, vnde & ex quibus causis ea oriri conueniat: quæ bella censenda sint

ſint iuſta quæ iniuſta: quid in illis, quidq;
in iſtis aut iuſte aut iniquè fieri ſoleat: quæ
commoda ex iuſtis bellis: quæ contra in-
commoda ex iniquis bellis proficiſci ſoleãt:
poſtremò quam horrenda, ac deploranda
ſint pleraque Chriſtianorum bella, vt à pio
quouis viro latrocinia ac omnium malorũ
Lerna dici poſsint potius quã bella. In qui-
bus atrociſſima (proh dolor) comperimus
regnare facinora, non quod ea Principes ve-
lint, aut tolerent: ſed quod ea omnia, bel-
lorum tumultus non ſecus quã vmbra cor-
1 pus cõſequi ſoleant: nempe, † blaſphemiç,
ſortilegia, diuinationes, cum dæmonibus
inita fœdera, ſimoniæ, hæreſes, apoſtaſiæ,
furta, ſacrilegia, adulteria, inceſtus, homi-
cidia, latrocinia, rapinæ, incendia, mone-
tarũ adulterationes, monopolia, falſa quę-
libet, deflorationes, ſtupra, ſodomitica,
mutilationes, iniuriæ, aſſaſſinationes, at-
que his ſimilia innumera, quæ bellorũ ex-
perti, tibi certiori fide retulerint. Quamobrē
2 † non leui ex cauſa nemo non videt eſſe bel-
la ſuſcipienda: quum iſthæc mala omnia in
caput recidant illorum, qui præter rationis
æquitatem, & ex cauſſis leuibus, bellorum
Camerinam mouent. Verum quum de bel-
lorum malitia, ac pacis commodis multi, &
potiſſimum magnus ille D. Eraſmus, noſtrę
ætatis ac totius Europæ decus incompara-
bile, abundè multa conſcripſerint: perpen-
di tandem non eſſe mearũ virium, amplius
ac abſolutius quiddam ea de re proferre poſ-
3 ſe: deinde † cognoui non ſatis tutum eſſe ea
de re multa aſſerere, & os meum in cœlum
(vt dicunt) ponere & Principum animos,
conſilia, & geſta, meis ſcriptis probare aut
improbare, malens hîc prudenter tacere,
quam imprudenter ſine fructu multa effu-
tire. Et quanquam multa ſint noſtratium
bella prorſus execranda, vt in quibus regnẽt
(iuxta decreta in c. Noli, 23. q. 1.) nocendi
cupiditas, vlciſcendi crudelitas, impacatus
atque implacabilis animus, feritas rebellã-
di, libido dominandi, & his ſimilia: ſunt ta-
men alia bella iuſta & laudanda: eoq; con-
ceſſa, non tãtum iure gentium, ſed iure na-
4 turali, canonum, & iure diuino. † Primo ſi-
quidem iure, ſcilicet iure gentium, introdu-
cta bella ſunt, l. Ex hoc iure gentium, ff de
iuſti. & iure. quæ nõ niſi pro rerum aut per-
ſonarum iuſtitia proſequenda permittun-
tur, c. Iuſtum, 23. q. 2. Secundo quidem iu-
re, animalia bruta, inſtinctu naturali mo-
uentur ad iniuriam propulſandam, l. 1. §.
Cum arietes, ff. Si quadru. paup. feciſs. di-
cat. Tertio itẽ iure canon. c. Dominus no-
ſter, 23. q. 2. per Innoc. in c. Olim, de reſtit.
ſpoliato. ad hoc facit, quod idem no. in c.
Poſtulaſti, de foro cõpeten. Quarto ſimili-
ter diuino iure filii Iſraël contra Amorrhęos
terram ipſorum patribus repromiſſam ade-
pti ſunt, c. Notandũ, 23. q. 2. hoc eodem iu-
re, Iudith vt liberaret populum, ſua priua-
ta manu Olofernẽ occidit, quia nullus erat
in terris, qui de prædictis iuſtitiã miniſtra-
ret. De huiuſmodi quoq; carnalibus bellis
iure diuino permiſſis pro iuſtitia conſequẽ-
da, tota veteris teſtamenti pagina plena eſt,
c. Niſi bella, 23. q. 1. Qui igitur plura deſide-
ret de bellis, alios authores lecturus conſu-
lat. Ego hic nihil agere tandem ſtatui, quã
quæ hoc libro atque hac materia noſtra de
criminibus digna videbuntur. Quum igi-
tur in homicidiorum mentionem iuſto or-
dine incidimus, ea quoq; priuatim homi-
cidia nobis tractanda ſunt, quæ in bello cõ-
5 tingunt. Quoſcunque † igitur in iuſtis bel-
lis aliquis occiderit, is iuſto homicidio oc-
cidere dicitur, cum Lex permittat eos occi-
dere, l. 3. § final. ff ad l. Cornel. de ſicariis,
l. Proditores, ff de re militari, c. Cum ho-
mo. 23. quæſt. 5. Ideoque nonnulli docto-
res autumant, eos de occiſionibus non te-
neri neque apud mundum, neque in con-
ſcientia apud Deum, potiſſimum ſi ad bel-
lum tale non vltro procurrant auaritiæ, ho-
micidii, gloriæ, aut lucri, ſed tantum obedi-
entiæ Principum ſuorum gratia: Et ad tale
bellum non niſi inuiti, & coacti compel-

lantur, vbi velint, nolint, Principum placi-
tis post iuramenti Sacramentum parere co-
gantur, c. Quid culpatur, 23. q. 1. Et quicquid
6 † in iisdem bellis aut capitur aut furto vel
prædatione tollitur, id bene & iustè præda-
tum, aut captum volunt, adeò vt ad pro-
prios vsus iure, & in foro conscientiæ illud
pertinere debeat, Innoc. in c. Sicut, & infrà
ext. de iureiuran. Bart. in l. Hostes, ff. de ca-
pti. & postlim. reuers. l. Hostes, ff. de verbo-
rum significat. § Item ea quæ ex hostibus,
Institut. de rerum diuisi. l. Si quid in bello,
ff. de capt. & postlim. reuers. & ibi Barto. Al-
beri. de Rosa & Alexãd. notatur, in c. Olim,
extra, de restitut. spoliato. Car. in Cle. 2. q.
3. de re iudica. & idem Cardi. in Cle. Dudũ,
§ finali. de sepultur. Animaduertendum
7 † tamen, quod hodie ex communi obser-
uantia, & ex laudabili inter Christianos re-
cepta consuetudine, quod (inquam) homi-
nes capti non efficiuntur capientium, nec
captori cedunt in possessionem propriam,
vt olim in bellis gentium, vbi capti capto-
rum perpetua manebant mancipia: apud
Christianos verò, mitius capiuntur. Nam
8 illa † captiuorum proprietas commutata
est redemptionis precio, quo sese è captoris
potestate liberant, de quo Scribent. in l. Ma-
numissiones, ff. de iustit. & iur. Ita habet D.
Nicolaus Boerius vir omnibus numeris ab-
solutissimus in decisionibus suis aureis, q.
178. hanc autem redemptionẽ, barbari Ran-
sonem siue financiam vocant. Qui Ranson,
siue deditionis precium, aliàs capientis est,
aliàs ipsius Principis aut superioris, vti cõ-
monstrat D. Nicolaus Boerius in suis deci-
sionib. aureis, quæst. 178. Præda vero rerum
mobilium, quam Butinum vocant, an du-
9 cibus, † an captoribus tradi debeat, Doct.
disputant. In hoc tamen consentiunt, eam
esse capientium: Sed allatam, ilico ducibus
aut superioribus tradendam: non vt eam si-
bi propriam seruent, sed vti eam militibus
omnibus, qui communi periculo in eadem
deprædatione fuerint, ex æquo secundum
qualitatem personarum distribuant. Ego
10 tamen † cum recepta consuetudine censeo,
captam eam prædam non esse pro distribu-
tione superioribus tradendam, sed relin-
quendam singulis suis captoribus, vt hac
spe militum animos ad diligentiorem de-
prædationem erigerent, & vt quisque ca-
11 piat, quod capere potest. Cæterum † prædę
vel occupatio rerum immobilium, quando
ipsorum sint Principum, hic nihil dicen-
dum esse putaui: de his item D. Nicolaus
12 Boerius, quæstione vt supra. Iusta autem †
bella ea volunt, in quibus quatuor simul
concurrunt, videlicet Personæ bellis ido-
neæ: Iusta suscipiendi belli caussa: Recta in-
tentio: Authoritas & mandatum Principis
13 aut superioris. De primo † sciendum est, sa-
cerdotes, & viros ecclesiasticos, in ordinibus
sacris constitutos, inidoneos & inhabi-
les esse ad bella gerenda, & ad bellorum of-
ficia: neque iis concessum esse alios occide-
re, seu aliorum effundere sanguinem, c. Si
quis vult, 26. distinct. c. 1. c. Si quis Episco-
14 pus, & c. Si vobis, 23. q. 8. Verum † hoc i-
psis iura permittunt, vt in iustis bellis, aliis
militantibus, opibus, consiliis, adhorta-
tionib. suppetias ferant, vt alacrius pugnẽt
pro defensione fidei catholicæ, vt bona ec-
clesiæ & libertatem Ecclesiasticam fortius
defendant patriamque & rempublicam tu-
tentur, pugnantes pro focis & aris: verum
negatur ipsis ne proclament: occidite, occi-
15 dite, d. c. Si vobis, 23. q. 8. Iustæ autem †
belli assumendi rationes sunt, propria de-
fensio, sui ipsius defensio suorum bonorũ,
amicorum, cognatorum, & affinium. De-
inde Maiestatis, ditionis, ac celsitudinis suæ
defensio, ad resarcienda ea omnia, quæ sibi
vi ab hoste, aut ablata sunt, aut retenta, si-
quidem aliter recuperari non possint. Iusta
præterea assumendi caussa est, qua quis bel-
lum indicit alteri, qui ex contemptu non
vult iniqua bona aut feuda inique erepta &
occupata reddere. Nam si iniquus possessor
ratione, & consiliis se ab iniquis liberare de-
trectat,

tractat, vi & armis ad restitutionem cogendus est. In summa, eæ iustæ belli assumendi rationes habentur, quæ pacis ac tranquillitatis reipubl gratia, verè excusantur,
16 non ob alias caussas. Recta † verò intentione bella indicuntur, quoties non ex dominandi furiosa libidine, non ex odio, aut inuidia alterius, non ob vindictæ caussam, c. Quid culpatur, 23. q. 1. neque vt cuiquam sua iniustè quis eripiat, sed ex caussis tantum superius enarratis suscipiuntur. Autho-
17 ritate postremò bella † permittuntur, quādo ex mandato & iussu Principis indicuntur, & incipiuntur, & peraguntur: nulli enim alii fas est bellū alicui indicere, & suscipere, nisi solis Principibus qui non agnoscunt sibi superiores, quales sunt Summus
18 Pontifex, & Imperator. Cæteri † enim Reges, quales sunt Rex Franciæ, Angliæ, Hispaniæ, Scotiæ, Hungariæ, Bohemiæ, Daniæ, & similes: Ad hæc Comites, Duces, & reliqui subsidiarii Principes, bella gerere iure non debent: quod si faciant, non ex iure, sed ex sua authoritate propria faciunt, quam contra veritatem & iustitiam, contendunt nulli esse subiectam. Atque ob
19 hanc † ementitam & falsam persuasionem sæpenumero contra iuris æquitatem (qua omnes Reges vni capiti subsunt) aliis Principibus, citra Imperatoris authoritatem bella mouent: imò caput authoritatis, Imperatorem ipsum oppugnare non metu-
20 unt. Quisquis autem bellum citra † sui superioris authoritatem indicit, is crimini læsæ Maiestatis fit obnoxius, nisi illud bellum indicendum subitò cooriretur, ita vt ilico ob subitum periculum imminens suscipiendum foret ob salutem propriam, aut
21 patriæ. Bellum † quod summus Pontifex, aut Imperator suscipit pro defensione fidei Catholicæ, ad arcendos & fugandos Turcas, Sarracenos, aut similes fidei nostræ inimicos: aut quod contra Hæreticos suscipitur ob rectam & religiosam illam & piam intentionem, iustum bellum vocatur: atq; adeo bellum Romanum, quod Romæ ceu caput nostræ religionis, & fidei, huiusmodi bella per Romanum Pontificem, præcipuè per exhortationem Imperatoris ac imperii Principum, mouere soleat, & propriè debeat, c. Excommunicamus 2. ext de hæret. c. Hæc est fides, &c. Quoniam, 24. q. 1. & c. 2 § pen. ext de sum. Trinit. & fid. catho. Atq; ob hāc iustissimi belli gesti rationem, Imperatores Aquila Romana pro insignibus & gloria donantur, quam in omnibus bellis, etiamnum pro insignibus gloriosis
22 ostentant. Bellum † quod Princeps quispiam suscipit contra suos subditos rebelles, vt subseruiant, vel coacti suis legibus & iurisdictionibus, & statutis pareant & obediant, similiter iustum bellum dicendum est: vocatur enim ob id bellum iudiciale, l. Cōtinet, § 1. ff. de eo quod met. cau. l. 3. & 4. ff. de iurisdict. omnium iudic. c. Dilecto, de
23 senten. excommuni. lib. 6. † Cōtra, bellum quod subditi mouent contra suum Principem, bellum est iniustum, & vocatur bellum præsumptuosum, argu. de pe. d. 1. § 1. ad fin. c. Si quis ext. de maiori. & obedien. l. Qui restituere, ff. de rei vendica. lege 3. ff. ne vis fiat ei, qui in possess. miss. est. Quod intelligendum est, nisi Princeps ipsis denegaret iustitiæ administrationem quam aliunde sibi recipere non possent. Bellum
24 † quod assumitur pro defensione propria, aut rerum suarum, aut pro recuperandis suis vi ablatis, etiam iustum bellum vocandum est: modo id bellum quis instituat subitò, & in ipso furore, sine temporis interuallo: vocatur autem hoc bellum, bellum licitum, c. Si vero 1. § Nec ille, ext. de senten. excommunic. l. 1 & 2 C quando liceat vnic. sine iudic. se vindic. Verum si superioris deesset copia, à quo impetrandus esset consensus belligerandi, in eo casu licitum esset bellum cum interuallo temporis ex
25 caussis dictis suscipere. Bellum † vero quod suscipitur, aut geritur, aut defenditur cōtra authoritatem iuris, & cōtra eos, quibus sese

iustè defendere licet, planè iniquum est, & iniustum: quod iura vocant bellum temerarium: nam & is qui defendit se contra authoritatem iuris, temerariè se defendit: prudentius autem faceret, si maturè resipiscens vitam suam corrigeret, canone, Cum non ab homine, Extrauagante, de iudiciis. canone, Perpendimus, & canone Contingit, 2. Extrauagante, de sententia excommunicationis. In-
26 iusta † quoque bella sunt, quæ Principes ex ambitione & ex prædominandi libidine suscipiunt, vt vicinis Principibus noceant, vt potestatem ipsorum diminuant, vt ex auaritiæ ratione (quæ tamen est charitatis toxicum, teste sancto Augustino) latius contra æquitatem per vim suam ditionem proferant, sibi aliorum finibus per vim adiectis, ob quam iniquitatem huiuscemodi bella, vocant bella voluntaria, quibus Principes nostri temporis nimisquàm libenter, & æ-
27 quò vtuntur frequentius. † Bellum autem quod suscipitur coactè pro defensione vxoris, liberorum, agrorum, patriæ aut ciuitatis suæ, prorsus est licitum, & iustum: adeo vt tale vocari velint bellum necessarium, canone, Dilecto, de sententia excommunicationis libro sexto, canone Sicut, 3. paragrapho vltimo, Extrauagante, de iureiurando. canone Olim, in fine, extrauagante, de restitutione spoliator. canon. Si vero, §. primo, Extrauagante, de sententia excommunicationis. Ex iam dictis hoc præsenti capite satis perspicuum esse puto, an licitum sit bella gerere, & quibus ex caussis potissimum fiant licita vel illicita, iusta aut iniusta. Qui ta-
28 men † plura de bellis desideret, is legat sanctum Thomam secunda, 2. quæstione quadragesima, articulo primo, Hostiensem & Geminianum in canone primo, de homicidio, libro sexto, Dominum Ioannem Lupi, in Dialogo de confœderatione Principum. Atque eundem in suo insigni tractatu, de bello & bellatoribus. Item clarissimum Iurisconsultum Dominum Martinum Garritum Laudensem, in suo tractatu de bello, Dominum Antonium Corsetum in quinta & vltima parte tractatus, de potestate & excellentia regia. Item & his similes, qui magis arridebunt animo. Apud quos authores, imo re ipsa comperimus, bellum esse omnium malorum Lernam, ex quo tam infinita pullulent mala, tot consurgant maleficia, vt etiam post confectum bellum maleficia sedari nequeant. Tempore namque belli tum rusticis, tum bonis ciuibus, passim nefanda inferuntur incommoda, tam ab amicis, quam ab hostibus (excepto vno incendio) præcipuè in regionum finibus. Confecto vero bello non minora incommoda perferenda sunt à nostratibus militibus, qui passim, vel ob propriam inertiam, vel ob Principum seram solutionem peragrare, & ex rapinis viuere coguntur. Vnde fit vt vbique audiatur ingens oppressorum clamor, opprimentium necessitate coactorum (ob non solutionem) iustæ interdum querimoniæ, & ob Principum seuera edicta, talium militum indebita suspendia. Quid plura? Tum in bello, tum post bellum vbique indigna audiuntur, miserandaque rerum fa-
29 cies cernitur. † Si quis plura huius materiæ conuenientia desideret, conuolet ad aureum singulareque opus Domini Ioannis de Terra Rubea, Iuris vtriusque Doctoris celeberrimi, contra rebelles suorum Regum, pluribus in locis, articuli decimi, tertii Tractatus, tam in textu, quàm in Glossis, foliis nonagesimo tertio, nonagesimo quarto, nonagesimo quinto, nonagesimo sexto, nonagesimo octauo, centesimo vndecimo, centesimo decimo octauo. Bellum & Guerra specie differunt. Similiter Bellum & Prælium differunt.

Tum

Tum quod bellum iustum & iniustum, & quod iustum Bellum præcedat diffidamentum, sic caussans iniustum bellum ad quæ teneatur. Notari potest primus belli effectus, tum alter, deniquetertius. Et bellum sine spiritu quod sit, & quæ potissimum in bello culpantur, bellum antiquum etiam in paradiso cælesti, tum in paradiso terrestri, ad hæc bellum patriam potestatem præcedit, & eiusdem foliis decimo tertio, nonagesimo quarto, nonagesimo quinto. Nec omittenda est quæstio, De fide hosti seruanda in bello, sicut determinat præfatus author, Articulo primo, tertii tractatus, in glossa, super verbo, Imperio, folio nonagesimo octauo. Quia Principis Imperio bella non solum geruntur, sed etiam respublicæ administrantur, & plurima ex eius Imperio dependent, sicut in corpore humano à capite ipsius corporis gubernationes & variæ mutationes perficiuntur, & cæt. Non alienum à proposito videbitur, si quæ non peregrinæ, nec insolentes quæstiones, sed cognitu pernecesse, huic materiæ saltem remissiue inserantur, quarum determinationes ex diuersis authoribus collectas, sparsim adiunximus, sequuti vulgares tractatus, tum etiam quæ abundè tractat clarissimus doctissimusq; Iurisconsultus Dominus Ioannes de Terra Rubea, in insigni suo Tractatu, contra rebelles suorum Regum, quem videre tempore & loco, prout oportunius fuerit, ex vsu lectori reliquimus. Quæ vero varia argumenta occurrunt personam Principis, eiusque officium respicientia, ea placet ordine conuenienti conscripta hic annotare, vt volenti plura sparsim coniungere, via aperta sit. Itaque hoc modo auspicamur præfixo titulo PRINCIPIS semel, ne sæpius opus sit repetere:

PRINCEPS

30 Vnde dictus, Princeps, id est primum caput, iuxta Dominum Isidorum in Etymologicis. Principes dicuntur, qui principantur cogitationibus, iuxta Gregorium super Iobum, capite duodecimo. Effundet despectiones super principes. Et princeps etiam dicitur, quasi primum locum capiens, secundum glossam in canone, Fundamenta, §. proinde, de electione, libro sexto. & Dominum Lucam de Penna, Iurisconsultum clarissimum, Cod. de principibus agentium in rebus, libro duodecimo, & glossam in Clementina, Præsenti, de Baptismo, & eius effectu, in verb. Regum, circa medium.

31 Deus Terrenus siue Deus in terris appellatur, habetur, & est, Psal. octuagesimo primo. Ego dixi, Vos dii estis, & filii vestri filii excelsi omnes: facit textus in Authentica, de consulibus, collatione quarta. Clarissimus vtriusque Doctor, Dominus Ioannes de terra Rubea, in suo insigni opere, contra rebelles suorum Regum, in textu articulo tertio, tertii tractatus, folio nonagesimo tertio, minister Dei in terris, secundum Doctores, in canon. licet, de foro competenti.

32 Iudex delegatus Dei est, & ordinarius hominum & veritatis, Baldus in titulo de pace Constantiæ, in principio. Huius etiam meminit Dominus Nicolaus Boërius in suo insigni tractatu de ordine graduum vtriusque fori, folio 77. numero 15.

33 Principes ministri Dei in terris sunt, Paul. 13. ad Rom. est enim minister Dei.

34 Post Deum est, c. Si papa. 40. distinct. Salus enim subiectorum post Deum ex principis incolumitate propensius pendet. Ioannes de terra Rubea contra rebel. suorum regum. in gloss. super verbo, deserere.

35 Verus imago Dei, iactatus est vulgo Græcis vsitatissimus versiculus sic interpretatus, Princeps est viuum Simulachrum Dei Ioan de terra Rubea in suo opere contra rebel. suor. regum, art. 3 2. tractat. in gloss. in verb. Tyrannus crudelis,

36 Tyrannus, imago diaboli. Huius meminit & scribit Aristot. Politic lib. 7. c. 17. & Luc. de Penna, in l. militaribus, colum. 1. & 2. de decur. lib. 10. C. vbi dicũt: quod Tyrannus est, qui violenta dominatione populum premit: qui nihil actum putat: nisi leges euacuet: & populum deuoret in seruitute: verus autem princeps pro legibus & libertate populi pugnat. Est enim Princeps verus, imago Dei, Tyrannus est aduersariæ fortitudinis: & luciferariæ prauitatis imago. Origo Tyranni iniquitas est: & de radice mala, pestifera pullulat arbor, securi qualibet incidenda: caput Tyranni est imago diaboli, &c. Ioannes de terra Rubea, articulo, tract. & gloss. præallegatis.

37 Legatus. Vicarius, locum tenens Dei est, omnis potestas à Deo est. Paul. 13. Rom. & consequenter dicitur missus à Deo, iuxta illud 1. Petri 2 cap. Estote subiecti, &c. tanquam ab eo missis, debent enim dominum suum superiorem diligere quilibet, tanquam vicarium siue legatum Dei, sicut dicitur: quod quilibet subditus debet amare suum episcopum: tanquam Dei legatum, vt habetur c. Sint pariter 6. d 1. Et superiorem suum dominum in temporalibus: qui est Deus in terris: vt notatur glossa in l. Iubemus. C. de sacrosanct. eccles. id est & locum tenens Dei in terris: quia omnis potestas à Deo est vti diximus. Ita Ioan. de terra Rubea in d suo tract. in text. art. 3. tertii tract. fol 53.

Princeps

38 Illiteratus, imago Leonis, attestante glossa, Super verb. Consilio scientium leges, circa medium, ad articulum tertium, primi tractatus, D. Ioann. de terra Rubea contra rebel. suor. Regum. Quid enim (ait) aliud est princeps illiteratus: quam imago leonis ceteris feris imperantis? &c. quem lector per ocium videbit.

39 Lex animata est in terris: text. in Authent. colla. 4. de consulibus, in fine iuncta gloss. in verb. legem animatam, huic seruit vulgata lex, Digna vox. C. de legib. & constitut. princip. & l. Ex imperfecto, C. de testament. & l. Princeps, ff. de legib. & senatuscons. & l. Ex imperfecto, ff. de legat 3.

40 Bonus, & Rex bonus melior est, quã lex bona, l. Præsenti, C. de his qui ad eccles. confug. vbi Bartol. notat illam l. ad quæst. de qua consueuerunt disputare theologi: Quid sit melius: vel regi iusto rege: vel iusta l. scripta: & ibi videtur casus: secundum eum in principio illius l. quod est longe melius regi iusto rege: qui in singulis causis iudicet secundum æquitatem quæ sibi videbitur, & sequitur eum Paul. de Cast. ibi in 1. not. & Anton. Cors. in tractat. de potest. & excell. regia. quæst. 67. Ioann. de terra Rub. contra rebel. suor. reg. articulo 3. tertii tractat. in gloss. incip Bonus Rex, quam videte. Non omittenda est ratio, qua inductus Augustus Cæsar cogitans Imperium deponere, illud consilio Maronis retinuit. Rogauit enim Maronem an conferret priuato homini se in sua Republ. principem facere, tunc ille, omnibus ferme (inquit) rempublicam occupantibus

tibus molestus fuit ipse principatus, sicut & ciuibus, quia necesse est propter odia multorum, aut iustitiam eorum magna suspicione magnoque timore viuere, sed si ciues iustum aliquem scirent quem amarent plurimum, ciuitati id vtile foret, si in eo vno omnis potestas esset: quare si iustitiam, quod modo facis, omnibus in futurum, nulla hominum facta compositione, distribues: dominari te & ibi, & orbi conducet, beneuolentiam enim omnium, ita habes, vt Deum te, & adorent, & credant. Eius sententiam secutus Cæsar, Principatum tenuit.

41 Cur dictus Angelus magni consilii, quia secũdum gloss. ordinariam est Deus contra quem nullum est concilium, vnde contra Dominum nostrum Regem & eius magnum concilium, nullum parlamentum potest prætendere parem & æqualem authoritatem, aut potestatem: nisi quam eis nomine in loco sui ministrandam dedit. Huius latius meminit, D. Nicolaus Boerius in suo tractatu, de ordine graduum vtriusque fori, folio 77. 3. colum num. 16. & secundum gloss. singular. & ibi Abb. in Clem. 1. in verb. Regum. de Bap. & eius effectu.

42 Sacri dicuntur principes. Iustinianus & sacerdotes vocat, quia sacra iura seruant, §. Sacrę. Instit. de rerum diuis. & ibi Angel. Aretin. num. 2. & l. Sacra, §. 1. iuncta ibidem glossa, ff. eod. tit. de rer. diuis. pro qua seruit text. in l. finali, ff. vt in possess. lega. facit quod notatur in c. Valentinianus, in glossa finali, in verbo, ordinem, 63. distinct.

43 Deum imitetur, iuxta illud quod scribitur in Authent. vt omnes obediãt iudic. prouinc. §. Accipiat. ad finem, & l. finali: C. de donat. inter vir. & vxor. vbi expresse in fine dicitur, Quod principes Deum imitari tenentur, & l. Imperialis circa princip. C. de nupt.

Princeps

44 Per os Dei loquitur, glossa singularis in Authent. de hæredi. & falcid. in rubro, quæ dicit: Quod Princeps loquitur per os Dei, quicquid enim facit, illud Deo inspirante facit, ita dicit Bald. in c. 1. De no. foro fidel. vbi etiam dicit quod non fallitur, neq; fallit, l. Vltima, C. de ponderato, & auri illati. lib. 10. & idem Bald. in c. 1. colu. 2. Si de inuest. inter domi. & vasall. lis oriatur. Si leges diuinas vel dictamen rationis, fide illuminata sequatur. Latius apud Dominum Nicolaum Boerium in suo tractatu, de ordine graduum vtriusque fori, folio 77. verso, numero 15.

45 Est ligatus dictamine rationis, quia est animal rationale politicum, hoc modo loquendi vtitur Bald. in l. secunda, C. de seruit, & aqua. Huius latius meminit D. Andr. Barbat. in suo tract. de præstantia Cardinalium 4. q. Basilica, secundæ partis, num. 5. in fine.

46 Bono administratori similis existat. Huius abunde meminit, D. Ioann. de terra Rubea in glossa, super verbo, Donatio, articul. 1. 1. tract. folio 14.

47 Non est solutus lege diuina. Ita tenet D. Martinus Laudensis in suo quotidiano ac practicabili tractatu de Principibus, q. centesima sexta, vbi ait, licèt Princeps sit solutus legibus, l. Princeps, ff. de legibus, viuere tamen debet secundum leges, l. Digna vox. C. de legibus: non tamen est solutus à lege diuina, neque à lege naturæ, neque à dictamine rationis, secundum Baldum in Repetitione leg. Si aquam, Cod. de seruit. & aqua. neque à l. Contractus, c. 1. & ibi Baldus de natura feudo.

48 Est ligatus, & ligatur lege quam condidit, & debet seruare legem quam fecit.

Vide Alberi plene disputantem secundum theologos & philosophos, in l. Princeps, ff. de legib.

49 Non ligatur sua lege, l. digna vox, C. de legibus, D. Anto. de Rosellis in suo tractatu de Conciliis. colum. 4. numero 9. folio 97.

50 Sua lege non astringi Principem quomodo intelligatur? Beatus Thomas, prima secundę, quæst. 96. dicit debere intelligi, scilicet quo ad vim coactiuam legis: non quo ad vim directiuam, vt in c. Non liceat 12. q. 2. iuncta glossa. Nam quo ad vim directiuam legis, ita debent dirigi actiones principis, sicut aliorum, vnde textus, in c. Iustum, 10. distinct. dicit quod iustum est principem legibus obtemperare suis, & legibus suis teneri: non quidem necessitate coactionis: quia agit mere libere: sed necessitate immutabilitatis, & inuariabilitatis ordinis iustitiæ Dei. Vide D. Ioan. Bap. Caccialupi, in suo tractatu de Pensionibus. 30. q. numero 46. colum. 2. post medium, folio 208.

51 Legem seruare non tenetur, Ioannes de terra Rubea, contra Rebell. suo. regum. in glossa, Super verbo. Donatio. colum 4. post medium, folio 15. §. Sed & quod principi placuit. Institu. de iure natu. gent & ciuili, & l. Princeps, Digest. de legibus.

52 Non subest statutis, & consuetudinibus subditorum, nisi ratione naturali innitantur. Videte D. And. Tyraquellum de legibus Connubialibus, glossa sexta. char. 190 numeris 172. & 173. qui distinctè eã materiam ad sufficientiam examinat.

Princeps

53 Non est subiectus legibus positiuis, tanquam positus super legem, l. Princeps, Digestis, de legibus, D. Anto. de Rosellis in suo tractat. de consil. 1. colum. num. 3. folio 115. l. digna vox. C. eod. titu. de legibus, facit l. Si quis in principio testamenti, ff. de lega. 3. D. Troilus Maluetius in suo tracta de Sortibus, 2. colum. num. 26. folio 144.

54 Solus est legibus solutus d. l. Princeps & d. l. digna vox, & d. l. Si quis in principio testam. & l. Ex imperfecto, ff. de legat. 3. & ipse solus mundi dominus dicitur, l. deprecatio, ff. ad l. Rhodiam de iac. & l. Bene à Zenone, C. de quadrien. pręscript. concor. textus, in c. In apibus. 7. quæstio. 1. Reliqua hic seruientia vide apud Dominum Petrum Antibolum in suo tractatu de muneribus, column. 1. num. 30. folio 16.

55 Cum se profitetur legibus ligatum, debet formam processus à iure introductam obseruare, l. digna vox, Cod. de legibus. dum dicit, Digna vox est maiestatem regnantis legibus alligatum se principem profiteri, si ergo profitetur se legibus ligatum, formam processus à iure introductam obseruare debet, & hoc videntur tenere nonnulli Doctores in l. Princip. legibus, ff. de legibus, si igitur hæc obseruantia est in papa, qui est supremus omnium, est super omnia concilia vt in c. Significasti. de elect. & in Cæsare: vt in Clement. Pastoralis, de re iudica. multo magis in conciliis, & in quocunque alio inferiore iudicante. Huius prolixius meminit D. Anto. de Rosellis. in suo tractatu de Conciliis, colum. 4. ad medium, nu. 2. folio 82.

56 De absoluta potestate est legibus solutus, vt notant Doct. in l. digna vox. C. de legibus, & in l. Princeps, Digestis, eod. de legibus, notatur in c. nulli, de senten. excom. quia ipse est supra iura, & nemo sibiipsi imperare potest, l. Penulti-

ma,

ma,ff.de arbi.Plura de his videte apud D. Anto. de Rosellis in tract. de Conciliis, colum.1.nu.9.folio 86.

57 In dubio non videtur velle vti plenitudine potestatis: quomodo intelligitur? Quod sane intelligite nisi exprimat. Innoc. in c. Innotuit, in 2. colum. de elect. quod verum nisi cum clausula ex certa scientia, gloss. in verb. elegerint, in fine, in c. Ad hæc, de rescript. Huius meminit D. Ioan. Bertachin. in suo repertorio tertiæ partis, de litera P.1.colum. Sub verb. Princeps, folio 74.

58 Principum materia, & quid possint, & quales esse debeant. Hæc habentur ad satietatem, causa hic euitandæ prolixitatis, apud clarissimum iureconsultum, D. Martinum Laudensem in suo solenni, quotidiano ac practicabili tractatu, De principibus foliis 104. & 105. & seq.

59 Principum conditio miserrima, & quodammodo seruilis, vt scribit Corse. de potesta. & excel. reg. q.3. & 75. Ioan. de ter. Rub. contra rebell. suo. reg. in gloss. super verb. donatio, folio 16.

60 Principum mores quales esse debeant: vide D. Anto. de Rosellis in suo tractatu legitimationum, folio 91.nu.31.& post.

61 Non est dominus morum, licet sit dominus legum. Ita ponit D. And. Barbat. in suo tracta. De præstant. Cardinal. folio 68.colum.3. post num.8.

62 A liberali, & ab auaro Principe quid speretur? Operæ pretium est hunc locum non præterire, cuius Ioannes de terra Rubea quoque meminit in suo opere, contra Rebelles suorum Regum, in glossa, Super verbo; Incapacem. column.3.& 4. folio 39. Ille siquidem princeps qui vult præesse, omnibus viribus studebit, vt quantum fieri potest, careat vitiis quam maxime prodigalitatis: & abundet qualificatis virtutibus: vt pulchre docet Domi. de sanct. Gemi. in can. Grandi. de sup. neg. prælat. lib. 6 dicens: quod in Rege, Principe: seu eius locum tenente debet esse probitas: & secundum Archid. ibi. debet esse modestus, tenetur etiam esse circunspectus erga subditos: quasi debeat oculis plenus esse. Et hinc inde facta considerare, & insistere circa subditorum vtilitatem: huic seruit c. Scriptum de elect. Item deuotio & dilectio subditorum (secundum Pet. de Ancha.) debet esse iustus: neminem opprimendo: reddere vnicuique quod suum est: Regna enim regentium est proprium facere iudicium & iustitiam: c. Rex. 23. questio.5. Cuius contrarium multi omnino fecerunt: multos suis expoliando rebus, & hoc quidem iniuste. Item, princeps debet esse humanus; & non superbus (quales nonnulli fuere) l. finali, C. de donat. inter vir & vxor. Non etiam auarus; sed largus esse; beneficus, & liberalis Princeps; aut principatus administrator esse debet. Ad quod adducit Cicero de offic. D. Nil tetrius auaritia; præsertim in principibus; & rempublicam gubernantibus, est enim auaritia cunctorum radix malorum, & mater, c. his ergo, 23. distinct. Audet quoque illa auaritia detentus; omnia perpetrare scelera, furta, rapinas; & hominum cędes turpissimas; ad quod alludit illud Virg. in Æneid.

Princeps

—Quid non mortalia pectora cogis:

Auri sacra fames. I. detestabilis fames I. auaritia q. d. (secundum Seruium ibi) ad omne malum, & alibi appellatur auaritiæ cęcitas, de electione libro 6.

nam hominis mentem excęcat: vt agenda non videant, c. Quorundam, de elect. eodem lib. 6. Ex his supranarratis constat quid à liberali, & ab auaro principe speretur.

63 Verus bonum publicum priuato antefert, & princeps est imago diuinæ maiestatis, qui non debet sęuire in subditos & finitimos. Vide pulchra verba Alber, in l. decernimus, in principio C. de sacrosf. eccles. Et princeps debet iuste regere, aliàs Deus faciet amittere regnum suum. Nam scriptum est, transferetur regnum de gente in gentem propter iniustitias, c. Si de rebus, 27. q. 7. Nam legitur quod tota prouincia Hispaniæ fuit Christianorum, sed propter peccata fuit occupata à Saracenis, c. Si rex 56. dist. licet pro maiori parte recuperata, c. Adrianus 63. dist. & Albe. in Rub. C. de sacr. pag. Ita tenet D. Marti. Laudensis in suo tract. de principib. 155. q. colum. 1. in fine, folio 107.

64 Subditorum incolumitatem procurat, si bonus, vt Alciatus hoc emblemate testatur:

Titanii quoties conturbant æquora fratres,
Tum miseros nautas anchora iacta iuuat:
Hanc pius erga homines delphin complectitur imis,
Tutius vt possit figier illa vadis.
Quam decet hæc memores gestare insignia Reges
Anchora, quod nautis se populo esse suo.

Princeps

65 Si magis attendat ad vtilitatem propriam quam communem, Tyrannus est, vt notat Barto. in tractatu de Tyranno q. 8. Et hoc vult Tullius in lib. de officiis, recitans Platonis sententiam atque dicens: Omnino qui reipublicæ præfuturi sunt, duo Platonis præcepta teneant: vnum, vt vtilitatem ciuium sic tueantur, vt quęcunque agunt ad eam referant, suorum commodorum obliti, & hoc vult textus in prooemio sexti, & in c. 1. de offi. legat. lib. 6. Alterum: vt totum corpus reipublicæ procurent, ne dum partem aliquam tueantur, reliquas deserant. Et ideo princeps debet omnia deducere ad vtilitatẽ reipublicæ, vt in Authen cõstitutio quæ de digni. in principio, col. 6. & adeo præponere publicam vtilitatem suæ priuatæ vt si opus est, morti pro suo populo & communi vtilitate se subiiciat, vt est text. in c. disciplina, 45. distinct. & probatur c. 1. de homicid. l. 6 vbi est textus. Quod Christus se exposuit morti temporali, vt redimeret gregẽ suum perditum: horum meminit D. Anto. de Rosellis in suo tractatu, de potestate Imper. & Papæ, colum. 1 num. 3. fol. 50.

66 In dubio præsumitur bonus, & iustus, proinde scripta eius secundũ iustitiam sunt intelligenda, Bald. in l. 1. ff de constitut. princip. neque mandare inhonestum, vel impossibile præsumitur, vt ibi per Bald

67 Ex Iustitia bonum inseparabile consequitur, vide Ioannem de terra Rubea, in suo opere contra rebel. suor. regum, in glossa, super verbo, per negligentiam, articulo 10. tertii tractatus, colum. 1 circa principium fol 101.

68 Iustitiam non tollit, ita declarat Ioann. de terra Rubea in suo opere, contra rebel. suorum regum, in glossa super verb. Ad interesse, colum. 1. articu. 10. tertii tractatus folio 99. & ideo eleganter Card. de Zaba. in Cle. Pastoralis in primo, 3. notab. de re iudic. dicit: quod princeps compellitur facere iustitiam: compulsione tamen non præcisa: scilicet causatiua, scilicet ex debito officii, &c.

Princi-

69 Principes toto animo debent curare, vt in suis terris Iustitia obtineat principatum. Adeo vt qui in suis officiis exercendis à via recta discedere videantur, à vero iustitiæ tramite, aut virtutis amore, aut pœnæ formidine, deuiare non audeant, de quibus in medium adduci potest illud ex versibus Horatii triuialiter iactatum.

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœna.

Virtutem enim quæ iustitiæ mater est, vt habetur ex Bald. in l. liberrimum, ff. de sta. homi. principes pedibus non conculcent, iudices solliciti erunt, l. Iudices, C. de digni. lib. 12. ad vnguem obseruari, quæ exclamat: Iudices in suo officio delinquentes, tanquam inter pessimos habitos remoueri debere. Audiant philosophum dicentem: Amor, odium, & proprium commodum faciunt iudicem non cognoscere verum. Memoriæ figant iudices auaritiæ dediti: quod Iudas accepta pecunia à Iudæis, ipsum Christum tradidit: horum meminit latius D. M. Rauaudus in suo tractatu qui inscribitur, Speculum Iudicum, column. 2. versus medium numero 4. folio 88.

70 Neminem fallit, ita dicit Bald. in c. 1. de no. for. fideli. per l. Vltimam, C. de pōde. aur. lib. 10. & idem Bald. in c. 1 colum. 2. si de inuest. inter Do. & vasal. lis oriat. & l. Inter claras, C. de sum. tri. & fid. cathol. quæ dicit inter alia: Nihil est enim quod lumine clariore præfulgeat, quam recta fides in principe, &c.

71 Ius priuati auferre potest pro bono pacis, exempli gratia, Princeps pro pace territorii sui habenda, potest castrum sui subditi alteri concedere, quia in pace vertitur publica vtilitas, propter quam potest auferre ius priuati, ita consuluit Alexand. consil. 93. in principio penult. colum. in 5. parte consiliorum, & voluit Bart. in l. Quęcunque, in fine. C. de fid. instru. & iur. hastæ fiscalis, lib. 10. Innoc. & Io. And. in ca. in nostra, de iniur. per illum text. Et expressius Angel. in l. Bene à Zenone, C. de quadri. præscrip. & in l. Antiochensium, ff. de priuil. credi. & notat Bald. in l. Conuentionum, ff. de pact. & in l. Quicunque, in vltima colum. C. de ser. fugi. & per eundem post Antiquos, in titulo De pace Constant, in verbo, Priuilegia. Horum & meminit D. Corsetus Siculus, in suo tractatu de Priuilegiis pacis, colum. 2 folio 100. numero 24.

Princeps

72 Solus bona ciuitatis alienare potest, & non alius inferior, l. Prohibere, § Plane, Digestis, quod vi aut clam. & vide gloss. in l. Prima, Cod. de prædi. curia. libro 10. & donata ecclesiæ à principe eo pacto vt non possint alienare in caussa necessitatis, possunt tamen alienari, secundum Cynum, in Authentica, Hoc ius porrectum, Cod. de sacrosanct. eccles. & vide gloss. & Doct. in c. Verum de condit. appos.

73 An ne tollat ius naturale, Respondetur quod Princeps non potest super his quæ sunt de iure naturali aliquid tollere, vt quæ immutabilia manent. § Sed iura naturalia immutabilia, in principio Institut. de iure nat. gent. & ciuili, ita vult glossa in c. cum vigesimum, de offic. de leg. & in l. Cum prætor. ff. de indi. & si princeps mandat contrariū iuri naturali non est ei parendum, c. Non licet. 10. distinct. secus si iuri positiuo, secundum Baldum in c. Cum adeo, de rescript. Sed quomodo Princeps tollat quandoque ius naturale? Videte apud D. Ioannem de terra Rubea, in suo opere, contra Rebelles suorum Regum, articulo 4. primi

74 tractatus in glossa. Super verbo, de ætate, columnn. tertia, in fine folio 28.

Cum causa præsumitur auferre ius gentium, l. libertas, ff. de sta. ho. quod ample examinat D. Anto. de Rosellis in suo tractat. de conciliis, columnn. 2. & 3. numeris 31. 32. 33. folio 96.

75 Potest priuato auferre dominium Rei suæ fauore Reipublicæ vel communis vtilitatis, l. Lucius, ff. de euict. & lege, Item si verberatum, in fine, Digestis, ad legem Aquil. tamen illud est verum, dummodo soluat precium rei aut satisfaciat illi, cui eam aufert. Feli. in can. Quæ in ecclesiarum, column. 23. de constitu. per textu. in l. venditor. §. constat, ff. contra pręd. ibi satisfaciat domino, hæc tractat D. Anto de Rosellis in suo tractatu de Conciliis, columnn. 1. num. 15. folio 98.

76 Male à Iudæis tributa accipit, pro licentia mutuãdi ad vsuras, & si ea de caussa concedit eis pruilegium in ciuitabus suis quia incidit in pœnas, Clem. 1. de vsur. secundum Ioan. de Lig. in d. Clem. 1. Hoc modo sustinet D. Martinus Laudens. in suo disertissimo tractat. de Fisco, columnn. 4. in fine quæstio. 59. folio 129. Et D. Ambrosius de Vignate in suo tract. de Vsuris, super can. Salubriter. colum. 4. num. 237. folio 173.

77 Et huius potestas circa subditorum bona; hanc materiam late disputat & examinat Ioan de terra Rub. contra rebel. suorum regum, artic. 10. tertii tractatus, in gloss. Super verb. Ad interesse, colum. 1. & 2. folio 99.

78 Princeps — Principis omnia esse quomodo intelligendum? vide l. Bene à Zenone, C de quadrien. præscript. & ibi glossa in verb. Omnia principis, concordat text. in c. In apibus, 7. q. 1. & Ioan. de terra Rubea in suo opere contra rebel. suorum Regum, articu 10. tertii tractatus, columnn. 2. folio 99. Vbi dicit, quod omnia sunt principis non quoad proprietatem, sed ad maius dominium, imo dicit Arch. in §. Quamuis, 23 q. 8. solum quo ad iurisdictionem generalem, & alleg. Specu. in titu. de fer. § quoniam, versic. 23. queritur, vbi idem tenet, & D. Ioan. le Cirier. in tractat de primogenitura, colum. 3. folio 189. num. 5. Reliqua videnda prolixius locis præallegatis.

79 Quæ Principi reseruantur? Videbitis abunde Ioan. de terra Rubea contra rebel. suor. regum, in glossa proœ. super verbo, Sepiuit, colum 1. & 2. folio 2.

80 Indulgere potest multitudini. Ita tenet D. Marti. Laudensis in suo tractatu de Principibus, colum 3. quæstio. 112. folio 10. & propter multitudinem delinquentium princeps facilius indulget, c. Vt constitueretur, 50. distinct. Alberi. in l. d. procedente, C. de dilat. Ideo si populus est excommunicatus, debet facilius absolui à papa, quam si vnus esset excommunicatus, vide not. in l. Aut facta, ff. de pœnis.

81 Non tenetur ordinem iudiciorum seruare, per Innoc. in c. de causis de reiudic. & per Bald. in l. finali, Cod. de legib. quod intellige in summo pontifice seu papa, vel Imperatore, secus si in alio inferiore, nisi haberet ius regale, vel ex priuilegio, vel ex consuetudine, cuius initii non sit memoria. Abb. in Clem. Sæpe, de verbo. signif. & in can. finali, de hære. lib. 6. facit quod no. Bald. & Ang. in l. 1. ff. de feriis, facit etiam l. Hoc iure, § ductus aquæ, ff de aqua quoti. & æsti & c. Super quibusdam, § præterea, de verbo. signif. facit finaliter quod notat Alber. in l. Princeps, ff. de legibus, & D. Mart. Laudens. in suo tracta. de principibus, colum. 2. q. 92 folio 106

Potest

83 Potest iudicare inspecta veritate. Esto quod alias ordo iudiciarius seruatus non sit c. Ad petitionem, in fine, de accusatio. Adde quod non valet statutum tollens facultatem veritatis, de hac clausula vide per D. Angel. in §. In bonæ fidei, circa finem, Institut. de actionibus; hæc & alia similia declarat D. Catal. de Boncompagnis in suo tracta de Syndicatu, colum. 2. nu. 63. folio 128.

84 Potest iudicare secundum veram & iustam conscientiam suam, licèt alii inferiores secundum allegata, & probata. Barto. in l. 1 C. vt quæ de aduo. caueat tamen Princeps ne sua conscientia sit male informata, c. 1. de re iudic. lib. 6. Ita declarat D. Marti. Laudens. in suo tract. de principibus, colum. 2. q. 41. folio 105.

85 Nemini gratiam concedere debet cum iniuria tertii, ita annotat D. Paul. Gril. in suo tractat. de relaxat. Carceratorum, colum. 1. num. 2. folio 231. dicens quod princeps faciens gratiam alicui, censetur illam impartiri sine iniuria, & præiudicio tertii: non enim videtur esse æquum quod faciendo gratiam, vni velit inferre præiudicium alteri: quia semper ista conditio subintelligitur, sine præiudicio iuris alieni, l. Et si sine §. sed quod Papinianus, ff. de mino. l. Quod si minor. §. Scæuola, eo. titu.

86 Quando non dispensat? Vide Ioan. de terra Rubea, contra rebel. suorum regum, Articu. 10. tertii tractatus 3. colum. circa medium 119. vbi ait, Porro Papa, Rex, aut Monarcha alius (quominus infideles, & impii huiusmodi pœnitentiam peragant, & læsis damna & interesse, &c. restituant) nullo modo poterit dispensare, vt c. Cum tu, de vsur. c. Si quid inuenisti, 14. q. 5. & c. multi, & c. Si res 2. quæstio. 6. Quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, &c. secundum Aug.

Princeps

87 Sine causa dispensans peccat. Panorm. in c. quum in cunctis in princip. column. 1. in 4. notabili: de elect. & in can. de multa, column. 4. ordine meo. Vbi dicit: Quod vbi non subest causa legitima dispensandi contra iuris communis regulas, non dicitur dispensatio, sed potius dissipatio. allegat glossam notabilem, quam suadet tenendam mente: quia tangit multa necessaria in materia dispensationis, in can. Requiritis 1. q. 7. in § Nisi rigor. Et quod male facere videatur princeps dispensando cum subdito, & potius dissipet, quam dispenset, nisi interueniente vtilitate, necessitate, aut personæ cum qua dispensatur prerogatiua; quarum alteram necesse est in dispensatione legitima interuenire ad tutandum vtrumque, videlicet dispensatum, & dispensantem: ample idem Panor. & Doct. in d. c. de multa colum. 4. Ita sustinet etiam D. Ioan. de terra Rubea in suo opere, contra rebel. suorum regum, articul. 10 tertii tracta. in gloss. Super verbo, dissipatio, colum. 1. in fi. folio 105.

88 An peccet cum dat licentiam duobus intrandi duellum? Maxime, vt satis demonstrauimus supra, Cap. 42. *de purgatione vulgari*, & *principio, De monomachia, siue duello* 100. & 101. paginis 8. & 11. numeris. Quare hoc loco omitto eadem aut similia repetere; videte latius per D. Ioan. de Lignano, in suo tractat. de duello, c. 7. folio 291. per totum Capitulum.

89 Principibus sæculi datus est gladius ad vindictam malorum, laudẽ vero bonorum, c. Solite, de maiori, & obed §. Item cum Dauid 2. q. 7. Et D. Anto. de Rosellis in suo tractatu, De potestate Imperato. ac Papæ, colum. 1. circa principium, folio 36. numero 1. §. Quod Christus, & esse spiritualibus gloss. in c. omnes principes, de maior. & obed.

90 Ad vindictam non sit facilis, vt demonstrat Ioan. de terra Rubea, contra rebel. suorum regum, in glossa, Super verbo, Intromittere, folio 42. Adde Ouidium in Ponto, si recte memini.

Sit piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox,
Quique dolet quoties cogitur esse ferox.

91 In puniendis delictis sit prudens ac diligens, vt etiam testatur idem Ioannes de terra Rubea contra rebelles suorum regum, artic. 10. tertii tractatus colum. 3. folio 100. in glossa super verbo, per negligentiam.

92 Principes & reges delinquentes, Deum habent vindicem, seu vltorem, postquam non habent, quem timeant, glossa in c. Agite pœnitentiam, de pœnitent. distinct. 1. & D. Martinus Laudens. in suo tractat. de principibus, colum. 4. q. 268. folio 108.

93 Principem summè decet prudentia. Prudentia est propria virtus principis, Aristol. 4. Polit. & Veget. in lib. de re militari ait: Nullus est cui sapientia magis conueniat quam Principi, & Philosophus in lib. Ethic. scribit, Rex erga subditos se habere debet, sicut pastor ad oues, & alibi idem Philosophus, homo maximè sapiens, maximè felix est. Ad quod alludit Iuuenalis dicens Nemo malus felix, his adde quod D. Ambrosius præclare dicit, malorum regnum magis nocet regnantibus, quam prosit: latius hanc materiam examinat, D. M. Rauaudi in tractatu suo, appellato Speculum iudicum, colum. 1. & 2. numero 64 fol. 90.

94 Debet habere omnia in scrinio pectoris, l. Olim, cum ibi notat. per Paul. de Castro C. de testament. Canonistæ in c. 1. de constitut. in 6. Intellige sane quod princeps debet habere omnia in scrinio pectoris, quo ad interprætationē, Glossa notabilis in c. præterea, 23. distinct. non autem quod sciat omnia iura propter sapientes quos habet ad latus, d. c. 1. de constitut. lib. 6. Cynus in d. l. Omnium, C. de testament. Sic summus pontifex dicitur etiam habere omnia iura in scrinio pectoris sui, c. 1. de constit. in 6. facit text. in Authent. collat. 4. in fine.

Princeps.

95 Bonus boni Senatus. Huius simulachrum Thebani erexerant, vt constat Dialogismo hoc:

Effigies manibus truncæ ante altaria diuûm
Hic resident, quarum lumine capta prior.
Signa potestatis summæ, sanctique senatus
Thebanis fuerant ista reperta viris.
Cur resident? quod mente graues decet esse quietæ
Iuridicos: animo nec variare leui.
Cur sine sint manibus? capiant ne præmia, nec se
Pollicitis flecti, muneribusue sinant.
Cæcus at est princeps, quod solis auribus absque
Affectu constans iussa Senatus agit.

96 Non magis debet consiliariis carere, quam membris sui corporis, sunt enim consiliarii portiones suiipsius, l. Quisque, C. Ad l. Iul. Maiestat. & dicuntur cōsiliarii ibi ad cuncta regni negotia lumen præbere Principi: adhærent enim Principi, sicut stellæ firmamento cæli secundum Bald. in l. Quum multa, C. de bo. quæ liber & velut splendor firmamenti fulgent, argum. c. Super specula, de Magist. Et solis radii dicuntur, c. multi, de pœnit. distinct. 2. Rex profectò sibi persuadere

suadere debet quantumcunque genuina fulgeat prudentia, adhuc seipsum sibi satis non esse iuxta illud Platonicum. **Nemo sibi satis: eget omnis homo homine: nam si princeps ex vna consiliari parte aut ex altera (quod in regno gerendum occurrerit) præcogitauerit: cuiuslibet negotii dexter erit proculdubio** exitus, iuxta illud Herodo. **Fac omnia cum consilio, & non pœnitebit: rei namque consilio gestæ, plerunque lætus est exitus. Quod enim à pluribus quæritur** sapientibus, facilius inuenitur, c. de quibus, 20. distinct. Et per ampliores homines perfectissima veritas reuelatur, l. vltima ad fin. C. de fideicommis. c. Extra conscientiam 63. distinct. integrum quippe est consilium quod plurimorum: non vnius sententia confirmatur, per text. in c. Prudentiam, §. 1. de officio delegat. Decere quippe Regem consiliis omnia prouidere, firmat Guiliel. Quadriga. Parrisianus præsul in oratione, quam habuit ad Ludou. xi. Francorum Regem. Et debent principes suos habere consiliarios non pro forma tantum, & ad ostentationem, verum eorum consilio præmaturo obtemperare: sunt multi quippe Reges & Barones (dicit D. Nicolaus Boerius in addit. ad Ioann. Montai. in tractat. de authori. & præemi. sac Magist. concilii) qui conuocant cōsiliarios: quorum consilium nolunt sequi: vt no. gloss. in c. 1 & c. peruenit. distinct. 84. quemadmodum fecit Roboam: qui perdidit regnum suum: quia noluit audire consiliarios suos sapientes (Regum interest vti consilio,) sed consilium iuuenum: & male sibi contigit. iuxta illud, Consilium iuuenum fecit Roboam egenum, de quo per glossam in d. c. peruenit. Horum recordatus est D. Ioannes de terra Rubea, in suo opere, contra rebell. suorum regum, artic. . primi tractatus, in glossa. Super verbo, Consilio scientium leges, colum. 3. & 4 folio 25.

Princeps

97 Potest fingere expressum, quod non est expressum, vide D. Andr. Tiraquellum, de legib. connubial. glossa quinta, char. 176 num. 196. per c. Illa, de elect. & c. 1. de transactionibus.

98 Habet voluntatem pro ratione, l. 1. ff. de constitut. princip. D. Ioan. le Cirier in suo tractat. de primogenitura colum. 1. ad finem fol. 177. num. 12.

99 Authoritatem tacite præstat, tametsi inferiores non possint vti magna authoritate, expressim voluit Innoc. in c. cum P. Tabellio. & ibi post eum Baldus colum. vltima versic. Quæro dictum est, extra de fide instrum. per text. in l. prima §. omnia, C. de veter. enucle.

100 An pupillo causam deleget? Vide D. Ioan. de terra Rubea, contra rebel. suorum regum, artic. 4. primi tractatus, in glossa Super verbo decimumseptimū, qui hanc materiam ibidem late examinat, folio 28.

101 Principibus, & ab eo missis, obediendum est, teste D Hugone in suo tractatu de officio quatuor Prælatorum colum. 1. num. folio 34. & eis certe obediendum est ex præcepto Domini, sicut ecclesiasticis, c. Solite, & c. Omnes, extra de maior. & obedi. & c. Omnis anima, de censi & procu. vide Hostiens. in summa, de offic. ordina. § quis possit constituere, sub verbo, Principes.

102 Principe diffidato censentur diffidati omnes eius complices, Baldus in Repet. l. Si aquam, C. de seruit. & aqua. Ita tenet D. Martinus Laudens. in suo tractatu de confœderatione, pace & conuentionibus principum, q. 51. column. 2. folio 123.

103 **In dubiis, & arduis, est consulendus, si commode potest: quod si non potest**

consuli commode, eligenda est sententia absolutoria pro reo, vti declarat, D. Io-ann. Baptista Caccialupus, in suo solenni & vtili tractat. de Transactionib. col. 2. num. 9. folio 192.

104 In præiudicium successoris nihil facit. Ita sustinet D. Ioan. de terra Rubea, contra rebel. suor. Regum, in gloss. Super verbo, donatio facta, folio 14. quem prolixitatis euitandæ causa videbitis in vtramque partem disputantem, ac tandem concludentem.

105 Vbi, ibi Curia. Vbicunque est Romanus Pontifex, ibi dicitur esse Roma. Innoc. in c Cum ecclesiasticæ, de except. & c. Accusatum, de Simo. Et idem dicit Bald. d. l. Sed & milites, § Sed ignominia, ff. de excusat. tuto.

106 Vnus, Præsentem materiam amplissime examinat D. Ioan. de terra Rubea in suo opusculo contra rebelles suorum regum, in glos. Super verbo, Vnus Rex folio 50. Regi autem commodius potest per vnum, quam per plures: & negotia expediri per vnum, quam per plures, Alberic. post glossam in §. Nouissime, in l. 2. ff. de orig. iur. & ibi Baldus. multitudo enim dissentiens sibiipsi onerosa est: & nihil habens honesti, in Authent. de referen. §. penultimo, & in toto vniuerso Vnus Deus omnium factor, & rector solus, teste Philosopho 12. Metaphysicorum & in diuina scriptura Dominus per Ezechiel. capite 37. dicit: Seruus meus Dauid Rex erit super eos: & pastor erit vnus omnium illorum, & Ioann. decimo capite.

Erit vnus pastor, & vnum ouile. Nec bona est pluralitas principum: vnus est ergo princeps: teste Philosopho 2. Polit. Politia (inquit) vnius optima est paucorum etiam satis bona, sed plurimorum perdifficile est, vt sit bona: quia plures ad virtutis meritum peruenire difficile est, facit c. in apibus, 7. quæst. in c. penult. 21. q 2. in originale subdit Hieron. in naui vnus gubernator, in domo priuata dominus, id est, domi vnus: in quouis grandi exercitu signum expectatur vnum, vide D. Lucam de Penna, in l. Seruum domini, colum. 1 de de-lato. libr. 10. C.

Princeps

107 Non principant duo principes in eodem loco, teste Aristot. 5. Polit. dicens quod non principant alicubi pater & filius: nec maior & minor, illum allegat & sequuntur Bald. & D. Iason de Mayno in l. in suis, ff. de lib. & posthum & ibi Raphaël Cumanus tenet: quod imo filius Regis viuo patre non est propriè Rex Latius D. Ioann. de terra Rubea, contra Rebell. suorum regum, in gloss. Super verbo, rex iuuenis, art. 2. primi tractatus, colum. 1. folio 24. & D. Martin. Laudens. in suo tractatu, de principibus, q. 18. 1 colum. folio 105. dicens: Sicut ponere duos principes est hæreticum: Ita ponere duos vicarios generales æquales potestatis in terris, hæreticum videtur, vt per Host. & Ioan. Andr. in c. per venerabilem. & in c. Causamque, qui filii sint legitimi.

108 Pluralitas principum mala. Aristoteles 12. Metaphysicorum, vbi concluditur, vnus ergo princeps. Ioann. de terra Rubea, in suo opere contra rebel. suorum regum articul. primo, primi tractatus, folio 14. column. 3. vers. circa medium. Melius est rem publicam regi per vnum principem, quam per plures, sicut vnus est Deus, & vnum est caput, inter cætera membra: & quia homines sunt faciles ad dissentiendum, vide Alberic. in prima constitut. Digestorum vet. vbi plene ponit.

Princi-

Principum donare proprium, c. 1. & ibi docto. de donat. Ioan. And. in c. Grandi, de sup. neg. prælat. lib. 6. Vnde dixit Dominus: Beatius est dare, quàm accipere, c. Prædicator. 16. q. 1. & c. Cum Marthæ, extra, de celebrat. missar. Vnde Martial. Coquus repræhendebat quendam qui toto die discurrebat per hospitia aliorum: *Scæuola tu comedis apud omnes, nullus apud te. Alterius siccas pocula, nemo tua. Aut tu redde vices, aut desine velle vocari: Dedecus est semper sumere, nilque dare.* Glossa in verbo, Vt debere, in c. 1. extra, de donat. Sed posset hìc interrogari, Vtrum donationes principum maxime remuneratoriæ, possint postea reuocari aut modificari, quum diximus Principum donare proprium: huic quęstioni negatiue respondendum est, quod non, per Bald. in l. Qui se patris, C. Vnde liberi. Abbas, & alii scrib. in c. 1. extra de probat. & iterum Bald. consil. 327. Incip. Pridie consului, 1. parte, vbi dicit, quod l. Perfecta donatio, C. de donat. quæ sub modo, habet locum tam in principe, quam in aliis; tum quod firmior debet esse veritas in ore Principum, quodque turpe sit principem vacillare, iuxta illud Psalmistæ Quæ procedunt de ore meo, non faciam irrita, cum similibus; de quibus Baldus dicto consilio, & item Matthæus de Afflictis in c. Vnico, de natur. feud.

Nedum, sed etiam summus Pontifex ligatur quo ad Deum, Constitutione c. Omnis vtriusque sexus, de pœniten. & remiss. Ioannes Andr. in c. Significasti de foro competen.

Princeps

Non est Dominus rerũ singulariũ personarũ, nisi quo ad protectionẽ, & iurisdictionẽ, glossa approbata in l. Bene à Zenone, C. de quadr. præscri. nec princeps sine iusta causa potest priuare aliquem dominio rerum suarum, Innoc. & Ioan. Andr. in c. Quæ in ecclesiarum, de constitut. & notatur in l. finali, Cod. si contra ius vel vtili. public. & in prima Rubrica, ff. de vete. & in l. 1. §. per hanc, ff. de rei vendic. per Bart. Ita tenet etiam D. Martin. Laudens. in suo tract. de principib. colum. 2. in fine, q. 47. fol. 105.

Non debet dare officium ei, qui semel deliquit in officio, l. Si aliquid, C. de suscep. Ita tenet D. Martin. Laudens. in suo tract. de Princip. columm. 3. quæst. 331. folio 109.

Regulariter vtitur iure communi, nisi in casibus à iure expressis. Bald. in l. Et in legatis. C. Ad l. falcid. nam licèt princeps sit solutus legibus, tamen vult viuere secundum leges, l. digna vox, Cod. de legibus, quod tene fixum. Ita voluit Dominus Martin. Laudens. in suo tractat. de principib. colum. 4. quæstio, 344. folio 109.

Debet permittere, vt damnati ad mortem suscipiant pœnitentiam, & eucharistiam,. Clement. 1. de pœnitent. ita dicit D. Martin. Laudens. in suo tractat. de principib. colum. 1. q. 370. folio 110. Itaque satis patere arbitror, quid dicendum sit de Iudicibus illis, qui olim (sicut & mea ætate fieri vidi, quod tamen mox mutatum est) solebant damnatis ad mortem recusare eucharistiæ exhibitionem, sed tantum permittebant vt loco eucharistiæ publice vbi sumeretur supplicium, à carnifice panis daretur in signum eucharistiæ, & deinde præbebatur haustus vini pro refocillatione, his factis executionem pœnæ fieri obseruabant.

115 Qui pandit literas principis tenetur crimine falsi, l. Titio, & ibi Bartolus, ff. ad municipales quod etiam D. Martino Laudensi placuit in suo tractatu, De principibus, colum. 3. ad initium q. 392 folio 110.

116 A sententia lata secundum consilium Principis potest appellari. Vide Bartol. in l. 1. ff. de appel quemadmodum etiam ponit D. Martin. Laudensis in præallegato suo tractatu de principibus, colum. 4. q 415. fol. 110.

117 Ad principem etiam de iure ciuili potest appellare scholaris, omisso medio, Baldus in Authent. Habita, C. ne filius pro patre, cui etiam assentit D. Martin, Laudensis in suo frequenter per me citato tractatu, de Principibus, columm. 4. folio 110.

118 Talis præsumitur intentio principis, qualis legis scriptæ, & naturalis rationis, teste Baldo in c. primo. Apud quem cautio fienda est, huius meminit Dominus Martinus Laudensis in suo ante allegato tractatu, de principibus, colum. 4. quæst. 489.

119 Non valet Principis constitutio, quod Iustitia denegetur, secundum Angel. in l. Si non speciali, C. de Testament. quia est contra ius naturale, attestante Innoc. in c. Quæ in ecclesiarum, de constit. & D. Martin. Laudens. in suo tractatu de Principibus, colum. 4. fol. 111. q. 495. Sub iusto principe, aut Domino viuere summa libertas est, Angel. ita sentiente, in l. 1. ad finem, ff. de seruitut. vrbano. prædio. huic nec dissentit D. Martin. Laudens. in d. suo tractatu, de principibus, colum. 1. q 510 fol 112.

120 Princeps Qui non seruant mandata principis, debent excommunicari, aut aliter extraordinarie puniri, glossa, & doctor. in prooe. decretalis & D. Martin. Laudensis, in præcitato tract. de principibus, colum. 1. in fine quæst. 525 fol. 112.

121 Non omne quod licet principi, aut summo pontifici decet eum facere, quia omni in re ponderandum est, quid deceat & expediat, c. Magnæ, de voto & voti redempt. & ibi Doctor. & D. Martin. Laudens. in præallegato tract. de principibus, colum. 3. q. 547. folio 112.

122 Imo nec Summus pontifex potest sine causa mandare alicui, aut etiam laico vt det rem alteri, videte Innocent. in c. 1 Inquisitioni, de sentent. excommunicat. D. Martin. Laudens. in prædicto tractatu, de Principibus, colum. 3. quæst. 549. folio 112.

123 Proditorem principis tenemur, & debemus manifestare, l. Metrodorum, ff. de pœnis, & Andr. de Isernia. in c. 1. §. 1. quæ fuit prima causa benefic. amittea.

124 Si iracundia motus sine causæ cognitione, aliquid rationabile, vel crudeles vindictas mandauerit contra subditos, debet deferri executio vsque ad triginta dies, vt interim cesset iracundia principis, text. notat. in l. Si vendicari: C. de pœnis, qui textus est aureis literis pingendus, teste Catone idem clarius patet.

Iratus de re qua nis discernere noli.
Impedit ira animum ne possit cernere verum.

Addi potest illud Horatianum.

Ira furor breuis est; animum rege, qui nisi paret,
Imperat, hunc frænis, hunc tu compesce catena.

Neque expedit quod Princeps solito & vsurpato more dicat, *Ita volumus:* quia *Volumus*, totum destruit, & ad præcipitium ducit.

125 EPI

EPITHETA BONI PRINCIPIS EX Iulio Polluce desumpta:

Rex pater esse suis debet placidusque, benignus,
Mitis, & humanus, mansuetus: prouidus: aequus:
Magnanimus: liber, nec lucri turpis auarus.
Non sinet affectus dominari, sed rationis.
Omnia consilio peraget. nec spurca voluptas
Principis egregium pectus violabit honesti.
Praetereà iustus: prudens, fortisque: modestus.
Iudicii exacti: contemplatorque futuri.
Sollicitè populi commissa negotia curet.
Vindictae fugiens, & plurima dissimulabit.
Qui tenet Imperium lenis: bellator, & audax.
Sed qui bellandi causam non praebeat vlli.
Pacis amans semper, pacis defensor, & author,
Defendet miseros, castigabitque rebelles.
Corriget, & mores populi, vitiaque recidet.
Semina constituens legum monumenta bonarum.
Principis haec quae refert meminisse vocabula semper,
Vt sciat Imperium cum maiestate tueri.

Antequam huic capiti finem imponam, addam sequentes adhuc quaestiones; nempe, An † belli authores ad interesse teneantur? Hanc q. non exiguam tractat D. Iohan. de terra Rubea contra rebelles suorum regum, articulo decimo, tertii tractatus, in gloss. super verbo, ad interesse, folio 98. allegans Ioan. de Anan. in c. praesentium, de cleric. percuss. & Doctores, vbi dicunt: Quod authores † belli tenentur de homicidiis ac aliis damnis in bello occurrentibus, damna & interesse passis: Panor. in c. Sicut, colum. penul. de iureiuran. & colum. vltima, ibidem post Innoc. vt Bald. in 6. q. dicit: Quod singuli † armigeri spoliati per hostes iniustè bellantes, contra ipsos vi bonorum raptorum agere possunt; aut princeps eos vocās, ante tamen satisfactionem eidem per spoliatos cessione facta, l. penultima & finali, C. mandati. Assumptum praemissum beneadiuuare: in argumentum videtur singulare dictum Innoc. in c. Sicut dignum,

129 extra, de homicidio: vbi dicit, Quod si † aliquis testis dicit falsum testimonium, non solum tenetur de falso testimonio in foro contentioso, verum etiam de omni damno contingente ex illo: & per consequens, de delicto & omni exitu ipsius delicti, vt voluit gloss. in c. Presbyterum, ext. de homicid. & in c. Imputari, de regul. iuris, lib. 6. Reliqua videat locis praeallegatis diligens lector. Videat praeterea tractatū exquisitissimū doctoris D. Martini Garrati Laudensis de bello & eius effectu, Item tractatum de Bello & bellatoribus, D. Ioan. Lupi Segobiensis Hispani. Ad quos recurrat pius lector pro decisione quaestionum in bello occurrentium, quae infinitae sunt, & mirū in modū animaduertendae ac ponderandae, tā in foro fori, quam in foro poli, seu cōscientiae.

130 Hieremiae 46. { Diuitiae, Corpora & Animae } perdūtur bellorū tempore.

131 Belli † euentus dubius est ac varius, & nunc hunc, nunc illum consumit gladius, 1. Regum 2. Bellum † reipublicæ pernicies. Dissipa. † qui bella volunt. 132 133

134 Remissio an facienda propter { Bellum, Pestem, & Sterilitatem } { Huic materiæ conuenientia, multa ponunt D. Bartholom. Chassan. super Consuetudines Burgundiæ tit. *De Gabellis*: Necnon D. Nicolaus Boerius in suis decisionibus aureis, q. 240. folio 86. parte 2. quos Doct. tempore oportuno videre lector poterit.

135 Nec obliuiscendum † censui, an bellum numeretur inter casus fortuitos? respondendum maxime, vt ad amussim declarat & decidit Dominus Nicolaus Boerius in suis decisionibus aureis, quæstione 249. numero 3. folio 86. parte 2. quem ad longum videre lector nequaquam grauabitur.

136 Plures termini synonymi in iure reperiuntur: { Bellum, Pugna, Prælium, atq; Guerra: qui (quamuis voce differant) idem tamen reipsa significant: licet sint nonnulli qui differre dicant & sustineant. } { Quemadmodum horum meminit D. Ioannes de terra Rubea, vir ingentis memoriæ, in suo insigni atque singulari opere, contra rebelles suorū regū, art. 10. tertii tract. fol. 96. 1. col. post medium, quem vide.

Tanta immanitate peccandi defecerunt homines, vt tutius atque pacatius inter se bestiæ viuerent: neque enim vnquam inter se leones aut inter se dracones, qualia homines bella gesserunt. Vinculum † concordiæ diligit Deus. Augustin. 13. De ciuitate Dei. Capitaneus belli † siue guerræ, an potest dare securitatem seu saluum cōductum exbannito? Huius q. meminit eximius D. Bartol. in l. Conuentionum, ff. de pact. qui affirmatiuam amplectitur partem, quod Capitaneus potest dare securitatem & saluum conductum exbannito, vel alii hosti. Quęrit præterea præfatus D. Barto. in commentariis suis ad dictam l. Conuentionum, Vtrum Capitaneus † belli, siue guerræ possit facere pacem? & breuiter putat, quod Capitaneus potest facere seu inducias indicere, iuxta gloss. ibi in verbo, paciscūtur. Item quod etiam posset facere pacem, si esset dominus belli seu exercitus, vt Princeps, rex, & similes. &c. Sed Capitaneus cui est simpliciter commissum ducere bellum seu exercitum, non potest facere pacem, nisi sit ei specialiter commissum, vt l. mandato generali, ff. de procura: † Guerra seu bellum, an probetur per instrumentū treugæ? Huius q. mentionē facit præfatus D. Bart. in l. Legata ff. de adimend. legat. n. 3. vbi hanc q. mouet & decidit, affirmatiuam partem sustinens, quem loco & tempore congrua lector videre & latius examinare poterit, causa hic prolixitatis vitandæ. Si quis cōparet, & cōferat omnia bona belli cum malis ipsius belli: is verè inueniet, quod mala ex ipso bello prouenientia, & in bello commissa, longe superiorem locum obtinent, vt idem fatebitur, qui mala belli ordine recensere velit, sicut hoc melior sequenti tabula, maxime vt enumeratiōne eorum malorum vnumquemque à bello dehorter, vt ad pacem perducam, cuius bona ineffabilia sunt: vnde vere Virgilius scribit:

137 138 139 140

Nulla salus bello: pacem te poscimus omnes. quasi dicat, belli mala infinita: sic rursus pacis bona immēsa, propter q̄ hęc expeti debet.

Mala

Mala ex bello prouenientia (vt nos longa experimenta malo nostro docuerunt) hæc in genere recensentur: vtpote sine quib. bella neque inchoari, neque geri, neque perpetrari possunt; quamuis ea sint vera incõmoda, clades, calamitates, pestes & ruinæ, in perniciẽ nõ solum Christianorum, sed etiam omnium mortalium: vt

Blasphemiæ,
Sortilegia,
Diuinationes,
Cum dæmonibus inita fœdera,
Simoniæ,
Hæreses,
Apostasia,
Furta,
Sacrilegia,
Adulteria,
Incestus,
Homicidia,
Latrocinia,
Rapinæ,
Incendia,
Monetarum adulterationes,
Monopolia,
Falsa quęlibet,
Deflorationes,
Stupra,
Sodomitica,
Mutilationes,
Iniuriæ,
Assasinationes,
Agrorum populationes,
Villarum deuastationes,
Oppidorum & vrbium desolationes,
Innocentium strages,
Filii patribus orbati,
Viris matres orbatæ,
Euersiones ararum, templorum, & ædium,
Sacra prophanaque omnia diruta.
Clades,
Pestes;

Aliaq; id genus violata iura sileamus, quę fari horret animus, nullũ post se bellũ, vbi gestũ est, virtutis, pietatisve, aut Christianæ religionis vestigiũ relinquit; sed siluescere illic videas, efferariq; protinus humanos animos &c. Nõnullorũ prædictorum malorũ meminit Frater Dominicus Soto Segobiensis Theologus, ordinis prędicatorũ, Cæsar. Maiest. quondã à sacris confessionib. in suis commẽtariis, in epist. Diui Pauli ad Rom. c. 12 pag. 143. col. 1. vnde vere quidam poeta sic cecinit:

Bella necant homines, faciunt sine honoribus aras;
Vrbis & agrorum depopulantur opes.
Ah pereat tanti fuerit qui criminis author,
Tristiaq; humanas misit ad arma manus.

EPITOME DE BELLO.

IN vltimę editionis perfectæ Anno Domini 1570. cap. 82. de Bello, pag. 213. verſ. 3. col. 2. ſcripſi, quod de bello melius eſſet pauca dicere quã imprudenter ſine fructu multa effutire, quod quidem verum eſt, & maxime tempore pacis. Quis enim deſiderat mala bellorum audire, quum bonis pacis gaudere, vti, & frui liceat? Equidem fore ſperabã, quando hos commentarios ab initio meditabar, quod tempora pacata nobis, naturęque poſteritati Deus largiretur quare de bello & huius Lerneis facibus, quã pauciſſima attingere propoſueram. Quoniam autem longe preter ſpẽ accidit, quod apud nos proh dolor, bellũ bello aptiſſimum fuit & vt anſa anſam (quod dicitur vulgo) trahit, ita vnum bellum protraxit alterum per ſpacium 10 annorum, vt necdũ finis ſit. Idcirco hoc caput multis locis auxi, & in calce addere deliberaui hanc breuem de bello Epitomen, in qua quaſi in ſpeculo benignus lector paucis cernere, citoq; perluſtrare poſſit, quid bellum, quæ habeat genera, ſpecies, differẽtias, adiacentia, tum cauſas varias, à quibus fiat, & quibus verè geratur, vt illis omnib. cognitis facilius iura belli intelligantur, quæ in hoc capite potiſſimũ explicaui, ſeruans inſtitutum. Eſt autem bellum fortis & violenta impulſio, vel inuaſio armis, & inſtrumẽtis machinata cũ integro, ac increſcente animi ardore, ac furore ſpeciem nobilitatis habente, cauſa victoriæ & ſuperandi partẽ aduerſam: ſic bellum dictũ videtur à *Belo* Rege, qui primus amicos tãquam aduerſarios violenter, & armis non ſine furore inuaſit: vel à *duello*, qđ eſt in Adamica lingua **duen enden hellen**/ hoc eſt, fortiter impellere, & cũ furore agitare, ac malis plurimis vexare: fit autem illud bifariam, ratione animæ, & corporis. Anima namq; ſibi aduerſariũ habet malum ſpiritum, à quo valde in ſtatu ſuo impellitur, & violenter truditur, & ſine ratione agitatur: imo pluribus malis torquetur, & hoc eſt ſpirituale bellum, de quo in vita S. Iob manifeſtum exemplũ habemus. Inde in ipſis Anachoritis, vt vitæ patrũ teſtantur. De hoc bello licet videre libiũ Eraſmi de milite Chriſtiano enchiridion. Hoc thema pertinet ad Theologos: quorum tractationi rem præſentem relinquo. Corpus quidem animatũ etiam ſentit ſibi aduerſarium aliud corpus animatum, vt homo hominẽ offendit, à quo impetitur, inuaditur, agitatur & multifariam cruciatur, imo & necatur. Hoc eſt autem bellum corporale, quod aliàs ſeculare dicitur, de quo in præſenti agimus, quũ autem habet vnum aliquis aduerſarium cum quo contendat, pugnet, & armis certet, eſt duellum, vel monomachia, vel pugna inter duos tale fuit bellum geſtum inter Cain & Abel, niſi quod Abel ceſſiſſe fratri proditione agenti videtur: de hoc duello licito & illicito Alciatus, & multi alii I. C. & ego ſupra in capite 42. *De purgatione vulgari*, & principio De monomachia, ſiue de duello ſcripſi. Rurſus vnus aliquis habet duos, tres, plures ve aduerſarios, contra quos ferro & armis decertat, quale bellum fuit Sampſonis contra Philiſtæos: Herculis contra cohortes Pygmæorum: & is, de quo Dauid ait: *Numquid vnus mille, & duo decem millia fugauerunt.* Huius belli non eſt certa alia appellatio ſiue nomenclatura, quam communis. Inde eſt, quum plures contẽdunt ferro, & armis contra plures, vt aduerſarios, & hoſtes, ac hos æquales, vel inæquales: tale certamen quoq; bellum cõmuniter, & vulgo vocatur, in hoc bello primo eſt impetus, nec hic ſolũmodo, ſed etiam violentia, ac mox ira, vel iræ exacerbatio, non cõtra quoſuis, niſi cõtra hoſtes cũ impreſſione furioſa cauſa vincendi: qua de cauſa bellũ habet impetũ, & hũc contrarium, nempe vnius cõtra alterum: vel cõtra plures: aut plurium cõtra vnum, aut plures, quos hoſtes dicimus. Vnde patet varietas belli

belli prima. Mox altera varietas conſiſtit in modo belli, nā impetus fit vel in terra, vel in mari, vel aquis: in terra aūt geritur vel peditibus, vnde pedeſtre bellū; vel equitibus, vnde equeſtre bellū: in mari vero vel aquis geritur claſſe & nauibus, vnde nauale bellū: ſic ſunt tria genera bellorum; vnū pedeſtre bellum, alterum equeſtre, tertium nauale. Pedeſtre bellum requirit notitiam peditū, vt pugnatorum, tum armorū & inſtrumentorum deditib. vtilium, & neceſſariorum: tum terræ & locorū omnium, in quibus pedites ſunt, per quæ proficiſci debēt in quib. morari, caſtra metari, & in quibus pugnare opus erit; idq; tam ratione, & reſpectu peditum amicorū, quam hoſtiliū: ea de cauſa in ſequenti capite late exponimus, quę huc faciunt. Equeſtre bellū parem, vel maiorē adhuc noticiā virorū equeſtriū, equorū curruum armorum, & inſtrumētorum equeſtrium, idq; locorū ratione vtriuſq; partis bellantis. Nauale bellum requirit noticiam militū maritimorum, nautarum, nauium, armorum, & inſtrumentorū naualiū, maris, & aquarum omnis generis, littorū, riparum, ararum, inſularum, ſcopulorū & ſimilium. Tertio, Impetus belli primus impulſus fit vel a cauſa interna in militibus, vt voluntate vires oſtentandi, vlciſcendi, hoſtes ſuperādi, vel cupiditati gloriæ, vel ſimili affectu ſatisfaciendi. Vnde fit bellum voluntarium: aut à cauſa externa impetus ꝓcedit vt ſtipēdio, muneribus, cōmercio, aut ſimili obligatione, ſic fit bellum mercenarium. Quemadmodum de impetu, nimirum prima forma belli diximus: ita nūc de forti violentia altera belli parte dicendum eſt. Conſiſtit aūt fortis violentia in bona diſpoſitione animorū, corporum, armorū, inſtrumētorum, locorū: in numero militū æquipollentium hoſti, vel ſuperiorum, vel inferiorū. Porro bona diſpoſitio animorum eſt in concordia pugnandi, hoc eſt concordi volūtate tam imperantium, quam parentiū pugnādi contra hoſtes. Hac de cauſa imperator, rex, legatus, tribuni, centuriones, decuriones, ac milites nihil diuerſum, & de quo non prius bene conſenſerint, aut in tempore non bene cōuenire queant, edictis, ſignis, impetu, aut alio modo pręcipient. Diſparib. bobus nunquā bene trahitur currus. Inde animorū bona diſpoſitio in ſcientia pugnandi verſatur, in qua officiarii pręibunt, & milites ad ſigna obſequentur edocti arte, vſu, inſpectione, & imitationis promtitudine: Scientia .n. rei nutrit animi fortitudinē. Tertio: bona animorū diſpoſitio verſatur in potentia pugnādi, quod Dux & miles non eſt animo timidus, nō puſillanimus, non languidus, nō delirus aut demens, non ſollicitus de vxore, de liberis, de ſarcinis, & ſimilibus, non ad alia animo occupatus quā ad hoſtis inuaſionē, & ſuperationem. Nam qui talis non eſt, vt ineptus rei militari abdicetur: ſit igitur animo potenti, magno, circūſpecto, & audaciſſimo, nō tamen temerario, nō ſtupido: imitetur Bellerophontem, qui vectus Pegaſo monſtra Libyæ & Chimæram ſuperat. De ſarcinis ea ratio habeatur, ne quid impedimēti, aut ſollicitudinis addat militi, ſed potius ad pugnādum incitet. Bona diſpoſitio corporū conſideratur in militib. & horū auxiliariis, ac equis, ſi habeant ſanitatē, robur, & agilitatem. Sanitas militaris procuratur ſi aer, & loca morę, caſtrorū, & ſimilium ac hoſpitia ſalubria procurētur: tū cibus, & potus ſalubris, per pręfectū annonæ, nō nimius, nō parcꝰ, ſed moderatus: deinde ſomnus etiā ſufficiens præſtetur, ne vigiliis maceratus deficiat in excubiis, lucubrationib. cuſtodiis, ſtationib. vigiliis, pręſidiis, explorationib atq; expeditionib. Quarto; exercitia diurna tēpeſtiua iniungātur præliādi, arma & veſtes reficiēdi, itinera moderatè faciendi cū armis vel ſine eis, luctādi, gladiandi, natādi, &c. His quies tribuatur cōueniēs; poſtea corporis purgandi ſpacia concedātur ad vacuādas fæces, vrinas, ſudores, ſordes & ſimilia, nec Veneri, aut amoribus nec ventri aut concupiſcentiis, nec gulæ, aut potibus:

nec desidiæ, aut contentiosę ambitioni locus esse permittatur. Equi requirunt stabulationem, pastionem, aquationem, strigilationem, exercitationẽ varii generis. Armorum bona dispositio respicit arma proportionata, arma sufficiẽtia numero, arma valida. Catalogus armorũ instrumentorũque bellicorũ paratus esse debet præcipuis officiariis militũ, ne tempore necessitatis sit defectus. Locorũ bona dispositio consistit in profectu vel viis tritis; in prospero aspectu aeris & lucis cæli, solis, & planetarum, venti, pluuiarũ, pulueris, in occurrẽtiũ prospectu: in munitionũ, vel locorum defensorum cõspectu: in quæ ipse, vel hostis se recipiat tẽpore aduersitatis, vt sunt castra, castella, arces, turres, speculæ, antra, cuniculi & oppida. Profectus vel expeditio fit per solida itinera, per æquabilia, per curta, per tuta. Solida excludunt paludes, fossas, riuos, lacus, &c. Æquabilia itinera excludunt rupes, scopulos, saxa, montosa, præcipitia, specus, &c. Curta excludunt ambages, labyrinthos, ne miles labore deficiat: tuta exlcudũt insidias, vim ferarũ, arenas, puluerẽ, inundationem, impedimẽta aduehendi cõmeatus, & potũ & similia. Aspectus cõsistit prosper in aere sereno: in vẽto cõtrario hostib. in radiis solis ferientib. oculos hostis. Prospectus versatur in cãpestrib. in locis vbi syluæ, mõtes, oppida, villæ, turres visum nõ impediũt: in luce diurna ne tenebræ vel fumus ab hostili igne cõcitatus, ne puluis viarũ vel similia lædant oculos. Numerus militũ debet ad amussim cognosci, vt cõstet an sit par, vel superior, vel inferior hostili. Hic aũt numerus certo debet cognosci, aut nunquã res pugnę cõmitti: talis esse cognoscitur ex diurna perlustratione suorum: exploratione certissima corporum hostis, & armorũ, instrumentorũ auxiliorum, præparationum, technarum ac stratagematum eius. Hęc exploratio fit per speculatores, cursores, tabelliones, captiuos, mercatores, agricolas, tabernarios, agasones veredarios, circũforaneos, & similes: deinde per leuia pręlia, quib. hostis copię in prospectum fortunã belli, & vires prouocãtur, idq; ita, vt super excursorib. sit regressus in tuta & defensa loca, si forte hostis esset superior. Deniq; exploratio fit perspiciendo volũtatem hostis: nam si promptus est ad pugnam, & proditione potest vinci, hæc attẽtetur: & vbi certa est exploratio, quod maxima pars hostis stet pro nobis, & tempore pugnę tumultuetur cõtra proprios, tum pugna fiat. Tidem exploratio fit cognoscendo certitudinem capiendi hostem, & vincendi, vel ex insidiis, vel natura loci, vel stratagematibus. Proditionũ varię sunt species, quas victoriæ cupidus tenere debet, non tam vt proditione agat quam vt sibi, suis, & exercitui bene consulat. Stratagema capiendi hostẽ fit vel per insidias, proditionẽ, caritatem annonæ, per conclusionẽ in angustiis, per intestinam rebellionem, & internam confusionem, per malam gubernationem hostiũ: per bonam scientiam necandi hostem, per interceptionem stipendiorũ; vel per maioris stipendii persolutionem, quã fiat ab hoste. Insidiarum varia sunt genera, vt vestiaria, vel camisulis, vulgo *camisada*: syluatica, vulgo *emboscada*: tecta vel speluncales, vulgo *coperta*: cunicularia, vulgo *minera*: Troiana, quæ fit per equum Troianum, vel per currus: Romana, quæ fit ludis, conuiuiis, spectaculis, sic Romani rapuerunt fęminas Sabinorum: Tyburtina, quæ fit inebriãdo, sicut inebriatos tibicines Romam remisere in curru: Punica, qua Pœni vsi sunt contra Romanos, & qua Hannibal sæpe vicit. Neroniana, qua Nero vsus est contra Asdrubalem: Iugurtina, qua Iugurta vsus contra fratres suos: Ægyptiaca, qua Ptolomæus Pompeium necat. Proditionis vero species variant; vna aperta, qua Iudas Christum osculo prodit Iudæis 30. numis: altera tecta, qua Dauid Vriam prodidit, datis literis ad Ioab: Tertia Dalidica, qua Dalitea Sampsonem prodidit, & Eua Adam. Quarta Solonica, qua Solon Æginam, & insulas recipit: Quinta Artemisiaca, qua Artemisia plurimas insulas subegit. Caritas annonæ procuratur, qu

quę adsunt, absumãtur numero militum, vel igni, vel putredine, vel depastione ꝑ homines, aut alia animalia, si plura & noua alimenta nõ aduehantur: si mole omnes infringantur; si pecora vicina omnia abigantur; si nihil importari concludatur. Cõclusio in angustiis fit ratione loci, vt montosi vel palustris, vel maritimi: vel ratione oppidi aut arcis, vnde exire nequeant, nisi cum clade suorum. Intestinæ rebelliones fiunt multis modis: Vna Germanico, qua Germanus inæqualitatis impatiẽs insurgit cõtra suos officiarios, sibi plura æquo vendicantes; vel qua tempore futuræ pugnæ nihil clamat præter daleros, & stipendium; quinimo arma abiicit, aufugit, ordines deserit. Altera Gallica, quum Gallus miles nõ vult ab externo regi, sed contra suum officiarium citius pugnat, quã hostem. Tertia Hungarica, quũ Hungarus miles ductum superioris non vult sequi; imo citius furiose aget cõtra suos ductores quã alios. Quarta, Israelitica, quũ difficultatib. inassuetis milites obruũtur & murmurare incipiũt. Mala gubernatio fit, vel ab imperitia officiariorũ, vel à peruicacitate, & obstinacia militũ, vnde discordiæ, socordiæ, contemptus officiariorũ, cõpotatio, cõuiuatio, luxus & luxuria aleatio vel digladiatio, & similia mala ob neglectã disciplinã militarẽ cõtingunt. Scientia & prõptitudo necãdi hostẽ cõsistit in habitu iaculãdi, sagittãdi, funda petendi, bõbardas explodendi, cædendi, pungendi, oculos & faciẽ perstringendi, gladiendi, tribulãdi, tragulã iniiciendi, cõburẽdi, & martyrizandi. Nunc restat de 3. parte belli, quæ habet furorẽ & hũc nobilem perfectũ, qualis consistit in acutissimo & calidiss. cõsilio; in continuata ira exardescente causa vindicandi sese vel vincendi in omnib. numeris pugnandi, desęuiendi, grassandi armis per iram, & furorẽ in hostes, donec vis suppetat, & corpori, & animo vsq; dũ satisfiat volũtati, aut cupiditati. Dicitur aũt nobilis furor, qui concipitur animo magno, ꝑpter res præclaras, & laude dignas in finem rei præclaræ obtinendæ. Sic Ferdinand. Rex Arragonię Mauros Hispania prætextu religionis expulit, & prætextu defendẽdæ religionis Regnũ Neapolitanũ & insulas occupauit. Turcę ob beatitudinis mundanę, & cælestis gloriam procurandã, omnia occupant, Carol. Magn⁹ ob infideles vndiq; expellendos & hęreticos comprimendos, rerum potitus est. Iulius II. & multi Pontifices titulo vincendi Turcam maxima bella gesserunt, causa libertatis euangelicæ, & secularis Hugonottæ in Gallia hactenus bella gesserunt. Acutiss. & calidiss. consilium est cholericũ & versatilis ingenii derepente ex quauis causa capientis deliberationẽ, ratiocinationem, & cõclusionem, ac resolutionem faciendi id, quod res postulat, aut omittendi quod ex vsu nõ est, in acie instruenda, ducenda, mutanda: in classicum sonando, prœlium inchoando, pugnando, receptui signũ dando, aut victoriam persequendo. Quicunque mortalium corpore robusti, complexione cholerica, & ingenio versatili facile de omnib. argumentãtur, aptissima, & optima præstãt, hi acutissimi ac virtutib. heroicis præditi nobiles mores, & actus faciunt. Tales sunt adolescentes bene nati, educati, & instituti; tales iuuenes eximia absolutaque natura, creati fortibus, exercitati in reb. gerendis: tales viuaciss. viri, nondum senes. Quare adolescentia, & iuuenilis ætas bello aptissima est. vnde Ouidius:

Quæ bello est habilis, Veneri quia cõuenit ætas.
Turpe senex miles, turpe senilis amor.

In classe bello aptissimorũ virorum multa exempla referri possunt, tales sunt Abrahamus, cũ trecentis vernaculis, pro Loth pugnãs, Moyses, Iosue, Gedion, Sãpson, Dauid, Iudith, Mardochęus, Machabei, Membroth, Belus, Ninus, Semiramis apud Assyrios, Cyrus apud Persas, Philippus, & huius filius Alexander, apud Macedones, Pyrrhus apud Epirotas; Hector apud Troianos; Achilles & Agamẽnon apud Gręcos; Themistocles apud Atheniẽses; Romulus, Brutus, Scipiones, Lucullus, Sylla, Cæsar, apud Romanos. Masinissa, Hannibal, Iugurtha apud

Africanos: Constantinus & Leones apud Constãtinopolitanos: Balduinus & Robertus Frisius apud Flandros: Otto, Henricus, Federicus, Rodolphus, Sigismundus, Albertus apud Germanos; Carolus, Ludouicus, Lotharius apud Francos; Merouęus apud Gallos; Henricus, Edoardus apud Anglos; talis nostra ætate Carolus quintus apud Hispanos, & Germanos. Cõtinuata ira excandescens, vel furor, vel rabies præcipuum calcar est belli; sæpe etiam ira ideo pro bello ponitur, vt apud Ouidium:

Candida pax homines, trux decet ira feras.

Aristoteles, & Peripatetici iram non improbant tanquam calcar ad fortitudinem, & instrumentum animæ ad vindictã, ad bellum pro bonis contra malos. Angelus Politianus in opusculo de ira, varias laudes cõmemorat, & ait iram esse causam heroicarum virtutũ. Sic de Ænea Virgilius scribit:

—Irarumque omnes effundit habenas.

Et Dauid in Psal. *Irascimini & nolite peccare.* Et Paulus ad Romanos: *Sol super irã vestram non occidat.* Virgilius causam belli Æneæ enarraturus, sic infert;

—Tantane animis cælestibus iræ? Homerus etiam ab ira causam belli Troiani orditur. Lucanus causam ciuilis belli refert ad intensam iram, hoc est furorem:

Quis, (ait,) furor, ô ciues, quæ tanta licentia ferri,
Gentibus inuisis Latium præbere cruorem?

Vbi furori populi Romani, mutuæ iræ bellum ciuile imputat. Hinc Horatius ait:

—qui non moderabitur iræ,
Infectũ volet esse, dolor quod suaserit, aut mens.
Dum pœnas odio per vim festinat inulto.
Ira furor breuis est.

Hinc dicitur etiam *Patientia læsa fit furor*: & Alciatus de ira in Emblemate rem hanc satis luculenter expressit:

Alcæam veteres caudam dixere leonis,
Qua stimulante iras suscipit ille graues,
Lutea cum surgit bilis, turgescit & atro,
Felle dolor, furias concipit indomitas.

In signum, quod præcipua causa belli impulsiua consistit in ira, hac de causa in clypeis magni semper Duces, & in bellis potentes pinxerunt aut sculpserunt animalia iracunda, & furiosa, vt leonem vnum vel plures, tigrim, vrsum, aquilam, miluum, canem, rubetam, harpyas, scorpiones, viperas, dracones, crocodilos, & similia: de leone cõstat illud insigne Agamemnonis, quod & Alciatus expressit:

Ora gerit clypeus rabiosi picta leonis,
Et scriptum in summo margine carmen habet.
Hic hominũ terror cuius est possessor Atrides.
Talia magnanimus signa Agamemnon tulit.

Et Franci leonem in clypeis hac de causa vt plurimum gestant. Aquila auium rapacissima ac maximè iracunda, intrepidis Imperatoribus Romanis, Græcis, & Germanis hactenus permansit. Sed de cæteris longe maior enarratio restat, quam præsenti operi conueniat. Quare sat sit monuisse, quod ira, & hinc furor præcipui sunt stimuli bellorum & pugnæ. Vnde patet, quod mites, & ab ira & iracundia alieni, raro aut nunquam sunt boni milites, sed vt omni tempore iracundi, tanquam furiosi, & insani in bello improbantur; quod patet in furioso Aiace, porcos pro hominibus occidente; in Golia de Dauidem contemnente & multis aliis; ita nimis placidi, & qui semper iram vitant, nunquam aliquid præclari in re militari præstant. Verum cum res poscit irasci, & vires animo addere, incitatione haud remota a furore, Heroicum est: ira enim continuata exardescens, verè furor est & robur ad præclare agendum multis facit. Sic legimus de Scanderbechio, quod pugnam initurus, iram animo concipiebat, adeo vehementer, vt in adhortando, instruendoque suos sanguis sponte proflueret ore, & naribus, & os spumans sanguine plenum in signum furoris haberet.

Quid enim est furor, nisi ira continuata exardescens & ebulliens? quæ ira, vt Aristoteles ait, est ebullitio sanguinis circa cor, calefaciens & impellens illud cum omnibus membris ad pugnandum pro se, ad fortiter repellendam iniuriam vel vindicādam iniquitatem. Vnde sanguis ab ebullitione omnes petit venas, & inflat, faciem rubore tingit, & membra incalefacit, ac roborat, sæpe etiam venas perrumpit: vnde multis irâ excandescentib. oculi rubent, & sanguinem exsudant, nares, gingiuæ, hæmorrhoides sanguine manant. Sanguis tali modo ebulliens, mentem quoque ipsam calefacit, spiritu replet, acumine auget, & varia exempla, modosque ad viriliter agendum ob oculos infert, & variis stimulis instigat ad incompositos & compositos motus, ad Bacchicos mores, ad furiarum irritamēta, blandimenta, & instrumenta: vt verè phrenetici & furiosi esse videantur. Hi nihili vitam curant, non formidāt vlla arma aut instrumenta sæuitiæ, ne mortem quidem ipsam: tales in id vnum impelluntur, vt alios occidāt, vt carnifices in humana corpora grassentur, vt hostem quasi porcum mactent sicut poëta in furioso Aiace, Oreste, Hercule, Sampsone, Orlando, & aliis declarant. Porro ira hæc continuata exardescens, vel furor impulsus vera est caussa efficiens & fomes simul, ac materia belli. Est autem ea vel naturalis, quæ sua sponte prouenit, aut ab animi affectu, vel à corporis dispositione: altera est artificialis quæ fit commotione animi ab externa causa vel alterando corpus per materiam phreneticam ad furorem, & cibera: vel impellendo corpus verbis, armis, instrumentis, vt tubis, tympanis, cornibus, lituis, sistris, & similibus. Quicunque igitur Imperatores & Duces bello potentes & victoriosi esse voluerunt, hi id inprimis egerunt omni conatu, vt milites iracunda natura præditos haberent, tum vt tempore pugnæ his militibus ingenerarent & procurarent iram ac furorē, vel impetu naturæ per animi affectus, aut per corporis motum, vel re, & verbis adhortando, alterandoque ad furorem, & bellicum impetum, dando potui vina fumosa, vina opiata cum bolo Armeno, vel terra sigillata, (vt Turcæ faciunt) aut vina, in quibus infusum est solanum manicum, vel semen hyoscyami albi, aut papaueris spumosi; aut optima vina dando vsque ad furores, hoc est, ad ebrietatem furiosam. Sic multi Duces tempestiue sub tempore pugnæ largè præbuerunt optima vina Germanis, quibus hinc sponte ad pugnam incitatis mirabiles victoriæ contigerunt. Ab hoc furore oritur ille furor, qui *nobilis perfectus* dici potest, quoniam animi fortitudine, & magnanimitate confirmatur, & nihil omittit suggerente mente omneis rei bene gerendæ modos ad explendam & habendam victoriam. Talis furor est Martis, Martius appellari potest, & à Planeta Marte originationem habet, fit absolutus maximè, cum gnato Mars in Ariete fortunatum aspectum præbet, vt & in quibusdam aliis signis, in quibus exaltationem & proprietatē habet. Mūdi primus aspectus fuit Martis in Ariete. Hinc statim furor bellicus exarsit, vt antiqui serpentis contra Deum: Euæ contra Adamum exprobrantem, quod pomum dedisset & accusantem eam corā Deo: Caini contra Abelem iustum, & quem occidit: Caini contra reliquos fratres & nepotes, similiter nepotum Caini inter ipsos & contra cognatos; Lamechi contra Cainum; posteritatis Lamechi contra ipsos affines, & consanguineos, vsque ad diluuium, propter amores fæminarum, quæ ipsis causæ furoris fuerunt. Inde in diluuio Dei contra homines; mox à diluuio Noæ contra Chamum filium; Chami contra fratres Semum, & Iapetum, & horū nepotes. Quum vero aspectus Martis in Ariete secundus, & prosper esset Assyriis, non mirum fuit, quod hi Martio furore instincti, sibi præfecerint Martium hominem, sic Nembrothum vo-

norantes, bellis auspicium fecerunt. Mox Belus, successorq; Ninus Monarchiam confirmauerũt. quæ durauit, donec Mars Medos suo aspectu præferret aliis. Vnde hi Assyriorum Monarchiam euerterunt & suam inchoauerunt priore asperiorem, vsq; dum & hæc degeneraret ipso Cambyse effœminato, nihil irarum, nihil heroicæ magnificentiæ, nihil bellicarum virtutum repræsentãte. sic ad Persas Medorum deuoluta est Monarchia, Cyro, homine Martio à cane enutrito, eam capessente. Huius posteri & successores minus Martii fuere, & sensim degenerauere, donec vltimus Darius, vir potius fœminarum quam militum esset: quo tempore cælitus secundo aspectu Martis nati Macedones maxime bellicosi forent, Regesque bellicosos statuerent, qui Græcis propemodum deuictis per mutua bella, & ad se traductis monarchiam Persarum Duce & Rege Alexandro Magno inuaserunt, & ad Græcos pertraxerunt bellorum serie. Deinde Romani fortunati radiis Martis bellis omnia miscuerunt, & superauerunt. Sic Macedonum & Græcorum monarchia ad Romanos vi fatorum deuoluta est. Quemadmodum Romani cæli fauore, & inclinatione ad bella nati & in bellis potentes, ac monarchæ longo tempore fuere: ita post hos Franci, & deinde Germani eminentes sceptra rerum bellis moderati sunt, tũ Turcæ ex vna parte, & Hispani ex altera demum parte, cælum propitium, bellicis virtutibus experiũtur: qua de causa etiamnum ad ipsos tales summa rerum potentia occulta vi fatorum deriuatur. Porro omnes illi qui nati sunt Horoscopo similis aspectus, hi Martii fuere, viri bellicosi, potentes in orbe, strenui in armis, in catalogum famæ illustrium referri possunt; vt Nembroth, Belus, Ninus, multiq; huius successores: Cyrus, Xerxes, & aliquot Darii, Philippus Macedo & huius filius Alexãder Magnus, Bruti, Scæuolæ, Scipiones, Lucullus, Marius, Mutius, Cinna, Catulus, Scylla, Sertorius, Pompei⁹, Metellus, Iulius Cæsar, Constantinus Cæsar; ante hunc Seuerus, Carolus Magnus, Mahometus, Ottomannus, Solimannus, Amurates, Zelimus, & Godefredus Bulionensis; hi naturæ quodam ductu mirabiles in bellis victoriosi fuisse leguntur, etiã contra spem & opinionem suorum: simul fuerunt iracundi, furiosi, obnoxii exstasibus, morbo comitiali, à multis *sacro* dicto, & similibus. vnde nemo negare potest rationabiliter ipso numine quodam afflatos, cæli aspectu ad bellandum formatos, naturæ ductu promotos ad victorias fuisse, & cæteris Imperatoribus præclariores dotes obtinuisse. Post hos fuere minus potentes in administratione, sed tamen in bellis summi propter bonitatem aspectus Martis in quibusdam signis, vt Harpago, Mancinus, Curtius, Decius Fabius, Papirius, Agathocles Rex Siciliæ, Pyrrhus rex Epirotarum, Dionysius tyrannus Syracusanorum, Hannibal, Antiochus rex Syriæ, Ptolomæus rex Ægypti; & olim Amasis. Inde fuere Rolandus, Attila, Totila, Gensericus, Beringarius, ... malasuntes, Desyderius rex Longobardorum, & his similes. Deinde quarto loco statuuntur Bellisarius, Narses, Eutropius, quibus annumerari possent Duces nostra memoria insignes, vt Antonius Leua, Antonius Columna, Bartholomæus Culionensis, Marchio Marinianus, Dux Burbonẽsis, Carolus de Lanoia, Egmundus à Bura, Comes Petrus de Toledo, Lottrichius, Renatus Auraniæ Princeps, & similes. Si inuidia abesset, verbis non omitterẽ eos, qui etiãnum supersunt. Multi ex humili loco per hunc secundum aspectũ & natiuitatem ad summam potentiam & famam peruenere. Cicero in oratione pro lege Manilia statuit in Imperatore eligẽdo spectanda esse quatuor, vt prudentiam in bellis gerendis, auctoritatem, fortitudinem & deniq; felicitatem, siue bonam fortunam. Nec immerito multis verbis disputat de felicitate Imperatoris vel Ducis belli. ab hac enim plurimæ virtutes, & maxima bona dependent: sicut hæc cæli propitia & adiuuante facie suam origi-

nem

stem & successum habet. Nec est omittendum, quod Deus in suis fidelibus, aut etiā propter fideles in infidelibus hanc felicitatem mirabiliter operatur. Sic victoriam insperatam Moysi dedit, contra Pharaonem, Iosueo contra reges terræ; Dauidi contra Philistæos; Machabęis contra Syrios; Oniæ pontifici inuocanti, contra Heliodorum; sed hæc exempli causa sufficiant, ne materiam nimis producam. Constat enim nunc quod belli ratio non fit sine aliqua iræ magnęcommotionis animi perturbatione, furore, aut sæpe inspiratione & afflatu numinis, sic & cæli syderumq; aspectu benigno. vnde dicitur quod alea belli anceps est, & victoria à Domino datur. Nec Iulius Cæsar Rubiconem transiuisset, dubitans ne impar Pompeianis foret, nisi numen arrepta tuba, classicum cecinisset, & vadum monstrasset transituris. vnde ille: *Alea*, inquit, *iacta est, eamus quò nos fata vocant.* Restat modo quarta pars belli, quę continet victoriam aut quod victoriæ simile est, ius victoris in victum: Ouationem & Triumphum, qui est publica victoriæ gratulatio, & solennitas. Sed de his non pertinet ad pręsentem commentarium prolixius scribere. Proinde hic finem facio, & rogo lectorem, si plura scire cupit, vt euoluat Vegetium de re militari, Frontinum de Stratagematibus, Ælianum de instruendis aciebus, Modestum de nominibus rei militaris apud Latinos; Iulium Pollucem & Cyrillum de nominibus rei militaris apud Græcos, Plutarchum in parallelis, Valerium Maximum in libris exemplorum, & ex Neotericis Iouianum Pontanum in libr. de fortitudine, & in alio de prudentia, Nicolaum Machiauellum secretarium Florentinum, in 4. libris de Bello, Alberti Dureri nobilis Germani icones, & figuras rei militaris, cum expositionibus, Wolfangum Lazium Viennensem, Conradum Lycosthenem, Antonium Sabellicum in libris exemplorum. Hi enim in genere quæ ad bella pertinent ex professo tractauerunt, Cæterum qui desideret cognoscere in specie particularia quæque bella, is legat historiographos, vt Trogum Pompeium, & huius abbreuiatorem Iustinum de bellis Assyriorum, Medorum, Persarum & Græcorum, Titum Liuium, & huius abbreuiatorem, Iulium Florum, & Salustium, qui etiam bellum Iugurthinū & Catilinarium seorsim conscripsit; Suetonium, Cornelium Tacitum, Herodianum de bellis Imperatorum: Thucydidem de bello Peloponesiaco, Xenophontem de bello Cyri, & de bello Græcorum contra Persas: Homerū de bello Troiano, Apollonium Rhodium, & Valerium Flaccum de Bello Argonautarum, Moysem, & Esdram, & similes de bello Israelitarum, Diodorum Siculum in Bibliotheca de bello Ægyptiorum, Indorum, Assyriorum, & sequentium monarcharum: Iosephum, & Egesippum de bello Iudaico, Iuliū Cæsarem in cōmentariis de bello ciuili, Gallico, Hispanico, & Alexandrino, Appianum, Valerium Antiatem de iisdē bellis, Virgilium de bello Æneæ Latino: Rheginum, & Abbatem Vrspergensem, de bellis Caroli Magni, Paulum Diaconum de bellis Longobardorum, Blondū de bellis Romanorum triumphantiū, & lamentantiū: Fredericū Ritium & Pandulphū Collinutium de bellis Neapolitanorū: Iouianū Pontanum de bello Arragonū, & Neapolitanorū, Antonium Sabellicū, & Egnatiū Baptistā de bellis Venetorum, Polydorum Virgiliū de bellis Anglorum: Philippum Commandinum de bellis Gallorum, Albertū Crantzium, & Saxonem Grammaticum, ac similes de bellis Saxonū, Wandalorū, Go[illegible] Hungarū, & similiū, Platinā de bellis Pontificū: hi in suis historiis quę sunt vitæ exempla, satis abunde omnia quę ad rem bellicā pertinēt scriptis cōprehenderunt. quare reliquorum historiographorū catalogū omitto: ad quos tamen accedere non veto, si cui ociū suppetat. Hæc delibare placuit, vt studiosis iuris viam sternerē ad facilius intelligendū qualecunque belli ius, & diuersitatem, de quo mentio, & controuersia fieri potest.

CAPVT LXXXIII.

De armigeris, militibus, ac stipendiariis.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 83.

1 *Sine Armigeris, militibus ac stipendiariis bellum exerceri nequit.*
2 *Bellum à Belo, homine rege denominatur.*
3 *Belus fuit primus rex Assyriorum, filius Nembroth: qui condidit Babylonem.*
4 *Miles quis sit?*
5 *Stipendiarius aut miles, cuius ætatis esse debet?*
6 *Vt quis censeatur idoneus ad pugnā, requiritur ætas octodecim annorū.*
7 *Sex sunt necessaria, vt quis sit miles.*
8 *Miles efficitur ciuis illius loci, vbi stipendium meretur.*
9 *Stipendiarii sunt ciues illius ciuitatis, donec hic merentur stipendia.*
10 *Idem in Doctore, qui est miles legalis militiæ, efficitur ciuis illius ciuitatis, vbi stipendium me-retur.*
11 *Idem in Rectore, & Ecclesiæ prælatis.*
12 *Infans expositus, cuius origo ignoratur, efficitur ciues illius ciuitatis, vbi est expositus, & nu-tritus.*
13 *Officiales possunt pecuniam deputatam, pro stipēdio mutuare stipendiariis aut militibus, vt su-ment, vel pistoribus vt præparent ad decoquendum panem pro exercitus & cāpi sustentatio-*
14 *Ciuitas quæ concessit suo stipendiario licentiam, vt iret ad Alemanniam, vel alibi ad bella-dum, fuitque absens certo tempore, an toto illo tempore absentiæ debeat habere stipendium, si principaliter seruiuisset?*
15 *Idem, in potestate vel capitaneo.*
16 *Idem, in clerico, qui toto absentiæ tempore, debet habere præbendam, si fuit absens de licen-tia Papæ.*
17 *Potestas non tenens officiales & equos in numero competenti suo officio, pendet Salarium pro tempore, quo non tenuit.*
18 *Qualiter probabitur officiales & equos tenuisse.*
19 *Stipendiarius aut miles, si desiderat deseruire per substitutum, an possit, & per quem?*
20 *Quando videatur electa persona industria?*
21 *Nunquid, vbi est electa persona industria, quis per filium seruire possit?*
22 *Volens seruire per substitutum, semper debet seruire, per eiusdem conditionis hominem.*
23 *Doctor seruire volens per substitutum. debet seruire per doctorem, nequaquam per scholarem cer sufficientem.*
24 *Miles volens seruire per substitutum, debet seruire per alium militem, non per domicellum.*
25 *Substitutus debet esse moribus præditus, scientia, & peritia eruditus.*
2 *Miles stipendiarius captus ab hostibus, an gaudeat stipendio, durante captiuitatis tempore.*
7 *Miles stipendiarius diuidens prædam cum hostibus, viuus comburitur.*
28 *Stipendiarius aut miles si inuentus fuerit vagare per prouinciam, per quē, & quomodo punia-*
29 *Miles deputatus ad principis custodiam, sine illius scientia vacare non debet, aut aliena ne-peragere, & contra faciens, quinque libris auri multæ nomine feritur.*
30 *Miles ad principem pro ambasiatore missus, incontinenti se offerat viris illustribus, sub quorum regimine est, vt statim commeatum accipiat.*

31 *Milites reperti vagari per prouinciam, per præsidem puniuntur.*
32 *Stipendiarii & milites non possunt grauare rusticos, vt dent eis ad comedendum.*
33 *Stipendiarius aut miles si noluerit accipere solutionem, vulgo pagam, tempore debito; fisci commodis applicantur.*
34 *Qui fertilitatis tempore annonam recipere de publico neglexerit, tempore caristiæ precium ipsius, aut annonam non petit.*
35 *An officialis publicus possit stipendiariis mutuare pecuniam sub vsuris?*
36 *Qui mutuauit pecuniam stipendiariis, si sibi non satisfit, potest eorum stipendium sequestrari.*
37 *An à creditoribus stipendiariorum, aut militum stipendium sequestrari possit?*
38 *Miles mihi debet decem, ea petii, & condemnatus est, nec iudicatum soluit; an stipendia sua pignori sint capienda?*
39 *Stipendiarius aut miles potest procuratorem ad stipendium constituere.*
40 *Thesaurarius belli habens pecuniam ad soluendum stipendiariis, & non soluit, & ob hoc stipendiarii accipiant pecuniam sub vsuris, obligatur omnes vsuras, ac omnia damna, quæ incurrũt, occasione illius negligentiæ, restituere.*
41 *Stipendiarii si ad custodiam alicuius ciuitatis aut castri mittantur, à quo debeant habere stipendium?*
42 *Inconsulto communi, vel domino non potest stipendiarius ad custodiam alicuius ciuitatis ire, &c.*
43 *De pane, vino, aceto & carnibus, stipendiarius dandis. remissiue.*
44 *An domus priuatorum militibus, siue stipendiariis assignari debeant, & quæ pars?*
45 *Qui à stipendiariorum receptione excusantur, remissiue?*
46 *Stipendium potest, pro parte solui militibus in pecunia, & pro alia parte in panno. &c.*
47 *Praxis fraudulenta nonnullorum in traditione & venditione pannorum & similium, quando soluendi sunt stipendiarii aut milites.*
48 *Milites non stipendiati omnia populantur.*
49 *Milites propriis sumptibus non tenentur militare.*
50 *Officium suum nemini debet esse damnosum: ergo nec etiam militi.*
51 *Miles pariter & alius quilibet spe pecuniæ & præmii certat.*
52 *Militare de se non est delictum.*
53 *Militare propter prædam, peccatum est.*
54 *[illegible] rempublicam criminosum non est, sed ideo gerere rempublicam, vt diuitias augeas, videtur esse damnabile.*
55 *Milites seculi cum cælestibus æquiparantur militibus.*
56 *Miles etiam vulneratus non debet discedere à signis sine licentia.*
57 *Miles curatus ab infirmitate debet adimplere stipendium, aliàs non habebit stipendium tempore infirmitatis, &c.*
58 *Militia est duplex:*
- *Secularis* { *equestris.* / *pedestris.* / *naualis.* }
- *&*
- *Spiritualis*

59 *Militia secularis non culpatur, sed abusus.*
60 *Militia instituta est propter duo: videlicet ad iniuriam propulsandã, & vindictam inferendam.*
61 *Ius militare in multis consistit.*
62 *In militia seculari, reprehenditur libido dominandi, crudelitas vlciscendi, & cupiditas nocendi.*
63 *Hac intentione militia debet exerceri, vt mali coerceantur, & boni subleuentur.*
64 *Plerique sancti Patres, secularem militiam laudabiliter exercuerunt.*

65 *Summa laus est militia, communi vtilitati intendere.*
66 *Boni milites vltra stipendia sua nil debent vsurpare.*
67 *Miles non est reus homicidii, qui legitima authoritate superioris, hominem occidit.*
68 *Miles secularis grauius peccat symoniam committendo, quam clericus.*
69 *Miles sacularis propter periculosum statum, quem habet, absque dispensatione papa, ad sacros ordines non debet promoueri.*
70 *Si in militia seculari gradatim quis promouetur ad honores; multo fortius in militia spirituali.*
71 *Non debet esse ligatus aliis, qui spirituali militia est aggregandus.*
72 *Episcopus ad seruiendum Christo voluntarium militem habere vult.*
73 *Nil beatius, quam vt quomodo Imperator noster Christus iussit, militetur.*
74 *Militum Christi arma sunt orationes, eleemosyna & ieiunia; quorum partes sunt lachryma.*
75 *Miles an, & quando ad munera contribuenda teneatur?*
76 *Milites à muneribus sua ciuitatis eximuntur.*
77 *Militem se effici procurans, vt munerum contributionem euitet, an potiatur immunitate?*
78 *An miles teneatur soluere gabellas?*
79 *Milites an sint a vectigalibus exempti?*
80 *Milites an sint exempti a collectis?*
81 *Milites nostri temporis cum violentia tallias imponentes, pradones sunt, & raptores.*
82 *Milites armata militia pro debito ciuili an possint personaliter capi, & carceri mancipari?*
83 *Ludus alearum siue taxillorum antiquissimus, & a Troiano milite,* Alea *vocatus.*
84 *Philosophus 4. Ethicorum affirmat lusores esse deterioris conditionis, quam latrones.*
85 *Ludi, qui non fiunt causa recreationis, sed potius auaritia, prohibentur.*
86 *Mala & peccata prouenientia ex ludis secundum Hostiens. in summa de excess. pralator.*
87 *Ecclesia spretus fit ex ludis.*
88 *Vsura committitur ex ludis.*
89 *Rapina committitur in ludis.*
90 *Scandalum insurgit ex ludo.*
91 *Nuga descendunt ex ludo.*
92 *Blasphemia etiam in ludo perpetratur.*
93 *Quadam miranda contra lusores.*
94 *Furtum etiam committitur in ludo.*
95 *Violentia etiam adhibetur quandoque in ludo.*
96 *Falsum etiam committitur in ludo.*
97 *Ludus aliquando est causa mortis.*
98 *Deceptiones etiam, & fraudes fiunt in ludo.*
99 *Qui melius scit decipere, melius dicitur ludere.*
100 *Perditio temporis ex ludo resultat.*
101 *Cum aliena sint omnia, tempus autem nostrum est.*
102 *Estque apud me ludus scachorum etiam pestilens scholaribus.*
103 *Desiderium etiam nascitur ex ludo, quoniam oritur maxima cupiditas lucrandi, qua est radix omnium malorum.*
104 *Corruptio etiam multiplex nascitur, scilicet eorum, quos malo exemplo corrumpunt.*
105 *Adulationes etiam fiunt in ludo, & adulatoriis verbis commendatur cautus ludens.*
106 *Vita turpis agitur propter ludum.*

Senatus

107 *Senatus Romanus (vbi erat Synodus moralitatis) ludum tanquam causam malorum prohibuit.*
108 *Alearum vsus antiqua res est.*
109 *Lusores seipsos interimunt propter ludum.*
110 *Lusores venenum sumunt propter ludum.*
111 *Lusores Diabolo se viuum proprio chirographo tradidisse audiui propter ludum.*
112 *Tabula criminum emanantium ex alearum, siue taxillorum ludo.*
113 *Quotidiana inconuenientia, quæ cernuntur inter capitaneos ac eorum vicarios, quando fit militum præmonstratio.*
114 *Ad illas similesque fraudes euitandas, vnicum & singulare est remedium, quo olim vti iubebant Imperatores, Reges, Principes ac similes.*
115 *Nonnulli præcipui capitanei exercitus infinita nonnunquam mala proponunt, & seminant, vt pax impediatur, & postponatur, & bellum continuetur, non tamen propter Deum, sed propter meram auaritiam, & prædam, &c.*
116 *Male partum, male disperit.*
117 *Non habet euentus sordida præda bonos.*
118 *Nulli, cui rapina feliciter cessit, gaudium rapti durauit in posterum.*
119 *Rapinam emere non licet, nisi intentione, vt cui est ablata, restituatur.*
120 *Nemo qui rapit moriens, si habet vnde reddat, saluabitur: si eos, quorum fuerit, inuenire non poterit, ecclesiæ vel pauperibus tribuat.*
121 *Si quis inuenta non reddit, peccatum est simile rapinæ.*
122 *Pax margarita Christianis preciosissima.*
123 *Pax sectanda etiam cum labore nostro, damno, & opprobrio.*
124 *Pax vera est, cum vnusquisque ius suum tranquille possidet.*
125 *Pacis præparatio, bellum.*
126 *Pax vt seruetur, moderamen iuris habetur.*
127 *Tempore belli in exercitu, docti ac deuoti concionatores singulis diebus dominicis, ac aliis festis principalibus, sunt vtiles vt doceant, quid facere, & euitare debeant militantes.*
128 *Milites nostri temporis potissimum ab anno 1566. vsque ad annum 1577. tam publice, quam secreto perpetrarunt talia & similia delicta, maleficia ac facinora, qualia commissa legimus à tempore Adami vsque ad prædictum annum 1566.*
129 *Causa præfatorum delictorum est, quod militaris disciplina vilipēsa, neglecta, & contempta, imo prorsus quasi sepulta iacet.*
130 *Capitanei & officiarii exercitus malorum perpetratorum potissimum causa & occasio esse videntur: quia iustitiam raro aut nunquam (vt par est) faciunt; ideo non mirandum, quod bella tot annis continuentur.*
131 *Rei militaris materia cognoscenda, quæ congruunt & earum materiarum diuisiones.*
132 *Nomina militum pedestrium, in generali diuisione ponuntur.*
133 *Enarrantur nomina præfectorum peditum.*
134 *Enarrantur nomina militum inseruientium rei tormentariæ.*
135 *Enarrantur nomina militum vulgarium omnis generis.*
136 *Enarrantur nomina auxiliantium militum, fossorum & similium.*
137 *Nomina militum equestrium.*
138 *Nomina militum equestrium obedientium.*
139 *Nomina militum maris classiariorum, nauiculariorumque.*

140 *Nomina præfectorum pugnantium maris.*
141 *Nomina obtemperantium militum maris.*
142 *Arma militum pedestrium.*
143 *Instrumenta militum pedestrium bellica variantis generis.*
144 *Arma & instrumenta bellica militum equestrium.*
145 *Arma & instrumenta verè equitis ac equo vtentis.*
146 *Arma & instrumenta aurigæ & cisiarii.*
147 *Arma & instrumenta classiariorum naualia vel maritima.*
148 *Partes nauium.*
149 *Instrumenta nauium.*
150 *Instrumentorum propugnatoriorum, vt pyxidum, clysterum, bombardarum variarum nomina, quæ omni militiæ inseruiunt terrestri, nauali, &c.*
151 *Militum pedestrium officiariorum stipendia.*
152 *Militum pedestrium famulantium stipendia.*
153 *Militum equestrium imperantium stipendia.*
154 *Militum obedientium vel famulantium equestrium stipendia.*
155 *Militum classiariorum vel naualium in mari pugnantium stipendia.*
156 *Breuis admonitio de stipendio & inauctoramento militum qualiumcunque.*
157 *Sententiæ ex diuersis bonis authoribus, respicientes & pertinentes ad materiam rei militaris, selectæ & piæ, cognitu necessariæ tam ipsis præfectis, quam subditis militibus.*
158 *Laudes militum ex qua re acquirantur, fit enarratio & declaratio.*
159 *Stipendiariis quod debetur, an possit peti per eorum creditores? & quando & quo modo.*
160 *An omnis militia quemquam reddat nobilem?*
161 *Militia simplex de per se non facit quem nobilem.*
162 *Militia simplex de per se non est dignitas.*
163 *Militia est dignitas, & miles est pagano dignior.*
164 *Militis arma in executione rei iudicatæ non sunt auferenda.*
165 *Militibus arma sunt relinquenda, sicut etiam libri scholaribus, breuiarium clerico.*
166 *Militibus non licet capere res rusticorum, vtpote equos, boues, &c.*
167 *Militibus quomodo debeant expensa ministrari?*
168 *Mareschalli hospitiorum, metatores castrorum, tentoriorum, hospitiorum & vulgo* forerii *dicti, admonentur sui officii, & maxime deterrentur à quibusdam fraudibus insignibus, quas committunt subdole causa auaritiæ, emungentes pecuniam à quibuscunque præter fas & æquum.*
169 *Aetiologia, vel breuis ratiocinatio de hoc capite interposito, post reuisionem operis in hac vltima editione.*
170 *Militum bonorum encomium.*
171 *Militum malorum vituperium.*
172 *Admonitio Tribunorum, Centurionum, Capitaneorum, & similium, ne banqueruptores sub immunitatibus in fallaciis iuuent.*

PRÆ-

PRÆFATIO.

SIc omnia fato in peius ruere ac retro sublapsa referri, Virgilius in Georgicis exclamat, dum rerum naturalium mutationē ac degenerationem cōsiderat: At qui ego, cum mecum hodie perpendo moralem mortalium disciplinam & hanc confero cum veterum institutis, consuetudinibus atque legibus, ethicam partē philosophia respicientibus in priuatis moribus, imo œconomicis & politicis, haud iniuria exclamare possum, Fuimus Troes, fuit Ilium, fuit ingēs Gloria Teucrorum, ferus omnia Iupiter Argos transtulit, &c. *Cur tot mala agricolis, tot ciuibus, tot nobilibus vbique & vndiq; ingruunt; cur quæso? ob malam morum disciplinam, ob neglectam, conculcatam & penè sepultam iusticiam ciuilem & militarem. Ouidius ferrea secula describens innuit, quod in his viuitur rapto,* non hospes ab hospite tutus; *& subdit;* Victa iacet pietas, & virgo cęde madentes, Vltima cælestum terras Astræa reliquit. *Et Iuuenalis Satyra 6. huc collimat:*

Multa pudicitiæ veteris vestigia forsan,
Aut aliqua extiterant, & sub Ioue, sed Ioue nondum
Barbato, nondum Græcis iurare paratis
Per caput alterius, cum furem nemo timeret
Caulibus aut pomis, & aperto viueret horto.
Paulatim deinde ad superos Astræa recessit.
Hac comite atque duæ pariter fugere sorores.

Quæ vero ipse Cicero Officiorū primo docet de iustitia, aurea sunt præcepta, & obseruatu dignissima, magis adhuc illa, quæ D. Ambrosius in Officiis, ante omnia quæ Diuus Ioannes Lucæ 3 illa vero iure canonico latissimè explicantur, & simul etiam iure ciuili; vnde nos potissimum ea desumpsimus, quæ in medium adferimus de armigeris, stipēdiariis, militib. & similibus, id vero nulla alia de causa fecimus quam vt aliquā saltem formam iustitiæ reuocemus, sine qua salus Reipubl. ædiū seu familiæ cuiusuis, etiam particularis hominis constare nequit. Romæ defuncto Pontifice, iusticia etiam defuncta iacet, donec magistratus præceptis, vi, & armis, qualibuscunque modis potest, defendat: interea tamen miserabilis est facies vrbis; vbiq; prælia, pugnæ, homicidia fiunt. Palatia, ædes, & cubilia spoliantur; res lōgo labore & industria partæ destruuntur, incendia summis vigiliis & armis vix arcentur, sacra prophanātur, varia tormentorū genera in bonos exercentur, malorum sæuissimi passim conflictus videntur, fœminis & innocentibus manus iniiciuntur, virginū honori mille fiunt insidiæ; tū Roma videtur spelunca latronū, nebulonum, furum, mœchorum, adulterorum, raptorum, incendiariorum, falsariorū, plagiariorum, abactorū, calumniatorum, blasphemorum, hominū corruptorum, Dei contemptorum: atq; id durat donec nouus Pontifex est creatus, iusticiæ seruans ac defensor: quis pius non deplorat

illum statũ? quis bonus non omnibus votis expetit Iusticiæ restitutionem? Variæ vrbes, vicinæ ciuitates, Principes, Regesque omnes Christiani solliciti sunt & supplicationes celebrant ad Deum pro iustitiæ reuocatore; imo omnes ecclesiastici & fideles summis conatibus id promouent, vt nouus Pontifex creetur, qui iustitiam obseruet: quemadmodum mox apparet Nam Pontifex electus protenso signo crucis ante omnia iusticiam promouet & mox ipsam pacem inducit: tum illud proclamatur: Fiat pax in virtute tua & iusticia tua, ac abundãtia in turribus nostris. *Imperatore Turca defuncto IaniZari, stipendiarii, prætoriani milites omnia passim vastant & iustitiam pessundant: vnde omnes ciues oppidorum, incolæ, omnes agricolæ, omnes nobiles id vnanimiter maximis operibus, muneribus, precibus, curis, & industriis procurant, vt demortuo Turca alius quam citissime subrogetur, qui militarem & politicam iustitiam reducat ac obseruet, obseruarique faciat. Quod si quis ob oculos ponat statum calamitosum, lamentabilem conditionem, periculosissimamq; sortem Turcici illius interregni, quo iusticia non exercetur, non lachrymis abstinebit, qui funus, vel sepulturam, aut contemptum iusticiæ defleat. Hinc ipsi etiam Barbari, & immanes homines illud curiose perficiunt, vt Imperatorem habeant qualemcunque, qui si non veram, tamen aliquam iusticiam & disciplinã exerceat, præsertim militarem. Ex quo facile apparet omnibus, quam res sit salubris, necessaria, atq; vtilis, virtutum honestissima ipsa iusticia, quæ vnicuiq; suum tribuit, quæ pietate ac liberalitatem exerceat, quæ morũ disciplinam & integritatem continet, quæ bono & æquo iure omnia dispensat & gubernat. Subinde in Romano exercitu militaris disciplina remissa fuit, & iniustitia creuit, protinus vt id accidit Romani cladem senserunt, vt in Hispaniis contra Carthaginenses, in Campania contra Hannibalem, & ad Cannas, item in Aphrica contra Iugurtham primis bellis contigit. Contra reuocantes iustitiam in pristinum statũ confestim fuere victores, Pœnos, Sardos, Siculos, Hispanos, Gallos, Iugurtham & Aphricanos atque Asiaticos domuere, nec finis prius victoriæ, quam ipsi domi foris q; iusticiæ fuere negligentiores, nimia rerum cupiditate & ambitione seducti, tum ciuilia bella exarserunt, & hinc tandem dictaturæ perpetuæ in perniciem ciuium & orbis, mox imperia & regna orta sunt. Exercitus Mosaicus ex Ægypto, versus terram promissionis proficiscens semper victoriosus fuit, quum iustitiam coluit, quotiescunque iustitiã trãsgressus est, præsentissimas calamitates sensit, sic Datan, Abiron, Core perierunt, sic Iosue curauit puniri trãsgressorẽ legis & mãdati; sic Dauidicus exercitus afflictus est ob iniusticiã regis & propriã: sic Saul ob iniustitiã, quod Deo prædã debitã non immolauit, è regno eiectus est. Sed nimis lõgũ ac tædiosum est si omnia hæc exẽpla in mediũ adducãt: antũ mõstro syluam aliis: Illud paucis addo, quod vt Varrone teste, anima porcis est pro sale: &, vt anima est vita corporis humani: ita ipsa iustitia est*

vita

vita & præcipua salus Reipublicæ atque mortalium animatorum. Aufer animam corpori, quid restat præter mortem? deme iustitiam congregationi hominum, quid reliquum est præter interitum Reipublicæ, & tranquillitatis hominum? Humanum genus iustum fuit in paradyso: postquam iniustitiam fecit, & contra mandata Dei edit de ligno vitæ, de arbore scientiæ boni & mali, quæ erat in medio paradysi, eiectum est extra paradysum, & in Barathrum malorum, in extremam grauissimarum pœnarum sentinam, & perisset, nisi gratia diuina promissionem nouæ iustitiæ impressisset, & hæc iustitia nostra Christus est. Rursus ab hac iustitia homines recesserunt, & puniti fuere maximo diluuio: seruatus est autem Noe cum suis, ideo quod vir iustus fuit inuentus: Nembroth cum suis iram Dei sensit, Babylonii turris & linguæ confusionem retulere. qua de causa? ob iniustitiam hominum; Abraham & Loth viri iusti seruati sunt ab igne Chaldæorum, & ditati ineffabiliter in terra, seruatique a Deo etiam in terris inimicorum. Sic Isaac Iacob, Ioseph amatores Dei, tenacissimi iustitiæ cultores æternam memoriam laudis consequuti sunt. quotquot in veteri Testamento leguntur iustitiæ obseruatores, iis semper bene fuit. Iob a iustitia non recessit & obtinuit ingentem triumphum post tentationem felicitatem terrenam immensam: Achab iniustus cum vxore Iezabele grauiter punitus fuit. Moises iustus & Aaron cum exercitu mare rubrum incolumes transeunt: Pharao iniustus Israelitarum bona sibi vendicans submergitur cum maximo exercitu & auxiliis. Mardocheus iustus ad dignitatem promouetur, & Aman iniustus suspenditur in patibulo, quod illi parauerat. Quin etiam in nouo testamento Magi ab oriente stella duce Christum adorant, & munera iustitiæ signa offerunt. Herodes Christo infestus & iniustus, vitam adimere paratus, horribilissimo genere supplicii regno excidit, & teterrima morte perit. Zachæus iustus quadruplum restituens, destinatur regno Dei, & fit discipulus Christi. Diues ille iniustus Lazaro non dans alimenta, præcipitatur in miserias gehennam, vltimaque supplicia flammarum. Latro in cruce dum Christi innocentiam defendit, iusticiamque docet, meretur audire illam saluberrimam vocem, Hodie eris mecum in paradyso: *alter iniustus laude Christi detrectans sine honore, sine spe, sine consolatione perit. Hinc Psalmista recte proclamat;* Iustus Dominus iusticiam dilexit, æquitatem vel veritatem vidit oculus eius; *& Christus ipse clare dicit*: Ite benedicti iusti in vitam æternam, iniusti maledicti in ignem æternum. *Qui enim opera misericordiæ non exercuerunt, vere sunt iniusti. Rursus Psalmista idem attestatur, vbi initio statim, sic,* Quoniam, *inquit,* non resurgent impii in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum; quoniam Dominus nouit viam iustorum, iter impiorum peribit. *Quamobrem omissis infinitis locis, huic themati inseruientibus, illud Iuuenalis subiungam:*

——Nobilitas ſola eſt atque vnica virtus.
Paulus, vel Druſus vel Coſſus moribus eſto.
Hos ante effigies maiorum pone tuorum:
Præcedant ipſas illi te conſule virgas.
Prima mihi debes animi bona, ſanctus haberi,
Iuſtitiæque tenax dictis factisq; mereris.

Quæret aliquis cauſam, cur adeo iuſtitia cõmendetur? Reſpondeo certe illud, qu verum eſt prouerbium, Malè parta, malè dilabuntur: *Sicut etiam quod cito fit, cit perit: quare igitur, quæ bene ſunt parta, non etiam bene perdurabunt? firmata enim ſunt ſolidis radicibus, & iacta ſunt fundamenta firmiſſima in ſolidis petris. Pergi mus quærere quæ ſint parta bene? Reſpondeo, quæ iuſtè vel per iuſtitiam acquiſit ſunt: animaduertimus ergo ſi quid firmum, ſolidum, ac durabile quærimus quod iu ſtitiam neceſſario colere debemus, ſiue magiſtratus ciuiles, ſiue milites, ſiue priua fuerimus: contra ſi quid caducum, inane, fragile, ac noxium volumus, quod tun ab iuſtitia declinare poterimus, ſed hic pro foribus ſtatim periculum eſt: nam cu vel latum vnguem ab Iuſtitia quis incipit decedere, protinus præſens eſt pernicie Itaque regia via ingrediendum, non deflectendum ad dextram neque ſiniſtram Hodie (malum) non ſolum ab ipſa iuſtitia fit diuaricatio, vel deliratio, ſed proſ prauaricatio aut tergiuerſatio, etiam apud Turcas ignominioſiſſima. Quare va rias calamitates, & pœnarum genera infinita hominibus contingere non eſt mirum Virgilius 6. Æneidos pulchre in hanc ſententiam ſic canit:*

——ſedet, æternúmque ſedebit
Infelix Theſeus Phlegiaſq; miſerrimus omnes
Admonet & magna teſtatur voce per vmbras,
Diſcite iuſtitiam moniti; & non temnere diuos.

Vnde paulo poſt ſubiungit:

Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?

Sed me tempus deficeret ſi de hac materia tractare vellem ea, quæ huic generi ann xa occurrunt: quum me conuerto ad inſpectionem rei militaris noſtri temporis eorum, quæ in illa contingunt, tum iterum exclamare non ceſſo: O Iuſtitia langu da! ô Iuſtitia agonizans! ô Iuſtitia mortua! ô Iuſtitia ſepulta! Dico iterum qu olim, vt ſupra enarraui, Iuſtitia in cælum euolauit, & adhuc ſui veneratione mo talibus reliquit, & vt Dea culta fuit a nonnullis; cæterum hodie in caſtris & re litari nulla fere iuſtitiæ eſt memoria, nullius locus, nullus honos, vt vix in cælis credatur; quare vt peſſundata, ſepulta, & mortua videtur. Atqui præſtaret ipſ militiam ſepultam eſſe & iuſtitiam inter homines viuificatam: ipſum bellum in lium, & funera miſſum, ac iuſtitiam reſtitutam in priſtinum ſuum locum, quo e aureo ſeculo. Nam fiat iuſtitia, & colatur ea, non ſolum omnibus templis & ar

ſe

ſedetiã votis, animis & omnib. actionib. ne pereat mundus. Regna maxima euerſa legimus ob defectum iuſticiæ. Cambyſes improbus rex, tamen eo nomine regnum tenuit & ſtabiliuit, quod iudici muneribus corrupto ac iniuſto pellem detraxit, qua ſedem texit iudicialem, & in ea filium excoriati ius dicere iuſſit; ac inter omnia illud maxime iniũxit, vt iuſticiam obſernaret, pœna patris ante oculos poſita. Vtinam id omnes reges & magiſtratus imitarentur, haud dubiè melius nobiſcum ageretur. Poſtquam Sardanapalus iuſticiæ partes, & officia transgreſſus eſt, deditus luxui, ſuum regnum Aſſyriæ perdidit: Aſtyages iniuſtus & impius cum Cyrum ſuum nepotem occidere vellet ſine cauſa, id conſequutus eſt, vt regnum Medorum ad Perſas tranſiret, & ipſe honoribus deſtitutus eſt. Darius Perſarum monarcha corruptus moribus, & iuſtitiæ ſpernens, ab Alexandro Macedone victus eſt, & florentiſſimum regnum, ac ditiſſimũ amiſit. Inde Macedones ipſi à Romanis ſuperati prædæ fuere militibus ob Perſei regis ipſorum iniuſticiam. Reſpublicæ etiam periere ob iniuſticiam, vt Lacedæmoniorum, Athenienſium, Thebanorum, Chalcedonenſium, Corinthiorum, Marſilienſium, ByZantinorum, & cæterarũ vrbium ampliſſimarũ ac celeberrimarum orbis, quarum nunc nulla, aut vix exigua veſtigia extãt. Quod etiam in Hieroſolymitana vrbe contigit propter Chriſti ſummi regis iuſticiæ, Apoſtolorum, diſcipulorumque, & virorum iuſtorum perſecutionem. Sic perit mundus, hoc eſt, ſic maximæ reſpublicæ & regna pereunt propter iniuſticiã: Quã obrem, vt tandem vela colligam, opus eſt ſi velimus noſtras Reſpublicas eſſe ſaluas, vt iuſticiam colamus, idque inprimis in re militari, in qua non modo laxa & diſſoluta, ſed nunc etiam mortua, ſepulta, & ad inferos detruſa eſſe iuſticia videri poteſt: Quum expediret potius bellum eſſe ſepultum, quam iuſticiam. Ego magnum dolorem animi propter immenſam in multis operibus militaribus iniuſticiam ſæpiſſimè concepi, neque diutius continere me potui, quin omnem lapidem mouerem opitulandi huic incõmodo, præſertim in continuatis bellis per multos annos. Itaq; præſentẽ materiam de armigeris, militibus, & ſtipendiariis excuſſi, & in publicum emittere deliberaui, vt rebus in peius ruentibus, quantam poßem medelam & correctionem adhiberem. Nunc ad ipſam rem accedo.

QVandoquidẽ capite immediatè prę cedẽte tractatũ ſit de bello, viſum fuit etiam ſtatim tractare de armigeris, militibus † ac ſtipendiariis, ſine quibus bellum fieri & exerceri nequit; quod quidem † bellum à Belo, homine rege denominatur, qui † Belus fuit primus rex Aſſyriorum, filius Nembroth; qui condidit Babylonem, vt ſcribit D. Iohannes de terra Rubea, in ſuo ſingulari opere contra rebelles ſuorum regum, in gloſ. ſuper verbo, Sufficiant, articulo decimo, tertii tractatus, & vt à diffinitione ſeu verius à deſcriptione incipiatur, Mi-
4 les † eſt, qui iurat ſe non euitaturum mortem propter reipublicæ ſalutem. Vel, qui iurauit à ſignis non recedere. l. Milites omnes ff ex quib. cauſ. maiores 25 annis in integ. reſtituantur, & ſcriptus in matricula vbi alii milites ſcripti ſunt. l. prima, ff. eodẽ tit. per totum. Etiam miles dicitur à malo, quod ſuſtinet pro aliis. vnde ſecundum Azonem, miles dicitur à malitia, id eſt, duri-

tia. Vel à mille: quia de mille forte solum vnus eligebatur in militem, & sic dicitur quasi millesimus. Et antequã vlterius pro-
5 cedatur, quærendum est, cuius † ætatis stipendiarius aut miles esse debeat? vt stipendium aut præmium recipere possit. Hanc q. disputat & examinat D. Ioann. de terra Rubea I. V. D. celeberrimus, in suo insigni opere, contra rebell. suorum regum, in glos. super verb. decimumseptimum, folio 30. vbi suadet videndum D. Ludou. Roman. in suis singularibus, singulari 122. quibus
6 præallegatis locis dicunt, vt quis † censeatur idoneus ad pugnam, quod requiratur ætas octodecim annorum, pro quo allegant glossam vnicam, & singularem in c. 1. circa exordium, in verb. ab anno 18. de pace tenenda & iuramento firmanda. in vsib. feudor. quam gloss. præallegat. quærere posses si vis securitatis causa, quam hîc omisi inserere prolixitatis euitandæ causa. Et ani-
7 maduerte sex esse † necessaria, vt quis sit, vel dicatur miles. Primo, Vt miles non sit negociator: quia negociatoribus est omnis militaris dignitas interdicta, l. 1. Cod. negociatores ne militent lib. 12. Secundo, quod examinetur, l. 1. C. Qui milit. possunt vel non, lib. 12. Tertio quod præstet sacramentũ per genium principis, vel Deũ omnipotentem, quod mortem reipublicæ causa nõ euitabit, vt d. l. Milites omnes, ff. ex quib. caus. maior. 25 annis in integ. restituuntur. Et in lib. Vegetii de re militar. Quarto, Stigma, id est, nota publica debet eius brachiis inscribi vel imponi, l. 3. C. de fabricen. libr. 11. Quinto, Quod ei ensis cingatur, arg. l. Filiusfamilias, ff. de testam. milita. Sexto, Quod in numero aliorũ debet poni & scribi, l. Ex eo, ff. de testam. militar. & talis habet priuilegium legis concessæ militibus. vnde

Stigma, mucro, scriptum,
Genus, examen, sacramentum.

Hæc sex, quæ dixi, possunt in milite quæri, vt notatur Instit. de militari testamento.

His aliquot quæstiones nequaquam inutiles adiungere decreui. Prima: Stipendiarii & milites an habeantur pro ciuibus vbi militant? Bart. in l. Municeps, §. Miles, cum glos. intelligit illam l. Quod efficiantur ci-
8 ues illius † loci, vbi merentur stipendia: ita notatur in l. Ciues, C. de incolis, lib. 10. quod
9 est notandum. Quod stipendiarii sunt ciues illius ciuitatis, donec hic meretur stipē-
10 dia. Idem, in Doctore, † qui est miles legalis militiæ, idem sequitur D. Flor. in c. Fi-
11 nali, de parochi. Idem in Rectore, & ecclesiæ prælatis, vt dixit D. Bartolus in l. 1. ff. ad municipal. & de incolis, inter multa a-
12 lia ibi etiam sustinet: Quod † infans expositus, cuius origo ignoratur, efficitur ciuis illius ciuitatis, vbi est expositus & nutritus. Secunda q. An officiales possunt pecuniam deputatam pro stipendio mutuare stipendiariis, vt se armant? Bartol. allegat l. finalem, Cod. de frumento vrbis Constantinopolitanæ lib. 11. & negatiuam sustinet partem in suo primo notabili: Dicens, Quod si in aliqua ciuitate est statuta certa quantitas pecuniæ, pro habenda abundantia, quod officialibus publicis non competit arbitrium minuendi illam, vel conuertendi in aliam causam, per d. l. finalem. vide Bart. breuitatis causa qui vnam alteram limitationẽ ibidem ponit in secun-
13 do notabili. In † pistoribus quib. si mutuatur & tendat ad expeditionem negocii propter quod erat ordinata pecunia potest fieri vt se arment, aut vt præparẽt ad decoquendum panem, & ad alia necessaria facienda l. 1. & 2. Cod. de his qui ad publ. Et propterea pro solutione dicendum, & intelligendum est, quod non licet mutuare extraneis personæ, sed bene casibus præscriptis. Ter-
14 tia quæst. Si ciuitas † aliqua concessit alicui suo stipendiario licentiam, vt iret ad Alemaniam, vel vt iret ad bellandum, & staret absens certo tempore, vtrum toto illo absentiæ tempore debeat habere stipendium, ac si principaliter seruiuisset? Huic quæstioni sati-

satisfacit D Bartolus affirmatiue in l. Hac lege, C. de proxim. sacror. scrin. lib 12. in suo vltimo notabili, & subnectit ibidem. Et eodem modo si concederetur licentia potestati, vel capitaneo. Et hoc inducit gloss. in arg. ad quæstionem de clerico, qui toto absentię tempore debet habere prebendam, si fuit absens de licentia papę. Nec omittenda est sequens quæstio haud aspernanda: Nempe, Potestas non tenens † officiales & equos in numero competenti suo officio, an debeat frui salaria pro tempore quo non tenuit? Negatiue haud dubiè respondendum est, quod pendet salarium pro illo tempore, quo non tenuit. Vel, hoc modo: Si potestas non retinet officiales & equos quos debet tenere secundum formam suæ electionis & statuti, debet pendere salarium illius mensis aut temporis quo non retinuit, vt notat gloss in verbo numerari, & ibi Dyn. in l. si quis, C. de domestic. & protectorib. lib. 12. Qualiter autem † probabitur officiales & equos tenuisse aut retinuisse? Dicendum quod sufficit, quod testes dicant continuo retinuisse: quia videruat vos in prandio & in cæna; nec est opus quod dicant vidisse quolibet momento: secundum Bart in l. si quis ita ff de condit. & demonstra: Facit quod notant gloss. Dyn. & Bart. in l. 1. ff. solut. mat. ad saluandum dictum testis, qui dicit vidisse Titium possidere per decem annos continuos: quia non requiritur quod viderit quolibet momēto, sed sufficit quod viderit quolibet anno colligere fructus, pro quo facit quod not. Bart. in l Celsus, ff. de vsucap. & in d. l. Si quis ita: vbi dixit, quod ad probandam habitationem seu possessionem continuam, non est necesse probare singula momenta; sed sufficit probare de maiori parte temporis probando de extremitatibus & de aliquibus modis. Facit quod notatur in l. Menia, ff. ad S. C. Maced. vnde dicitur continuo lucernam ad monumentū accensam tenere & sacra facere qui alternis mensibus retinet, dicta l. Menia. & ibi per Bald. & dicitur continuo fieri, quod fit diebus non continuatis, l. certi condictio, §. si tibi numos, ff. si certum petatur. Similiter dicitur assiduè fieri, quod fit congruis horis: & dicitur doctor continuo legere, & scholaris continuo studere, qui legit & studet congruis horis & consuetis: vt dicit textus, iuncta glossa, de consecr. distinct. vltim. canone, nunquam de manu aut oculis tuis discedat liber glossa dicit ibi: nunquam, horis consuetis, verum quia difficile esset potestati probare tenuisse familiam per testes qui non sunt domestici, inducta est practica, quod fiat monstra singulis, & per scripturam Notarii monstræ probatur tenuisse officiales & familiam: quia probatis extremis præsumitur medio tempore tenuisse, secundum Doctor. in dicta l. Celsus: & notat Cynus in l Super longi Cod. de præscript. long. temp. & si tempore monstrę preseruaret vnum pro alio debet pendere salarium, argum. text. & gloss. Institut. de his qui sunt sui vel alieni iuris, §. final. & incurrant pœnam falsi potestas & famulus, qui mutato suo nomine pro alio respondet, l. 1. & ibi notat. C. de mutat. nominis. Huius materiæ prolixè meminit Dominus Amedeus de Castello in suo tractat. de Syndicatu in decimo volum. tractatuum Oceani, folio 113. numero 86.

19 Quarta quæstio, Si † stipendiarius aut miles vult deseruire per substitutum, an possit? & per quem? Dominus Bartolus hanc quæstionem ponit & decidit in l. 1. C. De præposi. agent. in rebus, libro duodecimo, dicitque per textum ibi in verbo, per substitutum, quem deseruire posse per substitutum: quod est verum ait, nisi ad officium requiratur personæ industria. Concordat lex. Si quis, de episcop. & cleric. & lex Ad similitudinem, de administrat. tutor. l. Decreto, ad municipales, Felinus in canone finali, de offic. delegat. Et an, &

20 quando † videatur electa industria personæ, vide per eundem in canone licet

ex quadam, in 2. colum. circa medium, ver
& ratio prædictorum, extra de testi. Et nū-
21 quid, vbi est electa † industria personæ, quis
per filium seruire possit? vide per eum in
c. Afferte, in 1. colu. ante medium de præ-
sumptionibus. Et Bartolus in d. l. 1. C. de
præpo. agen in rebus. notat circa finem.
22 Quod volēs seruire † per substitutum, sem-
per debet seruire per hominem eiusdem
conditionis, vt ibi: dum dicit chartularium
23 eiusdem † scrinii, &c. si ergo doctor vult
seruire per substitutum, debet seruire per
doctorem, non per scholarem, licèt suffici
24 entem. Item, si miles † vult seruire per sub-
stitutum, debet seruire per alium militem,
non per domicillum: & semper substitutus
25 † debet esse morib. præditus, & scientia, &
peritia eruditus. Quinta quæst. Stipendia-
26 rius † aut miles si sit captus ab inimicis si-
ue hostibus, an debeat habere stipendium,
vel salarium? Bart. huius meminit in l. 1.
C. de re militar. vbi expresse negatiuam am-
plectitur partem. Militem captum ab ho-
stibus, dum ibi est, stipendium vel salarium
habere non debere. Adde D. Bald. in l. fin.
in fine, C. de condit. insert. vt l. 1 C. de re
militar. lib. 12 quos doctores lector videre
27 poterit. Sexta quæst. Stipendiarius, aut †
miles si diuidat res, vel bona, seu prædam
cum hostibus, qua pœna puniatur? l. Si
quis barbaris, C. de re militar. libr. 12. ex-
presse dicit, viuus comburatur. Septima
28 q. Stipendiarius, aut † miles si inuentus
fuerit vagare per prouinciam, an puniatur,
& per quem, & quomodo? Expresse l. Ne-
mo miles, & ibi Bart. & scrib. C. de re mili-
29 tar. lib. 12. aiunt; Quod miles deputatus †
ad Principis custodiam, vel de alio numero
sine scientia principis vagare non debet, aut
aliena negotia peragere, contrafacientibus
pœna imminente. & in tali obsequio mili-
tes retinens, quinque libris auri mulctæ no-
30 mine feriatur. Item, miles † ad Principem
in ambasiatorem missus, incontinenti se
offerat viris illustribus, sub quorum regi-
mine est, vt statim commeatum accipia
31 Item, Milites † reperti vagari per prouin
ciam, per præsidem puniuntur. Octaua q.
32 Stipendiarii, & † milites an possunt graua-
re rusticos vt dent eis ad comedendum? ne
gatiue haud dubie est respondendum, per l.
Cęnaticorum nomine, C. de erogat. mili
tar. annonæ, & ibi Bart. Milites vt aliquid
in cæna habeant, à prouincialib. nihil pos
sunt accipere. Et no. argum. contra milites
nostri temporis, qui non possunt graua
comitatenses, vt eis præparent ad comed
33 dum, & bibendum. Nona q. Quid si † Sti
pendiarius, aut miles noluerit accipere so
lutionem, vulgo pagam, tempore debito
Bartol. in l. Fortissimi, C. de erogat. mili
tar. anno. lib. 12. Dicit si eam noluerit acci
pere, fisci commodis applicatur. qui text
secundum eum est notandus contra docto
res & stipendiarios communis Perusii, qu
nolunt recipere pagam tempore debito
lapso tempore non possunt eam petere,
est speciale in republica, secus in priua
concor. l. Proxima eiusdem tituli. De ero
gat. militar. annonæ, quæ dicit: Qui tem
34 pore † fertilitatis annonam neglexerit
cipere de publico, tempore caristiæ pre
ipsius, aut annonam non petit. Decima
35 An officialis † publicus possit stipendiari
mutuare pecuniam sub vsuris? Bart. in
Iubemus 2. C. de erogat. milit. anno lib
12. tenet affirmatiuam partem. Quod of
ficiales publici possunt mutuare pecunia
stipendiariis sub vsuris: tamen vsuræ no
possunt transcendere tertiam partem ei
quod mutuatur. quod est notandum. No
36 ta etiam, quod ille, qui † mutuauit pecu
niam stipendiariis, si sibi non satisfit, pot
eorum stipendium sequestrari. vide reliqu
per Bart. in d. l. Iubemus 2. breuitatis ca
37 sa. Vndecima q. An † possit à creditori
sequestrari stipendiariorum, aut militu
stipendium? Bartol. in d. l. Iubemus 2. C.
de erog. milit. anno. numer. 4. lib. 12. af
firmatiuam sustinet partem, ibi not. qu

ille qui mutuauit pecuniam stipendiariis, si sibi non satisfit eorum stipendium potest sequestrari. argum. tamen contra in l. Stipendia, C. de execut. rei iudicat. sed eadem ex lege potest argumenti solutio haberi, quã vide vbi est casus. Miles † mihi debet decem, ea petii, & condemnatus est, nec iudicatum soluit: an stipendia sua pignori sint capienda quæritur? Dicitur quod non, si aliàs habeat res, in quib. possit fieri iudicati executio &c. Duodecima q. Stipendiarius † aut miles an possit procuratorem ad stipendiũ recipiendum constituere? Bart. affirmatiuã tenet partem, in l. Iubemus 2. C. de erogat. milit. anno. num. 3. lib. 12. quem vide. Decimatertia q. Si thesaurarius belli, vel alius habens pecuniam ad soluendum stipendiariis, & non soluit, ad quid tenetur stipendiariis, Bart. in sæpe allegata l. Iubemus 2. C. de erogat. mili. anno. n. 9. lib. 12. notat, Quod ille, qui tenetur soluere stipendium stipendiariis, si habet pecuniam & negligit soluere eis, & ob hoc stipendiarii accipiant pecuniam sub vsuris, quod ille tenetur, & obligatur restituere omnes vsuras ac omnia damna, quæ incurrunt occasione illius negligentiæ. Decimaquarta q. Stipendiarii † si ad custodiam alicuius loci, ciuitatis, aut castri mittantur, à quo debeant habere stipendium? Huius q. meminit eximius D. Bart. in l. finali, C. de erog. militar. anno. lib. 12. vbi notat ex principio: Quod si milites ciuitatis Perusii destinantur ad custodiam ciuitatis Castelli, quod stipendium debet habere à ciuitate Perusii non à ciuitate Castelli, sed ab alia ciuitate recipient annonam pro ipsis & pro equis: quem videre lector tempore atq; loco oportunis poterit. Decimaquinta q. An inconsulto † communi, vel domino possit stipẽdiarius ad custodiam alicuius ciuitatis ire, vel ad custodiam alicuius castri illi subiectæ? Bart. in l. finali, C. de erogat. militar. annonæ, lib. 12. in suo vltimo notabili; tenet, Quod milites ciuitatis Perusii non possunt inconsulto communi ire ad custodiam alicuius castri ciuitatis Perusii sine licentia communis in scriptis data: ideoque sint cauti, vt per licentiã in scriptis faciant registrari. Decima

43 sexta q. posset † sic moueri de pane semel aut biscocto, vino veteri aut nouo, aceto & carnibus dandis stipendiariis, quam prolixitatis euitandæ causa, hîc prætereo, atque illa scire desiderantem & ambientem, remitto ad D. Bart. per vniuersum titulum, C. de erogat. militar. annonæ. lib. 12. & per eundẽ Bart. per totũ tit. C. de excoctione & translatione militarium annonarum, lib. 12. De-

44 cimaseptima q. An domus † priuatorũ militibus, siue stipendiariis assignari debeant, & quæ pars? Huic q. facit satis pater veritatis Bart. in l. 1. & 2. C. de metatis & epidemeticis, libr. 12. hunc in modum: Mensor deputatus ad hospitia mensuranda per epidemeticos & militibus danda seu assignanda: si in hospitis domo aut ante ianuam, aut portam scripserit nomen militis, cui sit hospitium assignatum, postea aboleuerit, punitur pœna falsi. Et vbicunq; princeps est, vel milites sub principe militantes, pro hospitandis dictis militibus, domini domus debẽt domus eorum diuidere in tres partes: Vnam partem pro se retinere debent: aliam militibus quam optauerint eis tradere: tertiam vero partẽ dominis domus relinquere, sed ab hac inquietatione ergasteria mercimoniis deputata sunt immunia. Si tamen parte domus militibus assignata stabulum deficiat in ergasterio, partẽ pro stabulo habere debent. Item: Illustribus militibus assignabunt dimidiam domum eorum, eis tamen electione seruata; contra faciens punitur pœna in d. l. 2. inserta, nempe 30. librarum auri fisco applicanda, &c. Decima-

45 octaua q. Qui à stipendiariorum receptione excusantur? Pro huius interrogationis satisfactione videbit lector titulum de metat. & epidemet. C. lib. 12. per totum. vbi omnes narrantur, qui à stipendiariorum receptione excusabantur. Decima nona q. Stipen-

dium an possit pro parte solui in pecunia,
& pro alia parte seu quantitate in aliis re-
bus, nempe, panno serico vel similibus? V-
detur sustinenda affirmatiua pars, l. milita-
ris, C. de militari veste. lib. 12. vbi dicitur
Quod fortissimis militibus quinque dan-
tur partes in pecunia, inferioribus seu debi-
libus verò sexta pars in panno, sicut volunt
eligere, ita notat glossa in verbo Gregariis.
in d. l Militaris: quam lector examinare po-
terit. Hæc omnia sunt admodum sane in-
telligenda: sic vt pannus detur iuxta com-
munem valorem eius temporis, quo datur,
47 aliàs huiusmodi† datio, aut solutio in pan-
no, esset multis fraudibus subiecta, & ob-
noxia: à quibus summè abstinendum, & ca-
uendum est, ne boni milites, siue stipendia-
rii insigne damnum patiantur, & mercato-
res illos pannos Principibus, aut eorum of-
ficiariis vendentes, aut per finācias traden-
tes ad milites siue stipendiarios soluendos
ditentur, & lucentur quinquaginta pro cē-
tum & amplius: quia vnamquamque pan-
ni vlnam vendiderant quatuor, aut quatu-
or cum semis, florenis, vsque ad summam
ducentorum, trecentorum, quadringento-
rum florenorum, aut ducatorū quū com-
muni precio cōstiterat vnaqueq; vlna dun-
taxat 35. aut 40 stupheris. Et quum dicti
stipendiarii, aut milites suis capitaneis cō-
quererentur de fraude ipsis per mercatores
financiarios facta, ilico ad dominos capita-
neos miserūt munera, nēpe summā vigin-
ti, decem, aut sex milium ducatorū, vt eos
inducerent ad illos pannos acceptādos pro
tali precio in solutionem, qui parati statim
fuerāt ad financiariis complacendos, occa-
sione munerum, nec fuerunt à muneribus
similib. immunes principis officiarii, quib.
erat iniunctum, vt practicarent huiusmodi
financias, vt ipsemet propriis oculis vidi, &
auribus audiui, quod summe haud dubie
dolendum censeo Imo huiusmodi dolosas
ac fraudulosas financias practicantes vidē-
tur præstare obsequium Deo, & communi-
tati, ac mercede dignos esse, licet D. Deus
illud aliter haud dubie interpretaturus sit.
48 Vigesima q. milites non † stipendiati an o-
mnia populentur? Huius meminit D. Ioan.
de terra Rubea in suo singulari opere, cōtra
rebelles suorum regum in glos. super verbo
pecunias, folio 82. quem vide. milites enim
49 † de suo, & propriis sumptibus nō tenentur
militare, per iura vulgaria. Nec pariter de-
50 cet† alicui etiā militi suū esse dānosum of-
ficium, c. Cum nō deceat, de elect. in 6. §. I-
tem in criminali. 4 q 3. c. Statutum, in fi. de
rescript. lib. 6. l. Seruus cōmunis, ff. de furt.
& l Cum quidā C de administrat. tuto. &
curat. Et quū supradictum sit officiū in d. c.
Cum non deceat, intellige siue sit publicū
siue sit priuatū, ita exponit D. Ioan. Andr. in
nouella. & D. Dominicus de sancto Gemi-
51 niano, ibi: Miles pariter, & alius † quilibet
spe pecuniæ, & præmii certat D. Bald. in
præludio tituli, de iudiciis; quo si videat
priuatum, omnia populatur. Ecce quidā
ad propositum D. Robert. Gaguin. in chro-
nica Caroli sexti, fol. 1. facie secunda, de mi-
litib. (quib. per regē de pecunia stipēdiaria
minime satisfactū erat) eleganter scribat.
Quietis (inquit) cōpositisq; regni primori-
bus, quū stipendia militib. nulla soluerētur,
nō secus ac hostis prædiis stuprisq; popu-
milites vexabāt; quāobrem rura, vicosq; a-
gricolę deserētes in oppida arcesq; fortunas
suas cōtrahebāt. His satis. & si quis amplio-
ra desiderat, videre poterit præallegatos do-
ctores, locis præscriptis. Vigesima prima q.
52 militare † de se, an sit delictū? dicendū quod
non; quemadmodū videre poteris, apud D.
Ioan. de terra Rubea in suo singulari tracta-
tu, in glos. super verbo, sufficiāt, cōtra rebel-
53 les suorū regū, fol. 94 Sed propter prædā
militare peccatū est. c. militare 23 q. 1. quē-
54 admodū nec gerere† Rempublicam crimi-
nosum est: sed ideo gerere Rēpublicam, vt
diuitias augeas, videtur esse dānabile. Mul-
ta alia huic materiæ cōuenientia, vide loco
prӕcitato, causa breuitatis, hîc omissa. Vi-
gesima

55 gesima secũda q. milites seculi † an cũ cęle-
stib ęquiparẽtur militib. Videtur quod sic,
l. Miles, ff de re iudica. l. 2. §. Miles, ff de his
qui not. infamia. l. Milites, C. locati, l. Stipẽ-
dia, C. de exec. rei iudicat. c. studeat, 50. dist.
& quod notatur. in c. Odoard⁹ de solut. Vide
And. Barbatiam in suo tract. de præstantia
Cardinalium, in 3. q. basilica 1. partis. Miles
56 etiam † vulneratus nõ debet discedere à si-
gnis sine licentia, per text. & ibi Ang. in l.
1. C. Quibus nõ obiic. long. temp. præscri-
57 ptio. Miles curatus ab infirmitate † debet
adimplere stipendiũ, aliàs non habebit sa-
larium, aut stipendiũ tempore infirmitatis,
sed captus ab hostib. non habet, vt supra et-
iam memini in parte. Bald. in l. finali, ad fi-
nem C. de cõdit. insert. Hic paucis sciendũ,
58 quod militia † est duplex: videl. secularis &
spiritualis 59. dist. c. si officia. 23. q. 8. c. Repre
hensibile. Et secularis est triplex; equestris,
59 pedestris, & naualis. Militia secularis † non
culpatur, sed abusus. 23. q. 1. per to ũ. Quod
60 militia instituta † est propter duo, videlicet
ad iniuriam propulsandã, & vindictam in-
61 ferendã, c. 1 in fi. 23. q. 1. Quod ius † militare
in multis cõsistit. 1. dist. c. ius militare. Quod
62 in militia † seculari reprehẽditur libido do-
minandi; crudelitas vlciscendi; & cupiditas
nocendi. c. Quid culpatur in bello, 23. q. 1.
63 Quod in hac intẽtione † militia debet exer-
ceri, vt mali coerceãtur, & boni subleuẽtur.
c. apud & c. seq. 32. q. 1. Quod pleriq; sancti
64 † patres secularẽ militiã laudabiliter exer-
cuerũt. c. Noli existimare, 33. q. 1. Quod sum-
65 ma laus est militiæ † cõmuni vtilitati intẽ-
66 dere. c. Summa. 23. q. 1. Quod boni † milites
vltra stipendia sua nil debent vsurpare, c.
67 militare. 23. q. 1. Quod miles † non est reus
homicidii, qui legitima authoritate supe-
rioris hominẽ occidit. c. Miles. 23. q. 5. Quod
68 miles † sæcularis grauius peccat symoniam
committendo, quam clericus. c. Saluator.
circa medium 1. q. 3. Quod miles sæcularis
69 † propter periculosum statũ quẽ habet abs-
que papæ dispensatione ad sacros ordines
nõ debet promoueri, c. Si quis post. 50. dist.
70 Quod si in militia seculari † gradatim quis
promouetur ad honores, multo fortius in
militia spirituali, c. Si officia, & c. seq. 59. dist.
71 Quod non debet esse † ligatus aliis, qui spi-
rituali militię est aggregãdus, c. Nullus 54.
72 dist. Quod episcop⁹ ad seruiendũ † Christo
voluntariũ militẽ habere vult, c. Non est, 15.
73 q. 1. Quod nil beatius † quam vt quo modo
Imperat. noster Christ⁹ iussit, & imperauit,
militetur, c. ante omnia, 40. dist. Quod mi-
74 litũ Christi † arma sunt orationes, eleemosy-
nę & ieiunia, quorũ partes sunt lachrimæ, c.
Reprehẽsibile, 23. q. 8. & c. Conuenior, circa
med. ibid. 23. q. 8. Miles an, & quãdo ad mu-
75 nera † cõtribuẽda teneatur? hui⁹ q. meminit
D. Pet. Antib. in suo tract. de munerib. inter-
dũ quis excusatur à munerib⁹, ratione mili-
tię (inq t) qui vna vel altera distinct. & sub-
distinctione satisfacit hoc modo, q a aut lo-
queris in milite militãte, aut in nõ militãte:
primo casu subdistingue: quia aut loqueris,
nunquid excusentur à mere patrimonialib.
& dicit quod non, l. Sunt munera, ff. de vac.
mun. & l. fin. §. ab huiusmodi, & §. fin. ff. de
mun. & hon. aut quæris de mixto & dicit
qđ excusatur, l. Et qui orig. § decaprotos, ff.
de mun. & honor. aut quæris an excusetur à
personalib. & dicit quod sic l. Et qui orig. in
princ. ff. de mu. & ho. aut quęris in nõ mili-
tante, & tũc aut est remissus ignominiose, &
à nullo munere excusatur: sed ab honoribus.
sic in eius odiũ, l. Secunda, C. de his qui non
implent stipen. iuncta l. Sed & milites, ff. de
excus. tut. aut ex causa honesta, puta q a sunt
impleta stipendia, & tunc si in cohorte mili-
tauit, nõ gaudet immunitate, l. fi. in fi. C. de
his qui non imple. stipendia: aut militauit
in legione, seu vexillatione, & tunc gaudet
immunitate, in quo tractatu de muneribus
multa alia non contemnenda videre lector
poterit, in verbo, Interdum, fol. 18. n. 78. Mi-
76 lites sunt exempti † à munerib. suę ciuitatis,
nõ autem eius cognati, vel affines, l. 3. § 1. ff.
de mun. & hon. Militem se effici procurans,
77 vt munerum † contributionẽ euitet, an po-
tiatur immunitate? Dicendum quod nõ, l.

Cura, §. Qui obnoxius, ff. de munerib. &
honor. & l. Semper, §. Diuus quoque. ff. de
iure immunitat. Ita sustinet D. Petrus An-
tibolus in suo tractatu, de munerib. vbi vi-
deat lector latius, quo modo probabitur,
&c. Ita in fraudem creditorum non pos-
sunt effici milites, ne conueniantur, quem-
admodum quotidie videmus practicari, &
78 male. An miles † teneatur soluere gabel-
las. Respondetur quod sic: si tamen nõ sol-
uat, res eius non incidunt in commissum,
l. Omnibus, & ibi doctor. Bald. & Salic. C.
de vecti. & commis. Vel sic paucis: Quod se-
cus est in militibus armis vacantibus, &
reipublicæ, secundum Bald. ibi. Hinc dici-
tur, quod milites non militantes, non gau-
dent priuilegiis. Secundum Pet. & Bald. C.
de testamento milit. l. Si duas, §. Gramma-
tici, ver. & Philosophos, & ibi Bart. ff. de ex-
cus. tuto & l. finali, C. de testam. milit. hanc
q. latius examinat & decidit D. Iohannes
Bertachinus de Firmo, I. V. Doctor in suo
tractatu singularissimo Gabellarũ, Tribu-
torum atque vectigalium, septima parte,
num. 58. fo. 68. versu 4. colum. quem vide.
79 Milites an sint † à vectigalibus exempti, vel
non. Respondendum negatiuè, quod mili-
tes non sunt exempti à prestatione vectiga-
lium, l. ex præstatione, in fi. C. de vectigal.
80 Milites an sint † exempti à collectis? Certe
non, quia omnes milites, etiam vacantes
reipub. & militiæ obligantur ad collectas,
secundum Bald. in d. l. pen. per l. Cura, §. fi-
nali, ff. de mun. & honorib. vide etiam per
Bald. in l. Placet, C. de sac. sanct. eccles. Mi-
81 lites nostri temporis, cum violentia † tallI-
as imponentes, prædones sunt, & raptores,
& ad restitutionem tenentur, nec aliquem
cõsuetudo, siue abusus excusat. vt prolixius
declarat D. Petrus Antibolus iuris vtriusq;
peritus in suo tractatu de muneribus. num.
83 quem per ocium videre poteris. Milites
82 armatæ militiæ pro debito † ciuili, an pos-
sint personaliter capi, & carceri mancipari?
pro huius q. solutione hoc pacto distingue:
quidam sunt milites armatæ militiæ: qui-
dam inermis militiæ: quidam cælestis mi-
litiæ. Milites armatæ militiæ personali-
ter capi non possunt pro debito ciuili: vt l.
Miles, ff. de re iudic. si tamen illud debitum
contraxerint in castris; secus si vagando per
mundum vel etiam domi. vt ibi dicit glos.
cum qua doctores transeunt. Sed idem est
certe dicendum de debito contracto extra
castra, ob caussam tamen militiam concer-
nentem: puta pro armis & equis emendis,
secundum Odofred. ibi: & Doctor. Hanc
materiam reperietis latius tractatam per
D. Ioannem Baptistam, Caccialupum in suo
tractatu de debitore suspecto, & fugitiuo,
q. 5. post numerum 12. Quãdoquidem hoc
loco nonnulla de armigeris, militibus, &
stipendiariis ac aliis inde dependentib. tra-
ctauimus, opere precium visum est nobis
adiungere nonnulla ipsis conuenientia ne-
dum, sed admodum eorum animabus, &
corporibus perutilia, & ideo scitu necessa-
ria. quoniam ad illa & similia miris modis
83 sunt inclinati, nempe † de ludo, & maxime
de alearum siue taxillorum ludo antiquis-
simo, vt testatur constitutio Græca, & à Tro-
iano milite, *Alea* vocato, nomen assumpsit:
qui ante Romam conditam fuisse traditur,
imo vt refert Vgutio, fuit tempore belli
Troiani. Et de hac sorte ludi habetur Exo-
di 34. vbi dicitur; Sedit populus manduca-
re, & bibere, & surrexerunt ludere. de quo
etiam potest intelligi, quod habetur Gene-
sis 16. Vidit Sarra Ismaelem ludentem cum
Isaac, & eum decipientem, de quibus ver-
bis in c. Reuocet, in versicu. Sequitur 32. q.
1. Et de ea etiam potest intelligi, quod dicit
84 Philosophus in 4. Ethicorum, † vbi affir-
mat lusores esse deterioris conditionis, quã
latrones, & prædicta etiam procedunt in
ludo chartarum: & maxime quando ludi-
tur ad Bassettam, vel ad tertiam, & quar-
85 tam, iuxta vulgares Nam huiusmodi † ludi
non fiunt causa recreationis, sed potius a-
uaritiæ. Idem dicendum in aliis ludis char-
tarum,

tarum, quando finis est auaritia, vel interuenit dolus, vel blasphemia, vel aliud accidens. Sed audi Hostiens. in summa, de excess. prælator. dicentem, paucis versib. mala
86 † & peccata quæ surgent ex ludis:

Hæc cū taxillis ludendo crimina fiunt.
Ecclesiæ spretus, vsuraq; rixa, rapina.
Scandala, tū nugæ, blasphemia, tū faciendi
Furti doctrina, violentia, copia falsi.
Et mortis causa, deceptio, perditioque
Temporis, & desideriū, corruptioq; ingens.
Istis prædictis adulatio, vitaque turpis.

Quorum etiam memini infra, c. 126. de
87 falsis aleis. Ecclesiæ spretus fit: † quia contemnitur prohibitio ecclesiæ ludum prohibentis; vnde tales vsurpantes quodammodo arioli, & pagani propter transgressum cano. c. Si quis presbyteri 81. distinct. & per talem inobedientiam quis videtur incidere in crimen, & punitur c. Quorundam, 33. di-
88 stinct. Vsura committitur: quia † minimo, & quasi eodem instanti æquiparatur sorti, & etiam illam longe excedit, cum in l. ciuili vsura centesima dicatur maxima, quæ solum in anno sorti æquiparatur. Prouenit
89 etiam rapina, eo quod ludens intēdit † spoliare proximum, & quandoque spoliat, & licet quandoq; non contingat, tamen Deus respicit cor, non manum. c. Si quid inueni-
90 sti. 14. q. 1. Scandalū † quomodo insurgit ex ludo: quoniam boni scandalizantur, nihil autem agendum est cum scandalo. vt in c. nisi, extra. de renuntia. † Nugæ etiam descē-
91 dunt ex ludo. quoniam in ludo multiplicantur mendacia, & verba ociosa: quoniam quilibet tenetur de eis reddere rationem: ideo vitanda sunt. c. Conuiuia 46. distinct.
92 Blasphemia † etiam perpetratur, quod est detestabilius: & ista fuit potissima prohibitionis ratio. vt dicit textus in l. Alearum vsus. C. de religios. & sumptib. funer. per quā blasphemiam frustratim sæpe inciduntur redemptoris membra, & talis videtur peior Iudæis: quia saltē integrū corpus reseruauerunt, vt habetur in c. 2. de maledi. per Doct.

Nunc audies quęda miranda cōtra lusores,
93 † legitur in epistola quadam diui Cyrilli Episcopi Hierosolymitani, quod in Samaria quidam lusor, qui bona consumpserat, dū beatū Hieronymum blasphemaret, fuit statim fulmine interemptus. Præterea audi quid accidit in Tyro splēdidissima ciuitate tribus ludentib. quia dum in ludi principio dicerent se contra omnē vim, & potestatem Hieronymi ludum, quem inceperant, prospere finituros, paulo post principium ludi terra seipsam aperiens, illos solos absorbuit, & nunquam illi amplius visi sunt. & hæc dicit idem Cyrillus se habuisse à præsentib. & videntibus. sed quod statim subdit, asserit se vidisse, & accidisse in Hierusalem iuxta ædem quam habitabat. Quidam miles nobilissimus, & locuples, vnicum habebat filium, illius amore excęcatus, cum non corrigebat, imo instruebat in prauis; ille bonis moribus destitutus, in ludis, blasphemiis & immunditiis annum attigit 12. die quadam iam aduesperante ipse perdens in ludo, prorumpit in hęc verba: *Faciat quicquid potest ille Hieronymus qui ludos prohibet; nam eo inuito hinc non nisi victor surgam.* Dum autem hoc repeteret, ecce spiritus nequam in specie hominis horribilis cunctis videntibus, ludi locum velociter adiens, eundem infelicem puerum rapuit, & quô eum detulerit nunquam hactenus est compertum. Dicit autē Cyrillus, quod quidam ea hora in domus suæ fenestra manebat, qui ludi loco erat opposita, hoc vidit. Monet ergo sanctus vir ille Cyrillus iuuenes vt bonis morib. se informent, abstinentes à prauis maxime ludis: quia quod nouæ chartæ scribitur, de facili non deletur: monet etiam parentes ad eruditionem, & verbera filiorū, ne flendi eis succedat euentus. Hæc aurea verba tene perpetuo, & bene audies, quæ refert illustris Doct. Iohan. And. dicere in suo opere Hieronymum: nec inconueniens est legere Satyram Iuuenalis, in qua detestatur omnis generis ludos. Furtum et-

94 iam committitur: quia † cum lusor ad in-
opiam deuenerit propter rerum suarũ per-
ditionem ad furta se conuertit, vt experien-
tia teste didicimus. Violentia etiã adhibe-
95 tur quandoq; : quia † se inuicem aliquan-
do spoliant. Item volens discedere à ludo,
quandoq, per violentiam sibi illatam deti-
netur in ludo. vt dicit text. in l. 1. §. fin. ff de
aleæ lusu, & aleator. Falsum etiam com-
96 mittitur † imponendo falsos taxillos, aut fa-
ciendo alias similes falsitates. Est etiam lu-
97 dus † aliquando causa mortis: quia luden-
do venitur de verbis ad verbera, de verberi-
bus ad vulnera, de vulnerib. ad occisionem,
vt sæpius experientia docuit. Deceptiones
98 etiã & fraudes fiũt † & qui melius scit decipe-
99 re, melius dicitur ludere propter hominũ †
corruptelã: canones autẽ & leges neminẽ vo-
lunt illaqueare, 27. distinct. c. 2. de iudic.
100 Perditio etiam temporis † inde resultat ma-
xima, vnde infiniti scholares, qui si non lu-
sissent, doctissimi euasissent: propter ludum
& tempus in ludo damnabiliter amissum
recessere exhausti pecuniis, & secretarii, id
est, nunquam leges allegantes. Pro dolore
inæstimabili dolendum de amissione sub-
stantiæ, sed longe magis de amissione tem-
poris, secundum Hostiens. vnde dici solet:
Damna ploro rerum, sed plus fleo damna
dierum. Rebus quis poterit succurrere, ne-
101 mo diebus. Item, cum aliena sint † omnia,
tẽpus autẽ nostrũ est, teste Seneca epistola
1. ad Lucillũ. Vnde propter ea ludus est ma-
xime prohibitus scholarib. & doctorib. vt in
procemio Digest. §. illud, & ibi per doctores.
102 Estq; apud me ludus scachorũ etiã † pesti-
lens scholarib nã inebriãtur ludo, & perdũt
tẽpus, quo nihil carius eis. Cogitent amore
Dei, quod ipsi per perditionẽ tẽporis in ludo
parẽtes fraudãt dulci spe, seipsos illaqueãt,
torquẽt inanib. sumtib. viaticulũ cõsumũt,
& tandẽ castronisant; adeo quod redeuntes
ad rectum iudicium, mallent aliquãdo esse
cerdones, quã legum, aut canonũ, aut artiũ
doctores. qui habet aures audiẽdi audiat. O
tu qui improuide tempus conteris in ludo
cuiuscunq; generis, reforma teipsum, & n
reformes. lege auream epistolã, quam Plin.
minor scribit ad Marcum, De vita, & morib.
Plinii maioris auunculi sui, incipit dicta e-
pistola, Pergratũ est. in 3. lib. epistolarum,
epistola 5. Desiderium etiam nascitur ex lu-
do, quoniam † oritur maxima cupiditas lu- 103
crandi, quæ est radix omniũ malorũ, vt in
Auth. vt iudices sine quoquo suffrag. §. 1.
Corruptio † etiam multiplex nascitur, sc. eo- 104
rum, quos malo exemplo corrumpũt, c. In
cunctis, cum si. 7. q. 3. vnde subdit Hostiens.
quod tales corruptores tenentur Iesu Chri-
sto de seruo corrupto, arg. l. 1. & l. vt tantum
§. fin. cum seq. ff de seruo corrupt. Adula-
tiones etiam fiunt, † & adulatoriis verbis 105
cõmendatur cautus ludens, etiã si est in pec-
cato, exaltatur, quod damnabile est, c. done-
re 86. dist. & ista adulatio est crimen capita-
le in cleric. c. Ecce 46 dist. bene facit d. l. 1. ff.
de seruo corrupto quæ vult, quod non de-
bet quis laudando augere malitiam. Vita
turpis agitur propter † ludum, secundũ Do- 106
ctor. in dictis locis, & cõmuniter ludentes
transgredimur tria præcepta iustitiæ: quia
honestè non viuimus, ius suum alteri non
tribuimus, imo honoris & ambitionis cau-
sa, seu auaritię per omnem vitã ludens quæ-
rit victoriam, & hac potissima ratione cleri-
ci prohibentur ludere, vt in c. clerici offi.
ext. de vita & honest. cler. Vltimo videmus
quod senatus Roman (vbi erat Synodus 107
moralitatis) ludum tanquam causam ma-
lorum prohibuit, vt l. 1. §. 1. ff. de aleæ lu.
& aleat. Imperator etiam expresse dicit in
Alearũ vsus antiqua res † est, C. de relig. & 108
sumptib. funer. verũ pro tempore prodit in
lachrymas, intellige propter substantiæ ex-
inanitionẽ, blasphemias, & mala prædicta
ideo prohibuit. Audiui lusores † seipsos in- 109
teremisse propter ludũ, venenum sumpsisse
propter ludum, diabolo se viuum prop- 110
chirographo † tradidisse propter ludũ. vnde 111
abstinendum ab omni ludo prohibito, tan-
quã arte pnitiosa, & prona ad omnia mala.
Principiis obsta, sero medicina paratur.

Tabu

Tabula criminum emanantium ſeu procedentium ex alearum ſiue taxillorum ludo, pro faciliori intellectu, licèt ſupra carmine poſita.

Crimina ex alearum ſeu taxillorum ludo prouenientia:

1 Eccleſiæ ſpretus,
2 Vſura,
3 Rixa,
4 Rapina,
5 Scandalum,
6 Nugæ,
7 Blaſphemia,
8 Furti doctrina,
9 Violentia,
10 Copia falſi,
11 Cauſa mortis,
12 Deceptio,
13 Perditio temporis,
14 Deſiderium,
15 Corruptio ingens,
16 Adulatio,
17 Vita turpis.

Supradictis nequaquā obſcurū erit addere ſequentes euangeliſtas. Primo Ioh. 19. in fine paſſionis Ieſu Chriſti, ſic ſcribentē: Milites ergo cū crucifixiſſent eū, acceperūt veſtimenta eius, & fecerunt 4. partes, vnicuiq; militi partē, & tunicam. Erat aūt tunica inconſutilis, deſuper cōtexta per totū: Dixerunt ergo ad inuicē, non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa, cuius ſit. Secundo, Matth. 27. Diuiſerunt veſtimēta eius, ſortem mittentes. Tertio, Marcum 15. Et crucifigētes eum, diuiſerūt veſtimenta eius, mittētes ſortem ſuper eis, quis quid tolleret. Quarto, Lucā: Diuidentes vero veſtimenta eius, miſerunt ſortes. Quinto, Pſalmiſt. 21.c. Ipſi vero conſiderauerunt, & inſpexerunt me: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortē: ex quib. ſole clarius eſt, quod ab illo tēpore, armigeri, milites & ſtipēdiarij pauci fuerant valoris, aleatores & luſores, quemadmodū in centuplo hac tempeſtate ſunt ad aleas & ludos proniores, ſtipendia pluriū menſium aut annorū vna ſemihora, aut ſemihorula aleis ſiue taxillis aut ſimili ludo perdētes, ita vt poſtea cogātur concuſſione, aut alio haud diſſimili indebito modo aut medio viuere. Ex his patet expreſſe, quod alearū ſiue taxillorū vſus, ſeu ludus ſit in exercitu ac inter armigeros milites & ſtipēdiarios precipua & maxima peſtis; ex quo
113 quidē ludo infinita oriūtur mala, quorum malorū ſupra vtcunq; meminimus. Aliud quotidianū inconueniens † cernitur inter capitaneos, ac eorū vicarios, vulgo locū tenētes, aut alios nequaquā diſſimiles, & male verſantes, aliquādo armigerorū militū aut ſtipēdiariorū declarationē, demōſtrationē & premōſtrationē per cōmiſſariū aut commiſſarios facere permittētes, pertranſire ſinūt, & permittūt nōnullos equites, aut pedites accōmodatos ſiue conductos, qui nequaquam ſub eorum vexillis ſeu inſigniis ſeruiuerunt, & etiā aliquando ſub aliis nominibus, quam ſub illis, qui tranſire illos faciunt, & ſic faciendo ſolutiones, ſeu ſtipendia ſoluendo, ex illorum ſtipendiis proficiunt ac ditantur, dando ipſis aliquod honorariū. ꝙ publico cēſui ſiue præmonſtrationi interſuerint, ac ita trāſierūt ſub ipſorū nomine, aut ſub illius nomine qui ipſis viſus fuit, & hoc modo ſoluūtur qui nō ſeruiuerūt, quorū ſtipendia capitaneus furatur.

Similiter nonnulli capitanei tenent loca aperta, aut vacua inter duas demonstrationes, aut præmonstrationes, faciuntq; longiori tempore aut pluribus mensibus computare quam ipsi seruiuerũt. Et etiam mortuorum stipẽdia accipiunt, veriusq; furantur. Nec dissimiliter de licentiatis, vulgo cassatis, dicendum, qui inter duas præmonstrationes tenent illorum loca aperta, dicũtque quod sit militum vsus, certe verius abusus. infinitas alias practicas, seu fraudes quotidie in militia, ac inter equites ac pedites cernimus contingere & euenire. Item: nolunt etiam capitanei, quod thesaurarius belli soluat singulis (vt olim fieri solebat) armigeris, militibus ac stipendiariis stipendia, (vulgo pagas) sed petunt, imo volunt ipsimet stipendium aut debitum illorum recipere ad ipsis soluendis, & sic ad ipsos corradendum ac furandum, quod ipsis videtur licitum & permissum seu admissum, contra tamen omnem rationem: quia Imperator, Rex, Princeps, Respublica, & similes, priuantur, spoliantur & fraudantur eorum pecuniis, per præfata & indebita media: Imo nunc eô peruentum est, quando quis vult conscribere aut colligere armigeros, milites, ac stipendiarios ad seruiendum aut militandum, maxime extraneos, non vult seruire, nec militare, nisi cum conditione, quod sibi soluetur singulis mensibus, aut tribus mensibus secundum armigerorum, militum ac stipendiariorum conuentionem, sine aliqua præmonstratione illorum, & quod dabuntur & soluentur omniũ illorum stipẽdia in ipsius capitanei manus, & nequaquam capitatim siue per capita, vt ipsemet ad libitum soluat & distribuat, & ne desalquentur mortui, aut alii absentes, & etiam nunquam accepti, vel licentiati, ne sciatur vexilli aut vexillorum siue insignium numerus, quia aliquãdo accipiũtur tot vexilla, quorum quodlibet debet continere ducentos & viginti milites, aut alium numerum præloquutum, & quum seruiũt, deest dimidia, aut tertia aliquando pars, tunc quando huiusmodi dimidia aut tertia pars deest, & soluitur integro (vt dicitur) vexillo, tũc Imperator, Rex, Princeps, Respublica aut alius superior, debens inuenire & dare pecuniã, perdit & amittit dimidiam aut tertiam partem (quæ abest aut nõ fuit) qua fraudatur & capitanei eam tali medio furantur, qui ea de causa omnes & similes capitanei in æternum damnabuntur, si habeant vnde restituant cum moriuntur, & non restituunt; secus si non haberent tempore mortis, tunc facta pœnitentia, & habita displicentia, quod non habeant, & si haberent, quod absque dubio libentissime redderent, & restituerent, tunc est diuinæ voluntati relinquendum. Huic non malè seruit ac quadrat, quod dicit D. Rabanus in illud Matthæi: *Esuriui & non dedisti mihi manducare*, &c. Quid recipiet? qui aliena tulit. Si semper ardebit, qui sua non dedit. Durum certè verbum, maxime pro nostri temporib. armigeris, militibus ac stipendi-
114 ariis, aliisque similibus. Ad istas, † similesque fraudes euitandas vnicum & singulare est remedium, quo olim ad amussim vti iubebant Imperatores, Reges, Principes ac similes, quando illis stipendia, (vulgo pagas) soluere volebant, ac decreuerant, trium aut plurium mensium, quod omnium primo commissarii mittebantur cum inscriptione siue rotulis armigerorum militum, siue stipendiariorum ad certa loca, certo die decem aut duodecim miliaria ab inuicem distantia, vbi de vno ad alium per commissarium iuratum proprio nomine ac cognomine alta voce vocabantur, & absentes in margine notabantur, & tum omnes præsentes per belli thesaurarium aut eius substitutum capitatim siue per capita singuli solutionem accipiebant, absentes vero postea volentes habere, ac recipere eorum solutionem, prius obligabantur ostẽdere eorum iustã causam absentiæ; qua ostensa atque sufficienter verificata, soluebantur eorum stipendia; alias non

non quo medio omnes ac singulæ fraudes præscriptę aut pręallegatę euitabātur, quia tunc non sunt tā faciliter, imo admodū difficulter præscriptæ fraudes practicandæ siue practicabiles. Alias ob prædictas ac similes fraudes, quum daretur pugnandi occasio, putabāt habere exercitum 30. 40. aut 50. milium armigerorum, militum & stipēdiariorum peditum ac equitum; deerat nonnunquam semi aut dimidia vel tertia pars. vnde frequenter innumera ac infinita inconuenientia ac mala oriebantur, ac promanarunt: quod sane perpetuo cauendum est, ne similia amplius contingant. Occurrit adhuc vnum grande malum inter pręcipuos exercitus siue belli, nempe Ducem generalem, Nobiles, militiæ prætorem, exercitui præpositum, Excubiorum prefectum, primum exploratorum, Auditores exercitus, Ingeniarios, Commissarios generales & particulares, tam equitum quam peditum, Substitutos ac vicarios, vulgo locum tenentes, Vexilliferos, itinerū peritos, Centuriones, Decuriones, Thesaurarios militiæ, præfectos & præpositos tormentorum bellicorum, eorum vicarios, Receptores exercitus, Superintendentes fossorum, eorum vicarios, Minorum magistros Commissarios commeatus, & rei frumentariæ, & Vehiculorum, receptorem nummorum, commeatus & commissarium rationalis commeatus, & finaliter consilium bellicum, cōstans ex præcipuis belli ducibus; quod inter præscriptos nonnulli, imo plurimi sint, qui magis bello, quam paci studeant, † imo infinita mala proponunt & seminant, vt pax impediatur, & postponatur, & bellum continuetur, non tamen propter Deum, sed propter veram & meram auaritiam, & prædam, vt possint implere marsupia & arcas. ii certe non legerunt Plautum in Penulo, hoc modo scribentem: *Male partum, male † disperit.* Nec non Ouidium, Amor. lib. 1. Elegia 10. *Non habet † euentus sordida præda bonos.* Et nec Senecam: *Nulli † cui rapina feliciter cessit, gaudium rapti durauit in posterum.* His seruit etiam illud S. Am-
119 brosii: Rapinam emere † non licet, nisi in-
tentione, vt cui est ablata, restituatur. Ac-
cedat his insignis diui Hieronymi senten-
120 tia: Nemo † qui rapit moriens, si habet vn-
de reddat, saluabitur, si eos quorum fuerit,
inuenire non poterit, ecclesiæ vel pauperi-
121 bus tribuat. Si quis † inuenta non reddit,
peccatum est simile rapinæ. Nec obliuiscē-
dum seu omittendum censui D. Rabanum
in illud Matthæi; quod supra allegaui: *Esu-*
riui & non dedisti mihi manducare, &c. In-
tellectori verbum vnum sufficit acri. Sed
bonis, & veris armigeris, militibus & sti-
pendiariis ad veram pacem, & concordiam
aspirantibus & anhelantibus, seruiunt se-
quentes aureæ sententiæ Fratris Dominici
Soto Theologi, ordinis prædicatorum, Cę-
sareæ maiestati à sacris confessionibus in
Epistolam Diui Pauli ad Romanos: Pax
122 margarita † Christianis preciosissima. Pa-
123 gina 278. Pax sectanda † etiam cum labo-
re nostro, damno & opprobrio. Pagina ea-
124 dem, 278. Pax vera est, cum † vnusquisque
ius suum tranquillè possidet. Pagina 276.
125 Pacis † præparatio: Bellum. Vnde versus:
126 *Pax † vt seruetur, moderamen iuris habetur.*
Quæ sententiæ sunt certè memoriæ scri-
127 nio commendandæ. Tempore ergo belli
res esset admodum laudabilis, quod Impe-
ratores, Reges, Principes, & similes in exer-
citu haberent & statuerent bonos, doctos ac
deuotos concionatores, qui singulis diebus
dominicis, ac aliis festis principalibus con-
cionarentur coram militib. in quibusdam
locis sacris vtpote in ecclesiis parochialibus
aut aliis non parochialibus, aut monaste-
riis, tum quod armigeri, milites ac stipen-
diarii ad illas conciones comparere coge-
rentur, & compellerentur, quemadmodum
compelluntur ad præmonstrationes faci-
endas, aut ad pecunias recipiendas, aut a-
liàs ad stipendia referenda, sub certa pœna
siue emenda: quarum concionum vna pars

ſecundum conſuetudinem ſit euangelium diei cum eius declaratione ac expoſitione, & altera pars duntaxat, quid agendum bonis ac ſynceris armigeris, militibus & ſtipendiariis ad illos bene inſtruendos, quæ facere debeant & quæ non facere, aut euitare: quia quotidie nil niſi malum faciunt & perpetrant, nunquam aut raro aliquid boni per illos actum auditur: quotidie enim videmus illos omnes malorum ſpecies perpetrare, quæ perpetratæ fuere à tempore Adę vſque in hodiernum diem; quas hic exprimere euitandæ prolixitatis cauſa, omiſi. Per huiuſmodi conciones multa, imo infinita mala euitarentur, & nequaquam fierent, ſed obliuiſcerentur, & omitterentur, quin potius multa bona per illos fierent, concionatores nequaquam carebunt materiis huic negocio quã optime cõgruentib. quia ſacra Scriptura repleta & abundans eſt, ſimiliter & ius canonicũ ac ciuile, vt aliquando quibuſdam locis oſtendimus & demonſtrauimus. Si quis plura huic materiæ ſeruientia ac conuenientia deſideret ex iure ciuili, perlegat tres vltimos libros Codicis cum titulis, legibus & gloſſis eorundem librorum, & ſignanter duodecimum librum, vbi multa de milite & de re militari tractantur, & ibi Bartolus princeps legiſtarũ. Ex iure Canonico legat canon. ius militare. & per totũ, prima diſtinct. & 23. quæſtion. 1. & 2. per totum cum gloſſis. Nec non tractatum de milite nominatiſſimi Doctoris, Domini Martini Laudenſis, in quo omnium militum materiam abunde examinat: Et etiam plures alios Doctores, quos hîc cauſa breuitatis repetere omitto: quorum nomina colligere diligens lector poterit ex ſupra allegatis, apud quos, milites illorum temporum, propter illorũ inſignia vitia & abuſus admodum taxantur. Sed quid dicemus de

128 militibus † noſtri temporis potiſſimum ab anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, vſque ad annum milleſimum quingẽteſimum ſeptuageſimũ ſeptimum, qui tam publicè quam ſecretò quotidie perpetrarunt & commiſerunt omnia talia & nequaquaquam diſſimilia delicta ac maleficia, quæ commiſſa & perpetrata ſunt vel fuerunt à tempore Adæ vſque ad annum prædictum 1566. quæ hic enarrare prætereo; & ſi quis illa ſcire cupit, percurrat hanc noſtram praxim criminalem, in qua maiorem delictorum partem lector reperiet. Cauſa enim omnium delictorum ab hinc

129 duodecim † annis perpetratorum eſt, quod diſciplina militaris (& ſi legi maxime congruat) fuit quaſi vbique per capitaneos generales exercitus ac illorum nobiles ſub illo ſeruientes, mareſchallos, iuſtitiæ præpoſitos & ſimiles officiarios, ne dum vilipenſa & neglecta, imo prorſus ſepulta. qui pro-

130 pterea † fuerunt omnium malorum perpetratorum cauſa & occaſio; ideoque non mirandum, quod bella tot annis durauere.

131 Rei militaris materiæ hæc congruunt cognoscẽda:

- Nomina: & hæc rursus militum
  - Pedestrium,
  - Equestrium,
  - Classiariorum.
- Munimenta militaria;
  - Arma; & hæc rursus
    - Peditum,
    - Equitum,
    - Classiariorum.
  - Instrumenta; & hęc rursus
    - Pedestrium.
    - Equestrium.
    - Naualium.
  - Propugnacula, vel loca defensionis: vt
    - Castellum.
    - Castrum vel arx:
    - Castra cũ vallo & fossis, &c.
    - Mœnia,
    - Muri.
    - Oppida & quæ sunt huius generis.
- Stipendia
  - Pedestrium.
  - Equestrium.
  - Naualium vel Classiariorum.

132 [Rei militaris no]mina mi[litu]m pede[striu]m, vel in pedibus gerẽtiũ, illis in[hære]ntium:

- Pugnantium
  - Imperãtiũ vel aliquod officium imperandi habentium; vt in
    - Acie & exercitu bellante, quorum militũ nomina hæc sunt:
      - Proces, Summates, Primates, Optimates, Principes, Primarii belli; & hi olim vt & nũc variant, prout bello pręte[x]ti ipsum bellum gerunt.
        - 1 Tyrannus, qualis is qui primo omniũ belliũ gessit cupiditate & ambitione, sicut Trogus Pompeius & Iustinus de Nino, Biblia de Nembroth testantur.
        - 2 Rex qualis qui sui suorumq; defendendorũ & iustitiæ ergô bellum gerit. Hic etiam Cæsar Imperator, Augustus, regulus, Monarcha dicitur.
        - 3 Interrex, qui inter reges constituitur.
        - 4 Prorex, qui loco regis absentis vices gerit.
        - 5 Consul qui consilio multorum belli curam gerit.
        - 6 Proconsul qui sicut consul prope, procul quæ belli gerit.
        - 7 Legatus, qui loco regis vel consulis, vel proconsulis vel tyranni cũ potestate mittitur & fiduciariam operam obtinet. Hic legatus variat, de quo vide paginam versam.
      - Præf[ecti] militum, vt in sequenti numero 131.
    - Re tormentaria, vel bombardaria, de qua latius, num. 132.
  - Parentiũ pręcepto & imperio superioris alicuius, officiaii dicti, de quo nu. 133.
- Auxiliantium, & subsidia pugnis præstantium:

Et hic legatus variat:

Ordinatus & electus: & hic

1 Dux primarius, vulgo: *capitaneus generalis belli*, vel, *gubernator magnus*. vt subdelegatus, officiarius regis vel consulis, cui omnes obedire necessario debent. Hic secundum nonnullos etiam *magister militum* vel *Princeps militum* dicitur, vt Regum 10. cap. & est propè is, cui totius rei gubernatio cõmissa est: vel dicitur *magister*, à monendo, vt scribit spectabilis D. Bartholomęus Chassan. in suo catalogo Gloriæ mundi, in 9. parte, folio 3. a columnn. ad quem lectorem remitto.

Hereditarius:

2 Dux vel Capitaneus magnus vulgo, vt qui Ducis primarii gubernatoris generalis mandata & iussa sequitur, & certam partem exercitus certasque prouincias gubernat, qualis hodie *capitaneus magnus* verè dicitur.

Hereditarius legatus:

1 Dux summus, vulgo *archidux*, vel *princeps ducũ* dicitur, & proximam à rege dignitatem ac authoritatem obtinet.

2 Dux hereditarius vel legitimus, vt cui prouinciæ & exercitus præcipua cura incumbit, ac subest archiduci vel regi; imperat autem suis prouincialibus & militibus tam præsidiariis quam castrensibus, tempore belli & pacis.

3 Dux secundarius, vel vice Dux, vel locum tenens ducis dicitur, vulgo *capitaneus Ducis*, vt qui in bello fiduciariã & vicariã operam Ducis præstat.

4 Vice dux minor, vel vicarius ducis, aliàs prouinciæ defensor, vt qui tempore pacis ac belli pro duce iura dat, sine onere tamen bella gerendi.

133 Præfecti militum; vt est

1 Tribunus militum, qui duci vel capitaneo magno subest, & princeps certarum cohortium constitutus tribuit singulis ordinibus cohortium officia debita, vulgo hic dicitur *coronellus*. Italis *Colonello*; Germanis ein oberste Hauptmann. alibi etiam dux primarius peditum, Gallice *Coronel des gens de pied*.

2 Tribunus militum minor, vulgo *locum tenens coronelli*. Gallice, Lieutenant coronell.

3 Centurio, qui centum militibus vel centenariis aliquot militibus, etiam vsque ad quingentos imperat & præest. Germanis ein Hauptmann: Belgis een Hoftman oft Hopman. Gallice, vn *Capitaine*. Italice, *vng Capitane*. alibi etiam *Dux particularis peditum*, dicitur. vulgo *Capitainne particulier des gens de pied*.

4 Decurio cohortis, Gallice, *Sergeant*.

5 Decurio, qui decem militibus præest, vel denariis aliquot militibus, vt vni pluribusve manipulis, & est decurio manipularis. Gallice, *corporal*; Belgicè Rotmeester / aliàs etiam Latinè *Decanus* dicitur.

6 Dec-

6 Decurio cubiculariorum, qui cubiculis principis præest, vulgo Belgice opperste camerlynck.

7 Præfectus vigilum, vulgo Gallice *Sergeant maier*: Germanicè Wachtmeester; hic etiam *tesserarius* dicitur, & præfectus excubiis exercitus.

8 Præfectus prætorii augustalis; vel prætor augustalis. Hodie *mariscalcus*; hic alibi etiam *prætor militiæ* dicitur.

9 Præfectus prætorii, vel prætorio præfectus, vel prætor belli, est is qui *præpositus curialium disciplinæ* dicitur.

10 Præfectus arcis vnius, vulgo *Castellanus*.

11 Præfectus plurium arcium, Satrapa, Satrapes, vulgo *dressardus* dicitur.

12 Præfectus limitum, præses limitaneus, vulgo *Marchio* aut *Marchgrauius* appellatur.

13 Præfectus comitatus Augustalis, vel prætor comitatus Augustalis. Hodie *Palatinus* vel *Pfalsgrauius*, quasi palatii Comes dicitur.

14 Præfectus expeditionum, vel itinerũ exercitus, Comes principis, vulgo *Grauius*, Belgice een Graue dicitur.

15 Præfectus castrorum, qui exercitui in castris degenti præpositus est, & vulgo *magister campi* dicitur, Belgice een velt Heer/ Gallicè, *le prouost du camp*. Italicè. *Il maestro del campo*.

Præfecti militum, vt est

6 Legati vel capitanei generalis.	2000. libras, aut 30.. lib.
7 Vicarii legati; vulgo *locũ tenentis sũmi ducis*. Hoc tempore non est.	
8 Tribuni militũ maioris.	400. lib.
9 Tribuni militũ minoris.	100. lib.
10 Centurionis vel capitanei.	70. lib.
11 Decurionis cohortis.	15. lib.
12 Decurionis manipularis.	15. lib.
13 Decurionis cubicularii.	15. lib.
14 Præfecti prætorii augustalis.	40. lib.
15 Præfecti vigilum.	40. lib.
16 Præfecti prætorii belli.	40 lib.
17 Præfecti arcis, seu castellani, vulgo, *le Chasteleri, ou le Capitaine du Chasteau*.	
18 Præfecti artium satrapæ.	
19 Præfecti limitum.	

			Florenos vel libras.
	20 Præfecti comitatus vel palatini.		
	21 Præfecti castrorum.		
	22 Præfecti capitalium.		37. l. & dimid.
	23 Præfecti mansionum.		60. lib.
	24 Mensoris.		37. li. & dimid.
	25 Metatoris.		37 li. & dimid.
	26 Designatoris, vel forerii.		15. lib.
	27 Præfecti annonæ.		37. l. cũ dimid.
	28 Receptoris nummorum annonæ.		pro quantitate & onere victualium, plus minusve.
	29 Præfecti rationum annonæ. vulgo, *qui met le prys aux viuers au camp.*		
	30 Præfecti itinerum : vulgo, *Guides.*		90. lib.
	31 Præfecti exploratorum. vulgo *Capitaine des espies.*		90. lib,
	32 Tribuni armamentarii. vulgo, *Guides des munitiõs de guerre quã il en vile, 10. in caps 4.*		
Militũ pedestrium stipẽdia; & primo officiariorum:	33 Præpositi tormentorum. 34 Lustratoris rei tormentariæ. vulgo *general de l'artillerie, cõmuniter mille libras: aliquando plus, secundum amices.*	Vnusquisque pro se singulis mensibus habet,	22. libr. & dimidiam.
	Vicarii præfecti tormentorum, Gallice *son lieutenant.*		300. lib.
	35 Architecti.		301. libr. & 10. stuferos.
	36 Vicarii præfecti tormentorum, vulgo *son lieutenant.*		300. lib.
	37 Præfecti fabrorum.		60. lib.
	38 Nobilis tormentarii.		40. lib. tẽpore belli, tempore pacis, habet 18.
	39 Receptoris tormentorum	90 lib.	
	40 Præfecti fossorum.	100. libras & currum cum 4. equis.	
	41 Centurionis fossorum. vulgo *cẽtenier des pioniers.* 50. lib.		
	42 Vice centurionis fossorum, vulgo, *le lieutenant des pionniers.*		25 lib.
	43 Inquisitoris fossorum. vulgo, *auditeur des pionniers.* non est hodie.		
	44 Præfecti fodinarum. non est hodie.		

			FLORENOS vel Libr[as]
	45 Præfecti vehiculorum, vulpo *le generel du charron.*		90. lib.
	46 Conquisitoris militum.		90. lib.
	47 Conquisitoris militum particularis.		90. lib.
	48 Signiferi seu Vexilliferi, vulgo *porteur d'enseigne.*		40. lib.
	49 Choragi.		15. lib.
	50 Vragi.		15. lib.
	51 Fecialis.		15. lib.
	52 Caduceatoris.		15. lib.
	53 Circuitores.		15. lib.
	54 Purpurati megisthanis.		15. lib.
	55 Dynastæ.		15. lib.
	56 Heri.		15. lib.
	57 Domini.		15. lib.
	58 Nobilis.		15. lib.
	59 Castrensiarii.		15. lib.
	60 Consiliarii.		15. lib.
Militum pedestrium stipendia; & primo officiariorum:	61 Auditoris campi.	Vnusquisq; pro se singulis mensibus habet	90. libras cum curru[...] um equorum.
	62 Antigraphei vulgo *controlleur.*		30 lib.
	63 Notarii vel actuarii, vulgo *notareo ugriffier.*		30. lib.
	64 Thesaurarii *generalis belli, centesimum denarium.*		
	65 Accensi, vulgo *soldart qui succede en la place du mort.*		
	66 Secretarii, hodie non est.		
	67 Calculatorii, vulgo *rece pueur,* hodie non est.		
	1 Capitanei.		70. lib.
	Vicarii capitanei.		42. lib.
	2 Tyronis.		7. lib.
	3 Veterani, vulgo *Viel soldart.*		10. lib.
	4 Tympanistæ.		8. lib.
	5 Tubicinis.		8. lib.
	6 Tibicinis.		8. lib.

Militum pedestrium famulantium stipendia.

No.			FLOREN. vel Libras.
6	Cornicinis, vulgo *corneur ou trompette.*		10 lib.
7	Gregarii, vulgo *commun soldart.*		7. lib.
	Volonis,	vulgo *vieux soldart d'estule selon quilz meretent.*	
9	Velitis		
10	Triarii		
11	Hastati.		15. lib.
12	Bipenniferi vel hallebardarii.		8. lib. aut 7. lib. 10. *s.*
13	Lãcearii, vulgo *piequeur.*		10 lib.
	Nobilium militum.		16. aut 12, aut 10. lib.
14	Scutigeri, vulgo *porteur du rondelle ou bouclier.*		20. lib.
15	Funditores: pro his nunc bombardarii.		7. lib.
16	Balistarii: pro his nunc muscattarii.		10.
17	Sagittarii, nunc archiarii:		15. lib.
		Vnusquisq; habet pro se singulis mensibus	
18	Catapultarii, pro his bombardarii magni, vulgo *Canonnier ou musquetier.*		15. lib.
19	Ferẽtarii olim pro his sclopetarii, vulgo *pistoliers.*		7. 8. 9. & 10. lib.
20	Rotarii, pro quibus nunc chirobombardarii, vulgo *Arcabusiers.*		7. 8. 9. aut 10. lib.
21	Cunicularii: vulgo *Ponnier.*		7. lib.
22	Fossoris		
23	Exploratoris, vulgo *espie.*		pro arbitratu & ad discretionem.
24	Excubitoris, vulgo *le Chief auguet.*		180. lib. & currum.

		Florenos vel Libras.
25 Emansoris.		
26 Præsidiarii, vulgo *soldart du garison.*		5. lib.
27 Asseclę, vulgo *page.*		12. lib.
28 Apparitoris, vulgo *sergeãt.*		20. lib.
29 Tabularii, vulgo *notaire.*		10. lib.
30 Fabricensis.		10. lib.
31 Fabri materiarii, non sunt in vsu.		
32 Fabri ferrarii, vulgo *marischal.*	Vnusquisq; habet pro se singulis mensibus	22. lib. & 10. lib.
33 Lignatorũ, *qui vout coupper du boys ou de arbres.* — secundum conuentionem soluuntur.		
34 Calonum & lixarum, vulgo, *cuisinieres du cãp, ou garsons, ou femmes, qui lauent le linge au camp.* secundum conuentionem soluuntur.		

153 Militũ equestrium stipendia: vt primo

Imperantium: vt	1 Dictatoris vel Imperatoris. *Capitein general de tout le camp.*	Vnusquisque horum habet in mensibus	M. lib. aut 190. lib.
	2 Magistri equitũ, vel principis militiæ equestris, *le grand marischal du camp.*		500. 18. libr.
	3 Legati equestris, vel locũ tenentis equitum.		M. aut 1120. lib.
	4 Tribuni celerum, vulgo *capitaine des cheuaulx legiers.*		100. lib.
	5 locum tenentis.		50. lib.
	6 Locum sub illo tenentis.		25. lib.
	7 Præfecti turmarum.		60. 90. & 100.
	8 Conquisitoris vel cõmissarii, delectus equitum.		20. lib.
Obedientium, famulantium: vt vide pag. sequentẽ.	9 Signiferi equestris, vulgo *le staudart.*		40. lib.
	10 Designatoris hospitiorum equitum, vulgo *fourier des gens de cheuaulx.*		20. lib.
			20. lib.
	11 Præfecti capitaliũ vel criminalium equitum.		2. vel 3. lib. par iour.
	12 Cõmentariẽsis equitum.		9. lib.

Obedi
vel fa
nium:

Milit
arior
ualiu
pugi
pend
ris ex

s vel

. fub

Obedie
vel fam
iam: v

x 150.

libr.

o.lib

ilitum
iorum
lium i
gnant
ndia, v
expen

ib. p

13

13	Notarii equitum, vulgo *de la Cauallerie.*	10. vel 15. lib.	FLORENOS vel Libras.
14	Consiliarii equitum.	4. aut 6. lib. singulis dieb. singulis verò	
15	Tribuni ærarii equitũ, vulgo, *trisorier de la cauallerie.*	mensibus 100. & 20. aut 100. 80. libr. 20. lib. & 10. stuf.	
1	Equitis celeris, pro his nunc Carabini.		15. lib.
2	Desultoris, duos equ o vel tres ducentis, vulgo *hõme a'armes a deux ou trois cheuaulx.*		45. lib.
3	Equitis leuis armaturæ, vel lãcearii, *hõme d'arme ou lãcier.*		15. lib.
4	Cataphracti equitis, vulgo, *home d'arme bardez.*		45. lib.
5	Turmarii equitis, vulgo *hõmes a'armes a cheual.*		15. lib.
6	Bombardarii cum lõgis bobardis, *Acabusiers a cheual*		13. vel 15. lib.
7	Chirobõbardarii cum paruis bombardis, vulgo, *pistoliers a cheual.*		13. vel 15. lib.
8	Cursorii vel veredarii, vulgo *auant coureurs.*	Vnusquisq; habet pro se singulis mensibus	pro ratione dispositionis vel expeditionis.
9	Exploratoris equitis, vulgo *espie a cheual.*		
10	Æneatoris, vulgo *trompeteur a cheual.*		15. lib.
1	Archithalassi admiraldi, vulgo *a imiral.*		600. lib.
2	Præfecti nauis, vel capitanei nauis.		30. lib.
3	Præfecti militum nauis, vel conestabilis.		9. libr.
4	Socii præfecti militũ classis.		8. lib.
5	Legati classis vel locum tenentis admiraldi.		20. lib.
6	Secretarii admiralli.		20. lib.
7	Sacellani admiralli.		20. lib.
8	Voluntarii præpositi.		20. lib.
9	Nobilis capitanei.		10. lib.
10	Secretarii vel scribæ centurionis vel capitanei.		8. lib.
11	Rumigestarii capitanei, vel hallebardarii.		6. lib.
12	Assecle Capitanei.		30. stupheros.

Militum classiariorum vel naualium in mari pugnantiũ stipendia, vltra oris expensas: vt

Vnusquisq; habet pro se singulis mensibus

		FLOREN. vel Lib.
13	Commentariensis, Carcerarii.	5. lib.
14	Naucleri, patroni nauis.	24. lib.
15	Naucleri minoris.	9. lib.
16	Gubernatoris.	20. lib.
17	Celeustis.	20. lib.
18	Pausarii.	—
19	Magistri laterum.	8. lib.
20	Classiarii militis.	4. lib.
21	Symphoniaci, vel tubicinis.	8. lib.
22	Tympanistæ.	6. libr.
23	Tibicinis vel fistularii.	6. lib.
24	Bombardarii maioris.	7. lib.
25	Bombardarii minoris.	6. lib.
26	Tonsoris pilicupi.	6. lib.
27	Chirurgi.	12. lib.
	Apotecarii	30. lib.
	Medici	60. lib.
28	Cellarii aut promptuarii.	8. lib.
29	Socii cellarii.	6. lib.
30	Famuli à mensa.	30. stupheros.
31	Plombarii.	12. lib.
32	Maliscanduli.	2. lib.
33	Nauiculatoris communis.	4. lib.
34	Mesonautæ.	
35	Coqui & focarii.	8. lib.
	Socii coqui.	6. lib.
36	Proretę, vulgo *gouuerneur d'vne nauire.*	4. lib.
37	Remigis.	
38	Portitoris, vulgo *Capitaine du port de mer.*	
39	Helciarii, vulgo *gaigne deniers qui tirent fardeaux hors du nauiere auecq des cordes.*	
40	Liminarchę, vulgo *Gouuerneur ou capitaine du port.*	
41	Naupegi vel fabri nauis.	9. lib.
42	Vrinatoris, vulgo, *qui vagent soux les eaues.*	
43	Piscatoris, hamiotę, conchytę vulgo *Pescheurs auec le hamisson ou pescheurs du moules.*	
44	Ministri fabri.	6. lib.
45	Velifici.	8. lib.
46	Exantlatoris.	2. lib.

Reges & principes, qui bellum consilio 156 gesserunt, vt & Nationes, Gentes ac populos ratione & consilio vtentes in bellis, legimus sibi semper milites conciliasse & obligasse sacramento militari, mercede & præmiis. Mercedem autem rursus multiplicem fuisse cognoscimus, sed ad tria tamen potissima referimus, vt stipem, vel æs militare: Donatiuum, Honorarium. Stips, vel obligatoria firmans tessera ære, vel ferro, vel corio pecorum, deinde argento & auro confecta fuit. Hæc appendebatur certo pondere militibus, vnde à *pendendo* vel *persione* dictum est stipendium, quasi *stipis appendium*; quia primum & maxime *ære* signabatur Regis vel Reipubl. tessera vel nota, ideo æs militare etiam fuit denominatum. Sed corio etiam olim signari solet, & pecunia vel peculium Castrense tum vocabatur, qua ratione hodie etiam nostri principes & reges subinde ipsam stipem persoluunt militibus in pannis diuersi generis, qui ex lanis pecorum fiunt, vel in sericis, aut holosericis, aut damascenis telis, vel in linteis aut lineis contextis, vel similibus. Erat autẽ apud Romanos militi ordinario in singulos dies denarius vnus pensionis nomine à repub. constitutus, vt Plinius testatur. Aliæ gentes & Principes etiam varii diuersas cõsuetudines habent in hac re, quod legibus nusquam determinata est certa & statuta stipendii quantitas, vt nec qualitas: nos hodie apud Belgas consuetudinem retinemus, vt militibus soluamus stipendium, atq; singulis mensibus vel pro mensiũ tempore, in florenis, nummis vel libris, vel prefectorum nummorum: sic itaq; computamus florenum, nummum vel aureum, vt & libram simpliciter dictam numero viginti Brabanticorum aut Flandrorum stupherorum communium. Pedites & equites præter ordinarium stipendium per mensem etiam in præsidiis sæpæ gratuitam alimentationem habent, sæpe partem, sæpe solo stipendio viuere & contenti esse coguntur: sed qui in nauibus militant, vt & qui obsessi sunt, gratuitam habent alimentationem, quæ sæpe æquat vel superat ipsius stipendii sortem vel valorem. Ego in stipendiorum deductione & persolutione obseruo limitationem, ac decisionem à patribus ordinum Belgii factam, anno Domini, Millesimo quingẽtesimo septuagesimo septimo. Olim cum ratio annonæ benignior constaret, minus persoluebatur, sicut fieri potest, si melior annona redierit, etiam hodie: tametsi à semel recepto augmento difficilis sit regressus. Præterea non omnibus nominibus officiariorum stipendia subiunxi, quod ea incerta sunt, & pendent ex arbitrio, dispensatione, vel fauore Imperatoris, aut legatorum eius, aut Principum belli curam gerentium. Nam vel certa stipe per mensem obligãtur, vel certam summam pecuniæ aut sortes pro omni officio, ac ministerio recipiunt, vel certa habent nomina, vulgo *pagas* vocant. Deinde etiam sæpe officiarii illi omittuntur, quod pro ratione belli non sunt necessarii. Si quando contingat illos officiarios ordinari, ac stipendiis inauctorari, quiuis poterit loco vacuo è regione nominis annotare pro tempore constitutum stipendium, sicut feci, vbi certitudo huius mihi constitit.

157 Sententiæ aliquot, tam ex catholicis quã ethnicis doctoribus excerptæ, ac memoriæ scrinio commendandæ, & omni ex parte bene ac diligenter masticandæ, atque examinandæ per armigeros, milites, & stipendiarios nostri temporis, inter quas nonnullæ ipsis mirum in modum seruient ad eas insequendas, & aliæ ad eas euitandas: si voluissem plures alias subiectæ materiæ congruentes sententias hoc loco in medium adferre, tempus vix sufficiens fuisset, ideo eæ hac vice sufficient, potissimum prolixitatis euitandæ gratia.

D. Hieronymi:

1 Vexilla militum, crucis insignia sunt.

Lucæ 3.

2 Milites estote contenti stipendiis vestris, & neminem concutiatis, neque calumniam faciatis.

D. Hieronymi.

3 Nemo miles cum vxore sua pergit ad prælium.

D. M. Rauault iuris licentiati, in suo insigni tractatu, dicto Speculum iudicum, num. 26. folio verso, colum. 2. ad finem.

4 Milites expeditionis tempore, vti debent sobrietate.

L. Scimus, in princip. ibi, arma etenim. C. de iure deliberandi.

5 Arma magis, quam iura, milites scire debent.

Cicero Offic. lib. 1.

6 Parum sunt foris arma, nisi consilium sit domi.

7 Bono consilio nullum est munus preciosius.

8 Malo consilio nulla pestis pernitiosior.

Vegetii de re militari.

9 Plus valet in armis paucitas docta, quã multitudo indocta.

D. Hieronymi.

10 Milites quibus cum benefeceris, peiores fiunt.

Plauti in Penulo.

11 Male partum, malè disperit.

Ouidii Amor. lib. 1. Elegia 10.

12 Nõ habet euẽtus sordida præda bonos.

Seneca.

13 Nulli cui rapina feliciter cessit, gaudiũ rapti durauit in posterum.

S. Ambrosii.

14 Rapinam emere non licet, nisi intentione, vt cui est ablata, restituatur.

D. Hieronymi.

15 Nemo qui rapit, moriens, si habet vnde reddat, saluabitur. Si eos quorum fuerit inuenire non poterit, ecclesiæ vel pauperib. tribuat.

16 Si quis inuenta non reddit, peccatum est simile rapinæ.

D. Rabani in illud Matthæi, Esuriui & non dedisti mihi manducare, &c.

17 Quid recipiet? qui aliena tulit. Si semper ardebit qui sua non dedit.

Verbum maximè durũ, pro nostri temporis armigeris, militibus ac stipendiariis. Intellectori verbum vnum sufficit acri.

18 D. Ignatius, sui temporis milites tam sensit crudeles, vt eos bestiis compararit. In epistola ad Smyrnenses inquiens; *Frumentum Christi sum, bestiarum dentib. molar.*

19 Disciplina militaris legi maximè congruit, sed vbi fuit ab hinc decennio? certe sepulta aut ad minus inusitata; viderint illi qui causa fuere.

De militibus exercitatis dicitur:

20 Artem non exerceat, qui illam ignorat. Et qui miles non est, nec militet.

Et propterea Capitanei inscribentes indifferenter omnes occurrentes, tam inexercitatos, quam exercitatos, nequaquam funguntur suo officio; cum protestatione sit dictum & scriptum hoc; nec ignoro illud Terentii, Veritas odium parit: tamen euangelica charitas me cogit insignes errores, & vitia detegere.

Cassiodorus lib. 1 epist. 30.

21 Discat miles ocio, quid proficere possit in bello.

Ibidem.

22 Ars bellandi si non præluditur, cũ fuerit necessaria, non habetur.

Ibidem.

23 Animos subito ad arma non erigunt nisi qui se ad ipsa idoneos, præmissa exercitatione, disponunt.

Cassiodorus lib. 5. epist. 5.

24 Iustitiam minus diligunt, qui frequenter prælia tractauerunt.

Vegetius de re militari lib. 1. cap. 2.

25 Sciẽtia rei bellicæ, dimicandi nutrit audaciam.

Ibidem

Ibidem, cap. 3.

26 Non parum prodest in dimicationibus vti consiliis.

Ibidem cap. 6.

27 Vtilius est enim fortes milites esse, quã grandes.

F. Petrarcha.

28 Plus valet ad ictum hostis esse sapiens, quam fortis.

Terent. in Eunuch.

29 Omnia prius experiri consilio, quam armis sapientem decet.

30 Nemo suum hostem floccipendat.

31 Hostem simulantem vires deficere, summopere fugiendum esse.

Vegetius de re militari. cap 26.

32 Nihil magis prodesse constat in pugna, quam vt assiduo exercitio milites in acie dispositos ordines seruent.

Idem de re militari lib. 2. cap. 22.

33 In pugna solet vsus amplius prodesse quam vires.

Ibidem.

34 Magna dispositio est hostem famę magis vrgere, quam ferro.

Idem lib. 3. cap. 5.

35 Diuitiarum non est secura possessio, nisi armorum defensione seruatur.

Idem lib. 3. cap. 10.

36 Inter hostes discordiarum procurare causas, sapientis est ducis.

Ibidem cap. 14.

37 Ordinaturus aciem tria debet ante prospicere; solem, puluerem, ventum. Nam sol ante faciem eripit visum; Ventus contrarius tua flectit ac deprimit, hostium adiuuat tela; Puluis fronte congestus oculos implet & claudit. Hæc momento eo quo acies ordinantur etiam imperiti vitare solent.

Seneca in Hercule furente Trag. 1.

38 Omnis in ferro est salus.

Ibidem.

39 Quęritur belli exitus, non causa.

Idem in Tantalo. Trag. 2.

40 Peior est bello, timor ipse belli.

Idem Trag. 6.

41 Felix quisquis bello moriens, omnia secum consumpta videt.

Ibidem.

42 Quodcunque libet facere, victori licet.

Ibidem.

43 Victor feroces impetus primus habet

Ibidem.

44 Profuit multis capi.

Aristoteles Ethicorum 10.

45 Bellamus vt pacem ducamus.

Diog. Laert. de vita & moribus Philosophorum.

46 Eas optimas victorias, quę sine sanguine fiunt dicebat Pittacus.

Cicero lib. Officiorum.

47 Bellum autem ita suscipiatur, vt nihil aliud quam pax quæsita videatur.

Cicero Rhet. veterum lib. 1.

48 Nihil est crudelius quam vrbes diruere.

Idem in Philippicis.

49 Concedo incertos exitus esse belli, Martemque communem.

Cicero in oratione pro lege Manilia de laudibus magni Pompeii.

50 Ego enim existimo in summo Imperatore quatuor has res esse oportere, scilicet sciẽtiam rei militaris, virtutem, authoritatem, & felicitatem.

Cæsar lib. 6. de bello Gallico.

51 Imperatori res aduersæ minuunt authoritatem.

Salustius in Catilinario.

52 In prælio qui maxime timent, maximum periculum est.

Ibidem.

53 Imperii & diuitiarum causa bella fiunt.

Ibidem.

54 Audacia pro muro habetur, necessitudo etiam timidos fortes facit.

Ibidem.

55 Diu magnum inter mortales certamen fuit, vi ne corporis, an virtute animi res magis militaris procederet.

Salustius in Iugurtho.

56 In prœlio quanto sibi quisque minus parcit, tanto magis tutus.

Ibidem.

57 Omne bellum sumitur facile, cæterum ęgerrime desinit; non potestate initium eius, & finis est.

Macrobius lib. 1. Saturnal.

58 Vinculo quodam patientiæ obligandi sunt impetus belli.

Idem Saturnalium lib. 2.

59 Nihil magis magno duci conuenit quã pro omnibus cogitare.

Liuius lib. 4. ab vrbe condita.

60 Bellorum necessitates non expectant humana consilia.

Idem.

61 Bella, perseuerantia, non impetu sunt gerenda.

Liuius lib. 5. Decad. 3.

62 In bello nihil tam leue est, quod non magnæ interdum rei momentum faciat.

Idem lib. 6. deca. 3.

63 Vetus atque vsitata res est, in oppugnanda hostium vrbe, labores ac pericula pati.

Idem lib. 4. deca. 4.

64 Bellum seipsum alit.

Ibidem.

65 Sæpe vana pro veris maxime in bellis valent.

Idem lib. 10. deca. 3.

66 Mars belli cõmunis. Et nusquam minus, quam in bello euentus respondet.

Cornelius Tacitus lib. 1.

67 Vbi bellum ingruit, innocentes & noxii iuxta cadunt.

Idem lib. 12.

68 Plura in summa fortuna auspiciis & consiliis, quam telis & manibus geruntur.

Polybius lib. 3.

69 Errat si quis putat aliquod magis proprium optimi ducis officium esse, qua[m] consilia, & naturam hostis intelligere.

Quintus Curtius de gestis Alexand[ri] lib. 8.

70 Rationem belli necessitas mutat.

Idem lib. 10.

71 Illud scire debetis, militarem sine du[]ce turbam, corpus esse sine spiritu.

Iulius Celsus de gestis Cæsaris lib. 6.

72 Expectare vero dum hostium copi[æ] augeantur, summa dementia est.

Idem de gestis Cæsaris lib. 6.

73 Multum tum in cæteris rebus, tum i[n] re militari potest fortuna.

Idem lib. 7.

74 Errant qui in bello omnes secũdos re[]rum euentus expectant.

Ibidem.

75 Non minus in milite modestia, qua[m] virtus atque animi magnitudo desideran[]da est.

Idem lib. 8.

76 Nocturna bella sunt vitanda.

Idem lib. 9.

77 Ocium consiliis militum maximè co[n]trarium est.

Homerus in 1. Iliados.

78 Insociabilis, scelestus, priuatus do[mo] est ille, Qui bellum amat in populo mo[r]tiferum.

Homerus 2. Iliados.

79 In manibus enim finis belli, verbor[um] autem in consilio.

Idem in 1. Iliados.

80 Communis Mars est, & interfecto[rem] interficit.

Virgilius lib. 2. Æneidos.

81 —*Pulchrumque mori succurrit in armis.*

Dolus an virtus quis in hoste requirat?

Ibidem.

82 —*Vocat lux vltima victos.*

Idem Æneidos 12.

83 *Respice res belli varias.*

Ouidius Metamorph. libro 5. fabu. 4.

84 *Turpe quidem contendere erat, sed cedere visum*
Turpius.——

Ibidem lib. 9 fabu. 1.

85 ——*Quis enim sua prœlia victus*
Commemorare velit.——

Ibidem.

86 ——*Melior mihi dextera lingua*
Dummodo pugnando superem, tum vince loquendo.

Idem lib. 13.

87 *Tutius est igitur fictis contendere verbis*
Quam pugnare manu——

Ouidius epistola Paridis ad Helenam.

88 *Certamen præmia magna mouent.*

Tibullus lib. 1. Elegia 10.

89 *Quis fuit horrendos primus qui protulit enses?*
Quam ferus, & vere ferreus ille fuit.

Lucanus lib. 2. Pharsaliæ.

90 *Summum, Brute, nephas ciuilia bella fatemur.*

Ibidem.

91 *Nulla fides pietasque viris, qui castra sequuntur.*

Lucanus lib. 4. Pharsaliæ.

92 ——*Heu m seri qui bella gerunt.*

1. Machabæorum 3.

Non enim in multitudine exercitus victoria, sed de cælo fortitudo est.

Prouerbiorum 3.

Cogitationes consiliis roborantur, gubernaculis tractanda sunt bella.

Cato posterior prioris Catonis pronepos.

Docebat rempublicam magis virtutibus quam armis esse tuendam.

D. Bartholo. Chassanæus in 9. parte numero 39. in suo catalogo gloriæ mundi.

96 Milites appetunt laudari, & prodest laus à duce prolata de eis.

Ibidem num. 25.

97 Gloria militibus est exhortanda.

98 Frustra niti, odium quærere, extremæ dementiæ est.

99 Amor populi custos regni.
Furor populi perditio regni.

100 Rex & populus corpus vnum.

101 Omnium rerum nec aptius est quicquam ad opes tuendas, ac tenendas, quam diligi, nec alienius, quam timeri.

102 Quem metuunt, oderunt; quē quisq; odit, perisse expetit.

103 Multorum odiis nullæ opes possunt obsistere.

104 Qui in libera ciuitate ita se instruunt, vt metuantur, his nihil potest esse dementius.

105 Qui se metui volent, a quibus metuentur, eosdem metuant ipsi necesse est.

106 Officium regis est, Parcere subiectis & debellare superbos.

107 Iustitia absente, fortitudo non prodest.

D. Laurentius de Rudolphis in suo tractatu de vsuris celeberrimo.

108 Illius regimen tutum est, & qui suorū subditorū corda possidet, & plus facit pro Republica amorem ciuium habere, quam solam pecuniam.

Cicero lib. Officiorum 2.

109 Vtinam Respublica staret eo quo cœperat loco, nec in homines non tam commutandarum quam euertendarum rerum cupidos incidisset

110 O tempora infortunata! O inaudita secula, quibus deplorandis, dignèq; deflendis vix mille sufficiant Heracliti!

111 Deuotus miles non sentit sua, cum benigni ducis intuetur vulnera.

112 Digna merces siue recompensa nunquam defuit ritè militanti, aut famulanti.

113 Expensæ militares, & hostium insecutiones magna egent diligentia, & hæc sine pecunia agi non possunt.

114 Vitam qui prorogat hosti, derogat ille suæ.
115 Qui cuncta agunt consilio, reguntur sapientia; & quicquid ordine & regimine caret, lætos non habet exitus.
116 Non sunt inspicienda, quæ fiunt, sed quæ fieri debent.
117 Negligentia omnia lædit.
118 Negligentes ipsos, velocibus alis, fugit scientia.
119 Discretionis medium debet obseruari.
120 Omnia facienda sunt ordine & mensurâ.
121 Militantes cum omni festinatione, reuerti debent ad suos commilitones, & sic commendatur festinatio.
122 *Concilio pollet, cui vim natura negauit.*
123 Nemo peccat in eo, quod vitare non potest.
124 Superiora regunt inferiora.
125 Minor cedit maiori.
126 Difficile est consueta relinquere.
127 Consuetudo non valet, qua quis inuitatur ad delinquendum.
128 Volenti & inuestiganti nihil est difficile.
129 Nullus debet sibi onus assumere, cui se imparem cognoscit, vel cognoscere debet, aliàs enim damnum subsequens sibi imputatur, §. Sed propter paupertatem, Instit. de excusat. tuto.
130 Qui nostra tollit, inimicus noster est.
131 Pro suo interesse quilibet admitti debet.
132 Circa diuersa & aduersa nunquam quis locum duorum tenere potest.
133 Quanto gradus altior, tanto casus grauior.
134 Stabilitas summè probanda est.
135 In dubiis deliberatione opus est.
136 Ibi magis est consulendum, vbi mai[or] periculum vertitur, l. 1. ff. ad Carbo.
137 Sola vexatio dat intellectum.
138 Iacula præuisa minus lędunt.
139 Quod iustum est, petito.
140 Pietas ad omnia valet.
141 Mundi sunt pauci.
142 Rex sine literis, nauis est sine remig[io] & volucris sine pennis.
143 A duce prolatum stabit irreuocabi[le] verbum.
144 Accepti beneficii memoria debet hab[e]ri; nos ergo memores salis, quod in pala[]tio comedimus.
145 Princeps erit liberalis ad expensas m[i]litares.
146 Conuentiones & pacta sunt ser[]uanda.
147 Culpas dimittere, cæleste est; vindi[ca]re vero, terrenum.
148 Honora præsentiam senis. Et istis [an]tiquis & expertis standum est, tam in co[n]siliis, quam necessariis ordinandis.
149 Imperatorum & Regum propriu[m] donare.
150 Tanto quid dignius est, quo à dig[nio]ri procedit.
151 Beatius est dare, quam accipere.
152 Dedecus est semper sumere, nil[] dare.
153 Plus diligit, cui plus donatur.
154 Dux indigens prudentia, multos [o]primet per calumniam.
155 Sua cuique iura seruanda sunt.
156 Pœna vnius est metus multorum.
157 Conserua tempus & declina à malo.
158 Timentibus Deum nihil deest.

Milites laudantur ex

1 Cingulo eis imposito, per ducem exercitus.
2 Corpore bene disposito.
3 Formositate, & pulchritudine.
4 Audacia, & terribilitate.
5 Latitudine pectoris.
6 Sobrietate.
7 Paupertate.
8 Castitate.
9 Obedientia.
10 Scientia rei militaris.
11 Vigilantia.
12 Patientia.
13 Fortitudine.
14 Strenuitate.
15 Deuotione.
16 Fidelitate.
17 Perseuerantia.
18 Charitate.
19 Sapientia & consilio.
20 Felicitate.
21 Vulnerum cicatricibus in prœlio susceptis.

QVorum declaratio sequitur. Primo, Miles laudatur, & honorem consequitur ex cingulo. Cum in signum dignitatis à principe cingi debet, hinc cingulum militare dicitur, quo cingitur: & gladius quo cingitur miles, debet esse aureus, id est, deauratus: prout probatur 2. Machab. vltimo. vbi etiam probatur quid debeat dici, quando cingitur miles. quoniam vt ibi habetur, dici debet, Accipe sanctum gladium, in quo deiicies aduersarios populi mei, &c. Et si hoc cingulo spoliantur, omne perdunt militiæ priuilegium, quemadmodum videmus in capitaneo, cuius vexillum amittatur; in bello nunquam portabit vexillum, donec aliud recuperauerit. Aduerte etiam, quoniam milites dicuntur habere characterem, quod debent portare in corpore: vt dicit textus in can. quod quidam, versic. & si forte 1. quæstio. 1. vel aliàs habere debet symbolum, vt cognoscātur, ne aufugiant. de quo fit mentio per Calepinum in litera S. ante 2. in verbo, symbolum. Et proprie dicitur *la liuree*, quæ datur eis: & aliquando dicitur tessera, vt idem Calepinus, in verbo *tessera*. & laudantur, si non dimittāt signum eorum: quoniam si dimittunt, est præsumptio, quod habent voluntatem fugiendi: & hoc faciunt ne cognoscantur. Et aduerte, quod cingulo militari prouida maiorum institutione gladius insertus est, & hoc vt collato honore cinguli, potestas quoque ipsius gladii aliqualiter intelligatur esse collata: & recte cingulo decoratur ad militiam, quisquis accedit, quia eum expeditum esse ad munera reipublicæ officii sui necessitas exigit. Accingi namque solet, cui gerenda imminent & cui vacatio datur, licet esse discinctum. Vnde illud in libro Regum: Non æquè gloriabitur accinctus, & discinctus: quia sollicitudo laboris imminentis gloriam diligentiam non amittit, vt ait Policratus, lib. 6. cap. 13. vbi habetur ample de cingulo: quem allegat prædicta dicendo Lucas de Penna in l. his quidem, in 4 column. C. qui militare possunt vel non, lib 12. Et tales milites hodie quandam præeminentiā ha-

bent vltra simplices milites. Et ista militia collata à principe confert dignitatem. Et præstant in huiusmodi cinguli collatione sacramentum, quod nunquam aufugiant, nec timebunt mortem, nec dimittant capitaneum, sub quo militabunt, nunquam faciant concussiones (quod vulgo *pilarias* vocant) viuendo super & expensis populi. Si sciant aliquem machinari contra principem, & regni commodum, reuelabunt, nunquam induant arma contra illum principē qui eis cingulum dedit, pluraque alia iurant, & promittunt, quę pro certo non obseruant: & de huiusmodi sacramentis militiæ meminit Vegetius lib. 2. de re militari. c. 5.

2 Secundo, milites sunt laudandi ex corpore bene disposito, proportionato, & complexionato, & ex duritia mēbrorum. Cum militia *duritia* appellatur, vnde ad pugnandum fortes sunt fabri, & cæteri, qui laboribus continuis viuunt. Hi autem qui debiles, parum valēt ad corporalem pugnam: quoniam licèt in studio sapientiæ, & scientiæ molles carne aptos mente dicamus, vt Philosophus dicit in 2. De anima: tamen in armis est oppositum, secundum Vegetiū de re militari. Non est (inquit) dubitandū, aptiorē armis esse rusticam plebē, quæ sub dio, & in labore nutritur solis ardorē patiens, vmbræ negligens, balneorū nescia, delitiarum ignara, simplici animo, paruo cōtenta, duratis ad omnium malorū tolerantiam membris, cui gestare ferrum, fossam ducere, & quodcunq; onus ferre cōsuetudo est: vt per exempla infra videri poterit. Piscatores autē, aucupes, & cæteri omnes, qui tractare videntur ad muliebria pertinens, longe arbitror pellendos à castris: sed fabros ferrarios, carpentarios, aprorumque venatores sociare conuenit militiæ; quoniam, vt ad Lucillum dicit Seneca, nullum laborem recusant manus, quæ ad arma ab aratro transferuntur. Ex quo sequi videtur, quod de essentia militiæ non est nobilitas, nec requiritur milites de genere nobilium esse, secundum Ioannem de Platea, in l. 1. C. negociatores ne militent, lib. 12. Huius meminit Gregorius Benedict. in sua repetitione, c. Raynutius, in verbo testamentum, 1 numero 25. & 26. De testamentis. Et ex prædictis constat, quomodo capitanei maxime pedestrium debent aduertere ad eligendum illos, quos corpore bene cōplexionatos & robustos viderint.

3 Tertio, laudandi sunt milites ex formositate, & pulchritudine, vt dicit Cepolla Veronēs. in suo tractatu de Imperatore militum eligendo, in verbo, pro Imperatore, in versic. Potuit etiam esse tertia ratio. Cum, vt dicit, in dubio formosior sit eligendus: dicit enim Philosophus 1. Politicorum, vbi si tantum fuerint differentes corpore solumque deorum imagines seu defectuositatis homines dicent dignos seruire aliis, quasi diceret quod deformes debēt aliis seruire. Item dicit Porphyrius, quod Priamus propter sui formositatem fuit dignus imperio, vnde de eo dicitur, *Facies Priami digna est imperio.* Vnde Virgilius. *Gratior, & pulchro veniens in corpore virtus Adiuuat.*

Et F. Barbarus in libello, quem de re vxoria scripsit, sic ait; Formosos cuncti diligunt, dignos credunt imperio, eis facilius obsequuntur, imo quandoq; dignitas capitur pro pulchritudine; cū, vt ait Tullius lib. 1. Officiorū, Pulchritudinis duo sunt genera, vnū muliebre, quā *venustatem* appellamus, alterū virile, quam *dignitatē* dicimus. Et dicit quod pręsumendum est pro formosiore, quia, vt dicit Bald. in 1. cōstitutione feud. §. Itaque, in fin. 2. column. si sint duo [illegible] simul, nec iudicari possit, quis esse debet [illegible] iudicandum est pro formosiore. Et plures laudati fuerunt propter formositatem, vt de Adone filio Myrrhæ: de quo Virgilius Ecloga 10.

Et formosus oues ad flumina pauit Adonis.

Et O

Et Ouidius lib. 10.

Laudaret faciem liuor, quoque qualia namque
Corpora nudorũ pabula pinguntur amorũ.
Talis erat.—

Et Propertius lib. 2.

Testis qui niueum quondã percussit Adonim
Venantem Idalio vertice durus aper:
Illis formosum iacuisse paludibus illuc
Diceris effusa tum Venus isse coma.

Et de Auentino, de quo Virgilius;

Victoresq́, ostẽtat equos satus Hercule pulchro
Pulcher Auentinus.—

Subtilissimus ille, & acutissimus Papinianus iurecõsultus laudatus fuit de pulchritudine. vt text. in prooem. ff. in §. & hos tres libros, &c. ibi: vobis autẽ ipse pulcerrimus Papinianus, & ibi Albericus.

4 Quatto, miles laudatur si fuerit audax, & terribilis; vt dicit Vegetius. nam vt plurimum, si leonis aut vrsi (vt fuit Alexander Magnus in bello valentissimus; vt dicit G. Benedict. in sua repetitione c Raynutius, in verbo quæ ex eo filium suscipiens de testamentis) effigiem habeat, ferox vt plurimũ, & audax erit in bello, quia *Audaces* (vt lib. 10. Æneid. Virg habet) *Fortuna iuuat, timidosque repellit.* quoniam vt dicitur in libro Principiorũ Anima coniuncta corpori imitatur passiones corporis; sicut per experientiã videmus, quod masculi habẽtes effigiẽ mulieris sunt cõmuniter quasi femina mollis, ocii, & delitiarũ amatores quæ multum cõtrariãtur militiæ quæ omnia mala sustinere habet ꝑ aliis, & republica vsq; ad mortẽ inclusiue & ita iurãt milites. Inst. de test. milit. super rub & in l. fin. ff. ex quibus caus. maior. in integrũ restituãtur. Timere enim nõ debet miles hostes quãtũcũq; superbos, nec eos fugere, vel ab eis accedi permittere, sed in faciẽ eorũ occurrere, & qui contrariũ apud Romanos faciebant ignominiose puniebãtur: vt de Lucio Minutio cõsule l. 2. tit. de disciplina militari, refert Valerius. Decet ergo militẽ esse audacem, & strenuũ, promptum ad omnes labores absq; timore mortis iuxta illud Senecæ ad Lucillũ: *Generosos animos labor nutrit.* nec est viri timere sudorem. quinimo dicit Philosophus 3. Ethic. Molliciem esse fugere laboriosa. Ideo milites exercitio frequenti debent habilitari. tex. in l. milites, C de re militar. lib. 12. vt laborib. subesse non timeant l. 1. ff. de militar. testam. Cum ars tritos, vsus promtos, imitatio artifices aptos, tria concurrentia summos. Nec habent contrariũ plusquam ociũ, de quo Valerius vbi supra: Hæc G. Benedicti in d. repetitione, cap. Raynutius. in verbo Testamentum, 1. numero 27. De testamentis.

5 Quinto, milites etiam laudantur ex latitudine pectoris, & ex longitudine brachiorum, & ex pluribus aliis, quæ dicit Vegetius de re militari, lib. 1. cap. 6. vbi dicit: Sit ergo adolescens Martio operi deputandus vigilantibus oculis, erecta ceruice, lato pectore, humeris musculosis, valentibus digitis, longioribus brachiis, ventre modicus, exilior cruribus, suris & pedibus non superflua carne distentis; sed neruorum duritia collectis. Cum hæc in tyrone deprehenderis proceritatem non magnopere desideres; vtilius est milites fortes esse quam grandes, iuxta illud Catonis:

Corporis exigui vires contemnere noli.

Et illud Papinii:

Maior in exiguo regnabat corpore virtus.

Scribit Homerus Tideum paruo fuisse corpore decoratum, in quo tamẽ anima esset maxima, & vires amplissimæ. vnde in Priapeis à poeta decenter scriptum est;

Vtilior Tideus, qui, si quid credis Homero:
Ingenio pugnax, corpore paruus erat.

Et Xantippus Lacedæmonius, qui breui statura erat, ita laudatur à Silio:

—Exiguis vigor admirabile membris
Viuidus & magnos nisu, qui vinceret artus.

Idem Vegetius lib. 1. scribit corporaturã boni tyronis implere sex pedũ lõgitudinẽ.

Præterea in amplitudine & latitudine plusquam in longitudine sapientia consistit, secundũ Petrum de bella Pertica, quod summè displicuit Cyno, qui vltra modum longus erat: vt dicit Bart. in l 1. ff. de iurisdict. omnium iudic. nec sunt communiter audaces, nec valentes, velut cor multum distans à cerebro habentes.

6 Sexto. Milites laudãtur & in sobrietate: quoniam miles sobrius esse debet in cibo & potu, de quibus non multum curet, nec de lecto. Non enim assuesci debet sensualibus delitiis: quoniam vt ait facetus poeta,

Nil valet in bello, qui delitiose viuit:
Nec sine duritia bellica palma datur.

Eo etiã, quia miles dicitur à *malo*, quod sustinere debet pro republica, l. 1. § miles autem ff. de testam. militis, vbi miles dicitur à *militia*, id est, duritia quam sustinet. Ideo cum in expeditione degunt, tradi eis debet panis bucellatus ad comedendum per biduum, id est, panis bis coctus, qui siccitate sui grossos, & ponderosos humores attrahit, & bibit, quos cum superfluo digestionis expellit per secessum: quibus eiectis sunt milites agiliores ad pugnandum, & præseruati à multis infirmitatibus, quas dicti mali humores ad putrefactionem facile gignunt. Et tertia die panis integer, non bis coctus eis ministratur. Et vna die datur eis vinũ; altera die acetum ad bibendum. Et vna die lardum: alia die habent carnem veruecinam: vt de hoc est textus in l. 1. C. de erogatione militaris annonæ, lib. 12. vbi hæc officia ample declarat Lucas de Penna, quare ista fiant, etiam G. Bened. in sua repetitione c. Raynutius, in verbo, testamentum, 1 numero 30. extra de testam.

7 Septimo, Miles laudatur ex paupertate. Nam olim milites solis stipendiis contentabantur: de quibus viuere debent, & non super agros: vt habetur Lucæ 3. Nec debent subditos regis ad eis præbendum victualia cogere, nec illorum prædia inquietare, nec victualia, aut cætera bona tangere. Quibus contrarium facientibus, licitum est cuilibet de plebe eos, aut eorum ministros expellere & propria authoritate resistere, amicis & vicinis in auxilium conuocatis ad expellendum inuasores. Capitaneo, qui eos delegauit, temporali exilio puniendo: quia militibus transeuntib. solũ permittitur hospitari in domibus, & nihil pro victu, aut eorũ pabulo à prouincialibus, etiam spõte offerentibus, recipere, non soluto valore, l. cænaticorum, C. de erogat. milit. annonæ, & l. Deuotum, C. de metatis & epidimeticis, lib. 12. vbi Ioannes de Platea dicit æqualitatem debere esse in eo, qui gratis hospitatur, vt nihil petat ab hospite vltra hospitalitatem: facit text. in l. Vnica, & quę ibi dicit Ioannes de Platea, C. de salgamo hospitibus nõ præstando, eodem libr. 12. Nec possunt milites tempore pacis faciendo monstras personarum suarum, equorum, armorum, & cæterorum militibus stipendiariis necessariorum viuere de bonis rusticorum, & aliorum subditorum, nec conuocari in magna multitudine, l. fin. §. erit autem, C. de re milit. lib. 12. ne grauent subditos. O Deus, cum videamus hodie modum eorum viuendi esse omnino in contrarium: ita quod excruciant pauperes ruricolas quotidie, & tempore pacis, & alio modo viuendo super populo, quid fiet de anima eorum: vnde non debet dici, quô ibit anima mercatoris (vt dicit Baldus in c. Cum caussam, extra de testib. & in Auth. ad hoc, collat. 8. C. de vsuris) sed quô ibit anima armigeri, seu militis, qui non contentatur de victu: sed etiam in domibus suorũ hospitum rapiunt, quicquid possunt, more prædatorum, & vt plurimum eos verberant & cogunt soluere, & dare tantam summam, vt à domibus eorum exeant: vnde deberent in simplicitate viuere, qui magis cupiũt arma, quã leges l. fin. in principio, C. de iure deliber. vnde refert Valerius lib. 3. de Fiducia sui, Scipionem Aphricanum in contentione publica dixisse, quod cum totam Aphricã Romanæ ditioni subiecit

iecit

iecisset; non tamen aliud ex ea, quod suum diceretur, præter cognomen tulisse. Et Publius Scipio de se & Lucio Scipione eius fratre loquens: *Non* (inquit) *me Punica, nec fratrem meum Asiatica gaza auarum reddiderunt; sed vterq; nostrum inuidia magis, quam pecunia locupletior est.* Quam Scipionis accusati constantē defensionē Romanus vniuersus senatus comprobauit. vt ibi refert Valerius. Et idem lib. 4. de Valerio Publicola post Tarquinium eiectum primo consule dicit, quod post tres consulatus acceptissime peractos tantæ paupertatis fuit, quod patrimonium eius ad expēsam exequiarum suarum defecit. Ex quo patet, quid viuus possedit, cui mortuo lectus funebris & rogus defuit. Fabricius, quoque pluries consul, & Imperator Romanus (vt idem refert) filias proprias paupertate datare nequiuit: Marcus etiam Curius contra Samnites bellum gerens, legatis eorū se in scamno assidentem, & in catino ligneo cænantem spectamentum præbuit. Cumq; magnum auri pondus ei post attulissent, risit, dicens: *Referte & dicite Samnitibus, Marcum Curium magis locupletib. imperare, quā ipsum locupletē fieri, & mementote eum nec acie vinci, nec pecunia posse corrūpi.* Atilius vero ab aratro ad imperium Romanum vocatus, postquā rempublicā stabiliuit, & ingentes hostium vires cōfregit, multosq; triumphos consecutus, deposito imperiali sceptro ad aratrū redire non erubuit. Textus tamen in d.l.fi in principio C. de re militari, vocat eos ditissimos, & contra illos imperatores, seu duces belli, de quib. dixi ante, qui fuerunt pauperes. multū facit ad ea, quæ dicit Cepolla in suo tractatu de imperatore militū eligendo, in verbo, diuitiis. vbi imperator seu dux exercitus & miles plurimū cōmendatur in diuitiis: quod probat 12. rationib. & ibi scribit 31. priuilegia diuitiarum, quæ sunt multū laudanda: quæ ibi videre poteris. & latis declarantur per Albetic. in l. Si quis ad declinandā, C. de episco, & cleric. Phocion Atheniensis, vir nō minus virtute, quā rei militaris gloria clarus cognomento Bonus, pauper: fuit enim semper pauper, cū ditissimus esse potuisset ob frequentes ei delatos honores: Huic cū legati Philippi Macedonum regis ingentia munera offerrent hortarenturq; vt ea acciperet: quāuis enim facile iis careret, liberis tamen eius essent necessaria; quib. difficile foret in summa paupertate ad paternā gloriam peruenire: *Si mei* (inquit) *similes erunt, idem hic agellus alet illos, qui me ad hanc dignitatem perduxit: Si dissimiles, nolo meis impensis illorum ali, augerique luxuriam.*

8 Octauo: Laudantur milites in castitate: quoniā casti esse debent: inde stationes militum dicuntur castra, a *astringendo*, quasi *castrata*, vel *casta*; quod ibi castrari debet libido, & caste ibi viuebant milites antiqui, cōsiderātes castitatē secum habere fortitudinem annexā, quam seruarūt semper, vt pupillā oculi. Iuxta illud poeticū in Georgicis:

Sed non vlla magis vires industria firmat,
Quam Venerem, & cæci stimulos auertere amoris.

Luxuria .n. vires eneruat. Vnde Quintilianus in milite Mariano: Ideo meretrices ab exercitu submouentur. Intrare castra fœminis non licet. Deut. 23. Quando egressus fueris contra hostes tuos in pugnā, custodies te ab omni re mala: si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus sit somno, egredietur extra castra, & nō reuertetur priusquam ad vesperā lauetur aqua. & infra; Dominus Deus tuus ambulat in medio castrorū, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos, vt sint castra tua sancta, & nihil in eis fœditatis appareat, nec derelinquat te; Propterea imperator amatorē castitatis se dicit in Auth quib. mod. natura. efficiuntur legiti. collat. 6. vnde non sine causa eā tantū dilexerunt armigeri veteres, & gētiles. Nam de Cornelio Scipione refert Valerius lib. 2, titu. de milit. discipl. quod contra Numantinos imperator missus eo momento, quo

castra intrauit, duo mille scorta de ipsis expulit, qua peste vacuefactus exercitus (qui paulo ante metu mortis deformi se fœderis ictu maculauerat) erecta ac recreata virtute aciem illam fortem & animosam Numantiam superauit, & incēdiis exustam, ruinisq; prostratam Numantiā solo æquauit. Scipio quoq; Africanus summis etiā effertur laudibus, qui Carthaginem obsidens, oblatam sibi ex hostibus virginem eximiæ formæ, & nobilitatis intactam & dotatā restituit. Hęc G. Bened. in sua repetitione, c. Raynutius, in verbo testamentum primo: n. 37. ext. de testam. Idcirco non est mirādum hodie apud nos, si gentes armorum in bellis, & exercitu non se bene habeant, cum in eis nulla sit castitas, imo si fiat exercitus 20000. hominū, tertia pars illius erit scortorū, & meretricū, quæ exercitum sequuntur, & ducuntur per armigeros. Maxime per pedites, quorum quisq; frequentius suam sibi cōsociat: quod contingit culpa capitaneorum, & ducū exercituū, qui talia pati nondeberent, ideo facilius & frequentius Thaidis castra, quam Hannibalis videmus euerti, vt ait Lucas de Penna, in l. Vnica, C. de castrensi omniū Palatinorum pecul. col. 5 in princ. lib. 12.

9 Nono: Milites multū & summè laudātur ex obediētia, quoniam vt ait tex. in c. Summa, 24. q. 1. summa militiæ laus est obediētia, & quicquid sibi vtiliter imperatum est, obtēperare. ita dicit Barth. Cepolla, in tract. de imperatore eligendo, in verbo diuitiis, vers. 10 diuites, &c. Imo præcepto ducis omnino parendum, c. Quid culpatur, in fi. cū c. seq. ibi, igitur quod Cæsar præcipit, ferendū est, quod imperator, tolerandum est, eadem causa & quæst. Ex tali enim obedientia victoria sequitur; & satis imperii gloria parta est, dicit Luc. de Penn. in l. tam collatores, coll. 3. C. de re milit. lib. 12. & iussionib. gubernatoris exercitus, quæ ad bellū, vel pugnā spectant omnino parēdum est: & si quis contemnat eas, etiam si rem prospere gesserit, capite puniēdus est, l. 3. §, in bello, ff. de re milit. historiæ sunt nobis in promtu ad ha[...] per Valer. in lib. de disciplina militari descriptæ; vt de Mālio Torquato, qui filium proprium, licèt victorē, occidi fecit ob violatam disciplinā militarē. Et de Papirio dictatore, qui Fab. Rutiliū magistrum equitū, qui aduersus edictum eius quā prospere pugnauerat, virgis iussit cędi, securi percussurus; nec contemni, aut precib. militū concessit animaduersionem eūq; profugientē Romā [...] secutus est, nec ibi quidē remissio prius supplicii metu, quam ad genua eius & Fabius cum patre prouolueretur, & pariter senatus & populus rogarent. Hęc tamē seueritas [...] intantū est exercenda, vt animū militum à imperatore exercitus auertat: quia tempore belli rigor non debet omnino seruari c. fi. de transact. & c. Sciendum, 29. dist. secundum Io. Fabri, in proœm. Instit. super verbo, gubernari, vbi etiam dicit, quod tempore belli iura non seruantur de facto, licet sanctius [...] set quod iustitia illo tempore fieret, qua[...] alio: quia, vt dicit Cic. primo Officiorum *Nullu est tempus, quod iustitiâ vacare debe[...]*

10 Decimo, Milites etiam multum laudantur ex scientia militari, quā habere deben[t] vt habetur in l. vnica, C. de castrensi omni[um] palatinorum peculio, lib. 12. ibi: qui præ[...] sunt super actibus, quos intētos & erudi[...] studiis itinerum prolixitas & expositionum difficultas exercet, & ꝓbatur in l. 1. ff de decretis ab ordine faciendis, ibi & peritia a[...] & Io. de Platea, in l 1. C de condit. in hom[...] public. lib 10. Et hoc est, quoniam turpe [...] ignorare sciētiam & artem, in qua quis v[er]satur, l. 2. §. Seruius aūt Sulpitius, ff. de o[ri]gi. iuris. Vnde dicit Vegetius lib. 1. c. 1. de milit. Scientia rei bellicæ dimicandi nu[...] audaciam: nemo facere metuit, quod se [be]ne didicisse confidit. Etenim in certam[ine] bellorum exercitata paucitas ad victoriam promtior est. Rudis & indocta multitu[do] exposita semper ad cædē. Idēq; 24. c. sec[un]di libri scribit. Cuius manib. est seruāda [res] publica, studiosius oportet scientiam di[...]

ca[...]

andi, vsumque reipublicæ iugis exercitiis custodire. Et dicit idem Vegetius c. 13. secũ- di libri, in pugna vsum prodesse amplius, quã vires. Nam si doctrina armorũ cessetᵣ ni- hil pagan⁹ distat à milite, quę quidẽ scientia necessario requiritur in duce exercitus, & in capitaneis ad guerram aut aliis habentibus administrationem seu authoritatẽ in exer- citu, vt ample demonstrat Cepolla, in tract. de imperatore eligendo, in verbo scientiam, vbi ait, quod hæc sciẽtia militaris per armo- rum exercitationem acquiritur, vt est casus in l. In nomine Domini, vers. Hęc aũt. ibi, Iu- bemus vt semper milites ad exercitationem armorum teneant, C de officio pręfecti prę- torio Africæ, & ibi Alberic. qui dicit per illũ text. quod milites armorũ vsu quotidiano ad bella se præparare debent, allegat l. Mili- tes, C. locat. & est casus in l Milites 2. ibi, vt armorum quotidiano exercitio ad bella se preparent, C. de re milit. li. 12. vnde exercitus nomẽ ab opere exercitii, & exercitatione tra xit, text est in l. 1. in fi. ff. de milit. testam. Ve- get. lib. 2. de re milit. c. 1 ideo dicit, quod o- mne artificium seu scientia exercitio crescit, & per illud suscipit incrementum. text. in l. Legatis seruis, § ornatricib & ibi gl. in ver- bo, incrementũ, ff. de legat. 3. not. gl. in ver- bo, possit, in c. Peruenit, 84. dist. & dicit Po- licrat. in suo vi. lib. Quod tria fecerunt Ro- manos esse triumphantes & victores: scien- tia rei militaris, exercitatio. & fides Pro quo facit text. in §. cumq;, in procem. Instit. ibi, quorum omnium solertiam, & legũ scien- tiã, & circa nostras iussiones fidem, & text. in l. constitut. C. in princ. dicit arma & leges Roman. omnib anteponi gentib. & natio- nibus scientia & dignitate etiam dominari præteritis effecit temporib. quoquidem sci- entia rei militaris optime cognoscitur ex ex- perientia, vt per plura ostendit Cepolla, in loco supra citato. Ex quo infero milites ex- pertos plurimũ esse laudandos; quoniã ex- perientia est rerũ magistra. c. quam sit, de e- lect. in 6. in princ. cũ aliis per eundẽ Cepol- lam allegat. & dicit Philosoph⁹, Natura po- tentem, ars facilẽ, vsus promtũ reddit artifi- cem. & in 2. constitut. C. sed cum sit iuris periti, commendantur experiẽtia rerum, & in l. Certi, C. de iud. vbi causarũ experti iu- dices dari possunt. Et dicit, Bernar. ad fratres de monte Dei: Rusticus habet duros neruos, fortes lacertos, exercitatio hoc facit: in ocio simul eum corpore mollescit voluntas: facit vsus vsũ exercitiũ vires in omni labore mi- nistrat. Et de huiusmodi exercitatione, quo- modo à ducibus, & tribunis militũ docenda est, facit text. in l. Officium, in princip. ff. de re milit. & in l vnica, §. 1. C. de offic. prætor. Africæ, & quæ ample ponit Luc. de Penna, in l. milites. 2. col. 2. C. de re militari. lib. 12.

11 Vndecimo: Milites ex vigilantia laudan- tur; quoniam miles debet esse vigilans ad custodiam eorum, quibus præpositus exi- stit, ne dormiens inuadatur ab hostibus. Et inde dicitur præfectus vigilum, quod tota nocte vigilare debet: armatusque discurre- re, & inquilinos admonere, ne culpa eorum aut negligentia incendium oriatur, text. in l pen §. pen ff. de officio præfecti vigilum. Vigilare etenim debent milites præcepto diuino excitati per Christum in euangelio, vt habetur Matthæi 24. Marc 13. & Lucæ 12. *Vigilate*, inquit. *& parati estote: quia ne- scitis qua hora fur veniet.* Nam hostes di- cuntur fures, quos per dolum & insidias li- cet vincere, si eis aliter fides promissa non fuerit. Sicut fecit Macrobius Carthaginen- sium dux contra Assyrios missus. quos vin- cere dubitans, vino & mandragoris dolose inebriatos dormientes interemit. Nam, vt ait Hieronym. libr. vigiliarum: Vigilando timor omnis excluditur. fiducia nascitur: quæ multum prosunt in exercitu militari. Et de vtilitate vigiliarum, scribit Lucas de Penna, in l. vnica, C. de studiis liberalibus vrbis Romæ, col. 11 lib. 11. imo ita in eis lau- datur, & est necessaria vigilantia, quod si ex- cubias sibi ordinatas dimiserint, capite pu- niuntur, textus in l. Qui excubias, & ibi gloss. ff de re militari, facit l, 3. § Si præsi- diis, cod. titul,

12 Duodecimo. Etiã milites laudãdi sunt ex patiẽtia in aduersitatibus, & belli sudoribus: quoniam patientes esse debent in aduersitatibus & belli laboribus sustinendis: fame, siti, frigore, ac cæteris calamitatibus, quæ innumerabiles existunt, l. vnica, §. 1. C de cadu. tollen. & ad istud comprobandum G. Benedicti in sua repetitione, c. Raynutius, in verbo, testamentum, primo: nu. 39 versi. 8. miles, de testamentis, adducit plura dicta & historias antiquorum. Primo enim in testem adducit Senecam lib. 3 de ira, scribentem historiam de Timagine historiarũ scriptore, qui cum quædam contra Augustum Cæsarem scripsisset, monuit eum Cęsar vt sermone moderatiori vteretur, quod facere renuit. nec tamen Cæsar se vindicauit, sed solum ei domum suam interdicit. Adducit pariter Policrat. libr. 3. c. 14. (qui plura exempla ibi de patientia scribit) de ipso Octauiano Cæsare Augusto, quod miræ patientiæ fuit, & quædam alia de patientia aliquorum, quæ cum non multum faciant ad propositum, aliter non insisto. De huiusmodi patientia melius faciunt dicta Æneæ in 1. & 2. Æneidos, cum dicat:

Durate, & vosmet rebus seruate secundis.

Et sequitur:

Lætitiam vultu simulat: premit altum corde dolorem.

Et lib. 4. de eo dicitur:

Mens immota manet, lachrymæ voluuntur inanes.

Et in primo:

O passi grauiora, dabit Deus his quoque finem.

Sed vt dicit Lucas de Penna in l. Milites, 2. C. de re militari, lib. 12. allegando Tullium in 2 de Tusculanis quæstion. nostri exercitus primum vnde nomen habeant, nisi ab exercitatione, vt facit text. in l. 1. in fine, ff. de militar. testam. Deinde quis labor, quãtum agminis ferre plusquã dimidiati mensis cibaria ferre, si quid ad vsum velint ferre vallum. Nam scutum, gladium, galeam, in onere nostri milites non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus. Arma enim membra militis esse dicunt: quæ quidem ita geruntur aptè, vt si vsus foret abiectis oneribus, expeditis armis, vt membris pugnare possent. Quid exercitatio legionum? quid ille cursus, concursus, clamor, quanti laboris est? Ex hoc ille animo in præliis paratus ad vulnera: ad hunc comparatus animo inexercitatus miles, mulier videbitur. Cur tantũ interest inter nouum & veterem exercitum? quantum experti sumus, ætas Tyronum plerunque melior est, sed ferre laborem contemnere vulnus, consuetudo docet. Quinetiam videmus ex acie efferri sæpe saucios, & quidem rudem illum & inexercitatum, quãuis læui ictu ploratus turpissimos edere, at vero ille exercitatus & vetus, ob eamque rem fortior, medicum modo requirens, a quo obligetur.

13 Decimotertio: Milites laudãtur in fortitudine: & in pluribus locis Imperator vocat milites *fortissimos*, eis dando prædictum titulum, cum ex illo decorentur & honorentur, vt de hoc est textus, in l. Tam collatores. in principio, & duobus aliis locis, C. de re militar. & in l. Fortissimi ac deuotissimi milites, C. de erogat. militaris annonæ lib. 12. Et in milite fortitudo est virtus, qua cæteræ solidantur, & sine qua in bono non perseueratur, & qua omnia roborantur, & moderantur. de qua ait Philosophus 3. Ethicorum: Fortitudo tenet medium inter timores & audacias. & Cicero Rhetoricorum 1. Fortitudo est conceptio, considerata paruulorum laborumque perpessio, & in Tusculanis quæstionib. libr. 4. Fortitudo, inquit, est affectio animi lege summæ perpetiendis rebus obtemperans: vel, est conseruatio stabilis iudicii in eis rebus, quæ formidolose videntur subeundis, vel repellendis; vel, est scientia rerum formidolosarum, contrariarumque, aut omnino negligendarum, conseruans earum stabile iudicium, Ex quibus infertur, fortitudinem

cu-

...um habere in arduis, & in grandibus probatur, cum sit illa de qua dicitur, *Tendit ad ardua virtus.* Hanc siquidem virtutem si miles habuerit, minas non timebit, imo nec mortem pauebit: cum viro forti nequaquam turpis mors accidere possit. Fortitudo certe sui natura & effectu fortunam superat, vnde Valerius: Fortiter, inquit, se in aduersis gerere, quid aliud est, quam fortunam sæuientem in adiutorium sui pudore victam vertere, vt dicit G. Benedicti in loco allegato in præcedentibus, qui, vt ait, non sunt optanda pericula, vt fortem quis se ostendat, sed sufficit, pericula si contingant valide tolerare. Non sum (vt ait Seneca ad Lucillum) tam demens, vt ægrotare cupiam: tamen si ægrotandum fuerit, sufficit vt nihil effeminate faciam. Non enim pati tormenta optabile est, sed pati fortiter: nec debet vlla rei nouitas fortia vertere pectora. Cum non possit athleta magnos spiritus habere, donec suum viderit sanguinem: iuxta illud;

Sanguis fusus humi vires accensa roborat ira. Tunc enim profectus animum nō pronuit: sed cum magna spe ad pugnam descēdit, eaque virtute mala fortuna vincitur, & bona ornatur. Oportet ergo milites esse fortissimos, nulla vi nulloque terrore à proposito recedentes, & considerare, vt ait Valerius, titu de cōstantia, in principio, quod natura sic comparatum est: vt quisquis se aliquo ordine, ac recta mente complexum confidit, vel iam gestū si obtrectetur acriter tueatur; vel nondum editum si intercelletur sine vlla cunctatione ad effectum perducat. Vnde refert Salustius bellum Catilinarium narrans prope finem Catilinam Romanum potentia nimium obsessum die sui interitus milites suos sic obsecrasse: Nemo, inquit, nisi victor pro pace bellum mutaret. Nam in fuga, salutem sperare, cum arma quibus corpus tegitur ab hostе auerteris; ea vero dementia est semper in prœlio, his est maximum periculum qui maxime timent, audacia pro muro habetur. Cum vos consydero milites, & cum facta vestra æstimo, Magna me spes victoriæ tenet, animus, ætas, virtus vestra me hortatur; præterea necessitudo, quæ etiam timidos fortes facit. Hæc ille: Nam eiusdem nationis homines fortiores sunt ad se mutuo auxiliãdum. historiographi profecto laudant, & ad cælos vsque tollunt eos, qui fortes & constantes fuerūt in prœlio. Multa & terribilia Piso Romanus contempsit dum speciosum mentis suæ flecti noluit rigorem. Laudatur pariter ille Iudas Machabæus primo Machabæorum 3. ibi: Et surrexit Iudas qui vocabatur Machabæus: & induit loricam sicut gigas & succinxit se arma sua bellica in prœliis, & protegebat castra gladio suo; similis factus est leoni in operibus suis, & sicut catulus leonis rugiens in venatione, & de prœliis inde narrabant omnes gentes.

De Catone Maiore refert etiam Valerius Maximus libro tertio, titulo, de fortitudine: Felicior, inquit, progenie sua superior Cato, a quo Portiæ familiæ principia manarunt: qui cum ab hoste in acie vehementi periculo peteretur, vagina gladius eius elapsus decidit, quem subiectum prœliantium globo, atque vndique hostilibus pedibus circumdatum, postquam abesse sibi animaduertit, adeo constanti animo in suam potestatem redegit, vt illum non periculo oppressus rapere, sed metu vacuus sumere videretur. Quo spectaculo attoniti hostes, postera die ad eum supplicem pacem petentes venerunt.

Cneus Pompilius à Senatu Romano ad Syriæ regem missus sua fortitudine, & audacia ac si totus senatus adfuisset regē terruit, de quo idem Valerius, lib. 6 titulo de grauiter dictis aut factis.

Iulius quoque Cæsar, vt idem Valerius Maximus titulo de fortitudine refert: Cum

Pp

in gladiis innumerabili multitudine & feroci impetu Neruiorum inclinari aciem suam videret, timidius pugnāti militi scutum detraxit: eoque tectus acerrime prœliari cœpit. Quo facto, fortitudinem, & constantiam per totum exercitum diffudit, labentemque belli fortunam diuino animi ardore restituit. Hæc sunt exempla & historiæ, quæ Guilielmus Benedicti in dicto loco pro huiusmodi fortitudine in militibus requisita adduxit. Si tamen velis videre ad saturitatem exempla bellicosorum virorum cum illustribus victoriis, & fortissimorum fortitudine corporea, vide Ioannem Rauisium Textorem in sua Officina, vbi amplissime. Adde etiam de Parmenione duce fortissimo bellicoso & strenuo per Franciscum Patritium libr. nono, de Institutione reipublicæ, titulo secundo. Dicit etiam Lucas de Penna in dicta lege fortissimi, Cod. de erogatione militar. annonæ, libr. duodecimo, quod ad militiam (quæ etiam à malo dicitur) non debent assumi debiles) sed fortissimi, bello idonei, præparati ad pericula, & præstantis animi: & ibi ample. vbi etiam accumulat quindecim, quæ fortitudinem & corporis & animi iuuant. vbi sunt plura pulchra dicta pro militibus; sed cum hęc materia iam sit satis onerata extra suam materiam, hîc non repeto.

14 Decimoquarto: Milites appetunt laudari, & prodest laus à duce eorum exercitus, cum de strenuitate laudantur. Titus Liuius 11. ab vrbe condita, addebantur & laudes, quibus haud minus quam præmio gaudent militum animi. Vnde ex laudibus etiam malitia interdum augetur, leg. 1. §. Sed vtrum, ff. de seruo corrupto, & c. Sunt nonnulli, 68. distinctione. vir quippe ad gloriam eruditus nullam partem animi tam mollem habebit, quam non meditatione, & ratione corroboret. vt ait Cicero 2. de Tusculanis quæstionibus; ita dicit Lucas de Penna in l. fortissimi, columna vltima: ibi, quartum decimum. C. de erogatione militaris annonæ, libro duodecimo. Hinc est quod vt videmus milites, attribuunt gloriæ & honori mori in bello, cum de talibus ibi mortuis dicant eos esse mortuos in lecto honoris, pro quo text. in §. 1. in fine, ibi. Hi enim qui pro republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur. Institut. de excusatione tutorum, facit textus in l. Qua actione, § Si quis in colluctatione, Digestis, ad legem Aquiliam, nihil timent propter laudem consequendam.

15 Decimoquinto: Milites laudantur ex deuotione; quoniam imperator eos etiam vocat *deuotissimos*, lege, Tam collatores, Cod. de re militari, & leg. fortissimi, ad deuotissimi milites, C. de erogatione militaris annonæ, libro duodecimo. Et hi est, quoniam deuota oratio multum valet ad fortitudinem: de cælo enim est fortitudo 1. Machabæorum, cap. 3. & capite vndecimo: Scidit Ionathas vestimenta sua, & posuit terram in capite suo & orauit, & conuersus est ad eos in prœlium, & conuertit illos in fugam, & pugnauerunt, & Exodi vigesimo septimo: Cum leuaret manus Moyses & oraret, vincebat Israel. ita tradit Lucas de Penna in d. l. fortissimi, ibi. O[illegible] uum deuota oratio, &c.

16 Decimosexto: Milites laudantur [illegible] fide, seu fidelitate: quæ licèt in quocum[illegible] que necessaria sit, maxime tamen militibus congruit, vt sint fideles, in hoc m[illegible] tia fundata est, vt nulla fraude vitupe[illegible] tur, quia, vt Cicero ait libro primo de [illegible] ficiis, fundamentum primum iustitiæ fides, & Seneca ad Lucillum, Fides (in[illegible] quit) est sanctissimum humani pectoris bonum, nulla necessitate ad fallendum [illegible] gitur; nulla præmio corrumpitur, im[illegible]

& h[illegible]

& hosti congruit tenere fidem. Nam qui fidem perdidit, nihil habet quod possit amplius perdere. Vnde nobiles dici non possunt, qui fraudibus & infidelitatibus sua prœlia exercent, & quod promittunt, minime obseruant. Occultum profecto & insidiosum malum est perfidia: cuius efficacissimæ vires sunt mentiri & fallere, quæ tantum incommodi affert humano generi, quantum salutis bona fides præstat. Omnes enim fideles esse honestum est; illos præcipue quorum status militaris, quorumque vocatio est rempublicam defensare. militia autem dedecus patitur, nisi fideliter exerceatur, & in milite nil pulchrius quam fides, teste Vegetio de re militari, capite secundo, vbi dicit quod totius reipublicæ salus in hoc consistit, vt tyrones id est, milites non solum corpore, sed animo præstantissimi deligantur: atque iuramenta suis principibus facta obseruēt. Cui assentit Policraticus libro sexto, capite quinto, dicens, duo esse præcipua in milite, scilicet electio seu delectus, & sacramentum: vt scilicet, fides promissum teneat. Et de hac fide seruata ponit Guilielmus Benedicti in sua repetitione, capite Raynutius, in verbo, testamentum, primo, numero quadragesimo secundo: ibi, decimo requiritur, de testament. & Ioannes Rauisius Textor in sua Officina, capite fidelissimi, scribit de Attilio Regulo, qui maluit ad supplicium redire, quam datam Carthaginensibus fidem violare: pro quo facit lex, nihil interest, Digestis, de captiuis, l. Conuentionum, Digestis, de pactis, & in canone Noli, ibi, fides enim quando promittitur, etiam hosti seruanda est, contra quem bellum geritur; quanto magis amico pro quo pugnatur, vigesima tertia, quæstione prima, & canon. Innocens, vigesima secunda, quæstione quarta. Et armigeri qui iuxta vulgare se reddunt ad fidem, illud obseruare debent, cum tantum sit ac si promitterent sub fide, vel iurarent per Deum, aut per sacra euangelia. vt dicunt Angelus, Ludouicus, & Alexander, & post eos Dominus Iason. in l. tertia, §. iurari, column. 2. Digestis, de iureiurando. Et de commendatione fidei, & fidelitatis in milite, vide Dominum Cepollam in tractatu de imperatore eligendo, versiculo pro imperatore.

17 Decimo septimo: Milites etiam laudantur ex perseuerantia: nisi enim in prædictis virtutibus bellando perseuerauerit, nunquam reportabit victoriæ triumphum: imo deficiens in vno factus est omnium reus. canon. defleat peccator, de regulis iuris. Nec meretur dici athleta, qui saltem non vicerit, lege prima, Cod. de athletis, libro decimo. vnde Romani, quia contra Carthaginenses in bello perseuerauerunt, funditus eos deleuerunt. Hæc est vnica virtus perseuerantia, quæ milites coronat. Bene enim agere parum prodest, si mens labilis existat. Nec ex actibus generatur habitus, nisi fuerit operis perseuerantia: quia secundum Ciceronem Rhetoricorum primo, perseuerantia est in ratione bene considerata stabilis perpetuaque permansio. Nam talia continuata vigent; imo gutta aquæ mollis durissimum cauat lapidem perseueranter cadendo, secundum Alanum dicentem:

Gutta cauat lapidem, non vi, sed sæpe cadendo,
Sic tu proficias, non vi, sed sæpe studendo.

Tali certe medio extolluntur veteres Romani milites in oratione ad Cæsarem senem de republica; simili laude adhuc referuntur Cymbrorum antiqui milites, qui nisi morerentur in bello, non reputabant se felices ad finem vsque non perseuerantes.

dequibus Valerius lib. 2. de institutis. Mortui enim morbo, vel senio, vere mortui sunt mundo, nec computantur in numero liberorum viuentium: sed qui in acie principis pro republ. ceciderunt, adhuc post per gloriam viuere dicuntur, §. 1. Instit. de excusat. tutorum; quia vt Cicero ait, qui per virtutem perit, non omnino interit. Hinc est, quod milites nostri dicunt se mori in lecto honoris, cum in acie mortem obeunt, vt ante dixi De Ænea legitur lib. 2. Æneidos, quod per medios ignes, tela, & hostes perseueranter se habuit, ex quo magnifica peregit. Qui licèt multas in parte sensitiua pateretur tribulationes tamen vsum rationis in mente nunquam perdidit: imo suos cõsolãdo, fortius perseuerauit, vt pulchre habetur lib. 1. Æneidos, vbi ad suos milites,

Reuocate (inquit) *animos mæstumque timorem*
Mittite, & hæc olim forsan meminisse iuuabit.
Per varios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latiũ, sedes vbi fata quietas
Ostendunt; illic fas regna resurgere Troiæ.
Durate, & vosmet rebus seruate secundis.

Et sequitur:

Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

Et libro 4. de eo sic dicitur:

Mens immota manet, lachrymæ voluũtur inanes.

Et Valerius lib. 3. cap. 250. De fortitudine, ponit de perseuerantia cuiusdam militis & lib. 3. tit. De fiducia, scribit de perseuerantia vtriusq; Spartani. Cęsar etiam ad cælos vsq; summos perseuerantiam militarẽ, lib. 7. suorum commentariorum de bello Gallico extollit. Et intantum est laudanda in militibus, quod ex contrario desertio militiæ est grauiter, etiam vsq; ad mortem punienda: vt per plura satis comprobat G. Benedicti in repetitione c. Raynutius, in verbo testamentum, 1. num. 43. de testamẽtis, quæ non tango, cum sit extra fines laudis,

18 & propositi nostri. Decimooctauo: Milites etiam laudãtur ex caritate inter eos, cum in militibus debeat esse caritas & mutua dilectio, qua deficiente ex sententia veritatis diuinæ desolabuntur. Immo videtur quod maior debet esse dilectio inter milites, quã inter parentes; cum, vt facit tex. in l. militem, Cod. de procurat. Miles admittitur ad comparẽdum tanquã procurator pro commilitone, & tamen non admittitur pro parentibus. Præterea pactum de succedendo velut mortis captandę inductiuum, nõ valet. l. fin. C. de pact. Et tamen inter milites valet, l. licet inter priuatos, Cod. eodem, de pactis, eo quia abundantia mutuæ dilectionis facit cessare præsumptionem captandæ mortis, cum non sit verisimile vnum militem alteri insidiaturum: & sicut sunt socii passionum, ita esse debent & consolationum: iuxta dictum Apostoli ad Corinth. 1. & cum socii sint, & vnius societatis, debent se adinuicem diligere tanquam fratres: cum vt habeatur Prouerb. 18. Vir amicabilis ad societatem magis amicus erit, quam frater, facit text. in l. Verum, in principio, ff. pro socio, vbi societas dicitur ius seu species fraternitatis, & ibi glos. in verbo, fraternitatis, & vt dicit G. Benedicti in loco præallegato, si se non adiuuarent in prælio, essent peiores dæmonibus: dæmones enim si se nõ diligant, tamen mutuo auxilio coadiuuãtur contra nos in prælio. Sic faciunt milites & armigeri: quoniam si vni fit iniuria, omnibus etiam fit iniuria. Si obsequium & placitum, nec illi nec cæteris. Et ista caritas consistit in duobus: sc. vno modo adiutorium proximi habendo; alio modo veritati adhærendo, vt dicit Luc. de Penna, in l. fortissimi, col. 1. ibi: quartum, C. de erogatione militaris annonæ, lib. 12. Decimonono

19 † Etiam milites laudãtur ex sapientia: quoniam vt habetur Prouerb. 24. Vir sapiens fortis est, & vir doctus robustus est. & Gregorius in Moralibus: Valde fortitudo destituitur, nisi per consilium fulciatur. Et Ti-

tus

tus Liuius lib. 2. de bello Punica: Malo te sapiens hostis metuat, quã stulti ciues laudent. Omnia audentem contemnet Hanibal; nil temere agentem metuet. Non .n. tantũ viribus corporis & lacertis fortitudinis gloria est, sed magis in virtute animi, dicit Ambros. 1. de Offic. & Cic. 1. de Officiis: Parua sunt foris arma, si non est consiliũ domi: quod citat Panor. in c. Ex multa, col 2. versic. nota quod pollens consilio, extr. De voto. & perierunt gigantes, quos Dominus non elegit: quia non habuerunt sapiẽtiam. Baruth. 3. Non sic dicitur de filio sensato, propter quem Dominus deiecit potentiam inimicorum. Ecclesiast. 47 Expedit enim interdum astutia, insidiisque pugnare, maxime in bello iusto & cõtra eos, qui nequeunt aperte deuinci, c. Dominus noster, 23. q. 2 & ibi plures concordantias, l 1. §. non fuit ff. de dolo, vnde Gregor. in Registro, lib 3 c. vltim. Terrenus hostis, qui munita loca cupit inuadere pugnãdi arte sic vtitur: latenter quidam ponit insidias, & ad vnius loci expugnationem totum ostẽdit, vt dum ad defensionem loci illius vbi instat periculum, conuenitur, loca alia, de quibus nulla est suspicio, capiantur, & euenit, vt qui cominus resistentis virtute expulsus est, latens obtineat, quod certando non potuit obtinere. Nam dum aliud attenditur, aliud non tenetur. Ita dicit Lucas de Penna, in l. fortissimi, ibi: quintum sapientia, C. de erogat. militar. annonæ, lib. 12. Et quod in militibus requiratur sapientia, probatur in l postliminium, §. fin ff de capti. & postliminio versi. not. Angelus in l. quod constitutũ, de militar. testam & in l. vnica, Cod. de conditis in publicis horreis, lib. 10. Et ibi Ioan. de Platea. facit etiam quod notat Bald. in l. Ex diui, C. de locato, in fi. per d. l. vnicam Et ad hæc vide Valerium tit. de sapienter dictis, qui de Scipione scribendo, sic ait: Turpe est viro militari dicere, non putaram, ex explorato & excusso consilio quæ agguntur administrari oportere, arbitrabatur summa ratione: irreuocabilis est enim error, qui violentiæ Martis committitur. vnde Cicero lib. 1. De senectute: Non viribus aut velocitate corporis res magnæ geruntur, sed consilio, authoritate, & scientia. Dantes enim consilia plus agunt aliis: & philosophi consilia plus valuerunt in bellis quam principes aliunde, vt idem ait lib. 1. Officiorum: & salus est vbi consilia multa, Prouerb. 11. Vnde Trogus Pompeius lib. 11. ait: Alexander victoriam obtinuit, qui consilio gubernauit exercitum. Ita Cepolla in tract. de imperatore militum eligendo, in verbo. virtus, vbi apprime comprobat, quomodo sapientia & industria etiam est militibus necessaria. Adduco dictum Horatii in Odis, lib. 3. ode 4.

Vis consilii expers mole ruit sua.
Vim temperatam dii quoq; prouehunt,
In maius; idem odere viros
Omne nefas animo mouentes.
Testis mearum centimanus Gyges.
Sententiarum notus & integræ,
Tentator Orion Dianæ,
Virginea domitus sagitta.

Item Valerius Flaccus libr. 4. Argonauticôn, ita scribit: *Sæpe agri potior prudentia dextra*. Et habetur Ecclesiast. 9 Dicebam meliorem esse sapientiam fortitudine: & paulo post: Melior est sapientia, quam arma bellica, & Sapient. 6. Melior est sapientia quam vires, & vir prudens quam fortis: & melior forti est sapiens vir, & prudens vnũ consilium multas manus vincit. Vnde apud Homerum lib. 2. Iliad. Agamemnon asserit facile se Troia potiturum, si decem sibi adessent Nestori similes, tanquam pluris faceret decem Nestorum consilium, quã magnam militum manum: testis est Cælius libro antiquarum lect. 6. c. 31. Facit optime poetica historia ab ipso Homero Odysseæ 8. descripta: dum ait, Vulcanus claudus cum suspectam haberet vxorem Venerem, quod furtim cum Marte concũberet, nec vires suppeterent: quibus adulterantes

deprehenderet, ad artes ingeniumq; confugit: lectum suum catenulis inuisibilib. circumuinxit, quod vbi fecisset, foras abire se simulat: deinde cum in arctissimis essent complexibus Mars & Venus vinculis illis hoc magis irretiti, quo magis se circumagerent, vnde in adulterio manifesto deprehensi sunt. vnde Homerus ibi dicit:

Nonnunquam assequitur tardus celeremque citumq;,
Sic vti nunc Vulcanus, vt est vestigia tardus
Mauortem cepit, qui percutissimus vnus
Cunctorum, quicunq; tenent supra astra deorum.
Et quanquã est claudus pede, rem tamen arte peregit,
Proinde etiam debet pœnas deprehensus adulter.

Cui sententiæ conformat illa Menedemi philosophi, teste Laertio. Capitur ergo & ab infirmis celer, Aquilamq; breui testudo vincit. Ad hæc accedit alia, & vera historia, quam recenset Plutarchus in vita Sertorii, & Valerius Maximus libro 7. cap. 3. & Sextus Iul. Frontinus libr. Stratagematum vltimo, cap. fin. de qua etiam meminit Ioann. Andr. in cap. 1. in verbo, difficile, extra, de treuga & pace, quod cum Sertorius ipse dux strenuus suis copiis ex Barbara turba conflatis rationibus persuadere non posset in re militari plus habere ponderis, & momenti consilium, quam vires temerarias: postea quam illi interdum parum feliciter certassent; hoc commento vsus est: Conuocata totius exercitus turba, duos equos prope adduci iubet: alterum macie senioque confractum, alterum vegetum cauda pilosa; atque macilento illi iuuenem adhibet prægrandi statura, & viribus admirandis. Contra valenti & forti pusillum imbecillum & debilem admouet hominem. Hic vt illi præceptum erat singulos pilos robusti equi paulatim vellens, breui tempore totam depilauit caudam: iuuenis è diuerso caudam omnem gracilis equi simul manibus vtrisq; deprehensam vi- que impetu conatur euellere. Qui cum cassum niteretur, risum circumspectan- præbuit. Sub hæc assurgens Sertorius, ius consilio præceptoque hæc acta fuera- Videtis (inquit) cõmilitones quanto p- possit ingenium quam vires: cui histo- concordat dictum Horatii, libro 2. Epi- larum ad Augustum cum ait:

Vxor promisse, caudaq; pilos vt equinæ.
Paulatim vello. demo vnum, demo etiam vnum
Dum cadat elusus ratione ruentis acerui,
Qui redit ad fastos, & virtutẽ æstimat an-

Hæc recitat Tiraquellus in suis legi- connubialibus in prima lege. Vigesim- Etiam milites plus laudantur, & inter- extolluntur felices, quam alii. Vnde Ve- tius libr. 3 de re militar. in principio d- Rem militarem virtute sola, vel cente- citate contineri. Et Cepolla in tractatu- te allegato. in versic. ob felicitatem. a- commendat felicitatem in militia: m- me in Duce exercitus, adducendo pl- xempla de multis, qui laudem meru- ob felicitatem. Et felix dicitur prospe- cuncta ad votum sibi succedunt: vt ha- in procemio Institut. in verbo, Felix. T- vero in sua Officina, in c. Fortunati & - ces, annumerat plures, qui fuerunt - fortunati & felices. Et istud interdum - uenit à virtute animi, vel propter m- diuitias, vel cognitionem rerum mu- per gloss. in d. verbo, Felix. in procem- vel ex custodia & administratione b- angelorum cuiuslibet, qui iuuant p- quibus sunt cõmissi: ita quod vnus a- deputatus vni est fortior, & maior al- cuti supra dictũ est qđ quandoq; vn- gelus vnius patriæ seu gentis resistit - vt habetur Daniel. 10. Sic etiam vnus - lus vnius hominis particularis resistit - prout in casu simili recitat Plutarch- Romanorum fortuna, allegatus p- lium libro antiquarum Lectionum

cap. 31. in fine. vbi dicit, Marcũ Antonium & Augustum singulari amicitia & beneuolentia iunctos, cum suppeteret ocium, sæpe lusibus inter se diuersis transmittere solitos, verum in his cum semper victus abiret Antonius, quidam apud eum diuinãdi peritia clarus, audacter ita admonuit; Antoni, quidnã tibi cum adolescente isto? refuge istũ & vita. Tu quidem illustrior es natu irẽ grandior, sed plurium quia imperator, bella multa exantlasti, peritia rerum prçstãtior es. At nescis quo pacto huius ipsius Dæmonem Dæmon reformidat tuus. Quin tua quidem fortuna ex se ampla est, sed fortunæ adolescentis subblanditur. Quod ni abieris procul, ad illum defecturam apparet.

Vigesimo primo: Miles habens cicatrices ex vulneribus sibi illatis in prælio, laudandus est. vnde legitur in historia Scholastica, quod Antipater Idumæus pater Magni Herodis in quodam seruitio imperatoris fuit multis vulneribus confossus. Qui tandem ab æmulis accusatus apud imperatorem, reiectis vestibus totus denudatus, dicit; *Ego Cesar nolo me verbis apud te excusare: sed ista vulnera quæ suscepi pro te, loquantur pro me, si ego diligo te:* & ob id Cæsar illum in gratiam recepit & inculpatus remansit. Exemplum est nobis cicatricum repræsentatio in corpore saluatoris nostri Iesu Christi, & stigmata perpetua, quæ sunt quoddam sigillum irrefragabile, & supra omnia alia sigilla authenticũ, ostendens veritatem suæ victoriç & gloriosæ resurrectionis. Immo etiam in corporibus martyrum. Nam, vt inquit Augustinus in vlt. de ciuitate Dei: In corporibus martyrum remanebũt post resurrectionem citatrices in signũ victoriæ præteritæ. Et in eodem libro etiam dicit: Videbimus in corporibus martyrũ cicatrices, quas pro Christi nomine pertulerunt, nec erit in eis deformitas, sed dignitas, & in eorũ corpore quædam singularis pulcritudo fulgebit. Ideo à simili alatres pugiles ob vulnerũ cicatrices à suis ducibus laudari debent. Horum meminit spectabilis vir Bartholomæus Chassanæus, humanorum iurium Doctor, suo in Catalogo Gloriæ mundi, in nona parte eiusdẽ, quem tempore ac loco Lector videre nequaquam grauabitur. Quod debetur stipendiariis, an
159 † possit peti per eorum creditores? Huius q. meminit eximius Dom. Bald. in l. Spem, num. 2. Cod Quæ res pignor. obligar. possunt vel non. Dicens, stipendium, quod debetur stipendiariis, per eorum creditores licite petitur, in subsidium, si aliud non habent, quod credit verum, si non detrahatur à seruitio Reipublicæ, cuius commodum præferendum est commodo priuatorum. Quemadmodũ etiam dicitur, Quod stipendia publica non venduntur, nec adiudicantur. in subsidium. Baldus in l. Stipendia, numero primo, De except. rei iudicat. Et quid censendum in præbendis clericorum? vide causa breuitatis D. Baldum, in dicta lege Spem, numero primo.

160 An omnis † militia faciat quem nobilem? Paucis respondendum, quod non:
161 quia militia † simplex non facit quem no-
162 bilem. Militia † enim simplex de per se non est dignitas. Gloss. in verbo, Equites. in l. Vnica, Cod. de equestri dignitate, libro duodecimo, & Bartolus in l. Ex eo tempore, ff de militar. testamen. ergo non omnis militia facit quem nobilem. Bartolus in l. prima, C de dignitat. libro duodecimo. vt etiam dicunt Cynus Bartolus, Baldus, & Salicetus, in l 1. Cod de iur & facti ignorant. Baldus & Angelus in lege Filiusfamilias, §. veterani, ff. de procurator. Ioannes de Imola, & Panorm. in cap. In nostra, de procuratoribus. & Dominus Iason in l finali, Cod. de testament. & in l. Si quis in conscribendo. column. prima, Codice, de pact. vbi plus dicit quod militia nedum est dignitas, sed nec nobilitas, tamen hoc tempore ex communi reputatione milites saltem equestres habentur pro nobilibus, & gaudent priui-

legiis nobilium, ita quod non cothiſantur in talliis & collectis ordinariis, D. tamen Alciatus de pact. pag. 268. & 269. dicit quod
163 militia ſit dignitas, & miles ſit † pagano dignior, ſed ipſe non tenet hoc verum in omni militia; quia hoc fallit in militia ſimplici de per ſe, vt immediate ſupra memini-
164 mus. Militis arma † in executione rei iudicatæ, an ſint auferenda, D. Iaſon in §. Item Seruiana. Inſtit. de actionib. deſcribit quod
165 non, & dicit ibidem, Militibus † arma ſunt relinquenda, ſicut etiam libri ſcholaribus,
166 breuiarium clerico. Militibus † an liceat capere res ruſticorum ad comedendum, aut ad aliud faciendum? puta equos, boues, vaccas, vitulos, porcos, pauones, capones, gallos vel gallos gallinaceos, gallinas, gallinulas, pullos, anſeres, grues, gallopauos, columbas, phaſianos, perdices, palumbes, turtures, alaudas coturnices, ciconias, capras, querquedulas, picas, cycnos, olores, cuniculos, lepores, & alia animalia hîc cauſa breuitatis omiſſa: Item, panem, butyrũ, lac, cremam, vinum, cereuiſiam. Item frumentum, triticum, hordeum, auenam, fenum, & ſimilia. Nec etiam alia nequaquam comeſtibilia; nempe pecunias, veſtimenta, ſupellectilia, atq; huiusmodi alia. Huius quæſtionis meminit eximius D. Carolus Ruinus, ſuis in conſiliis, conſilio 107. quinti voluminis, num 6 & 7 & determi-
167 nat ibi quod non, quia debent illi † de exercitu ſe permunire, & ſi quid deeſt, debent ex communitatibus terrarum exigere, hoc eſt, ſecundum Salicet. quod à communitatibus terrarum debent exigere, antequam perueniatur ad grauamen ſingulorum, l 1. §. Quod ſi nemo, ff. Quod cuiusq; vniuerſit. nomine, vel contra eam agatur, ſed vbi nihil eſſet in communi, debet collecta imponi, vel ſi tempus nõ patitur, debet ab habentibus recipi, & poſtea collecta imponi, vt eis ſatisfiat, à quibus receptũ eſt, argum. l. Omnes 2. Cod de operib public Reliqua lector videre poterit loco prææallegato. Hanc quæſtionem ſupra pauciorib. verbis etiam
168 tetigi. Quæſtio an mareſchalli hoſpitiori plusquam ordinarium ſtipendium exigere poſſunt. Nam hodie etiam ordinariũ habent ſtipẽdium, & præter illud varias fraudes committunt, vt paulo latius repetendo explicare poſſum: nempe mareſchalli hoſpitiorum vel epidimetici quatuor generi eſſe hodie videntur, vt primo præfecti hoſpitiorum, qui vulgo *commiſſarii diſtributionis & hoſpitiorum* vocantur; tum ſunt deſignatores, quos vulgo *quartarum magiſtros*: deinde metatores caſtrorum, denique metatores hoſpitiorum, qui etiam menſores vel *forerii* vel *forerarii*, vulgo *f. rieri* Gallice dicuntur. Hi variis manticulationibus & conſpirationibus id ſæpe ſimul, ſæpe ſeorſim agunt vt ciues, vel agricolas, vel incolas pecuniis emungant & ſe locupletent, quũ vero id hodie cum magna fiat pernicie Reipub. & ſimul cum maximis tribulationib. hominum innocentium, deteſtari non deſino tales impoſturas. Inprimis illud ſilere nequeo, quod iam receptũ eſt, ſed prorſus contrarium legibus & bonis moribus, ad infamiam falſariorum pertinet Illud nimirum dico, quod quum in hoſpitandis militibus nomen militis hoſpitandi deius & priſco more ſolet inſcribi ianuæ aut portę hoſpitii aſſignati, vel loco nominis pon batur ſcutum, vel ſignum, vel (vt vulgo dicitur) ipſa marca: nunc illud non faciunt ipſi menſores hoſpitiorum vel forerii dicti ſed paruæ ſchedulæ nomen militis hoſpitandi cum nomine patrisfamilias hoſp vel ſolum nomẽ patrisfamilias vel ſolũ nomen militis aut militum inſcribunt, & illam ſchedulam non vnam ſed plures diuerſorum hoſpitiorum dant militi in hac a inſtructo & ſubornato, qui mox cum ſchedulis pergit ad ditiſſimi vel ab ipſis deſignati ædes, dicit, & ſchedula vna monſtrat aſſignatum eſſe ibi hoſpitium. Sed ſi ve dare viginti, vel triginta, vel amplius placito, daleros, vel ſimilem copiam pe

aię, se non venturum & liberaturum ipsum ab onere hospitandi. Itaq; vbi hanc pecuniam emũxit, & rem composuit, pergit ad ædes alterius, tertii, quarti & cęterorum, de quibus schedulas habet: sic maximas pecunias breui spatio, magno compendio acquirit, sed dispendio subditorũ & principis. Nam in vrbe ea, quæ solet hospitia sufficientia præbere viginti millibus militum, & amplius, nunc vix possunt propter talem fraudem quatuor millia militum hospitari, & adhuc vix, nec nisi cum summis querelis & altercationibus: sicut multis experimentis compertum est, & vnde multæ tragœdiæ fuere nostris temporibus concitatæ cum pessimo rerum successu. Vt verè dici nunc liceat confiteri, quod in locum bonorum morum, & bonarum consuetudinum irrumpunt mali mores, malæ consuetudines, perniciosæ fraudes, & pessima facinora, quibus nos obuiare volumus & semper restitimus vt ipsam iusticiam defenderemus. Nam sciant ipsi forrerii, quod talia & similia faciendo, committunt manifesta furta, rapinas, & falsaria, insignia crimina digna emendationibus, & supplicium propter facti acerbitatem, tũ propter multorum pericula & varia rerum publicarum incommoda. Nec ipsi solum forrerii huius criminis rei sunt, sed etiam omnes illi milites qui hãc impertinentem & insuetatam veris moribus receptionem vel designationem exequuntur, & hinc pecunias piscantur. Quum longe præstantius esset, quod amicitiam & defensionem quicunque possent præstarent, quam hanc violentam & astutam ac fraudulentam exactionem, legibus & iustitiæ contrariam: falsarii enim non minus sunt hi milites, quam ipsi forerii, l. Prima, cum sua glossa. C. de metatis & epidimeticis, libro duodecimo, & ibi Lucas de Penna, & Ioannes ...getes in suo libello (qui Enchiridion militaris disciplinę dicitur) in prima parte. ...ra, imo innumerabilia dicenda adhuc forent, de armigeris, militibus ac stipendiariis, vt primo de eorum bonis & malis moribus, vel criminibus, quæ omnia, ne tædii arguar, omitto. quia voluminis modũ etiam excederent. Secundo, de commodis & incommodis militum; sed quia quæ sint commoda militum, ea latissime exponit Iuuenalis in Satyra, quæ incipit;

Quis numerare queat felices præmia Galle
Militiæ, nam si subeantur prospera castra, &c.

Hæc etiam latius in legibus nostris exponuntur, & vbi priuilegia tractantur, ideo de his in præsens supersedeo.

Non debet omitti illud impertinens
169 nunc nimis crebrum, quod sibi † subinde tribuni militum, centuriones vel capitanei, horumque officiarii arrogant in liberandis impostoribus, vorsuram bonorum aut bancumruptum (vulgo dictum) facientib. qui vt suos creditores ludificent, ipsorum auxilio potissimum euadant. Olim variæ erant artes (vulgo praxes dicimus) diuitias acquirendi, sicut Horatius satis clarè exprimit & demõstrat in quinta Satyra, Sermonum secundo, in qua sic incipit:

Hoc quoq; Tyresia præter narrata petenti
Responde: quibus amissas reparare queam res
Artibus atq; modis. quid rides?

Hodie lõge maioribus subtilitatibus fraudulenti homines vtuntur quas multiplices excogitant: sed inter eas vnum duntaxat exemplum vulgo casum attingam hoc loco, vt simpliciores erudiam cauendi sibi præsertim tempore belli. Etenim si quis vel mercaturam faciens, aut proxenetam professus, iacturam suarum rerum semel vel sæpius patiatur, vel pati se fingat, & hinc vorsuram faciat (vulgo *banqueroute*) tunc is se monasteriis abdit, vel propriis aut amicorum ædibus includit, ita vt nusquam prodeat, nullam aliam ob caussam, quam ne à creditoribus compelletur néve

incarceretur; quod si ne hac quidem arte satis tutus est, vt possit creditorum molestationes euitare, proximam fallaciam aggreditur, protectam præfectorum militiæ socordia vel malitia. Nimirum ipse tribunum militarem vel cẽturionem aut Capitaneum huiusve officiarium accedit, & facta recommendatione, vel aliquo dato vel saltem promisso symbolo tantum hoc procurat vt in numerum vel matriculam (vulgo *rotulam*) militum inscribatur militum, inquam pedestrium vel equestrium, vel classiariorum, prout ipsi visum fuerit commodum; quo impetrato ac relato in catalogum nomine sine impedimento, citatione, & executione libere in publicum prodit, & ipsos creditores egregie deludit. Nam si quis ex creditoribus ipsum citare aut ad soluendum cogere velit, mox Tribunum vel Centurionem aut similem Capitaneum, cuius catalogo inscriptus est, conuenit & rem edocet, petitque à creditoribus liberari. Nec mora longa fit, quin tribunus, centurio vel similis capitaneus ipsum defendere incipit, contra creditores tuetur, & iuris cognitione eximit, idque per vim & arma potius, quam per formam iuris & æqui: idcirco debeo omnes Tribunos, Centuriones, Capitaneos, Magistros militiæ monere, ne iniustitiæ patrocinium suscipiant, neque à fraudulentis hominibus patiantur iniuriam fieri bonis creditoribus. Nam omne malum quod hinc committitur, in ipsos propemodum redundat, & Deus vindicabit. Vnde videmus quod tales Tribuni, Centuriones, Capitanei aut similes in bellis infelices sunt. Nec mirum est, quia pro militibus non milites, sed ignauum pecus, pro bonis malos, pro fidelibus impostores, pro latrantibus canibus muta pecora circumducunt, Deum offendunt, Principes & Rempublicam fallunt, seipsos infamant, malisque peccandi ausam præbent, prorsus contra quam ipsorum officium postulat. Hoc volui, ne Tribuni, Centuriones horumque officiarii ignorarent. Nam nemo litis declinandæ, vel euitandæ captiuitatis vel effugiendæ solutionis vel similis fallaciæ causa volens fieri miles, debet inscribi vel recipi in ordinẽ militarem. Nam qui talis est, non dat nomen militiæ, ideo vt militet, sed vt alios fallat. l. Prima. & ibi Bartol. & alii scribentes, Cod. Qui militare possunt vel non lib. 12. Facit etiam l. Non tantum. Cod. eodem titul.

Visum fuit mihi adiungere carmen in laudem bonorum militum; rursus aliud in vituperium malorum, pluribus de causis. Primo, vt illos ad virtutem promoueam, & currentibus calcar addam: hos à malo vitæ instituto dehorter, & labentibus in præcep- manus supponam, ne penitus pereant, & alios secum in perniciem trahant. Secundo, vt contrariis iuxta se positis rem red- dam clariorem; idque consequar, vt ex duobus viis demonstratis in re militari, ambulantes meliorem eligant. Denique quod ipsi versus facilius memoriæ hærent, & Lectorem paucis rem plenè erudire possunt. Nec quis hoc improbet si consideret plurimos bonos authores simili pacto populum docuisse. vnde extant veterum poetarum Satyræ, quas hic plurima ex parte imitor.

170 De bonis militibus omnis generis encomium.

Et populum latè regem, belli que potentem
Militia cœtus hilares pro nomine Christi,
Quis laudare potest sat dignis laudibus v-
quam?
Vna boni belli commixtio continet omnes
Virtutes hominum: sequitur victoria læta.
Et lauri atque auri pia pax redimita co-
nie.
Hinc rerum terræ gratissima copia præstat.
Quæ vitam viuis, quæ famam terminat a-
stris.
Quicquid habent Musæ, quidquid Ve-
atque Diana,

Quicquid Apollo potens, & cæli Iupiter ampli
Cum Iunone sua, cũ Baccho possidet vsquam.
Omne tenet Pallas de patris vertice nata:
Quæ dea bellorum, quæ Martis temperat acta,
Condidit hinc arces, & sceptris oppida seruat.
Quidquid agunt ciues, & quidquid rustica turba,
Adde quod insignis sacer ordo rogare valebit:
Iniusti belli rex præstant atq; ministri,
Ordoque militiæ virtutes aggregat omnes.
Militibus veris ergo laus summa debetur.
Nec mea lingua potest castrensia dicere dona,
Quæ pro laude sua referunt monumenta laborum.
Stips venit insignis æris de munere prisco,
Argentumque nitens, auri quoque splendida massa.
Cum philyris variæ species; & forma coronæ,
Moxq; coronarum census, patrimonia lauta:
Nobilitatis honos, tituli per nomina vulgi.
Tum statuæ, statuarum templa, columnæ,
Æternum chartis signatum, & marmore nomen.
Quin taceo gemmas, phaleras, insignia mille,
Armillas, Bullas, Zonas, cum torquibus arma.
Vt qui fortis erit, sit felicissimus idem.
Hæc Ducis, hæc Equitum referunt, hæc militis omnis,
Vt Castrense bonum castrensia iura coronet.
Qui verus miles? qui fortis pectore & armis,
More leonis agit, defendens optima iura.
Institutamque docet, nec gestis temnere diuos.
Quique malos punit, qui iustos protegit ense:
Contentus paruo, qui spernit viuere rapto.
Principis hic solers nutus, & iussa capessit.
Obsequio promtus poterit superare Chimæram,
Et charæ patriæ gladio pessundare monstra.
Hic qui sanguinei iuuenilia munera Martis
Suscipit, integrior vita, scelerisq; recedens,
Delitias pellit flammasq; libidinis aufert.
Virtutis studio, turpes extinguit amores.
Assiduoq; volens validus sit membra labore.
Præclare gestis rebus splendescere certat.
Qui spaciũ vitæ extremũ inter munera ponit
Naturæ, qui ferre queat quoscunq; labores.
Nesciat irasci, cupiat nihil & potiores
Herculis ærumnas credat sæuosq; labores.
Et Venere, & cænis, & plumis Sardanapali.
Vim sine consilio prudens non incipit vllam.
Vtq; mole sua ruat, atqui vim moderatam
Auxilio Diuûm semper sic prouehit arte
In maius, lætis vt sit successibus auctus,
Mente Deum, factisq; colit, viresq; mouentes
Omne nephas animo improbat aptans atque repellit.
Hic qui talis erit, num vincit passib. omnes,
Claustrorum monachos, quos stringit regula vitæ
Pro libito deuota viro re & nomine sunto?
Respice castrenses sudores, mille pericla,
Confer cum vita monachorum lancib. æquis,
Nunquid iurabis per numina cuncta Deorum,
Quod castri miles grauiori fasce laborat.
Ingrediturq; viam vitæ, quã præcipit author
Aeternæ pacis Christus, milesq; quietus.
Armigeri ergo omnes gaudete & credite Christo,
Et Christi verbum defendite pectore forti.
Vobis æternæ laudes, & gaudia restant,
Dæmone deuicto lætissima regna supersunt,
Atq; triumphandi cum sanctis summa voluptas.

171 De malis militibus omnis generis vituperium.

Militiæ mollem turbã, numeresq; malorum
Si versu insector, Musæ concedite quæso.
Credo, malos mores sectantis castra popelli
Idcirco nullus scripsit, quod tangere nollet
Vlcera feruentis stomacho, bellumq; parantis.
Hoc ergo vitium grauiter resecabitur vnquã?
Primum quod nolit miles nunc discere pulcra,
In cœtu prauo forsan si corrigis vnum,

Tota cohors inimica venit, omnesq; manipli
Consensu magno officiunt. Sic dignũ erit ergo
Declamatoris Mutinensis corde Vagelli,
Herculeis manibus, vel casus fuste peribis.
Ecquis inermis adest audens attingere verbis
Armatos ferro, pungentes cuspide teli.
Inq; illos versum conscribere grande periclum;
Qui mox cum cupiunt, ferro proscribere possunt.
Moribus hi praui citra discrimina cadunt
Iustos, iniustos: grassantur more ferarum.
In scelus omne ruunt: inprimis viuere cæde
Sanguinibusque volunt, iustorum tormine gaudent.
Qui tales degunt, quis illos laudibus ornet?
Nemo bonus certe; tacitus quin despuat illos.
Altera colluuies vitiorum possidet ipsos
Armigeros multos, quod turbant commoda pacis,
Immensis technis, mendacibus atque susurris,
Inter priuatos gignunt mala semina belli:
Charos dissidiis separant; in vulnera cogunt
Mutua deferri; sic cædes cædibus addunt:
Nulla fides pietasq; viris qui castra sequuntur:
Ergo malus Dæmon vitiosos torqueat illos
Hydrarum afflatu, serpentis & aspidis ictu.
Infestus iustis miles per Tartara tendat.
Tertia congeries conturbat castra malorũ:
Quod veros domines proprio de limine pellunt,
Et spoliant rebus, flammas mox ædibus indũt.
Vnde fuit verum, quod dixit musa Maronis;
Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has segetes? nam miles Barbarus omnis,
Quisquis erit prauus rapiens per fasque nefasque.
Cerberus hunc rapiet tandem crudelibus vmbris:
Tantalus & pœna socium coniungere speret.
Quarta carina malos pedites vehit, atq; superbos,
Qui nullum dominum, nullum cognoscere regem
Pro fastu possunt. sed certant vincere cultu
Ipsam luxuriam: sic se nunc vestibus ornant.
Miles diuitias Tyrio consumit amictu,
Mox armis auro pressis, numeroq; clientum
Elataq; tumet thalami consorte puella.
Quæ sibi nobilior Latona gente videtur,
Et tandem scropha est Niobe fœcundior al...
Nescia natorum cultus includere fine,
Luxuriansq; magis ingentia dona maritum
Postulat: & cunctis torquet crudelior armi...
Prodiga nec sentit pereuntem fœmina censu...
Magnificas habitare casas vult, quolibet anno
Migrãs, sat nunquã placet illi magna supelle...
Immensaq; virum rabie vexare laborat,
Donec & hic miles perfrictus fronte superbu...
Fur, raptor, latro, tortor sic quidlibet audet,
Vt queat vxoris pompas nutrire diurnas.
Mox perit vt Phaethon, vel ceu Sulmoni... ingens,
Vel procul extorris peregrinis ædibus errat,
Iro pauperior, donec tabescat in horas.
Militibus priscis contempta superbia ma...
Quæ nũc increuit sumptus sine fine modo...
Hinc nũmos possit patriam sic vẽdit & a...
Atq; Duces veros captiuos carcere claudit
Per ludum: ludus non cognitus ante per or...
Quinta subest classis, modo cœtus ava... rentis
Qui propter nũmos dicit tantũ omnia fa...
Ecquando vberior vitiorũ copia? quando
Maior auaritiæ patuit sinus? alea quando
Hos animos? neq; enim loculis comitantib...
Ad casum tabulæ: posita sed luditur arca.
Prœlia quanta illic dispensatore videbis
Armigero: simplex ne furor sestertia centum
Perdere, & horrenti tunicã non reddere se...
Quis furor ô miles, quæ tanta licentia vob...
Gentibus immeritis propriũ defendere suc...
Nũmorũ causa? sed quis furor, omnia Chr...
Dogmata ceu lusum cõuertere, ob aris hon...
Hinc miras, multasq; simul compingere se...
Hinc violare sacros homines, perrũpere cl... stra,
Nullũ aliud numẽ terris, quã credere nũm...
Nil erit vlterius, quod sic nunc morib. ad...
Posteritas. nullo prius æuo talia facta

Om...

Omne in præcipiti vitium præsens videt ætas,
Si totis velis vtar, si pandere sinus
Nunc omnes cupiã, mea me nunc deseret aura.
Hactantũ satis est facili perstringere penna.
Sexta cohors sequitur, vita sed plena malignæ
Quæ ventrem farcit, ventrem pro numine credit.
Nam de tot pulcris, & latis orbibus, & tam
Antiquis vna comedunt patrimonia mensa,
Hic gurges venter, gula maxima, quæ sibi totos
Ponit apros, animal propter conuiuia natum,
Quæ canat totos pauones, fercula septem.
Mox venit, & rursus, tanquam canis, ingerit offas.
Vel bibit vt piscis, vino sua guttura multo,
Aut simili potu perfundit, & ebrius inde
Inguinis & capitis quæ sunt discrimina nescit.
Hinc turpis vomitus, languor præsensque dolorum
Pœna subit corpus, nox anxia somnia dira.
Hinc subitæ mortes, atq; intestata senectus,
It noua, nec tristis per cunctas fabula canas.
Ducitur iratis plangendum funus amicis.
Sic plenis membris descenditur vsq; Gehẽnam.
Septima turba mali modo militis arma gerentis
Restat, quæ Venerem fœdis nõ sordidus ornat,
In Venerem putris, Venerisq; altaria sectans
Armatum in Venerem bellum sine fine capessit,
Omnia, quæ seruat, luxu hoc disperdit, & inde
Prædatum pergit, quo scortis munera donet.
Hic cadit in cippos, laqueo vel guttura claudit,
Vel simili casu: vel si lapidosa chiragra
Fregerit articulos veteris ramalia fagi,
Non crassos transisse dies, lucemq; palustrem,
Et sibi iam seri vitam gemit esse relictam.
Quondam Germanis probrum fuit ante triginta
Annorum ætatem connubia iungere certa.
At nunc cæsaries vix cernitur, & tamẽ vxor
Quæritur aut scortum. sic nunc Venus alma vagatur.
Priscis vxores bello deducere turpe,
At nunc militibus vix vxor sufficit vna,
Natorum numerus nunc circumducitur ingẽs,
Qui plus quam miles vigili dat damna colono,
Quis non militiam diris deuoueat illam,
Pestiferis plenam, complẽtemq; oppida peste?
Quæ casta vita debeat sua castra tueri,
Nunc morbo Veneris languens, contagia linquit,
Quæ totas vrbes populantur tetrius armis.

Quia vero ætas nostra in bella incidit, &
hæc non leuia, sed valde cruenta, proh do-
lor! tum apud Gallos, mox etiã apud nos,
idq; multo magis, quã maiorum nostrorũ
172 temporibus: tum quia in † re bellica nunc
multa sunt innouata, q̃ olim ignorata fue-
re, vt multorum testimonio probari potest:
Deinde cum summa difficultate nostra mi-
litaris disciplina cum veteribus conferri po-
test, vnde nec veterũ ordo bene intelligitur,
& errores in nostris exercitibus, castrensibus
& armigeris nõ facile corrigũtur; idcirco ego
in hũc campũ rei militaris paulo lati⁹ expa-
tiatus sum, quam ipse animo primũ conce-
peram; sic multa hactenus ignorata, ordine
digessi; varias difficultates obscuritatesque
explicui, & plurima peccata in hac parte co-
tidiana correctionis ergô detexi: vt euidẽ-
ter apparebit illi, qui hęc à nobis addita per-
legere nõ grauabitur. res digna proprio cõ-
mentario est. Cum autem praxin crimina-
lium forte relegerem, visum fuit eodem li-
bro meo hoc thema pertractare, sicut &
multa alia annotata, quæ auctuarii loco ac-
cessere. Quod si interea aliquid Lectori oc-
currat, non satisfaciens stomacho aut naso
ipsius, id petimus, vt in bonam partem in-
terpretetur, & corrigat. Sic meo exemplo
res mortalium adiuuerit, & à me magnas
gratias inierit: fateor namq; libenter, quod
rei militaris scientiam obiter attingo. Neq;
enim illa meę est professionis, nisi quatenus
iura nostra illam pertractare inducunt, &
hæc tempora ac vsus multus cum rei mili-

taris peritis me erudiuerunt. Quamobrem etiam modo quæ multis incomperta sunt, in medium attuli. nec minus ignorandum est, quod vnus omnia perficere & expolire nequit. quare animo candido has præsentes de Armigeris, militibus, & stipendiariis enarrationes superioribus rerum criminaliũ commentariis loco, vbi in illis de bello tracto, adiungere operę precium duxi. Cõfido aũt eas lectori gratas, iucundas & vtiles futuras esse, propter variam rerum difficillimarum, & obscurarum expositionẽ ac methodum. Quare perlegat eo animo quo damus & studiosos iuuare cupimus.

SERIES ARTICVLORVM QVOS vniuersi Milites, cuiuscunq; fuerint conditionis, Regi tanquam supremo harum inferiorum Regionum Domino, & Statibus generalibus seruaturos iurabunt, quatenus in officio iuxta normam æquitatis retineantur.

VNiuersi Milites ac Stipendiarii, cuiuscunq; conditionis extiterint, promittent ac iurabunt fideliter inseruituros Regi, tanquam supremo harum prouinciarum Domino, & prædictis Statibus generalibus, pro cõseruatione regionum inferioris Germaniæ, omniumq; eius negociorũ, aduersus quoscunq; eius hostes, illarum socios & confœderatos absq; vlla exceptione, donec & quousq; libuerit eidem Regiæ Maiest. tã quam supremo earundem Prouinciarũ Domino, & Statibus prædictis. Quod promouebunt earundem Regionum vtilitatem & commoda, & quo ad eius poterunt, damna & interesse impedient. Præcipuè vero stricte ac seuere obseruaturos Capita & Articulos infra scriptos absq; vlla contradictione, neq; admissuros, vt iisdem aliquod impedimentum, quacunq; forma aut modo, sub pœnis præuaricatoribus constitutis, iniiciatur.

Præ cæteris vero quibuscunq; rebus Miles sedulo curã geret; ne sanctũ Dei nomen, eiusq; Sanctorum in vanum assumat, neq; de Religione disceptationem ineat, sub pœna carceris; vnde nõ sit euasurus, donec nudo capite à Deo & Iustitia veniam deprecetur, præter correptionem quæ illi iuxta criminis meritũ pro arbitrio Colonelli, Capitaneorũ, Officiariorũ & Iudicũ irrogabitur.

Vniuersi Milites tenebuntur obtẽperare iis omnibus quæ præcipientur nomine Regiæ Maiest. tãquam supremi Domini, eiusque Statuum à Colonellis, Capitaneis, Signiferis, Satellitibus, aliisq; Officiariis cohortis, in rebus quibuscunq;, siue per integram cohortem, siue per turmã, decuriam aut semidecuriam constitutis, sub pœna capitis.

Quod si contingat Capitaneum, Satellitem maiorem, vel Officiarium cohortis per absentiam supremi Ducis, vel eius Cõmissarii aliquid statuere, quod sit ex vtilitate Regię Maiestatis, tanquam supremi Domini, eiusq; Statuum, Militib. alterius cohortis quam suæ, erunt eidẽ morigeri, ceu proprio suo Præfecto & Capitaneo, absque vlla contradictione.

Capitanei, Signiferi, & alii cohortis Officiarii ad iudicium conuocati, iurabũt sententiam se laturos aduersus delinquentes iuxta normam præsentium articulorum.

Miles contentus erit stipendio & ma... tione iuxta modum a Statibus præscrip...

Satelliti maiori obedient Capitanei, Officiarii, & Milites, iis in reb. quas ex o... iubebit pro seruitio Regis, idq; sub pœna arbitrio Colonelli, si Capitaneus aut Officiarius fuerit, illi irrogãdis. Quod si Miles præuaricatus fuerit, afficietur extremo supplicio, vel ex arbitrio Colonelli, Capitaneorum, Officiariorum & Iudicum mulctabitur.

Nulli militum liceat nomen in ta... referre apud duos Præfectos aut Capitaneos vel iterata vice, sub alio, quam suo pro... nomine se ad militiam dare, sub pœna supplicii capitalis.

Miles qui in pecuniam, vel quãcunque aliam semel arma lusit, quiq; eadem p...

...m lucratus fuerit, vterq; carcere plectitur: altera vice, exauctorator, & sacramento ...luitor.

Quicunq; militum arma sua vendiderit, ...el oppigneraucrit, carcere prima vice puni-...; si altera, exauctorator & sacramento sol-...itor.

Miles qui profugerit aut secesserit absq; ...cultate libello Colonelli, vel eius vicarii ...t locũ tenẽtis, extremo supplicio afficitor.

Cum cohortes aliquô progredientur, ne-...o extra ordinem prorumpet, vel absque ...usa legitima, veluti propter afflictam va-...udinẽ nisi ex facultate Capitanei, vel cui-...piã Officiarii præcipui inter impedimen-...reperiatur, nisi volet à latrunculatore ca-...uræ periculum incurrere, vel ab alterius à ...o deprehensus fuerit extra ordinem.

Milites vniuersum armorum apparatum ...m accurate instructum habebunt, quam ...militaris dignitati conuenit, vt ritè pos-...t, quod illis muneris incumbit, exsequi. ...d excubias vero & quascunq; alias belli-...actiones ex mandato Ducis peragendas ...m iisdem armis procedent, quibus cum ...litiæ nomen darẽt, recensiti fuerunt, sub ...na carceris, & correptionis acrioris, pro ...bitrio Colonelli, vel eius vicarii aut Lo-...m tenentis.

Ex sclopetariis nullus ad excubias pro-...di audeat quin sit instruct⁹ puluere tor-...tario, globulis, funibus, quãtum oporte-...: nec eo modo, quin vrgente necessitate, ...po suo vel bõbarda dextrè vti nõ possit, ... pœna exauctorationis, armorũq; priua-...nis ad vsum tenuioris fortunæ Militum ...sdem cohortis pro Colonelli arbitrio. ...cerunt Regia Maiestas, tanquam supre-...s harum regionum Dominus, eiusque ...tus obligati, vt illos puluere tormenta-... vel plumbo instruant, præterquam ad ...nus aliquod aggrediendum. Sin vero ...em Militibus suppeditari contingat, de-...tur illorum stipendiis.

...emo cuiuscunq; sit conditionis audeat incendia redimere, cuiquam vim inferre, vel exactiones imperare, pręcipuè suo hospiti, sub pœna supplicii capitalis. Cum vero illi persolutum fuerit, debebit portione sui hospitis esse contentus, nec immodeste exiget vinum, carnes, aliaq; obsonia, quę emere conueniret. sub pœna capitali.

Si Miles quidpiam intellexerit quod Regiæ Maiestati tanquam inferiorum Regionum Domino, eiusq; Statibus, Colonello, Capitaneo & Officiario damnosum aut detrimentosum foret, debebit hoc ipsum immediatè absq; vllo fauore aut dissimulatione Colonello patefacere, sub pœna extremi supplicii velut præcipui auctoris.

Nulli conuentus aut congregationes agitabuntur à Capitaneis, Officiariis aut Militibus, siue per tympani sonum, sclopi iactũ siue per clamores aliaq; indicia pro re qualibet, absq; mãdato Colon. sub pœna capitis.

Miles qui per noctẽ à signo aberit, aut sese subduxerit absq; facultate Colonelli vel Officiarii, suspendio plectitor, nisi causam habuerit legitimã qua se apud Colon. excuset.

Idem supplicium decernetur ei, qui absque causa legitima vel facultate sui Colonelli neglexerit progredi ad excubias.

Eadẽ pœna capitali plectetur quicunq; repertus fuerit dormiens ad primas excubias.

Quicunq; tesseram oblitus fuerit, ex arbitrio Colonelli plectetur.

Caueat Miles ne gladium educat in caterua, ante vel post excubias, neq; frustra sclopum laxet sub pœna capitali.

Eadem pœna plectitor qui gladium in Ciuitate vel loco præsidiario exeruerit.

Miles qui absq; causa legitima & excusatione digna abfuerit à loco designato ad cõclamandum ad arma, cum fiet ipsa conclamatio, pœna capitali punitor.

Tantisper donec Miles stipendia meruerit, à vindicta de quopiam sumenda abstineat, neque veteres simultates excitet, sub pœna capitis.

Quæcunq; contẽtiones inter milites exo-

rientur, referendæ erunt ad Colonellos, Capitaneos & Officiarios, vt ex æquo & bono reis ius dicatur; qui secus faxit, correctione arbitraria plectitor.

Quod si peculiaris inter aliquos exorta fuisset controuersia, quæ hoc modo relata non esset ad Colonellos, Capitaneos & Officiarios, interdicitur omnibus cuiuscunq; conditionis Militibus, ne alterutram factionem sustineant, sub pœna suspendii iis omnibus inferendi, qui alterutrę voluerint esse factionis, sub mali, bonive prætextu.

Si quis in Regimento comperiatur, qui ob ætatis præteritæ vitia honore spoliatus fuisset, is ad cuius notitiam hoc peruenit, tenebitur denuntiare Capitaneo, quatenus iuxta merita condigna in illum fiat animaduersio.

Quicunq; seditionis auctor extiterit, atque Remissione capitali supplicio plectitor.

Mercatoribus, & iis omnibus qui annonam ad Oppida & Castra inuehunt, liber sit vbiq; transitus, neque vlla ratione vis inferatur, sub pœna capitis.

Nemini pabulatum ire liceat, neque rusticis annonam adimere, aut signum deserere, absque voluntate sui præfecti sub pœna suspendii aut laquei.

Quicunq; in alearum aut chartarum ludo, suis commilitonibus imposturam struxerit, aut falsum commiserit, pugni abscissione plectitor.

Commilitoni suo in pecuniam ludenti, nemo teneatur præsente ludo plus dissoluere, quam habuerit paratæ pecuniæ.

Miles ab ebrietate sibi caueat; quod si per ebrietatem quempiam læserit, aut vulnus inflixerit, vel contumeliam intulerit, non habetur excusatus, sed pro meritis castigator. Quod si in procinctu armorũ cum officium exequi oportet, vel in excubiis, ebrius deprehendatur, exauctorator, & pro arbitrio Colonelli, Capitaneorum, maiorum Officiariorum & Iudicum plectitor.

Quicunq; prætori, vel eius Officiariis in-
tulerit aut dixerit contumeliam, aut eid
captiuos sustollere conabitur, vel ali
quoduis impedimentum attulerit, vt
officio defungi nequeat, quocunq; mo
id fiat, vita priuator.

Quicunq; vim intulerit Carnifici vel e-
ius Ministris eandem pœnam luat.

Quæcunq; vero contumelia à quopia
præter æquitatem prolata fuerit, qua al
rius honor vel existimatio lædatur, ead
in eius auctorem redundet; quam si pro
re nequiuerit, ex arbitrio Iudicum pun
tur.

Qui legum istarum & articulorum p
uaricatorem occultauerit, vel vt fuga
prospiceret consilium dederit, loco prę
catoris fugitiui, talionis pœnam incurr

Cum ad castra, vel loca præsidio co
tuta eundum fuerit, in dies singulos ad
nimum tria vel quatuor milliaria prog
dientur, neque hærebunt in pagis, ali
locis rusticorum dispendio.

Morigeri erunt suis Cõmissariis, om
bus in rebus quas pro sua cõmissione m
daturus est.

Leges prænominatas & omnes artic
Regia Maiestas tanquam supremus i
riorum Regionum Dominus, & præd
Status volunt & mandant seuere, inuio
generaliter & particulariter obseruari à C
pitaneis, Signiferis, Vicariis, Satellitibu
aliis cohortium Officiariis, aliisque mili
gregariis, tam iis quorum nomina rec
buntur, quam absentibus qui in poste
nomina ad militiam dabunt, & iurabu
easdem leges & articulos. Vult insupe
dem Regia Maiestas tãquam supremus
rum Regionum Dominus, & earum Sta
vt quidquid hisce in legib. vel articulis p
termissum fuit, expediret tamen ad p
tiam & continendos in officio Milite
inseri, referatur ad discretionem Colon
habeantque omnes ratas easdem pœna
punitiones, earumque executiones; p
sintq; iidem Status huic formulę adde
mi

minuere, quidquid ex officio militiæ istuc spectare videbitur: ea tamen conditione, vt præfecti & Capitanei omnem curam adhibeant quatenus prænominatæ leges articulatim obseruentur, sub pœna eiusdem in præuaricatores animaduersionis & correctionis.

Ita resolutum & deliberatum à consilio Militia & ratificatum à Statibus generalib. Bruxella congregatis XI. Octobris, 1577.

ORMVLA A SERENISSSIMO
VSTRIAE ARCHIDVCE BELGII
ubernatore, ex ordinum & sanctioris consilii latione, data Frederico Perrenot Baroni ntuarensi, Domino de Champagny, recognoscendis militibus præposito, & commissario generali, qua quid ei in hoc munere obeundo curandum aut faciendum sit præscribitur.

In primis necessarium est quoties militum fit recognitio, & maxime quando stipendium iis numeratur, vt serio inspiciat an milites armis equisque idoneis instructi, & milites militiæ apti sint, vt iusiurãdum eorum recipiat, matriculas militum sub vnoquoque merentium habeat, quantum cuique debeatur, & quid vltimo iis solutũ sit, accurate sciat.

Nemini scribẽdorum militum potestas dabitur, quin id gubernatoris literis commissario significetur, vt eo generali matriculæ adscripto, sumptuũ totius belli ratio certior iniri possit.

Illi quoque significandum est quoties militi stipendium datur aut pecuniæ aliquid prærogatur, quo in rationes sub nomine capitanei accipientis, referatur.

Vnicuiq; peditum legioni, aut equitum turmæ commissarius aderit specialis, qui milites ad excubandum deductos diligẽter obseruet, vt quando militum fit recognitio eo melius agnosci possint.

Capitaneo & duci permissum est militi commeatum dare, aut eos emittere, & eorum aut demortuorum locum alios sublegere, ita tamẽ, vt antequam in numerum referantur, eorum nomina edantur cõmissario generali, aut speciali, adiecta die qua commeatum dederit, militem dimiserunt aut receperunt.

Et quoniam eiusdem legionis cohortes omnes non semper simul sunt, sed pro necessitatum exigentia diuersis locis retinentur, ita vt illius legionis cõmissarius omnibus adesse nequeat, eo casu dabitur opera vt qui recognoscendis singulis cohortibus præficitur, milites quos in matricula præcedentis recognitionis nõ inuenerit, quosque postea assumptos comperit, diligenter percontetur quando, & quo militiæ gradu aut loco assumpti sint, quantum stipendii mereantur, quibus de rebus etiam iusiurãdum exigent, si id expedire videant.

Attamen si commissarius alius haberi posset, consultius videtur sequi id quod à serenis. gubernatore articulo quarto propositum est.

Quod ad commeatus concedendi aut milites dimittẽdi facultatem pertinet, iam antea cõstitutum est, ne cui id permitteretur, præter cuiusque legionis præfectis & summis ducibus, aliisq; speciatim ad id nominatis, vtque id prouinciis significetur, curabitur.

Inquiret etiam commissarius, & capitaneos interrogabit de militibus à postrema recognitione defunctis aut dimissis, & maxime de causa & tempore, vt commoda stipendiorum medii temporis in ordinum vtilitatem redire possint.

Simili modo si quos in dimissorum aut mortuorum locum inuenerit substitutos, ab iis iurisiurandum exiget, vt declarent quando recepti sunt, & quantum stipendii mereantur, quo medii temporis commodum, si quod sit, ordinibus cedat.

Commissarii particulares certiorem faciant generalem stipendii quod ducibus & capitaneis datum est, & aliorum quæ ab se in suo munere obeundo facta sunt.

Nullam commiſſarii in recognoſcendo milite rationem habebunt abſentiũ captiuorum aut ægrotorum, niſi magna & probabili de cauſa, quinimo ægrotos adibunt qui decumbere dicuntur.

Commiſſarii in matriculam referãt ſingulorum militum nomen, addito patris, matris patriæq; nomine, cuius artificii ſint, notas ſi quas aut facie aut alia corporis parte præferãt, & ſub quib. antea militauerint.

In rationibus conficiendis quid militib. debeatur, excedere non poterunt commiſſarii modum ſtipendii ab ordinibus conſtitutũ, qui vſq; ad Septembrem Anno 1577. librarum eſt XVI^{c}LIII. in ſingulos menſes, & ab eo tẽpore librarum XVII^{c}XXVI. iniungentq; ducibus vt matriculis ſuis adſcribant cuiuſq; capitanei & militis ſtipendium, quô quid cuiq; debeatur ſciri poſſet, & ſi qua in re fraudatũ ſe quis opinetur, ad illius rationẽ ſatisfieri ſibi poſtulare queat.

Obſeruet Commiſſarius diligenter an ſingulis cohortibus adſit numerus ſclopetariorum maiorum, & thoracibus ferreis armatorum, qui ab ordinib. pręſcriptus eſt.

Significabitur præterea equitum, peditumq; ducib. capitaneis eorumq; vicariis, vt cõmiſſario generali aliiſq; in militib. recognoſcendis obediant, eiſque auxilium omnemq; fauorem exhibeant, quôquod ſui muneris eſt. exequi poſſint, alioquin indignationem ordinum incurſuros.

In recognitione facienda habeat cõmiſſarius huius formulę exemplar, vt oſtendat iis qui quidquam illiciti poſtulabunt, id ſibi denegatum eſſe.

Nemo huic muneri præficiatur niſi idoneus ſit, & in iis quę huc ſpectant bene verſatus, ne per eius imperitiam rationes & id genus alia confundantur.

Recognoſcendis equitibus iuſiurandum exigetur, an equi & arma ad eos pertineãt, an vero cõmodato acceperint. obſeruãtes an equi bello ſint vtiles, & ſi quid deſiderari viderint, matriculę aſſcribant, vt recognitione proxima ſub pœna dimiſſionis id emen-detur.

Obſeruabit etiam an duri & contumac-oris equos habeant, & vt decet inſtruc-an equites ad eam militiam idonei ſint. Id-que etiam notabũt, quo recognitione pro-xima defectui aut admonitione, aut ſi-expedire videant, dimiſſione proſpiciatur.

Periculum faciet an equites exercita-ſint, à ſingulis exigens haſta ad feriendu-porrecta, decurſa eaque abiecta, vt equ-incitato aut ingyrum acto, gladium euag-nent, quo rei gerendæ ſint promptiores-de peritia ſua fidem faciant.

Perſuadere conabitur iis, qui vnico-tum mærẽt equo, vt tegumẽto capitis B-gundico vti velint.

Quoties gubernatori expedire videbi-vt vnius cohortis aut plurium fiat recog-tio, à capitaneis id impediri aut recuſa-poterit.

Obſeruabũt etiam commiſſarii an a-peditum vti haſtæ, galeæ & quæ ſunt-generis, eorum propria ſint, aut cõmod-ſumpta, qua de re iuſiurandum ab iis-getur.

Diſpicient etiam an arma tractare n-ſciant, haſtam nempe torquere, ſclope-culari, & iis inſtructi ſint, quæ ad eam-ſunt neceſſaria.

Omittendum non videtur quod ta-recognitione, quam cum primum mi-aſſumuntur iurare debeãt obſeruaturo-quæ de eorum diſciplina conſtituta ſ-iniungendo ducibus, capitaneis, eoru-vicariis & ſigniferis, operam dent, vt h-ſuis obſeruentur, futurum alioquin vt-litum culpa ab iis exigatur. Quoque-manifeſtiora ſint militibus, altè recita-tur & ſubſequuto militum iuramento-firmabuntur.

Quibus peractis, commiſſarii partic-ris aut generalis militibus recognoſce-operam dabunt capiti matriculæ adno-tes, quo die & loco id factum ſit, & ad-

...nem nominis cuiusq; equitis aut peditis, quid in eorum armis desideretur, vt sequẽ... recognitione menstrui stipendii priuatione corrigantur, &, nisi paruerint, militia priuentur.

Quæ omnia mutari, augeri, aut minui poterũt à gubernatore quoties aut temporis aut negociorum ratio id postulare videbitur.

Datum Antuerpiæ, sub sigillo Regio & gubernatoris subscriptione, 14 Aprilis, Anno MDLXXVIII.

Sat mandatorum, si sat disciplinæ & morum.

CAPVT LXXXIV.

De Pace.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis, CAP. 84.

...acis descriptiones siue definitiones.
...ax quæ bona inducat?
...acis confirmatio est vera iusticia.
...acem cuncta bona sequuntur.
...iures sunt causæ belli, propter quas pax exbannitur.
...acis commoda, & qui eam colere debeant.
...acis priuilegia quæ sint? remissiue.
...acis & dilectionis commendatio. remissiue.
...ax verè est laudabilis & omnibus desiderabilis.
...ax est vinculum charitatis.
...ax quibus modis soleat fieri?
...acis lenitas soluit, quod belli calamitas induxit.
...acis tempore omnia in pristinum statum restitui debent.
...acis fractor potest à quolibet de populo accusari.
...acis violatorum pœna.
...acem facientes an teneantur insolidum, si vnus ex illis pacem frangat?
...ace semota, vitæ facile perit vtilitas
...ax in dubio dicitur esse perpetua.
...empora tria sunt, scilicet, pacis, belli, & induciarum, secundum quæ vita hominis regulatur.
...na ex pace prouenientia quæ sint, enumerantur.

Multo vtilius est, pauca idonea inserere, quam multis inutilibus homines prægrauari, l. 2. §. Contrarium autem, C. de veter. iure enucle.

PRÆFATIO.

IN hoc opere id vnum vbique obseruare proposui, vt veritati iuris consonam pr xim, & hanc, quam breuiter liceret, præsertim cum clara methodo pertractare dico me studiosorum gratia claram doctrinam iuris omnibus velle aperire. Na ex tam immensis & multis voluminibus iuris non omnibus contingit idonea, & praxi vsitata seligere. neq; omnium literis incumbentium ingenia vel opes, vel d positiones ferunt laboriosas lucubrationes, imprimis pauci iureconsulti in hunc ca pum ingressi sunt hac ætate, in quo nos desudamus, vt nostris scriptis aliorum op iuuemus, idcirco quantum potui, egi vt claram doctrinam variorum thema promulgarem. Cæterum nulla est clarior doctrina, quam cum contraria iuxt posita exponuntur. vnde Philosophus verissime scribit, quod contraria iuxta sep ta magis elucescunt, & contraria contrariorum sunt doctrinæ. equidem de bello strictius disserui. postea pluribus de causis caput illud vberius explicaui: inde eti addidi sequens caput De armigeris, militibus ac stipendiariis, *propter reddita loco causas. Nunc necesse videtur de Pace seorsim caput addere, in quo multa dantur, quæ superioribus sectionibus inseri non potuerunt: præsertim cum pax si contraria bello in publicis, sicut amicitia contraria inimicitiæ in priuatis; & fr frigidum contrarium calido in tactu. neq; ex vsu est, hanc contrarietatis ratio hic copiosius demonstrare. Dialectici omnes ex confesso ponunt ipsam pacem b esse contrariam: idem Philosophi fere omnes probant: neq; Iustinianus dissen principio statim suarum Institutionum scribens,* quod Imperatoriam maiesta non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse ornatam, vt v que tempus & bellorum & pacis recte possit gubernari. *vbi satis patet, q contrarietas in tempore, quantum ad gubernationem Reipublicæ pertinet, mod bet pacem, modo bellum. Sic de bello & bellorum iure tractanti necessarium est ea etiam, quæ ad pacem, & pacis iura spectant. Tractaui nuper de bello: ded materiæ duo capita, & opinor me plenius quam breuitas huius operis postulat, omnem exposuisse. Proinde restat vt de pace etiam agam, & hanc materiam capite saltem explicem: quod hic mox subiungo, vt prioribus duobus capitib gnatum. multa etiam occurrebant dum hoc conscriberem, quæ cognitu necess & proficua existunt, nauanti operam iuris, sed omnia infarcire non res ipsa pa neq; lectorum tempus postulat. Quamobrem resecui syluam: neq; enim com tarium de vno hoc themate condere volo: sed adfero in medium, quæ ignora debent, & quæ in communi vsu versantur, simul etiam quæ adiuuare versant foro possunt. ante omnia cognitio & frequens lectio huius thematis de pace exc & inflammabit animos plurimorum ad pacem, vt spero. Cuius ergo hunc labo nunquam recusare potui, quin etiam dulcissimum & mihi & multis bonis su endum duxi. & mox ad rem accedo.*

DEscriptiones † pacis vel definitiones. Primo Pax (teste Fratre Dominico Soto Segobiensi Theologo, ordinis prædicatorum, Cæsareæ Maiestati à sacris confessionibus in epistolam Diui Pauli ad Romanos) est margarita Christianis preciosissima, quæ sectanda etiam est cum labore nostro, damno & opprobrio. Pax vera est, cum vnusquisque ius suum trãquille possidet, &c. Pax enim (vt 19. De ciuitate Dei, author est Augustinus) est tranquillitas ordinis, vel ordinata concordia. & sic definitionem, siue potius pacis descriptionẽ perfectam ponimus, sicut hoc. Est autem pax tranquilla libertas. vt not. per Archid. in c. Noli. 23. q. 1. Vel, est animi tranquillitas naturam seruans & temperantiam non relinquens. Vel, pax est persuadibile bonum non compulsibile : Vel dic: quod si potest fieri sine damno vel scãdalo alicuius partis; tunc debent inimici ad pacem compelli: quia rex pacificus ita decreuit : vt in proœmio Gregor. & ibi Bald. in 4 & 5. column. & arg l. iure communi, ff. de seruit. vrban. prædio. Adduco Bartolum in consilio, incipiente ad declarationem quæstionis, num. 200. vbi dicit quod Pax per Gof definitur in summa de treuga & pace. si pax est discordiæ finis: sed quia discordię finis posset accidere multis modis vel decedẽtibus ambobus his qui habuerunt discordiam vel guerram: vel alio facto, ideo putat Bartol pacem potius definiendam esse. Pax est pactum, quo finis discordię seu guerrę introductæ per pactum, l. 1. ff. de pact. l. in bello, in principio. ff de cap. l. 1 C. de caduc. tollen. & C. publicæ lætitiæ, quæ est vlt. Rubric. C. lib. & l. vnica. & de pace tenenda, & de pace iuram. firman. Latius per D Antoniũ Corsum in suo singulari tractatu priuilegiorum pacis, post numerum primum, & numero 9. Breuiter his versibus pax & eius bona describitur.

Pax plenum virtutis opus, pax summa laborum
Pax belli exacti precium, preciũq; pericli est.
Nil sine pace Deo placidum est, nec munus ad aras.
Sydera pace vigent, subsistunt terrea pace.

2 Pax † quæ bona inducat. Pax enim multa bona inducit, discordias enim remouet & tranquillam quietem inducit; statum personarum ac ciuitatum augmentat; honestatem affert; diuitias præparat; Dei ac regum gratiam tribuit; superbiam vniuscuiusq; recludit; auaritiam cuiusq; repellit; honorem honoratis adiungit; nondum honoratis præparat; Deo seruiendum animũ cuiusq; incitat; fructum affectat; expostulatum vel affectum facit acquirere seu nancisci, arg C de cadu. tollen. in principio, C. de offic. præfect. prætor. Afric. l. in nomine, in princip. 2 column. & C. de veter. iure enuclea l 2. § quantumcunq;. quæ numerantur in tit de pace Constant. per glos. finalem.

3 Est enim pacis † confirmatio ipsa vera iustitia. vt loco immediate præallegato videre lector poterit. Vnde ex pace vbertas. vt Alciatus Iureconsultus etiã suo emblemate pulchre delineat.

Grandibus ex spicis tenues contexe corollas,
Quæ s circum alterno tramite vitis eat.
His compte Alcyones tranquilli in marmoris vnda
Nidificant, pullos pignora grata fouent.
Lætus erit Cereri, Baccho quoq; fertilis annus
Aequorei si rex alitis instar erit.

Sicut ex bello rerum propriarum alienatio & perditio prouenit, teste Virgilio in Bucolicis :

Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has segetes: en quo discordia ciues
Perduxit miseros? en queis conseuimus agros?

Ita ex ipsa pace rursus rerum propriarum & quæ fuerunt bello amissæ, redit restitutio vel saltem recuperatio: deinde mox variarum possessionum locupletatio & ædium

destructarum reparatio, nouarumq; molitio

4 tio Pacem † cuncta bona sequuntur. Ex pace tandem nil aliud sequitur nisi bonū. vt probat text. in c Quod sicut, circa medium. vbi propter bonum pacis, ext. de elect. facit text. in l Creditor. §. 1. ff mandati, qui text. secundum vnum intellectum potest probare: quod facere pacem est quædam necessitas, & propter hoc ibi non datur actio negotiorum gestorū, quæ in gestis voluntatibus solet dari, l. Si communes, ff de negot. gestis habetur in l. 3. cod. tit Bartol. in l. 2. §. Ex his, ff. de verbor. obligat. Item, pro bono pacis aliquid conceditur, quod aliàs non concederetur, textus est ibi. Gloss & Panorm. in c. 2. de desponsatione impuberum. Deinde ad vtilitatem pacis facit; nam ex eius contrario, vt est bellum, multa mala sequuntur. vt habetur in textu, & ibi gloss. in Authentic. de armis, in principio, vt infra

5 declarabitur. Nam plures † sunt causæ belli, propter quas pax exbannitur. Prima quia non puniuntur maleficia, vt patet Ecclesiastes 8. ibi quia non profertur contra malos sententia. facit text. in c. 1. de offic. lega. in 6. dicit textus Officii nostri debitum remediis inuigilat subditorum: quia dum eorū excutimus onera, dū scandala remouemus; nos in eorū quiete quiescimus, & fouemur in pace. Secunda causa est abundantia temporalium, vt patet Genes. 13 ibi facta est rixa inter pastores, Abraham & Loth. Tertia causa est, quia non occupamur in pugna contra Dæmones. 5. ad Ephesios. Non est nobis colluctatio aduersum carnem. & Esaiæ 28. Percussimus fœdus cum morte & cum inferno. Quarta causa est: quia non consideramus damna belli in quo diuitias, animas, & corpora perdimus. Hieronym. 46. ibi fortis incidit in fortem. Quinta causa est, quia non consideramus dubium euentum belli. Regum 12. Vbi varius est euentus belli. Sexta & vltima causa fere in hac omnia supradicta concluduntur; quia non seruamus Dei præcepta. Hieronym. 3. ibi vtinam attendissent mandata mea. facit te- xtus in can. Reuertimini, 16. quæst. 1. [...] propterea cum nolumus soluere decim[...] mandato Dei veniūt bella, & quod non ac- cipit Christus, rapit fiscus, in c Maiores. 16. q 6. Ista fuerunt dicta per Archidia. in ca[n.] Noli 22. q. 1. per gloss. in c. Ad apostolic[a] de re iudica. in 6. Panorm. in c. finali, in [...] columna. de restitut. spolia. Et hæc ca[usæ] præcedentes pacem dicuntur impedire. [Pa-]

6 cis † commoda, & qui eam colere debea[nt.] Qui ineunt consilia pacis, sequetur eis ga[u-] dium, Prouerb. 12. & quod verius est fu[n-] damentum pacis, quam ipsa iustitia [...] nihil. Et Esaiæ 32. dicitur opus iustitiæ p[ax] & istud Virgilii 6. Æneid.

——Pacis componere morem,
Parcere subiectis & debellare superbos.

Vnde Cassiodo. 3. Variarum 20. Co[...] est nostro leuamen humilium, vt co[ntra] potentiam superborum nostræ pietatis [...] gatur obstaculum, ne liceat cuiquam [...] nos audaciæ, quorum est propositi sup[er-] calcare, pro quo facit text. in l. 1. Cod de [co-] mitibus consistorianis, lib. duodecimo [...] bi in consistorio principis debet esse [tran-] quillitas tam mentis, quam omnium [...] suum secundum Dominū Lucam de [...] na ibi, in verbo tranquillitatis. Et id[eo o-] ptimus dicebat Psalm. Qui posuit f[ines] tuos pacem. Et vates dicebat egregius, [...] terea pax, arua colat. Et dominica v[oce in] suo sacro euangelio: Pacem meam do [vo-] bis. & alibi dicebat Propheta: Ego co[gito] cogitationes pacis & non afflictionis. [...] possumus dicere, quod optimus diceb[at va-] tes, Veniat dux longa pace solutus, d[...] iam pace ducem, & per D. Lucam de P[...] in Rubric. & in l. 1. publicæ lætitiæ, l[ib.] duodecimo. vbi plene reperies qui di[can-] tur reges felices, & de multiplici spec[ie pa-] cis. Huc addi potest illud Alciati e[mble-] ma:

En galea intrepidus miles quā gesserat, [...]
Sæpius hostili sparsa cruore fuit:

[P]arta pace apibus tenuis concessit in vsum
Alueoli, & fauos, grataq; mella gerit.
Arma procul iaceant: fas sit tum sumere bella,
Quando aliter pacis non licet arte frui.

Pacis † Priuilegia quæ sint? Vide (cau[sa] breuitatis) tractatum priuilegiorum pa[c]is, editum ab excelso Doctore Antonio Corseto Neptino Siculo, folio, libro meo, [.]8. verso, per totum tractatum. Pacis † & [d]ilectionis commendatio. Vide multa a[p]ud D. Ioann. Lupum, prolixitatis euitan[d]æ causa, in suo tractatu, De confœderatio[n]e principum, num. 9 & 10. Pax † vere est [l]audabilis & omnibus desiderabilis, textus [e]st in cap. 1. de pace tenenda. Nec male con[s]uetudo hinc manauit, quod in coronatio[n]e nuper electi Pontificis populus ore læto [a]cclamare solet, *Fiat pax in virtute tua & [a]bundantia in turribus nostris.* iuxta dictum [P]rophetæ facile patet, quod olim pacis cō[m]endatio gratissima omnib. fuit. Et Chri[st]us discipulis subinde ait: *Pacem meam do [v]obis, Pacem meam relinquo vobis.* nec mi[n]us ad ipsos ingressus imprecatur, *Pax vo[bis].* certe pacis vox in ore eius commenda[ti]ssima fuit, qui etiam beatos *pacificos* vo[ca]t, quoniam ipsi Deum videbunt. Pacis [b]ona Rauisius Textor paucis versib. expres[sit], propter quæ maxime sit desiderabilis, [in]quit:

[Pa]x cæleste bonum sacris altaria flammis,
Atq; tepescentes suscitat igne focos.
[Pa]x hominum genitrix, pax est custodia rerū,
Pax aperit iuris, iustitiaq; forum.
[Nu]lla dies homini, nulla est sine pace voluptas,
Nullus amor, nullum religionis opus.
[Pa]x vrbes, pax regna ligat, pax congregat orbem:
Fiat vt ex multis vrbibus vna domus.
[So]la pax renouat, pax aurea tempora cōfert,
Et mores priscæ simplicitatis habet.
[Om]nia redeunt artes, academica florent:
[Ot]ia Castaliæ sollicitantur aqua.
Pax facit innocuos saltus nemorūq; recessus,
Tutus it & tutas aduena portat opes.
Pax Cererem campis, & mittere collib. vuas
Efficit, armoso diuidit arua boue.
Gramina pace virēt, prapinguia pascua latū,
Luxuriat multa fertilitate pecus:
Pax vehit auratas peregrina p aquora merces,
Et steriles ponti non sinit esse vias.
Pax hilares mensas facit, & conuiuia passim,
Et recreat molli tristia corda mero.
Pax aperit thalamos, hymenæaq; carmina cā-
Excitat & resides non sinit esse lyras. (tat,
Pro gladiis lances gerit, & pro cassi de scuta,
Et sua Palladia tempora fronde ligat.
Gestit & ad superos agili volat ardua saltu.
Et vocat ad festos agmina longa dies.

10 Pax † est vinculum caritatis, c. Nouit, ad finem extra de iudic. Hinc Diuus Paulus in epistola ad Romanos, Salutate inuicem in osculo sancto, vt quod est osculum pacis. vnde subiungit, Deus autem pacis conterat Sathanam sub pedibus vestris velociter. In ecclesia hodie permanet consuetudo circumferendi osculum pacis, in signum vinculi caritatis, & ecclesia cantat, *Da pacem Domine in diebus nostris.* & quæ huc faciunt, nec minus orationes fiunt causa pacis in vinculum caritatis conseruandæ. Iudas vt declararet quem traditurus esset, hoc vinculum caritatis osculo prodidit. vnde à Christo reprehensus est; & pacem quam non dilexit, nunquam obtinuit, quin seipsum suspendit.
11 Pax † quibus modis soleat fieri? Pax fit per tactum manuum, per risum reciprocum, per potum, per osculum & similia. not. in l. in ipsius, C. famili. herciscun. gloss. in §. In summa. Instit. de iniuriis. Docto. & Paul. de Castrens. in l. prima, ff. de pactis, Baldus in l. Et in epistola, Cod. de fideicommiss. Et quod dixit de osculo, nō habet locum in domino feudi. vt per Firmian. in Reperto suo, in vers. 1. in verb. Pax. Videmus hodie eos qui pacē colūt vel etiā firmāt, sibi mutuo dexteras dare,

quæ consuetudo antiquissima est. teste D. Alciato in suis Emblematibus.

Mos fuit in partes turmis coeuntib. easdem,
Coniunctis dextris mutua dona dari.
Fœderis hac species hoc habet concordia signum,
Vt quos iungit amor, iungat & ipsa manus.

12 Pacis † lenitas soluit, quod belli calamitas induxit, l. 1. in principio, C. de caduc. tol-
13 len. Pacis tempore † omnia in pristinum statum restitui debent, argum. eius quod de redhibitione dicitur in l. Redhibere, ff. de
14 ædil edic. & l. facta eodem tit. Pacis † fractor potest à quolibet de populo accusari, inquantū dimidia pœna fisco debetur, Bartol. in l. 1. in fine, ff. de iure fisc. & in l. Arbi-
15 ter secunda, ff. de recept. arbit. Pacis † violatorum pœna. Vide de hac materia etiam (euitandæ prolixitatis causa) D Hugonem in suo tractatu, de officio quatuor prælatorum, De obseruatione pacis, fol 37, num. 1. Et propheta Dauid huc respexit, cum dicit; *Ecce parturiit iniustitiam, & concepit dolorem, & peperit iniquitatem. & conuertetur dolor in caput ipsius, & nequitia in verticem eius descendet. Lacum aperuit & effodit eum. & incidit in foueam, quam fecit.* Sic fere fit quod violatores pacis primo puniuntur omni genere mali, quod aliis construunt: deinde etiam multis aliis malis affliguntur; quare Dauid precipit, Inquire pacem, & persequere eam. Atq; hoc primum est genus pœnæ. Alterum quod Deum infestum faciunt, qui pacem violant, & à bonis omnibus exulare cogūtur, vt patet in Caim, post
16 quam fratrem Abelem occidit. Pacem † plures facientes cum pluribus, & si vna pars promisit alteri non contrauenire, sub pœna mille ducatorum, & vnus fuit occisus ab aliquibus de alia parte, an pœna committatur insolidum. & quibus acquiratur, & pro quibus portionibus, an insolidum, & in totum contra quemlibet. Vide pulcrum consilium Alexand. in ordine 120. incip. Viso instrumento pacis, in 4. parte. & Bartol. in l. final. ff. de duobus reis, in ver. Secunda quæro, cum quo ibi transit Ang. & moderni, & Bartol. in repetit. Authent. Hoc ita, in
13 quæst. C. de duob. reis, & in l. opere, ff. de oper. liber. & per modernos in l. Si id quod, ff. de duob reis, in quibus locis concluditur, quod si plures fecerunt pacem cum pluribus & promiserunt se non offendere sub pœna mille ducatorum, postea contingit vnū esse offensum, omnes ex illa parte offensa non possunt agere insolidum, nec etiam insolidum possunt conueniri illi, qui sunt de parte offendente. vt probant ipsi per d. l. Si id quod, & per d. l. opere. Vnde quilibet de parte offensa potest petere virilem portionem: & quilibet, qui sit de parte offendente,
17 potest conueniri pro parte virili. Pace † semota, vitæ facile perit vtilitas. Oldra. suis in consiliis, consilio 94. in 6. colum. Et dicit Imperator in tit. de pace tenenda, in vsibus feud. hæc verba in laudem pacis: Pacem desyderatam, & toti terræ necessariam per vniuersas regni partes habendam, regia in-
18 ducimus autoritate. Pax † in dubio dicitur esse perpetua. Casus est elegans, in cap. 1. de pace Constantiæ; & ideo si in capitulis pacis non est præfixum certū tempus, præ-
19 sumitur pax facta in perpetuum Tempora tria sunt, sc. pacis, belli & induciarum. Pet. de Ancha. in suis consiliis, consilio 87. incip. Præmissa facti serie. Latius videat lector per D Antonium Corsetū Siculum in suo tractatu priuilegiorum pacis, num. 35. & sunt tres modi quibus vita hominis regulatur Ita tenet D. Nicolaus Boerius in suis decis. quæst. 40. num. 1. fol. 52. 1 parte. quia aut in pace, aut in treuga. l. postliminium, §. induciæ, ff. de capt. & postlimi. reuers. & in c. 1. & 2. & ibi per Hostiens. de treug. & pac. tempus guerrę consistit in calamitate, quoniam homines inuicem se lacessunt & deprædantur, quod est proprium guerræ & belli, d. §. Induciæ. Proprium autem pacis in lenitate, & libertatis tranquillitate actorum, & personæ securitate consistit, c. final. de treu-

de treug. & pace. & Archidiac. in c. Noli. 23. q. 1. Vide plura huic materiæ conuenientia apud D. Nicolaum Boerium, suis in decisionib. aureis. Quæstione 40 primæ partis. folio 51. verso. column. 4.

Bona † ex pace prouenientia; Pax enim multa bona inducit. Nempe,

- Discordias remouet,
- Tranquillam quietem inducit,
- Statum personarum ac ciuitatum augmentat,
- Honestatem affert,
- Diuitias præparat,
- Dei ac regum gratiam tribuit,
- Superbiam vniuscuiusque recludit,
- Auariciam cuiusque repellit,
- Honorem honoratis adiungit,
- Nondum honoratis præparat.
- Deo seruiendum animum cuiusque incitat,
- Fructum affectat,
- Expostulatum vel affectum facit acquirere seu nancisci bonum finem,
- Quę numerantur in titulo de pace Cōstantię, per glossam finalem.

Ex pace tandem nil aliud sequitur nisi bonum. Et omnia mala, aut ad minus pręcipua malorum pars ex bello prouenientiū, statim cessant, & impediuntur, bona ac diligenti iustitiæ administratione, quæ melius pacis, quā belli tēpore exerceri potest, vt his nostris infelicibus temporibus plus satis conspeximus, quorum malorum præcipuorum ex bello prouenientium meminimus sub titulo, de bello. vbi latius pius lector (si lubet) rem ipsam legere poterit.

CAPVT LXXXV.

De assasinis, & assasiniis.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis, CAP. 85.

Assasini qui dicantur.
Assasinorum crimen, & pœna debita.
Assasinatus consummatus, simplici homicidio maior est.
Delictum mercede interueniente, fit intensius.
Assasinos conuictos, omnibus impunè occidere licet.

Assasinator, id est, mandans,
Assasinus, id est, sese locans,
Assasinorum hospes,
Assasinus subsidium ferens,
} *pœna pari plectendi.*

Assasinorum
Assasinis fauentium
} *bona, post factum adiicienda fisco.*

Assasinator pœnitens
&
Assasinus pœnitens
} *ante factum, leuiùs puniendi.*

10 *Assasinatus in muliere prægnante committitur.*
11 *Assasinatus enormitas.*
12 *Assasinatorum pœnitentia & reuocatio, quando pœnam mitigent.*
13 *Assasinatus vocabulum barbarum.*
14 *Pecunia data Assasino pro homicidio aut alio delicto committendo cui applicetur.*

1 ASsasini sunt occisores † conductitii,
hoc est scelerati, sicarii, milites aut e
meriti, aut exauthorati, adhoc ab aliis mer-
cede conducti, precib. aut præmio, vt alios
(in quorum necem coniurarunt) incautos
opprimãt: oppressos miserè & subdole, vbi
& quando sese commoda præbebit occasio,
necent, & interimant. Tales item sunt, qui
idem præstant sub alicuius ducis iuramen-
to adhuc militantes. Huiusmodi igitur
2 † assasini simulatque suam operam ad ali-
cuius occisionem alteri addixerunt, ob pol-
licitum præmium, & ob pactam pecuniam,
homicidii criminis rei ilicò fiunt, & vltimo
supplicio plectendi sunt: etiam si facto, &
re nunquam tale homicidium committãt,
capite primo & ibi glos. in ver. mandauerit,
de homicid. libr. 6. Bart. in l. Cicero. ff. de
pœnis. Et in l. Non solum, §. Si mandato
3 meo, ff de iniuriis. Si verò † scelus tandem
ex pacto perpetrarint, tũ grauiùs illi, quàm
pro simplici homicidio puniendi sunt, quã-
do ipsum etiam delictum, quod pecuniæ
4 gratia † committitur, enormiùs sit, quàm
quod citra pecuniæ mercedem perficitur,
ideoque pœna debita grauius etiam inten-
ditur, Bal. in l. Non ideo, in princip. de accu-
sat. faciunt quæ habentur in l. 2. § final. ff.
de eo per quem fact. erit. Panorm. in c. At si
clerici, extr. de iudic. D. Fredericus Schenk
in triade sua, Cap. 3. de his quæ iudicibus
5 obiici & opponi possunt. Huiusmodi †
præterea assasinos, & homicidas conducti-
tios omnibus & passim iura (citra hoc vt
vllam humanam pœnam incurrant) inter-
imere permittunt: potissimum autẽ quan-
do talis criminis rei defamantur, & per Iu-
dicem conuicti fuerint, Angel. in consilio
incipiente, Nos Carolus, Alex. in l. 3. §. 1. ff.
6 ad l. Cornel. de sicar. Quisquis autem †
huiusmodi nefarios assasinos conducit,
psisque præmium & mercedem statuit a
numerat, assasinatorem vocamus, qui
secus puniendus est per iustitiam, quam
pse principalis perpetrator, d. c. 1. iũct. gl
in verb. Mãdauerit, de homicid. lib. 6 Qu
& eadem parique pœna mulctandus
quisquis dictos assasinos hospitio recip
defendit, abscondit, aut ex simili fauore
lum subsidium confert. Hoc prǽterea
7 farium † malum, id est, assasinatum, iur
deò habent exosum, vt præter corpora
mortem, tum assasinatorum, tum assasin
rum bona omnia, (præcipuè post factu
deinde etiam ipsorum fautorum bo
sco adiicienda statuerint, l. 1. & 2. C. de
qui latro. occulta. iuncta glos. in verb.
multas concordantias allegante: pessim
enim genus est receptatorum, sine qu
latere nemo diu potest, l. 1. ff de recepta
bus, nisi ii assasini aut assasinatores ciu
sent talium ciuitatum, quæ per priuileg
longam consuetudinem aut possessione
aut aliis ex caussis, liberæ essent, & pri
giatæ ab omni bonorũ confiscatione: q
lis est ciuitas nostra Brugensis, & aliæ
8 similes. Verum non inutilis hic mo
posset quæstio, nempe, Si conductor
pœnitentia tandem ductus adeat co
ctitium suum militem, dicens, sese p
tere pacti, nec vllo modo velle, vt ex sta
pacto, aut ex conducta mercede & ma
to, facinus committat, sed potius hor
& mandet, ne tale homicidium cons
tum vlla ratione tentet aut perficiat: A
l. s conductor pœnitens pari & tã grau
na plectendus sit, ac si nunquam pœni
set, & sententiã non reuocasset? Hanc q
stionem luculenter resoluit D. Hipp
Marsil. in suis consiliis, cons. 105. incip.
di

simeo: vbi apertè vult eum post pœnitentiam & per reuocationem mitius puniendum esse, & citra mortem, præcipuè si pœnitens eam reuocationem fecerit re adhuc integra & infecta, hoc est, si ille conductus nihil apparatus, nihil violentiæ adhuc fecisset, & si ad perpetrationem necdum se armasset, aut ad locum committendi criminis nondum iuisset: atque hæc Hippo. sententia (mea quidem opinione) videtur certissima, & æquissima: tametsi sint qui contra rationem, ipsius sententiæ refragari videantur. Plura enim (vt idem Hippol eodem loco narrat) iura sunt & rationes æquiores, tam diuinæ quàm humanæ, quæ faciunt pro istius pœnitentis, adeoque reuocantis absolutione, quàm pro ipsius condemnatione: atque hinc non est puniēdus pœna ordinaria, sed extraordinaria. Adhæc eodem cons. in fin. numer. 39. & 40 clarius confirmat pœnitentiam & affectum resipiscentis, in quibusuis criminibus etiam enormibus, prodesse debere, iuxta textum, in l. Qui falsam, ff. de fals. & iuxta Bald. in l. colum 1. C. de ser fugiti vbi vult affectum leuius puniendum, quàm delictum: deinde multum esse differentiæ inter delictum ordinatum, & delictum consummatū & perfectū, eoq; alterum altero leuius puniendū. Quare si delictum consummatum puniatur pœna mortis, tantum delictum ordinatum, id est, non consummatum, nō est tam graui pœna, scilicet mortis, puniendum, sed pœna mitiori, & citra mortem. Ex hac narrata † quæstione correlatiuè nascitur alia similis quæstio, de milite conducto & pœnitente: veluti si miles ille conductitius post pactum, post mercedē acceptam, tandem pœnitētia motus factum promissum perpetrare noluerit, sed ad conductorem suum redeat dicēs, se iniquè egisse & pœnitentia ductū, nulla ratione tale crimē committere velle: An is cōductus miles pœnitens æquali pœna puniendus sit, ac si nulla pœnitentia permotus facinus suum perpetrasset? Ad quam quæstionem pari ratione conuenit illa superior Hippol. sentētia: qui a correlatiuorum criminū idem semper censendum est iudicium, teste D. Nicolao Euerardi in suo Topicorum lib. de correlatiuis. Si igitur re adhuc integra, & ante aliqua præparata, & ante vllā vim illatam ita pœniteat, malum animum reuocet & factum renunciet, mitius quidem, & citra mortem, extra ordinem etiam puniendus est, vti conductor ille pœnitens superior. Si queratur an clericus aut sacerdos hoc crimine assasinatus grauatus, per laicum iudicem capi possit & citra degradationem, morte puniri? Hanc quæst. nō nihil attigimus in superiori cap. 37 de quæst. vbi de ea egimus, ideo te lectorem huius quæstionis percupidum ad idem caput legendum remittimus.

10 Enarratis † assasinatus criminibus, non admodū absimile videtur illud scelus, quod vsuuenit mulieribus prægnantibus veluti si mulier fœtu grauida, suique pertæsa ponderis, & fructus ventris, aliam mulierem aut virum adeat, consiliūq; petat, quomodo fœtum in vtero aut viuū enecet, aut nō viuum abortiat & eiiciat. Si enim accepto consilio consulentis operam precib. præmio ac mercede conducat, vt optatū præstet, hoc est, vt abortiuū fœtū pariat: tunc post tale pactū initū, & ipsa cōducens alterius operā, & ipsa vel ipse locās suā operam, ambo simul assasinii rei fiunt: quod intelligendū est, tam de fœtu non a-

11 nimato quam animato: † quandoquidem à tali crimine propter ipsius turpitudinem & enormitatem (quam merces parit & mali patrandi promissum precium) nō solum iura, sed ipsa quoque natura prorsus abhorreat, l. Cicero, ff. de pœnis, suprà allegata Bart. in l. Diuus ff. de extraord. criminib. D. Paul. Grillandus in suo tract. de sortilegiis, 13. q. nu. 2.

12 Quod autē † de assasinatoris & assasini pœnitentia, crimen & pœnam mitigāte dictum est, de pœnitentia intelleximus, quæ ante factū contigit; vti hactenus:

deinde de ea pœnitentia, quæ ante capturam, citationem, aut delationem contingit, pariter intelligendum est. Nam si assasinator & assasinus ea pœnitentia peragantur, post factum semel tentatum, aut post præparatum, aut postquam senserint sese apud Iudicem defamatos, aut delatos, aut si eius criminis gratia citati fuerint, aut cōprehensi, tunc ea pœnitentia sera foret: nam ea de ordinata pœna nihil remittere posset, sed essent ambo tunc plectendi, non secus quam si crimen perpetratum fuisset, scilicet
13 vltimo supplicio, vt ante. Cæterum † hic te rogatum velim candide Lector, ne doctas tuas offendant aures, hæc vocabula (quib. vsi sumus) assasinium, assasinatus, assasinator, & assasinus: quum enim proprio destitueremur vocabulo, rem ipsam explicare oportebat vocabulo (licet incondito) repertu commodissimo: & quo doctores & ipsi practici vti non verentur, teste etiā Bald. in l. Si accusatoribus, C. de accusat. Hactenus non memini in superioribus editionib. sub hoc cap. quæstionis alioqui non inutilis aut aspernandę. Nimirum, Pecunia
14 assasino † pro homicidio aut alio del… cōmittendo cui applicetur? Omissis … tis hîc ambagibus & argumentis, vid… mihi (saluo sem per saniore iudicio) Q… pecunia data assasino pro homicidio au… lio delicto committendo applicatur ci… erat assasinandus, l. Et generaliter, § Ill… ff. de calumniatorib. & ibi Bartol. hu… summat. Si turpitudo versatur etiā ex p… dantis, ei non competit repetitio, sed sol… ei in cuius præiudicium datum est, hu… tiam recordatus est D. Ioan. Bertachin… suo Repertorio, sub litera P. in verbo, … cunia. Sed D. Ludouicus Romanus in … singularibus, singulari 329. ait gloss… riare: quia aliquando fisco, vt l. Luci… de iure fisci, & l. Claudius, ff. de his qu… vt indig. aliquando parti. Sed quæ d… rior (inquit) dic quod secunda scil. … applicetur parti regulariter, text. est … cta lege, Et generaliter, §. Illud, & l. Si… ab alio, §. Si vt filiofamil. ff. de calumn… ribus.

CAPVT LXXXVI.

Qui excusandi ab homicidio.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 86.

Ab homicidio commisso excusantur,

1 *Pueri vel infantes* — *Septennio minores & Doli nondum capaces.*
6 *Furiosi vel phrenetici, scilicet in ipso facto.*
9 *Dormientes, de facto euenturo non præscii.*
15 *Immodicè ebrii.*
22 *Occidentes casu fortuito.*
27 *Qui instinctu diuino occidunt. Exempla varia.*
30 *Occidentes partus monstruosos, & humanæ speciei non participes.*
31 *Occidens æmulum suum colluctatorem in certamine gladiatorio.*
32 *Maior septennio, & adhuc impubes.*
33 *Senex, alioqui vita moribusq; puris spectabilis.*

Qui in facto dol… rent, intention… voluntate.

Qui homicidiū commisit. { *a 10. annis: accusari tamen potest.* *a 20. annis: qui nullo modo accusari potest.*

Satellites in violenta periculosaq; malefici captura.
Filius homicida per patrem delatus, oblatus Iudici.
Delatores aliorum homicidarum, si Iudici ita visum fuerit.

Infantes ad septimum vsq; annum censendi sunt.
Pueri doli capaces puniendi.
Minores septennio aliquando doli capaces esse, exemplo probatur.
Nostra ætatis infantia, prisca infantia deterior.
Furiosi iniuriam patiuntur, nullam inferunt.
Furiosis punitio sufficiens est, interna furoris vexatio.
Dormientes quadantenus furiosis similes.
Furiosus ad possessionem capiendam inhabilis.
Dormientes subinde alios occidunt: Exempla.
Dormiens, de consueto, ac futuro malo præscius non excusatur.
Putando arbores viatorem occidens, non excusatur, si non præmonuerit.
Ebrietas ad malum patrandum captata, non excusat.
Ebrietas de iure excusat à tanto, non à toto.
Ebrietas Loth incestum excusabat.
Ebrietas lenis ab homicidio non excusabat.
Ebriosorum licentiam compescuit Constitutio Cæsarea.
Ebrietas ante diluuium incognita.
Casus fortuitos, nullius consilium præuidet.
Homicidium casuale non ligat ad irregularitatem: Exempla.
Homicidium casuale committens per negligentiam, fit irregularis.
Ab irregularitate homicidii casualis, facile absoluit S. Pontifex.
Partus monstruosi vnde procedant.
Adultera plerunq; producit partus marito similes.

QVum ante multa de homicidiis egerimus, cōgruum fuerit hic pauculos referre, qui ab homicidii crimine excusentur. Ab homicidio † igitur excusantur pueri ac infantes, nec dum doli aut malitiæ capaces, quod in homicidio vero, malitiam & maleuolum animum adesse oporteat, qui in pueris nondum apparet. Ideoq; si tales occidant hominē, nullo modo puniendi sunt, vt. est in l. Infans, & ibi latè D. Hippol. de Marsil. ad l. Corn. de sicar. nec efficiuntur irregulares. Clem. vnica. de homicid. in Clementi. Rationem ponit text. in d. l. Infans. Nam infantes excusat & tuetur consilii innocentia & ætatis imbecillitas, ob quā necdum satis, quid agant, cognoscunt, l. 1. versus finem, C. de fals. monet. Infantes autē
2 eos iudica, † qui septennium nondum excesserunt, l. Si infanti, C. de iure deliberan. vbi doctores meminerunt differentiæ inter infantem, puerum, pupillum adolescentē, puberem, iuuenem, senē, & similes. Quod autem de infantium excusatione dictū est, id cum limitatione & distinctione intelli-
3 gendum est: nempe, si cum infantiæ † ætate, doli non sint participes. Nam si infans doli capax fuerit, tunc plane puniendus est, non tamē tam rigorose, sed mitius propter

ætatem, factum nõnihil excusantem, l. Auxilium, §. In delictis, ff. de minor. & text. in c. fi. de sentent. excom. vbi gl. in verb. Pueris, tenet infantes posse doli esse capaces pro his facit text. in l. Si alterius, C. Si minor se maior. dixerit: vbi dicitur, quod † malitia
4 ætatem suppleat: Et ita tenent Panorm. & Ioan. Andr. in c. 1. de delict. puero. qui mouentur per illud quod refert beatus Gregorius in quodam dialogo, diabolum scilicet eripuisse puerum quendam quinq; annorũ è manibus patris, iurantem & blasphemantem Deum: quod Deus non permisisset, nisi ille infans fuisset doli capax. & huic opinioni adhæret Hippo. in d. l. Infans, dicens hodie infantes sexto ætatis suæ anno callidiores esse, & mali capaciores, quam olim fuerant anno quintodecimo. Quod nos † quoque nostris comperimus temporib. in quibus pueri nequiores sunt & vitiis magis debiti, quam priscis fuerant temporibus. Atq; hæc opinionum distinctio mihi videtur verisimilior, licèt Barbat. in addi. ad Panorm. in d. c. 1. de delict. puero. reclamare videatur per l. Impuberẽ, ff. de furt. vbi dicit textum dicere, infantem non posse esse doli capacem. Ego vero nego hoc textum absolute & firmiter velle asserere, quum dubie tãtum id opinetur, sicut facilè indicat hoc verbum (putamus.) Quod igitur textus iuris præsumptione verum putauit, id Barbat. simpliciter & certum & absolutum esse asseruit, hoc est, minorem septennio non posse esse
6 doli capacem. † Excusantur item hac ratione furiosi & phrenetici, qui ob animi impotentiam, mentis suæ non sunt cõpotes, eoque ex deliberato animo nihil facientes, nec quid faciant, scientes: Nam tales nullo modo puniuntur, d. l. Infans ff. ad l. Corn. de sicar. cum eos fati infelicitas excuset, & mẽtis inopia; Ideoque nec irregulares per factum efficiuntur, d. Clement. vnica, de homicid. Etiam si matrem occidissent, l. Pœnæ, § fin. ff. ad l. Pompei. de patri. Ratio est, quia delicta nõ committuntur sine consensu, l. 1 ff si quadru. paupe. fecis. dic[...] furiosorum autem nullus est mentis a[...] luntatis consensus, l. 2. C de contrah[...]
7 emption & vendit. Quocirca tales † fu[...] si ab aliis vim & iniuriam sæpe patiun[...] aliis vero iniuriam nullam inferre poss[...] ob quam per iustitiam plectendi forent[...] Illud, § Sane. ff. de iniuriis. Ideoque[...] rum facta, leges, vt fortuita, & pro casi[...] & euentis accidentalibus, & sine facto[...] sonæ recipiunt, eoque impunita excu[...] l. fin. ad finem ff. de administrat. tuto[...] de si damnum det furiosus, non tenetu[...] ge Aquilia, l. Sed & si quemcunque, §[...] tur iniuriam, ff. ad l. Aquil. Alia præ[...]
8 † est ratio naturalis magis, quod furio[...] satis suo furore torquetur ac punitur, l[...] uus, ff. de officio præsid. l. Pœna, § Sa[...] ad l. Pomp. de parricid. Nec afflicto ad[...] da est afflictio, l. Nauis, ff. ad l. Rho. de[...] Istud tamen limitandum est, vt non [...] cusatio, si deliquisset ante furorem: N[...] ante furorem deliquisset, tum vel in ip[...] tiam furore puniri posset, d. l. Diuus, ([...] additur, morbo ipsius nullam tunc da[...] esse veniam) Hippol. in l. 1. ff ad l. Co[...]
9 de sicar. Pari † item caussa excusandi[...] dormientes, vt probatur in Clem. vnic[...] homicid. in Clementi. ita tenet Bartol[...] l. Pœna, ff. ad l. Pompe. de parricid. v[...] illa commissa, quæ fiunt in tali homi[...] peratione naturali, quæ sensu vacat &[...] tate, excusanda esse, sicut ea quæ à fu[...] & nihil intelligentibus committu[...] Fluminum, §. Vitium, ff de damn. i[...] l. Si seruus seruũ, § Si fornicarius, & l[...]
10 occidit, ff. ad l. Aquil. comparantur [...] dormientes furiosis, text. optimus i[...] Maiores, § si. ext. de Baptis. Vnde tal[...] mientes facto alioqui nefario, fortu[...] men & inscio, peccare non dicuntu[...] gloss. in c. Testamentum, 6. distin[...]
11 Vnde † quemadmodum furiosus a[...] rei possessionem non potest adipisci, [...] dormiens, l. 1. §. Adipiscimur, ff de[...]

enda vel amittend. possess. Si quis† autem mirabundus roget, quomodo dormiens delinquere posset, & aliquem cædere vel occidere? huic responderi posset, quod Bart. refert in l. Vt vim, ff. de iustitia & iure, quod sunt qui de nocte dormientes è lectis surgunt; Et quod viderit Pisanum quendam, qui alto sopore pressus se è lecto erexit, sese-que totum armabat, deinde per totam ciuitatem cantando cursitabat. Ad hæc refert, Laurent. & post eum Cardin. Zabarel. in Clem. vnica, de homicid. se quendam habuisse socium Anglicum, qui dormiens Parisiis de nocte exiuerat monasterium D. Benedicti, vsque ad flumen Sequanæ, vbi puerum repertum interfecerat, atque idem domum reuersus adhuc dormiens collocasse se in lecto. Intelligendum est autē dormientem in suo commisso excusandum esse, si id ipsi dormienti nūquam contigisset, & sibi euenturum non prænouisset. Nam† si se talē cognosceret, & sciret se in somnis, his solere perniciosum esse, teneretur tunc culpa: quia si talis esset naturæ, deberet curare, vt solus in cubiculo dormiret, & cubiculum ante somnum fortiter obserare, ne sibi facilis daretur exitus, Bart. in l. Pœna, ff. ad l. Pompe de parricid. † Vbi Bartolus tales dormientem confert cum eo, qui arborem putando, aliquem lædit, & prius eundem prætereuntem nō præmonuit, vt sibi caueret; qui ob silentium suum, & ob nō cautionem tenetur ex culpa, l. Si putator, ff. ad l. Aquiliam Atque hæc comparatio dormientis cum arborum putatore verior est, quam si dormiens conferatur cum furioso; quia dormienti (vt illi putatori) impingitur, & assignatur culpa: furioso veminime, vt & superiora tibi facile monstrauerint. Nec ab simili † item caussa excusandi sunt illi potores, qui ita potu & ebrietate sepulti sunt, vt quid faciant, nesciunt, textus est clarus & apertus in c. Sane, cū duobus capitulis ibi sequentibus, 15 quæst. & licet. in l. 1. C. ad l. Cornel. de sicar. Alexand. post Bart. in l. Respiciendum, §. Delinquunt, ff de pœnis; & Hippol. de Mars.

16 in l. 1. ff. ad l Corn. de sicar. Ebrius † enim non consentit, c. Si concupiscentia, 15. q. 1. hoc intellige, si eam ebrietatem non prius dolose captauerint, nec ad hoc compotauerint, vt malum illud homicidium excusabilius perpetrare possint.

17 † In ebrietate quoque hoc obseruandum & notandū est, quod licet ea ebrietas qualiscunque non excuset à toto (ne sua turpitudo eis plenariam excusationem præbeat) eos tamen excusat à tanto, l. Omne delictum, §. Per vinum, ff. de re militar. textus est in c. Inebriauerunt Loth. 15. q. 1. vbi dicit text. Quod cum filię

18 † Loth inebriassent patrem, & postea pater ebrius eas cognouisset, non tenebatur pater de incestu, sed de ebrietate: Ita decidit Salicet. in l. 1. C. ad l. Corn. de sicar. ita Bart. in l. Respiciendum, §. Delinquūt, ff. de pœnis, Idem Bart. in l. Aut facta, ff. eod. tit. de pœnis. Ang. Aret. in suo tract. maleficiorum,

19 in glos Scienter & dolose. Hæc autem † quę de ebrietate excusante diximus, vera esse intellige de sūma & enormi ebrietate, quæque tam vehemens est. vt homini mentem & rationis vsum adimat: non de ebrietate leui & modica, quæ nō excusat à pœna, Baldus in l. Data opera, Cod. Qui accusare non poss. facit d. l. Ob delictum, § penult. Angel. in d. suo tractat. maleficiorum, in verb. Et ad colloquium, vers. Sed quid si quis propter ebrietatem deliquerit, &c. Rursus e-

20 brietas illa † enormis, licèt facinoris partem ex iure eluat & excuset, Imperator tamen noster prudentissimus Carolus Quintus, vt immodicam & nimiam homicidiorum committendorum ex ebrietate frequētiam & licentiam minueret, & ad hoc malum facilem aditum præcluderet, suis edictis & diplomatibus anni 31. cauit & iussit, ne tam facile istis ebriosis homicidis largiretur remissio. Sed si quando tales comprehendi possint, voluit vt non leuiter punirentur, sed vt prius supplicium ferrent ob turpem

ebrietatem: mox pro homicidio, aut pro aliis criminibus ex ebrietate commissis, punirentur. Isthæc autem (de qua agimus)
21 ebrietas † ante diluuiū ignorabatur, vt quæ à Noe tantum initium sumpsit, qui primus vineam plantauit: Et Loth, quē Sodomia non vicit, vina vicerunt, c. Sexto die, 35 distinct. eoque ea ebrietas omnium vitiorum fomes ac nutrix est, c. Ante omnia, ead. di-
22 stinct. † Excusandi sunt præterea ab homicidio) sicut & nōnihil ante attigimus) qui illud per accidens committunt, non studio & volūtate, & exquisita malitia, sed per casum & infelix infortunium, ludendo, iocādo in lusibus permissis, & omni cum moderamine alterum incauti, aut cædentes aut lædentes, sic vt ex ea læsione violenta, tandem mors consequatur, text. est in l. 1 C. ad l. Cornel. de sicar. Vbi dicitur, quæ ex improuiso casu potius quam fraude accidunt, fato plerunq;, non noxæ imputantur: Pro his facit text. in l. Si fortuito, ff. de incend. rui. & naufra vbi patet: Quod licet puniantur pœna grauissima immittētes ignem in certum locum: prout notatur in l. 1. ff. ad l. Cornel. de sicar. l. Data opera, C. de his qui accusa. non possunt, per Bart. in l. Nam & salutem, ff. de offic. præfect. vigil. tamen si incendium sit casu fortuito cōmissum, ve-
23 nia indiget. Ratio prædictorum est, † quia casum fortuitum nullum hominum consilium præuidere potest, l. 2. §. Si eo tempore. ff de administra. rerum ad ciuita. pertinent. l. Fluminum, §. Vitium, ff de dam.
24 infect. Huc adde, quod homicidium † casuale nō imputatur homicidæ, etiam ad irregularitatem, tex. est in c. Dilectus, de homicid. cum duobus sequentibus, vbi narratur: Quidā sacerdos, qui cum fuisset quadam valetudine prægrauatus, & iā per diutinum tempus extenuatus, vel deperditam morbo esuriem tandem reuocaret, equum suum valetudinis resarciendæ gratia conscendit: quem cum supra modum lasciuientem sentiret, adeo vt frenum alioqui forte & incorruptum excuteret & confring[...] ret, non potuit tum habenis destitutus [...] gere, sed equus proteruiens, & procurs[...] præter voluntatem sessoris, infantulum [...] vlnis mulierculę interfecit seu occidit, de[...] dit ibi text. quod non tenebatur ille sace[...] dos, nec irregularis fuit: tum quia dabat [o-] peram rei licitæ: tum quia non erat in a[li-] qua culpa: Ad idem est text. in c. Signific[a-] sti, & c. Lator, de homicidio, vbi habe[tur] casus de quodam clerico, qui alium cleri[cum] habentem cultellū ad latus, proiecit in t[er-] ram ludendo: cuius cultellus clericum q[ui] alium proiecerat, fortuito casu occidit: [...] ad terram proiectus non efficitur irregu[la-] ris. Ratio autem, quare homicida casua[lis] non sit irregularis (licèt Iudex etiam [...] iudicans irregularitatem incurrat, c 1. [di-] stinct. Quia Iudex per executionem o[ffi-] condemnando hominem, incurrit irreg[u-] laritatem: eo quod ipse intendat delinq[uen-] tis cōmissum, aut sanguine, aut morte [pu-] nire: quocirca etiam minus aptus est [...] initiari ordinibus) est quod is commi[...] casuale homicidium, nunquam in facto [con-]
25 sensit. Limitanda † sunt autem prædic[ta in] homicida casuali, si dedit operam rei il[lici-] tæ, vel non adhibuit omnem diligenti[am] c. Presbyterum, & c Continebatur, de h[o-] micid. in antiquis, tunc enim esset irre[gu-] laris Et licèt non dispensetur facile c[um] homicida voluntario, c. Miror, 5. dist[...]
26 Tamen † dispensat summus Pontifex [...] facile cum eo, qui commisit casuale ho[mi-] cidium: & episcopus etiam in minori[bus] vt notat Panorm. in d c. Continebatur [...] illum text. & c. Ad audientiam, de ho[mi-] cid. dicendo, quod Archiepiscopus in [c.] Continebatur, non dispensat iure suo, [sed] ex commissione Papali. Superioribus [...] uiunt text in d. l. Omne delictum, §. Pe[r vi-] num aut lasciuiam lapsis, ff. de re mili[t.] glos. in l. 1. C Si quis impera. maled. [...] Si ex plagis, §. Cum pila plures luderen[t, ff.] ad l. Aquil. Qui text. loquitur in plu[...]

...pila ludentibus, quorum vnus alterum volentē pilam præripere impulit, non tamen extra naturam ludi: qui propter hoc cecidit, ...crus fregit, aut mortuus est: nam talis impellens secundum naturam ludi, non punitur: & de similibus ludis puerilib. vide pulchrè Petrum de Anchara. consilio 283. Excusantur † prętereà ii, qui ex instinctu diuino homicidia committunt, adeò vt sacræ literæ eos subinde laudent: veluti Helias, ad cuius preces ignis descendit de cælo, per quem duos quinquagenarios occidit & cōsumpsit: ita excusatur filius Eleazari sacerdotis, qui & Iudæum coeūtem cum Madianita, & ipsam Madianitā simul gladio transfixit, Nu. 25. Et expurgatur S. Petrus, qui Ananiam & Saphiram increpans morti tradidit, Actuum 5. Item occidit Phinees hominem (inquit Chrysostomus in c. Occidit 23. q. 8.) & reputatum est illi ad iustitiā. Abraham quoque non tantum homicida, verùm etiā filicida, aut (si mauis) parricida voluntate fuit: In hoc tamen facto Deo ita placuit, vt nō crudelitatis ea caussa culparetur, sed pietatis potiùs & iustitiæ laudaretur, quòd ex obedientia tantùm filium occidere voluerit, d. c. Occidit, 23. quæst. 8. Plurimi item qui ab homicidio ob iustitiam diuinam excusantur, decretorū liber pleniùs commemorat in c. Si illic. 23. q. 4. c. Legi, c. Occidit, c. Petrus, 23. quæst. 8. Item † excusantur occidentes mulierum partus monstrosos, prodigiosos, hoc est, ab omni humana forma & specie alienos: sed bruti cuiusdam formam referentes: Tales enim partus neutiquā baptizandi sunt, sed ilico suffocandi aut alio quocunq; modo perdendi, pulchrè inquit Bald. in l. Non sunt liberi, de statu hom. De † his autem partubus, obiter candide Lector obserues velim, ferè ita mōstrose concipi, aut in vtero ita formari ex ipsius matris apprehensa imaginatione in ipso cōceptionis momēto, quod notatur glo. in l. Queritur ff. de statu homi. quod cōfirmatur per illud Genesis cap. 30. vbi Iacob. nouam naturæ artem dicitur inuenisse: qui vt ex vnicoloribus gregib. oues varii coloris nascerentur, posuit varii coloris virgas in canalibus, in quos effundebatur potanda mox ab ouibus aqua: vt cùm venissent greges ad bibendum, ante oculos easdē haberent virgas varicolores, ob quarum conspectarum imaginationem impressam ita conciperent: quod ita ex hac caussa factum est. Nam dum in ipso calore coitus oues intuerentur virgas maculosas, pepererunt vario & diuerso colore respersas oues. Hinc dicebat simili ex caussa Iacobus Butrigarius in l. fin. C de Carb. edicto:

30 Quòd mulier † committens adulterium (quia in illo instanti ac puncto solet cogitare de marito) plerunq; producit partum marito similē. Quintilianus quoq; simili expurgatione defendit honestam matronā, quæ pepererat Æthiopem: nempe, non ex adulterio conceptum, sed ob nigram Æthiopis imaginē in cubiculo matronæ post partum repertam, in quā sæpe ferebatur intuita: atq; hinc illius imaginis nigredinem coniicit matronā percrebram imaginationē suo impressisse fœtui: non ex alicuius Æthiopis naturali concubitu. Plura ad hanc rem videas in safragine D. Iasonis in l. Gallus, ff. de liber. & posthumis, ad finem. Item

31 † excusatur is, qui inimicū interficit in colluctatione cum pugiles exercētur: nam talis non tenetur etiā lege Aquilia, cùm illud non inferendæ iniuriæ gratia, sed honoris, virtutis, & gloriæ causa fiat, l. Qua actione, § Si quis in colluctatione, ff. ad l. Aquil. Sed Ioan. de Lignano in tract. de bello iusto. & Ioan. de Ana. in Rubri. de cleri. pugnantib. in duello, dicūt illum text. esse correctū, etiam de iure ciuili, per text. in l. 1. de gladiatorib. lib. 11. C. vbi etiam gladiatorum spectacula cruēta sunt à iure ciuili inhibita. Et de iure Canonico hoc est correctū, per tex. in c. 1. de torneamen. Posset tamen quis & forsitan non improbabiliter dicere, quòd hodie ille tex. (in quātum de colluctatione

loquitur) remaneat incorrectus; nã & si tor-
neamenta & similia crueta spectacula pro-
hibeantur, eò quòd ex illis sæpe mors ho-
minis suboriatur, & exinde comitetur ani-
mæ periculum; colluctatio tamen non ita
facilè videtur prohibẽda, quod in ipsa non
eueniat similis semper ratio, nec in ea tam
sæpe homicidia committantur, minusque
in ea propterea animæ periclitentur. Con-
uenisset hoc loco pie Lector plura de pugi-
libus & de ipsorum conflictu explicare; sed
quia de his in superioribus meminimus, ad
ea vnumquemq; istorum auidum (vt bre-
uitati studeamus) remittimus. Item maior
32 † septennio impubes occidens hominem,
ob ætatem excusatur ab homicidio; Poterit
enim eum Iudex releuare à pœna mortis, si
ipsum vllo modo moueat ætatis commi-
seratio. Et licet ætas ipsum impuberẽ non
releuat à toto, l. Impuberem, ff de fur. l. 1. C.
aduersus delict. vbi dicit tex. Quod in deli-
ctis prætextu ætatis non restituitur minor:
minor tamen ætas ipsum releuat à tanto, l.
Auxilium, §. in delictis, ff de minorib. c. 1.
33 de delict. puero. c. 1. ext. de apostat. Item †
excusat textus eos senes, homicidium com-
mittẽtes, qui per omnẽ vitam suam habiti
sunt fuisse inculpatis moribus, & integri-
tate vitæ probi, quiq; ob id perpetuò cum
probis & viris grauibus conuersati sunt: his
enim similis ætas & vita eatenus immacu-
lata suffragatur, vt à pœna mortis excusen-
tur l. penul. ff. de termino moto, & text. in
l. 3. C. de Episco. audien ad fin. Itẽ, excusant
34 leges eos † homicidas, qui post commissum
homicidiũ perstiterũt decẽ annos, hoc est,
quorũ homicidiũ à decem annis transactis
patratum est: eos enim leges à pœna mortis
relaxant, l. Si diuino, ff. de pœnis, vbi si diu-
tino tẽpore, hoc est, si per decem annos quis
steterit post delictũ cõmissum, ipsius pœna
subleuanda seu relaxanda est. Quin ex isto
admisso maius ac vehemẽtius quiddã leges
dicunt: nempe si is homicida per 20. annos
stetisset, & alioqui ab omni crimine iudi-
ciali permãsisset immunis: tunc nullo m[odo]
do dicunt eum accusari posse de crimi[ne]
vti insignis textus probat in l. Querela. C.
ad l. Cor. de fals. vbi apertè probatur: Si qu[is]
per 20. annos stetisset post delictum cõmis-
sum, quòd amplius non posset accusari. I[d]
etiã probat tex. in l. 2. C. de vectigalib. com-
missis, tex. in l. Adulter, C. ad l. Iul. de adul-
ter. gloss. in verb. Subire, in l. Manichæos C.
de hæreti. Porrò has duas nouissimas ex-
cusationes ponit Rochus Curtius, in tr[act.]
duarum limitationum, in c. fin. de consue-
tud. vbi ait, has dictas duas excusation[es]
semper in memoria arctissimè seruand[as]
vt quę tutissima sint suffragia & patroci[nia]
pro seruandis amicis. Huic tamen tex[tui]
non aduersatur ille tex in c fin. de consue-
tud. qui dicit; Quòd tãtò grauiora sunt de-
licta, quantò diutiùs infelicem animã de[ti]-
nent alligatã. Nam ibi Rochus Curtius [il]-
tex. soluit tribus solutionib. quarum op[ti]-
ma est, quòd hic tex. tantũ loquitur in fo[ro]
animæ: vbi hoc dictum verissimũ est: De[li]-
ctum grauari, augeri, & intendi longinqu[i]-
tate & mora temporis, propterea quòd [in]
diutinã morã impœnitentię delinquen[tis]
paulatim in anima euanescit & intermo[ri]-
tur pœnitentia, & dolor, & peccatum, qu[od]
per pœnitentiam non mox eluitur, stati[m]
suo pondere ad aliud trahit: Adeò vt qu[i]
vno delictodiu sine assumpta aut illata pœ-
nitentia permaneat, negligens criminis [of]-
ficiatur & parui pendens: eoque tandem [de]-
uenit in contemptum iudiciorum Dei, [&]
clauium Ecclesiæ, c. Omnis vtriusq; sex[us]
de pœniten. & remissio tex. autem in d[.l.]
Si diutino, loquitur in foro iudiciali: & i[ta]
soluit Panorm. in c. Cum haberet, De [eo]
qui duxit in matri. quam polluit per adul-
34 ter. Excusantur † prætereà ab homici[dio]
satellites Iudicis, qui maleficum in captu[ra]
necessario occidunt. Nam si malefi[cus]
quispiam in captura tam violentè & a[cri]-
ter se defendit, vt vel ipsis satellitibus v[im]
inferat, ideoque sit in reluctando & re[pu]-
gna[ndo]

mando violentus & vehemens, vt ipsis satellitibus ab eo potiùs periculum immineat, aut certè si ob ipsius immodicam in resistendo violentiam, capi nullo modo possit: is hoc casu iura permittunt, vt eundem maleficum satellites impunè occidere possint, potiùs quam illius delictum maneat impunitum, text. est in l. Si seruus C. de his qui ad Ecclesi. confug. text. in l. Quemadmodû, §. Magistratus, ad fin. ff. ad l. Aquil. Postremo † excusatur filius homicida à patre oblatus Iudici: quia Iudex non potest filium talem ad mortem condemnare, text. est in l. Milites agrum, § Desertorem, ff. de re milita. vbi dicitur: Quòd si pater obtulerit Iudici filium militiæ desertorem qui aliòqui citra patris delationem decapitandus esset propter delictum, hoc est qui militiam contra iuramentum suum deseruit, vt probatur in l. Non omnes, §. Desertor, ff. de re milit. quia tamen ipsum pater Iudici obtulit, idcirco nulla ratione decapitandus sit. Atque idem de quocunque alio crimine dicendum est, ratione cuius alicui irroganda foret pœna mortis. Rationem autem istorum assignant hanc, quòd ius patriæ potestatis in pietate humana consistat, non in ferina atrocitate: ferinum autem & plusquam beluinum esset, si pater filium Iudici in mortem, atque adeò ad decapitandum vltro traderet. Quare iura humanæ pietati & misericordiæ potiùs, quam istius patris immitis crudelitati subseruire maluerunt, l Diuus Adrianus ff. ad

37 l. Pompeiam, de parricid Sunt † qui etiam volunt excusari eum homicidam, qui ipse de crimine homicidii accusatus, multos alios insuper latrones seu homicidas prodendo detulerit, demonstrauerit, & apprehendi fecerit: quia ob hoc qualecunque iustitiæ beneficium, tunc Iudex ipsi parcere quidem poterit: non autem parcere debet: etiam si id ipsi malefico prodenti antè promisisset, text. est in l. Non omnes, §. fin. ff. de re milita. textus in l. Si quis fortè, ff. de pœnis, vbi probatur & illud esse verum: etiam si dicat se dicturum aliquid, quod ad Principis pertinebit salutem.

CAPVT LXXXVII.

De Homicidiis casualibus.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis, CAP. 87.

Quid faciendum { *Tegularis, Balistariis, Sagittariis, Putatoribus, Equitibus, Aurigis, Omnibus,* } *vt ab aliis periculum arceant, & ipsi crimine vacent.*

Per errorem vnum occidens pro alio, quomodo puniendus.

Differentia inter { *Dolum malum, & culpam latam. Culpam leuem, & leuissimam. Casum & infortunium.* }

{ *Dolus, Lata culpa, Leuis culpa, Leuissima culpa, Infortunium* } *quid sit, & quando contingit.*

QVoniam proxime præcedente capitu-
lo nõnulla egerimus de homicidio ca-
suali, libuit hic seorsum exempla aliquot &
casus enarrare, quibus ferè talia homicidia
committantur, & quando in iis casibus ho-
micidium est excusabile, quando vero mi-
1 nime. Tegularius igitur† qui de opere suas
dimittit tegulas, quibus aliquem prætere-
untem aut lædit aut occidit, non tenetur de
læsione, neque de homicidio, si prius signa
præmonitoria constituerit argum. l. Cum
quid, ff. Si certum petatur, aut viua voce a-
liisque modis debitis periculum præcauerit
& indixerit. Quod Azo intelligit, si loco
ac tempore congruis, acclamatio aut denũ-
ciatio fiat, quo periculum euitari possit: fa-
cit l. Si soluturus, ff. de solut. l. 1. in princip.
& l. De pupillo, §. In plurium, ff. de nou. o-
per. nunciat. facit item in simili l. Si rem, §.
fin. cum ibidẽ notat. per gloss. Bart. & Do-
ctor. ff. de euictionibus. Ista item confirmat
Angel. in §. Item si putator. Institu. de l. A-
quilia. In quo §. regulam statuit & legem
omnibus domorum tegulariis, & opificib.
similibus, volens, vt quoties ex alto quippiã
deiicere necessum fuerit, vt ante demissio-
nem illius, maturè & tempori satis, per pro-
clamationẽ aut alia edita signa, incautis vi-
atoribus & transeuntibus periculum denũ-
tient vt per talem tempestiuam denuncia-
tionem commodius trãseuntes periculum
forsan euenturum, fuga, aut mora præcaue-
re possint. Porro si æquo frequentius de vi-
tando periculo, operario inclamandum fo-
ret, sufficiet illi pro excusatione, vt in via
ante periculi locum signum aliquod, non
quidem paruum & incõsiderabile, sed ma
gnum, euidens & manifestum, euitandi pe-
riculi ponat: & præterea tale signum, quod
ab omnibus huiusmodi contectorib. in si-
milibus operibus & tali ciuitate poni con-
suetum est: & ob cuius indiciũ iure sibi præ-
cauere quis posset. Eo enim signo posito,
operarius excusabitur, etiamsi voce & cla-
more nullum aliud signum cauẽdi periculi

prius dedisset, arg. d. l. Cum quid, ff. Si ce[rtum]
petat. Quæ quidem ratio & si non satis [suf-]
fragaretur operario non clamanti: ipsi ta[men]
abunde satis patrocinaretur diutina rec[epta]
consuetudo, quæ etiamnum passim do[...]
& seruatur, & ob quam satis esse vol[...]
talibus signis indicibus, omnibus peric[ulum]
præmonstrasse. Deinde non tenetur de [læ-]
sione aut homicidio, si in eo facto con[...]
rit nullam intercessisse malitiam, dol[um]
aut odium, aut maliciosam incuriam. [Si-]
2 militer dicendum † est de balistariis, de [sa-]
gittariis, de putatorib. ramorum, aut [...]
soribus arborum, & de omnibus denique [o-]
peratoribus ad vias publicas, quorum [ope-]
ra & officia non sine pertranseuntium p[eri-]
culo peraguntur, qui omnes, vt in prim[o ca-]
su, ab homicidio casuali excusantur pe[r...]
ctos modos debitos, l. Si putator, ff. ad l. [A-]
quil. §. Item si putator, Instit. de l. Aq[uil.]
ibi Angel. Aretin. Pari ratione excu[santur]
3 † sagittarii ad scopum in constitutis lo[cis]
iaculantes, si post vocem prænuntian[tem (...]
stite vel quiescite) contingat eos quip[...]
aut lædere aut occidere. Aut si is hom[o ...]
sagittandum priuilegiatus, & ab omn[i ho-]
micidii crimine per priuilegia liber f[...]
4 Item excusantur † equites & equorum [ex-]
ploratores in cursu alios lædentes aut [...]
imentes, postquam clare vocauerint [...]
uete aut cedite) & si id factum fraude [...]
5 & malitia. Idem † censendum est de a[...]
gis, currus suos per plateam & popul[...]
6 gentibus. Postremo & in genere, † qu[i ...]
permissis ac licitis perfungitur officiis [...]
pera peragit licita, in quibus aliquis c[...]
infeliciter aut læditur, aut occiditur, q[...]
læsionem & occisionem non ante cap[...]
rat (vt-que casu, & inexpectatò acci[derit)]
non tenetur nec de læsione, nec de ho[mici-]
dio: verum puniri arbitrariè poterit [...]
pa, si qua in facto Iudici appareat, au[...]
7 cta sit, aut realiter in facto consistat. [...]
hunc modum si quispiam Ioannem p[...]
surus petat, casuq; intercedente, non [...]

em petitum, sed Petrum feriat & occidat: feriens non est puniendus de homicidio, quod Petrū aut feriendi, aut occidēdi nullū animū nullamq; voluntatē habuit: sed damnādus est ad detrimētorū restitutionem, reparationē, quod hoc ipsum factum culpa non vacet, sed culpæ sit obnoxium: quia Ioannem quidem petitum ipsi vllo iure concessum fuit cædere, aut ad cædendū petere, vt probatur in l. Si cum seruo meo, ff. iniuriis, vbi maius quiddam & apparentius dicitur: Si seruum meum percutere volens, casu Ioannem cædam, lædam aut interimam: in eo casu non tenebor crimine sionis vel homicidii, vel actione iniuriarum, quod nullum maleuolum animum contra Ioannem gesserim, nec eum cædere voluerim: sed tantum tenebor lege Aquilia scilicet ad resarciendum damnum & detrimentorum restitutionem, textus est in l. Sed etiam, §. Qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. similiter iudicandum est de iis qui lapidib. baculis canem aut felem petunt & eò iam dirigant: aut de iis qui sagittis aut ia auem petunt: interim tamen hominē quempiam vel lædunt vel occidunt: qui oces quidem à læsione, & homicidio pur sunt: Verum (quod in culpa facti sint) reparationem damni tenentur ciuiliter. ro † quum hic de dolo, & culpa agimus, m hic obserues, iura differentiam conere inter dolum malum, & culpam lam: & inter culpam leuem, & culpam leimam: & inter casum, vel euentum forum. † Nam dolum malum intelligunt ianus & Labeo Iurisconsulti esse omnē ditatem, fallaciam, machinationem ad umueniendum, fallendum, decipiendū rum, adhibitam, l. 1. §. 1. ff. de dolo maquam definitionem seu descriptionem vt Hostiens. eo. tit. in summa, & Goff. e. uuntur, verbi gratia: Si vir quispiam in m adactus, in domum quampiam (vt tus hæreat seu tutaretur) confugeret: paterfamilias, aut alius se fugati amicū simulans, tanquam defensurus eum fugatum, ostium domus occludit fugantibus hostibus, fenestram verò minimè, idq; malitiosè & subdolè, vt per eam fugātes hostes irrumperent, fugatum caperent & occiderent: Quis huius impostoris factum non ilico dolum malum, imo dolum pessimum censuerit? † Grandis autem vel lata culpa est, non intelligere, quod omnes intelligūt: non facere quod omnes faciunt, aut maior pars: vel id facere, quod nulli vel pauci faciunt, id est, quum quis astute & ex simulatione peccat, vt quum suis commissis peccatis præstruit, non esse moris, non se sciuisse, non intellexisse aliquid, quod tamen vsu est receptissimū, quodq; sciuerat certissimè, & omnium optime cognouit & intellexit, aut saltem scire & intelligere debuerat, l. Latæ culpæ, ff. de verbo. signifi. l. Regula, §. Si filius, ff. de iuris & fact. igno. notat gloss. in l. Quod Nerua, ff. deposit. veluti omnib. est in propatulo. Tegularios solere & debere vocare antequam tegulas dimittant: Tegularius vero contra dicat, se nō sciuisse eas leges nec consuetudines, ideoq; nullum cōstituisse signum nec clamasse; eo in casu, tegularius non excusatur, sed per latam culpā reus fit omnium malorum, & infelicium euentorum, quæ per suam negligentiam eueniunt. Quandoquidem eas leges & consuetudines certo cognouisse debuerat, quas fere norunt omnes. Ideoque hanc latā culpam, malum dolum æstimant, quod dolo malo pene in omnibus sit consimilis, l. 1. §. Hæc actio, ff. Si mens. fals. mod. dixer. lege Quæsitum, §. Eum quoque, ff. de precar. & vulgata l. Quod Nerua, ff. deposit. & ibi Bar. ac eius sequaces. Fallit hæc similitudo in trib. casib. Primo in criminibus publicis, l. In lege, ff. ad l. Corn. de sicar. Secundo, in iuramentis præstandis in caussa, l. In actionibus, §. Sed Iudex, in fin. ff. de in litem iurand. & ibi gloss. in verb. non etiam. Tertio, in delatione iuramenti seu sacramenti in litem; & de his videte bonā gloss. in ver-

bo, ob culpam in § Suspectus autem remotus, Instit. de suspect. tutorib. vel curato.
11 Leuis† verò culpa, est negligentia & incuria in rebus dubiis, & vbi quis non præter rationem ambigere posset, an vllum periculum subesset, aut inde consequi posset, an non: vel succinctius: Leuis culpa est, desi dia & negligētia in rebus in quib. dubitare licet, §. Preterea, iuncta glos. in verb. debet, Instit. Quib. mod. recōtrahitur obligat. verbi gratia: Si tegularius vspiam domum tegat in platea aliqua remota, abdita & secreta, quā non satis sciuit fuisse viam vel plateam publicam, an priuatam: in hoc casu, si quodeueniret malum, leui culpa excusandum esset.
12 Leuior † culpa est (quam nonnulli vocant leuissimam) qua quis malum aliquo modo præuidere seu ab alio arcere & præcauere potuisset, sed non præcauit, nec præuidit, d. § Præterea, cum gloss in ver. debet, iamiam præall. Veluti si domus mea caduca foret, ruinā sua dispositione minitans, ruinam impedire potuissem, imo impediendam esse ob imminens periculum cognouissem: quam tamen per oscitantem incuriam non impediui: eo in casu, si domus ruat, vllive vicinorum detrimentum inferat ob meam incuriam, ad omnium detrimentorum reparationē deuinctus sum, qui omissione in culpa fuerim.
13 † Verum omnis casualis euentus est, qui plane fortuito accidit, & de quo nemo aliquid malifuturum suspicari certa ratione posset: hunc dolendum vocant infortunium, quod propterea neminem trahere ad culpam, neque detrimēti reparationem ligare licet. l. Quæ fortuitis, C. de pign. acti. & §. Item is, Institut. Quibus mod. re contrah. oblig. veluti, si pueri parum cauti, sub equorum, sub aliquorum currentes currus lędantur, occidantur: illius enim infortunii ratione nemo culpandus, aut condemnādus vnquam.

CAPVT LXXXIIX.

De Latrocinius.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 88.

1 *Latrocinii definitiones, & diuersitates.*
2 *Furum & latronum differentia.*
3 *Textus varii de latronibus.*
4 *Latrones non tuentur loca sacra.*
5 *Latronibus non permittitur* { *Purgatio.* *Appellatio.* *Remissio.* }
6 *Latrones à Principe remissionem non impetrant.*
7 *Latronum supplicia ex consuetudine.*
8 *Latronum supplicia ex Iure.*
9 *Pascha, & feriatis diebus non proceditur in caussa criminali.*
10 *Latrones insignes, etiam die Pascha, fas est ad furcam rapere.*
11 *Latrones bannitos, quibusuis fas est occidere.*

SPecies item homicidii est latrocinium, homicidio tamen multo nocentius, grauius, & multo quidem dictis homicidiis
1 scelere differentius. Quandoquidem † latrocinium vocamus illud homicidium, aliquem latenter & furtim per vim spoliant, & spoliis nequaquam contenti, insuper occidunt, aut saltem animo occidendi

untur extra viam publicam, in syluis a- sque locis semotis à conspectu populi: vel rocinium est aliquem subdole, occulte. non aperto Marte, à tergo occidere, vel iquem occidere in noctis silentio tacite, non loquendo, vel indicando vt sese de- nderet. Aut certe latrocinium habetur il- d homicidium suum, quod aliquis iuxta ges patriæ consuetas, certo tempore con- tuto non defert ad notitiam Iudicis, de o in superioribus etiam meminimus. † hoc capite autem non est animus perple- s illas, atque dissidiosas Doctorum opi- ones exactè discutere, quas de differentiis rum & latronum disputant, & de furto & rocinio, quum ista ad infra sequentia ca- a de furtis, iustius spectare videantur. c enim loco de eo latrocinio tantum a- estatui, quod cum homicidio coniun- m sit, quodque vel re, vel expressa vo- tate sit veri homicidii species: atque ita latrocinio competunt suprascriptæ de- itiones: ad quas mihi suffragatur Ange- Perusinus in Authent. Sed nouo iure, de seru. fugit. Cuius dicto ibidem sub- bunt Paul. Castrens. & Franciscus Are- qui aiunt, Latrones scilicet insignes & osos esse eos, qui homines per vim in mibus vel viis publicis aut priuatis, suis us spoliant, quibus spoliis non conten- eos præterea aut occidunt, aut animo idendi promptissimo (vti ex inuasio- specie constabit) adoriuntur. Fures ve- (vt hoc obiter interiiciam) eos tantum ellant, qui clam quocunque tempore, diurno, siue nocturno tempore surri- nt: cætera infra de furibus. Porro di- † nostra etiam confirmant præfati Do- . plurimum æstimantes textus §. Fa- sos, in l. Capitalium. ff. de pœnis, in bus locis: Primo ibi, Cognatis & affi- s interemptorum. Secundo ibi, Quo- do latrones homicidia fecissent: & ita c pōderat illum textum Raphael Ful- us in consiliis suis, consilio 157. in se- cunda colum. vbi dicit, sui temporis tunc neotericos hoc modo intelligere dictum text. quin & ita eum intelligit Iacobus Butrigarius in d. Authent. Sed nouo iure. Et Azo in summa in fin. C eod. tit. de seruis fugiti. Pro maiore item dictorum meorum corroboratione, ipse sequentes omnes textus nō ab re collectos adiicere volui, ex quibus liquido confirmari videbis, quæ ante de latrocinio (vt hic accipimus) definiuimus, & quod tales latrones iure occidendi sint: imo plerosque textus citabo qui de latronibus, & eorum latrociniis puniendis loquuntur. Principiò igitur nobis seruit text. in l. Prouinciarum, C. de feriis, vbi dicitur: quod per mortem latronum, multorum salus & incolumitas procuratur. Secundo textus in c. Suscepimus. ext. de homicid. vbi latrones dicuntur homines affligere, nō solum in bonis sed etiam in personis. Tertio textus in l. Si vt allegas, Cod. ad l. Cornel. de sicar. dum ibi dicitur: Si, vt allegas latrocinantem peremisti, dubium non est. eum qui inferendæ cædis voluntate præcesserat, iure cæsum videri, ponderando text. ibi, latrocinantem, & ibi, inferendæ cædis voluntate. Quarto text. in c. Cum homo, 23. quæst. 5. vbi dicit text. latronem homines occidere nocendi cupiditate vel iniuste aliquid auferendi. Quinto text. in l. Diuus, ff. ad l. Pompe. de parricid. vbi dicitur: Quod si quis filium cum nouerca adulterantem occiderit, magis latronis quam patris iure interfecisse videtur: nam patria potestas in pietate debet, non in atrocitate consistere. Sexto facit text. in l. Per omnes, C. de defensorib. ciuitat. ibi, fera & periculi sui nescia latronum feruet insania. Septimo text. in c. Non est crudelis, 23. quæst. 5. ibi, latro suspendendus crudelem Iudicem putat, non tamē est crudelis, qui crudelem iugulat. Hoc obserua in proxime adductis testibus: Quod latrones feri & crudeles dicuntur: nam hoc nomen Doctores & iura non attribuerent, nisi homines perso-

naliter affligeretur. Octauo pro his est text. in c. Est iniust. 23. q. 4. dum ibi dicitur: Si quis latronem absoluendum putat, innocentes tradit exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem. Nono facit, quod scribitur Marci 15. vbi probatur, quod Barrabas homicidium commiserat. Et Lucæ 23. dicitur, quod propter seditionem & homicidiũ missus fuerat in carcerem. Et Ioan. 18. dicitur, quod erat latro. Decimo facit quod scribitur Actuum 3. Vos sanctum & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis. Vndecimo non omitto quod legitur Lucæ 10. Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones: qui spoliauerunt eum, & plagis impositis abiuerunt semiuiuo relicto. Duodecimo facit text. in l. Diuus, ff de Senatuscõsult. Syl. ibi. Conterritus aduentu latronũ, & ibi vulneratum. Decimotertio text. est ad hoc in c. Admonere, 33. q. 2. vbi inquit notabiliter litera, eum qui occidit vxorẽ, eam occidisse more latronum. Decimoquarto est text. in l. Itaque, ff ad l. Aquil. ibi, Seruum tuum latronem insidiantem mihi: & in illis verbis, aduersus periculũ. Decimoquinto tex. est in l. Etiam, ff. de manu. vindict. ibi, dominum contra latrones tuitus sit. Decimosexto facit quod scribitur Ezechielis 18. ibi. Quod si genuerit filiũ latronem effundentem sanguinem non viuet; cum vniuersa hæc detestanda fecerit, morte morietur, sanguis eius in ipso erit. Decimoseptimo pro hoc cito l. Qui a latronibus, ff. de testa. & l. Hostes, ff de capti. & postlimi. reuers. vbi patet latrones redigere velle homines in seruitutem, licèt obstent iura; & sic saltem volunt homines morte ciuili opprimere: Nam seruitutem mortalitati ferè comparamus, l. Seruitutem, ff. de reg iuris. Et mors seruituti turpitudiniq; anteponenda est auctore Tullio. Decimooctauo ad id adduco illud Horatianum in Epistolis; Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones; quod in medium adfert gloss. in verb. Qui male agit, in c. Cõsuluit. de offic. & p[...] test. iud. delega. qui text. ad hoc potest [...] insipidè citari per doctrinam Bart. in l. [...] 5. colum. ff. Si cert. peta. vbi inquit Bar[...] Quod scripturis. quæ in studiis tanquã [...] thenticæ reputantur, quãtum ad artẽ [...] est standum, vt Aristotelis, Hippocratis, C[...] ceronis, & aliorum in scholis receptor[...] pro qua doctrina est text. in l. Si pater, ff [...] solut. l. Septimo mense, ff de statu hom[...] l. Fulcinius, ver. Quid sit autem latitar[...] quib. ex caus. in possess. eatur. Huiusm[...]

4 itaq; omnia † latrocinia, iura ipsa tãto [...] sequuntur odio, & indignatione, vt eos [...] trones præcipuè in nemoribus grassant[...] sacras quidem ædes ac cœmeteria tutari [...] lint, c. Inter alia, & Scrib. extr. de immu[...] cles. & eos indignos censeant, qui se [...] micidio titulo ad purgationem officiar[...] ad aliud tribunal remissionem expo[...]

5 aut † qui vllum priuilegium exception[...] expurgatione proponant; aut etiam ap[...] lent (quia appellationi latronis Iudex [...] debet deferre) d. c. Inter alia. Factaq[...]

6 latronum, hoc est, † dicta ipsa latrocini[...] ingrata sint Principibus, vt ne ipsi qui[...] Principes ipsa potestate sua ordinaria [...] tere possint, aut velint, licet extraordi[...] hoc aliquando ex caussa fieri videamus[...]

7 latronum † causa & processus peragitur [...] dem loco, vbi captus fuit & captiuus d[...] netur, & tandẽ de scelere conuictus dam[...] tur puniendus, vt crati vimineæ insidẽ [...] blice pertrahatur ad locum supplicii, vbi [...] tore gladio decollatus vitam suam fini[...] corpus detruncatũ rotæ insideat, capu[...] ro aut palo infixum suffigatur in altum [...] in puteum, cui stipes rotæ inseritur, in[...] mandum coniiciatur Deinde apud m[...] inoleuit, vt post executionem peractam [...] maiorem latrocinii detestationem, ap[...] dere soleant rotæ eadem instrumenta, [...] bus latrocinia commiserunt, aut simil[...] dicia (veluti ramos, baculos, &c.) q[...] populo pertranseunti commonstrare[...]

rocinium,aut commissa homicidia. iuxta umerum baculorum. Atque hæc omnia iuxta variam consuetudinem ciuitatum, egionis & patriæ dicta sunto: quandoquidem in his omnibus consuetudines regioum plurimum variare videmus: atque deò hæc ita ex consuetudine omnia. Iura tamen, & legalis authoritas famosos laones furcis affigendos esse constituunt, l. apitalium, §. Famosos, ff de pœnis: vbi pressè text. famosos latrones in his locis, bi grassati sunt, furca figendos, quàm pluibus placuit: vt & conspectu deterreantur iab iisdem facinoribus, & solatio sit coatis & affinibus interemptorum, eodem co pœna reddita, quo latrones homicia fecissent. Ad idem text. in l. Ne quid, deincend rui. naufrag. vbi dicitur: Gram præsidi sententiam de latronibus diepermissum: text. est iuncta gloss. in l. arbo.furt. cæsar. text. est in l. Prætor, §. uersas, ff. de sepul. viola. text est in l. Di §. Si qui ex principalibus, ff. de pœnis, t. est in d.c. Non est crudelis, ibi, latro. pendendus, gloss. in c. Si quis fortituem, 23 quæst. 3 facit quod scribitur Lu. 23 vbi alter latronum cum Christo cruxorum ait: Et nos quidem digna factis pimus. Ita tenet Bart. in d. § Famosos, d. Authent. Sed nouo iure. vbi idem tenent & adstruunt Bald. Angel. Paul Salice. Bartho. Cepolla, & Franciscus Areti. Angel. Aretin. & Iason in §. Ex maleficiis, Institu. de actionibus. Idem Angel. in tracta. maleficiorum, in verb. Et vestem cęlestem abstulit: Ita Raphael Fulgosius, consiliis suis, consilio 157. in 2. colum. Paris de Puteo in tractat. de syndicatu, in verb. latro: Accedat dictum Baldi per text. in d. l. Prouinciarum, C. de feriis: vbi inquit quòd †

9 licèt diebus feriatis, & maximè in festo Paschæ, non possit procedi in caussa criminali, l. Quadraginta, & l. Omnes, C. de feriis: tamen insignis seu † famosus latro

10 quocunque die potest mitti ad furcas: Pro his facit quod dicitur, Eos scilicet latrones à iure per sententiam † condemnatos, siue

11 (vt loquuntur) diffidatos seu bannitos, à quolibet priuato & quouis tempore etiam posse occidi, l. 1. C. quando lice. vnicui sine Iudice se vindicare, c. Cum homo, 23. q. 5. Si ergo à quolibet priuato (cui est denegata priuata vltio) occidi possint, l. Extat, ff. quod metus caus. igitur à fortiori, multò magis à Iudice (cui lex malefactores puniẽdi necessitatem imposuit) quouis tempore occidi poterunt, lege, Per omnes. C. de defensoribus, ciuita. l. 3. & l. Congruit, ff. de offic. præsidis.

CAPVT LXXXIX.

De Parricidio.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis, CAP. 89.

ricidium quando committitur.

icidarum pœna ex { *iure ciuili scripto.* / *Consuetudine, varia.* / *iure canonico, bifaria.* }

onum ac parricidarum pœnis, iudici aliquid adiicere permittitur.

toxicum parans pro extinguendo parente, parricida censetur.

harmacopola / *hirurgus* / *edicus* / *ut quisquis alius* } *filio toxicum pro occidendo parente prabens, parricida est.*

7 *Pecuniam / Consilium / Vllum subsidium* } *prabens pro occidendo parente, parricida est.*

8 *Pater filium cum vxore sua incestuantem occidens, non punitur, vt filicida.*

9 *Furiosi parricidantes, non vt parricidæ damnantur.*

11 *Pœna iuris Canonici maxima, est degradatio & traditio ad Iudicem secularem.*

1 PArricidia, iura vocant † ea homicidia, quibus aliquis nefariè occidit parentes, patrem scilicet, matrem, auum, auiam, fratrem, sororem, patruelem, auunculum, amitam, materteram, consobrinum, consobrinam, vxorem, nurum, generum, socerum, vitricum, priuignum, priuignam, &c. atque his cognatione, aut affinitate similes, l. 1. ff. ad l. Pompe. de parricid. Hæc autem parricidia prorsus execranda sunt, vt quę sunt omnium sceleratissima: cognationibus, & affinitatibus, & peculiariter amicitiæ naturali vinculo maximè aduersa & infesta. Quocirca hosce parricidas omnes, vnà cum ipsorum cooperatoribus & complicibus, iura execrandis pœnis afficiunt.

2 Primò enim † cæduntur acerrimis virgis vsque ad sanguinis effusionem: deinde insuuntur culeo seu tergori bubulo, aut simili vnà cum quatuor viuentibus bestiis, scilicet cum cane, gallo gallinaceo, simia, & vipera: cum quibus ita culeo seu tergori insuti simul præcipitantur in mare, vel in amnem, aut in flumen, si mare proximum seu vicinum sit aut flumen: alioquin huiusmodi parricidæ obiiciuntur discerpendi atque deuorādi leonibus, vrsis, lupis, canibus, aut his similibus feris animātibus. Verum isthæc omnia ex iure scripto, l. pœna, & l. Vtrum, ff. ad l. Pompe. de parricid. & l. vnica, Cod. de his qui paren. vel liber. occider.

3 Consuetudine † enim secius multo fieri conspicimus. Nam secundum consuetudines parricidæ ferè damnantur, vt ad caudam equi, aut ad quoduis vehiculorum genus affixi, cratique vimineæ insidentes, aut asseri, ita dedecorose pertrahantur ad supplicii locum, vbi decollentur, & corpus truncatum rotæ in altum erigendæ affigatur: & tandem simul omnium bonorum proscriptione aut confiscatione plectuntur.

4 Porrò si † res aut ratio ita postulet, vt [...] pœnis aliquid propter enormitatem adiiciendum foret, hoc totum in Iudicis arbitrio situm est, cui dictis pœnis semper aliquid adiicere permittitur, vt his pœnis exemplis alii exterriti, à similibus committendis abstineant, & hæc est mens dicta l. 1. ff. eo. tit. Nec admirandum, consuetudi[nem] ius scriptū mutasse: quandoquidē diffici[le] esset vbiq; similes bestias reperire, quam meminerunt l. Pœna, ff. eod. ad l. Pōpe. de parricid. & l. vnica, C. de his qui parētes [vel] liberos occiderunt.

5 † Superiorib. quoque parricidiis annectendū est nefariū molim[en] filii, qui malè sanus cōparauit sibi toxic[um] aliquod aut venenū, quo patrē suū aut matrem extingueret, & perimeret: cóque (etiam si eo veneno vsus non fuerit, aut eti[am] vtentem & tentantem non sequatur effectus) puniendus est forma & modo supra scriptis, l. 1. ad fin. l. Vtrum, & l. Si sciente, eod. tit. Ad l. Pompe. de parricid. d. l. vnic[a] C. de his qui parent. vel liber. occider. Qu[in]

6 † & ipse pharmacopola, medicus, chirurgus, aut quisquis eidem filio sciens volens que & dolosè ad eum vsum tale venenu[m] vendiderit & suppeditauerit: is certè pœna cum superioribus plectendus fu[it] l. Frater, ff. eo. l. 3. §. 1 ff. ad l. Cornel. de sic[ar.]

7 Insuper † vt veri parricidæ puniendi su[nt] quicunque dicto filio pecuniam dede[rint] mutuò, quibus tale noxium pharmac[um] & venenum emeret, & patrem occide[ret] d. l. Si sciente: Item quisquis ad hunc nefa[]rium ausum filio vllum consilium ded[erit]

aut exhortatus fuerit, suaserit, aut vllũ subsidium præbuerit, eadem pœna mulctandus erit. Verum † pater qui reperit filium incestuantem siue adulterantem cum vxore, hoc est, cum nouerca sua, ipsumq; in hoc actu occiderit, parricida aut filicida quidem censebitur: verum non vt parricida puniendus fuerit. Nam extremo supplicio, hoc est, morte nequaquam mulctabitur, sed secundum iura exilio tantum proscribitur, l. Diuus Adrianus, ff. eo. ad l. Pompe. de parricid. Præterea † ne furiosi quidem propter parricidium commissum morte damnantur: imò propter mentis inopiam & impotentiam, planè ab hoc crimine excusantur. Ne tamen incautiùs similia perpetrare valeant, damnandi sunt, vt strictissimè & cathenis, truncis magnis, vel postibus alligentur, aut compedibus ferreis impediantur, aut cellulis clathratis arctissimè includantur, l. Pœna, §. Sanè, ff. eo. & l. Diuus, ff. de off. præsid. De iure autem Canonico siue Pontificio, † pœna parricidia cōmittentium est clericorum depositio, & ad curiam secularem traditio. Nam si pro simplici homicidio tantum sit depositio & detrusio, vt in c. Cum non ab homine, extr. de Iudiciis: iuncto c. Tuæ, extr. de pœnis, & c. Sicut dignum, cum gloss. extr. de homicid. & c. fin. eodem titu. lib. 6 debet certè pro parricidio (quod qualificatũ est, quodque multo enormius homicidium est) imponi grauior aliqua pœna, quàm pro simplici homicidio. Sed grauiorem pœnam
11 Iura † Canonica non habent, quàm depositionem, vt in c. Ad reprimendam, per gloss. extr. de offic. ordin. vbi dicitur: Quod non habet Ecclesia vltrà quod faciat, nisi vt ipsum degradet, tradat, & relinquat iudicio seculari, argument d. c. Cùm non ab homine: vbi Iudici Ecclesiastico ex duabus pœnis statuitur alterutra imponenda pro suo
12 arbitratu: nempe, † vt procedatur ad degradationem: vel vt recurratur ad theoricam c. Nouimus, extr. de verbo. significa. & c. Quamuis, de pœnis, libr. 6. scilicet vt in perpetuos carceres detrudatur seu coniiciatur, vbi pane & aqua tantùm victitans, pœnitentiam agat acerrimam, mortique temporali simillimam, vt suprà sub titulis homicidiorum meminimus. De pœnitentiali autem pœna in foro conscientiæ, quia ad promiscuam multitudinem non pertinet, hoc loco omnino subiicere volui, eam prudentibus relinquens confessariis. In qua imponenda, velim priùs perlegant Rubricam, De his qui parentes vel liberos occiderunt: ibi enim ex aliena cōsideratione comperient, quæ ad pœnitentiæ impositionem salutarem plurimùm conducent.

CAPVT LXXXX.

De Homicidio suiipsius.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis Cap. 90.

Pœna seipsum occidentis ex Iure.
Pœna seipsum occidentis ex consuetudine.
Seipsum occidens, & corpus & animam perdit.
Peccatum Iudæ seipsum suspendentis.
Nulla ratione excusandi sunt sese occidentes.
Qui homicida sui, furca damnandi, & bonis proscribendi.
Aliæ consuetudines de propriis homicidiis.
Seipsum lædens, vt alterum lædens, mulctabitur.
Homicidis sui neganda Ecclesiastica sepultura.

11 *Sui castrator, / Alterum castrans,* } *gladio punitur.*
12 *Seipsos occidentes, quomodo damnent Philosophi.*
13 Ar { *Seipsum occidentis testamentum valeat.*
14 *Seipsum occidere tentans, puniendus sit morte.*
15 *Seipsos occidentes, Ecclesiastico luctu plangendi.*

1 IN proprii corporis † homicidio hoc habent iura, & quisquis suiipsius homicida fuerit, hoc est, sibiipsi violentam mortem consciuerit, aut ex desperatione, aut ex meticulosa anxietate perdendæ vitę, glorię, aut rerum temporalium perdendarum timore, aut ex alia simili caussa, & malo proposito; is ex loco sui homicidii equo pertrahitur vsque ad locum supplicii, vbi non in patibulo, sed ignominiosius in furca suspenditur, vt hoc nouo eoq; dedecoroso suspendii genere, populo spectaculum præbeat & signũ, quod propria manu sibiipsi prius mortem consciuerat. Ratio autem cur hic homicida sui infamius suspendatur, quam alius quisquam homicida alterius, est, quod is qui alium occidit, corpus ipsius tantum occidere dicitur: animam enim ipsius, quantum in ipso est, neutiquam occidere potest. Qui ve-
2 ro seipsum † interimit, is certe & corpus & animam propriam nefarie perdit, si quidem ex maligno animo id scelus admiserit, vt de Iuda Iscariote sacra testantur Euangelia, & l. Liberorum, §. Non solent, iuncta glos. in verb. Suspendiosi ff. de his qui notan infamia, c. Iudas, de pœnitent. distinct. 3. qui
3 magis † peccauit desperando, & per desperationem seipsum occidendo, quam Christum nequiter tradendo, c. Si non licet, 23. q. 5. Ideoque is Iudas (quanquam per vocẽ (peccaui) qualemcunq; pœnitentiam ostenderat, quocunq; pœnitente fuit infelicior. Nam ipsius pœnitentia non erat coniuncta cum spe veniæ, ideoque ipsum non reuocauit ad Dominum; sed ipsum desperatio traxit ad laqueum. Et hinc dicitur, in c. In salicibus, de pœnitẽt. distinct. 3. Quod Iudas, cum seipsum occidit, sceleratum [hominem] minem occidit, adeo vt non solum Chr[isti] verũ etiam suæ mortis reus efficiatur. [Pro-]
4 ro explodenda † esset ridicula ipsorum [ex-] cusatio, qui hoc prætextu al[t]erius propria[m] mortem expurgare niterentur, quod i[d] scilicet maturius sibi mortem consciuer[it,] vt ab hac ærumnosa vita liberatus, citius [fe-] licitate frueretur æterna: vt enim dem[us] occisorem hoc in animo ante crudelem [ne-] cem habuisse, vt ob dictam caussam ma[tu-] rius sibi mortem consciisceret: ob hoc [non] sequitur ipsum hoc licite & bene fecisse, [ip-] siusque homicidium vlla ratione au[t iu-] stum, aut rationabile defendi posse. P[ro-] enim nusquã sacræ literæ tale homicidi[um] tali ex caussa profectum, excusant: sed [po-] tius omne homicidium citra vllam ex[ce-] ptionem vetant & damnãt: veluti cum [al-] tera præceptorum tabula ait: Non occid[es:] in genere vetat omne homicidium, ne[que] vllum homicidium esse iustum, aut co[m-] mittendum, ne alterius quidem. Et si [hoc] precepto vetamur alterum occidere, m[ulto] magis vetamur nos ipsos occidere, qu[ia] maiorem charitatem & iustitiã debeam[us] nobisipsis, quam aliis. Quocirca cum qu[od-] libet homicidium sit iniustum & illicitu[m] (hoc tantum excepto, quod lex iusta ge[ne-] raliter, vel ipse fons iustitiæ Deus speci[ali-] ter præcipit aut admittit) maxime om[nium] illicitum & iniustum erit homicidium
5 ipsius, † quod Ecclesiastici ita execrant[ur,] vt ipsis sui homicidis sepulturam Eccle[sia-] sticam denegent, & à communibus Ec[cle-] siæ precibus & suffragiis excludant: ne[m-] quod credant eos ob desperationem ve[niæ]

simul cum corpore & anima interiisse, text.
pot. in d. c. Si non licet, 23 q. 5 & text. in c.
Placuit. iũct. gloss. eadem caussa & quęstione.
Verum enimvero si quispiam sibi mortẽ accelerauerit captus vlla phrenesi, furore,
insania, melancholia, defectu sensuum, aut
graui morbo, aliaque animi impotentia &
inopia percitus & subito correptus, is nullo
modo in furcam erigendus fuerit: sed ob
bonam Ecclesiæ spem de seruata anima, licet corpus perierit, traditur corpus sepulturæ Ecclesiæ, & precum Ecclesiasticarum
particeps efficitur. Atque hęc omnia iuxta
tenorem iuris l. 3. § Si quis autem, ff. de
bon. cor. qui ante sentent. mort. sibi consciuer. & l. 1 §. Ea propter, C. de bon. cor.
qui mort. sibi consciuer. Nam † secundum
consuetudinem, quisquis seipsum interfi-
it, ex quacunq; occasione & caussa hoc e-
enerit, is in furca suspenditur, & bonis suis
omnibus per fiscum proscribitur. Verum †
hanc consuetudinem velim pius Iudex sa-
ius ac restrictius intellig t, non de quibus-
is sui homicid s: sed tantum de prioribus,
qui ex desperatione, & ex malo proposito
sibi mortem consciscunt. Nam illi ob faci-
noris indignitatem & odium, iure post fur-
am bonis proscribuntur, nisi ciues sint li-
berarum ciuitatum, & ab omni confiscatio-
ne bonorum immunium: quales sunt ciues
Brugenses & similes. Posteriores enim, qui
phrenesi, ardentissima febri, aut alia corre-
pti mentis insania, sibi ipsis necem inferũt,
non video cur in furcam erigantur, & bo-
nis suis proscribantur, quum eos Ecclesia-
stica pietas à sacræ terræ inhumatione, & à
communibus precibus non arceat, sed in o-
mnibus vt dignos & legitimos filios agno-
scat & recipiat: meo igitur iudicio nõ sunt
eiusmodi cum prioribus pari pœna ple-
ctendi, nec ad furcã rapiendi, nec bonis pro-
scribendi: sed vt cæteri quique catholici piè
in cœmeterio sepeliendi, & reliquis officiis
Ecclesiasticis cum decenti pompa lugubri
participandi. Hanc ideo distinctionem diligenter obseruent omnes Iudices & pręto-
res, ne putent consuetudinem illam esse ge-
neralem; sed de prioribus tantum esse intel-
ligendam. Ita enim minus erunt molesti
consanguineis defuncti, nec tam iniuste eo-
rum insidiabũtur loculis, quasi ex singulari
lenitate & gratia, consuetudinis rigorem re-
miserint, & corpus ad Ecclesiasticam sepul-
turam liberum ex sua authoritate tantum
permiserint: quum in posterioribus sui ho-
micidis Prætori prorsus nullum ius secun-
dum rationem competat, nec in corpus nec
in bona ipsius. De his satis superque. Ad in-
termissam de proprio homicidio consuetu-
8 dinem redeundum est. Ex † more enim &
ex consuetudine pręterea cautũ est, ne quis-
quam hoc corpus damnatum & suspẽtum,
manibus attrectet & auferat, nisi solus Iu-
dex, aut minister Iudicis ex Iudicis ac Præ-
toris mandato & permissu. Consuetudine
9 † item obseruatum est, vt quoties hoc sce-
lus in domibus commissum est, corpus hoc
exanime funibus è domo pertrahatur, non
per ostium, sed per foramen, & foueam sub
limine domus effossam, vtpote quod indi-
gnum sit ob proprię vitæ extinctionem, eo-
dem ostio & limine egredi, per quod prius
viuum valensque exiuerat. Hactenus de
proprio suiipsius homicidio, quod execran-
dum est, & seuerissime in iure vetitum, non
solum autem ipsum homicidium sui pro-
hibetur, sed etiam suiipsius violentia quæ-
uis & nefaria lęsio & vulneratio iure damna-
10 tur, adeo, vt quisquis † seipsum vulnerauer-
rit, aut læserit ex malo proposito, aut ex de-
speratione: is puniendus sit eadem pœna
qua puniretur, si eãdem vulnerationem al-
teri intulisset. Nemo enim membrorũ suo-
rum dominus est, l. Liber homo, ff. ad l. A-
quil. d. c. Si non licet, & l. Lex Cornelia, §.
Constitutum, ff. ad l. Corn. de sicar. quod-
que non maius in proprium, quam in alte-
rius corpus ius habet, quis enim sui corpo-
ris totus dominus constituitur, quum Do-
mini sit terra & plenitudo eius? Deinde,

qui ſibi parcere non nouit, aut potuit, mul-
to minus alteri parſurus eſt; Et qui ſibi ipſi
nequam, alteri nequior futurus præſumi-
tur, l. 3. § Si quis autem, verſ. Qui enim ſi-
bi, ff. de bon. eorum qui ante ſentent. mor.
ſibi conſci. & l. Sed ſi damnum, §. ſed ſi ipſe,
& ibi gloſ. notat. ff. de peculio; ad hæc vide
Dominum Iaſonem in l. 1. C. de ſer. fugit.
numer. 5 & 6. plurima ad hoc allegantem.
11 †Quia autem in propriç lęſionis mẽtionem
hic incidimus, notandam velim eam læſi-
onem, qua aliquis ſeipſum realiter caſtra-
uerit, aut caſtrari iuſſerit; is enim magiſter
caſtrator, & ipſe caſtratus, ſimul gladii ani-
maduerſione, atque adeo capitali punitio-
ne plectendi fiunt, etiam cum publicatione
bonorum fiſco applicanda, l. Lege Cornelia,
§. Conſtitutum, & §. fin. & ibi D. Hippol.
de Marſil. ff. ad l. Cornel. de ſicar. præalleg.
12 Baldus in l. 1. C. de eunuch. Quum † igi-
tur nulli fas ſit, ſibiipſi vllam læſionem ac
vulnerationem inferre, multo minus lici-
tum, imo prorſus execrandum eſt ſibiipſi
mortem conſciſcere; Ideoque vel ipſi Phi-
loſophi non minus grauiter homicidium
ſui damnarunt; fortis enim non eſt (inquit
magni nominis Philoſophus Ariſtoteles)
ſed timidi, mortem ſibiipſi incutere; quum
carnificis loco habẽdus ſit, qui ſeſe quoquo
modo vulneraſſet, vt moreretur, authore
Feſto. Hinc etiam Æſchines inquit; Si quis
necauerit ſeipſum, manum, quæ hoc pere-
git, abſcindimus & ſeparatum à corpore ſe-
pelimus; & ſimilia vide apud Ariſtotelem
lib. 3. Ethicorum, vbi de fortitudine diſſerit;
eundem etiam vide lib. 5 quæ compendii ac
faſtidii euitandi gratia omittimus. Prius-
quam hoc capitulum de proprio homici-
dio finiamus, licet non impertinentes hic
13 quæſtiones tres ſubiungere. Primò † etia
quæritur; An teſtamenta ſeu vltimæ volũ-
tates illorum, qui ſibi mortem conſciuerit,
ſint alicuius momenti & efficaciç? Ad quã
quæſtionem teſte Bald. reſpondendum eſt,
ipſorum teſtamenta eſſe prorſus inefficacia,
in l. 1. C. de bon. eor. qui ſibi mort. conſci-
uer. in tex. ibi, ex teſtamento: hanc Baldi o-
pinionem confirmat etiam Cynus in l. 2.
C. qui teſta. facere poſſunt. Atque eodem
loco meminit de quæſtione noſtra altera,
14 nempe, An is † qui mortem ſibiipſi conſci-
re voluerit & ad hoc apparatum confecerit
inque ſe ipſo perdẽdo totus occupatus fue-
rit; ſed per alium interuenientem prohibi-
tus fuerit, quo minus nefariũ cœptum c-
pleuerit; an is (inquam) machinator p-
hibitus, morte, aut alia punitione damna-
dus ſit? Ad quam quæſtionem reſponde-
dum eſt; multos eſſe, quibus videtur e-
puniẽdum eſſe extremo ſupplicio, vti p-
D. Cynum in loco allegato commõſtra-
& in l. vlt. §. Sic autem, ff. de bon. eor.
ante ſentent. mor. ſibi conſciuer. Ang.
Omne, §. Qui ſe vulnerauerit, ff. de re m-
tar. Aut ad hãc quæſtionem reſponde, t-
puniendum citra mortem; vel vt not. i-
Si quis non dicam rapere, C. de Epiſcop.
cleric. & l. 4. C. de ſer. fugiti. Tertia & -
15 ſtrema † mouetur quæſtio An primi ill-
micidæ ſui, qui ſcilicet ex deſperatione, a-
nefario propoſito ſeipſos occiderunt, an-
quam) iſti cõſueto luctu plangendi, & p-
ſequendi ſint? Hanc quæſtionem diſſo-
Iuriſconſultus in l. Liberorum, §. Pom-
nius, in verſic. non ſolent, ff. de his qui
tant. infamia, dicens eodem loco, tal-
micidas minime conſuetis ritibus lu-
dos eſſe.

CAPVT XCI.

De Adulterio.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 91.

dulterii enormitas.

atrimonium Christus honorauit sua præsentia & miraculo.

dulterii pœna ex
- *Lege veteri.*
- *Iure ciuili.*
- *Iure canonico.*
- *Consuetudine.*

dulterium grauius peccatum est furto.

rtum grauiori pœna punitur quam adulterium.

micidium grauius est adulterio.

luxuria speciebus gradus sunt.

dulterium grauius est fornicatione.

cestus omnes transcendit libidinum gradus naturales.

ccatum contra naturam grauius incestu.

r adulteria neglectius puniantur, rationes.

cestus Iudicum ex Deo est.

dulterarum punitio ex iure.

dulterii punitio
- *Est propria curiæ spirituali,*
- *&*
- *Ex vsu etiam seculari permissa.*

dulter ratione { *Adulterii,* / *Personæ suæ,* } *subest curiæ* { *Spirituali.* / *Seculari.* }

per spirituales punitus, etiam puniendus sit per seculares.

dulterium, multorum malorum fons est.

ulteria non permittunt vllos pacis contractus.

dulterum vxoris in actu fas marito occidere.

dulterum filiæ, patri in actu ius est occidere.

ater impune occidat mœ-chum filiæ, requiritur, vt
- *Ambos in actu comperiat.*
- *Ambos comperiat domi suæ vel generi.*
- *Vtrunque occidat.*
- *Filiam habeat in sua potestate.*
- *Filia nupta sit marito.*

ando adulteri dicantur reperiri in actu.

i patri permissum est occidere adulterum.

ulteria cum Principibus aut Reginis quomodo punienda.

emplum horrendum de adulteris Reginarum Franciæ.

ulterii pœna in feudatore, & feudatario.

ultera dotem perdit.

Marito non licet accusare uxorem adulteram, quando
36 Ipse maritus adulter est.
37 Caussam dedit & ad hoc tradidit.
38 Coacte adulterio vitiatur.
39 Ignoranter adulterata est & malo dolo.
40 Eum mortuum credens, alteri nupsit.
41 Ad se semel reconciliatam recepit.

42 Consilium authoris de vitando adulterio.
43 32 Principalis sæpe origo adulterarum, est maritus adulter.
44 Adulterium maritorum grauius puniendum, quam vxorum.
45 Ante quam adultera damnetur, inspiciatur vita mariti.
46 Exemplum furtiui adulterii.
47 Ignotis permittitur alterius vxoris de adulterio accusatio.
48 Alterius vxorem, ad adulterium solicitans, punitur exilio.

Copulatores & copulatrices { Iure / Consuetudine } plectuntur { Capitaliter. / Exilio.

49 Copulatorum pœna ex Consuetudine Gandensium.
50 Abraham non est reus adulterii propter cognitionem ancillæ Agar.
51 Patriarchæ non concupiscentia, sed prolium causa plures habebant vxores.
52 An clericus in sacris constitutus in flagranti crimine repertus cum alicuius filia aut vxore, possit cædi, scilicet absque violatione Canonis, &c.
53 Discursus de pœnis quæ inferuntur adulteris, & primo de pœnis capitalibus.

Quæ pœnæ capitales irrogatæ sunt à
54 Parthis.
55 Lydis.
56 Arabibus.
57 Aromatiferæ Regionis incolis.
58 Aegyptiis.
59 Tenediis.
60 Placentinis.
61 Longobardis.
62 Atheniensibus.

63 Discursus de pœnis leuioribus quæ ex legibus vel consuetudine irrogatæ fuere in adulterio deprehensis, à diuersis.

Quæ pœnæ leuiores vsurpatæ sunt in adulteros, apud
64 Romanos.
65 Siculos.
66 Romanos rursus.
67 Eosdem de lege Iulia.
68 Locrenses.
69 Lepræos.
70 Athenienses.
71 Placiadas.
72 Armenios.
73 Germanos.
74 Cortinenses.
75 Cumæos.

Pisidas.
Troglodytas.
Platonem.
Diogenem.
Lycurgum Lacedamoniorum legislato.

Discursus de pœnis posterioribus temporibus constitutis contra adulteria apud diuersos.

Pœna illata adulteris, apud
- Perusinos.
- Bononienses.
- Florentinos.
- Treuisanos,
- Nouarenses
- Italos.
- Catalanos.
- Francos.
- Gratianopolitanos.
- Caturcenses.
- Parisienses olim.
- Parisienses nunc.
- Francos olim ex ll. Boiariorum.
- Francos ex ll. Riboariorum.
- Ecclesiasticos.
- Laicos ex iure canonico.

Discursus de enormitate adulteriorum, quo docetur quod bruta quoque puniunt adulteria.

Quæ bruta puniunt adulterium.
- Ciconia.
- Porphyriones aues.
- Elephantes,
- Leones.
- Columba.
- Palumba.
- Turtures.
- Cornices.
- Lynces.
- Echeneides.

Adulterium in maribus ne an in fœminis sit grauius.
Adulterium Virorum Vxores facit esse impudicas.
Fœmina in quouis crimine minus peccant quàm viri, propter imbecillitatem sexus.
Exempla & authoritates referuntur, quibus docetur fœmineis vitiis semper fuisse condonatum magis quàm viris, ob imbecillitatem sexus.
Theologi quoque censent minus peccare fœminas quàm viros in eodem genere delicti.
Adam plus peccauit quam Eua.
Videtur Vir adulter grauius peccare, quàm adultera.
Adulterium in viris & fœminis æquè graue delictum habitum fuisse docetur.
Concluditur adulterium in feminis grauius esse quàm Viris.

118 *Adulterium & Veneficium proxima, siue cognata cohærentia.*
119 *Adulterium grauius idololatria, remissiue.*
120 *Adulteria impunita.*
121 *Antoninus philosophus Imperator vxoris adulteria dissimulauit.*
122 *De pluralitate Vxorum licita apud nonnullas nationes.*
123 *De Communitate Vxorum apud nonnullas nationes.*
124 *De prostitutione Vxorum licita & recepta apud nonnullas Nationes.*
125 *Formosa congredi non tam graue peccatum, quàm deformi.*
126 *Fur magis est, qui modica furatur.*
127 *Adulterium grauiter punire debent iudices ecclesiastici.*
128 *Cretonis adulterium, quibus fuerit vindicatum pœnis?*
129 *Pater potest occidere filiam, etiam pragnantẽ, inuẽtam in actu venereo.*
130 *Maledictio & miseria annexa adulterio.*
131 *Maximè princeps vitet adulterium.*
132 *Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, nec collocabunt stabile fundamentum.*

1 ADulterium crimen est † inter mortales non infimum, & quod ad societatem humanam tuendam pessimum est, & pestiferum. Etenim inter omnia fœdera humana, nullum fœdus est rationabilius, nullum firmius, nullum Deo gratius, nullum denique ad conciliandam amicitiam & ad societatem hominum tuendam commodius, & magis necessarium, quàm fœdus thori connubialis. Ideoque consummatum matrimonium (scilicet fidelium) Deus planè ratum esse voluit, insolubile & inuiolabile: nempe quod sacratissimam coniugii fidem referat, quodque vnionem denotet, & conformitatem illam, quæ est inter Deum & Ecclesiã per assumptionem carnis humanæ, vt in c. Debitum, ext. de bi-
2 gam. † Quocirca ipse Christus etiam hunc thorum connubialem, & sanctum matrimonii fœdus sua cohonestauit præsentia. & primò omnium insolito & dignissimo dignatus est miraculo, quo insipidam aquam in dulcissimum conuerterat vinum. Taceo vel apud quasuis nationes etiam barbarissimas coniugii fidem perpetuò fuisse venerandam, firmam & sacram, & insolubilem, donec inciperet cum perfidia inter mortales grassari tartareum adulterium,

quod contra omnia iura diuina & huma[...] coniugalem hanc fidem perrumperet, la[...] befaceret, violaret, & omnia feliciter co[...] stituta peruerteret. Fit enim per adulter[...] iniuria haud mediocris Deo, cuius sacra[...] mentũ violatur, quod in paradiso institu[...] incarnatus approbauit, & passus sanctifica[...] uit. Adulter enim quod Deus coniunxi[...]
3 separat. † Ideoque hoc adulterium (vt po[...] hominibus perniciosissimum) Deus in ve[...] teri lege adeò execratus est, vt huiusmo[...] adulteros vel adulteras durissima simul[...] dedecorosa morte interimi iusserit, vide[...] cet lapidatione, Exod. 20. Deut. 22. Ezech[...] 17 & Diui Ioan. 8 c. Et in decretis canoni[...] §. Hinc apparet, 23. q. 5. c. Hæc imago, &[...]
4 Satis, 33 q. 5. Ex lege etiam † Mosaica vte[...] & adulter & adultera morti adiudicabãt[...] vt scribitur Leui. 20. & d. c. 22. Deut. & D[...] nielis 13. Hanc quoq; Domini sententia[...] postea comprobauit legũ authoritas, a[...] vt omnes adulteros & adulteras citra ex[...]
5 ptionem, gladio † animaduersore pu[...] iusserit, non minùs propter infinita ma[...] quæ indè suppullulant, quã propter ge[...] nũ & internum ex sua natura malũ, quod[...] sese habet perfidum illud adulterium, vt[...] titulis ff. & C. ad l. Iuliam de adult. & in[...]

tiq. de adulteriis, l. Transigere, C. de transactionibus, & § Item lex Iulia, Instit. de public. iudic. Hoc tamen nostro infelicissimo seculo apud quosdam Iudices tam parui fiunt adulteria, vt quasi parum ipsis insit sceleris, & quasi peccata sint leuiuscula ob hoc quod sint frequentia, & à multis citra conscientiæ stimulum perpetrata. Ideoque vel leuius adulteria puniunt, forsan etiã, quod ipsi eo aliquando contaminati sunt. Hinc
7 fit, vt † vitia quæ seuerissimam merentur punitionem, neglecta & quasi impunita relinquantur: quum tamen Deus ea seuerissimè puniat, & punienda potissimũ in veteri lege esse voluit: adeo vt nisi per acerbam punitionẽ populus ab adulteriis se coerceat, Deus sinat nobis euenire discordias, bella, schismata, pestes, aliaq; morborũ genera infinita. Nã caussæ, propter quas pax inter homines in terris non coalescat, assignantur sex in c. Ad Apostolicæ, per glos. super verb. Pacẽ Christus, & c. de senten. & re iudica lib. 6. Inter quas primam caussam dictorum malorũ ponit illã, quod scilicet hominũ non puniãtur maleficia, Eccl. 8. quia non profertur cito contra malos sentẽtia, ideoq; absq; timore vllo filii hominũ perpetrant mala, c. 1 de offic. delega. l. 6. & c. Dominus, 23 q. 2. Vltima vero assignatur ratio, quia nõ seruamus præcepta Dei, Hie 3. Esa. 48. Quocirca si Deo opt. max. ita visum esset, vt suam vltionem ferret tantũ in sceleratos, & ad huiusmodi adulteria dissimulantes Iudices, qui sua negligẽtia dictorum malorum sunt authores, & nõ in cõmunẽ & inculpatam plebeculam: æquiùs puto, & vigilantius per acres punitiones, adulteriorum frequentiam compescerent. Considerent † igitur ac tota mentis acie perspiciant Iudices suam potestatem à Domino Deo emanasse, qua non licet ipsis temere abuti, Ioan. 19. Nõ haberes potestatem aduersum me vllam, nisi datum esset tibi desuper. Quum igitur à Deo potestatẽ habeant, curent (rogo) quę lex diuina pariter & humana iubent, totis viribus adimplere, neq; sua, imo diuina potestate abutantur in suã suorumque subditorũ perniciem. Verùm quũ
8 † isthæc legum constitutio, æquo postea omnib. visa est seuerior: Iura Põtificia & Canonica tandẽ hanc legẽ mitiorem, & remissiorem esse voluerũt: eam enim tribus aliis modis Ius Canonicũ cõmutauit: nempe, vt adulteros & adulteras lapidationis seu vltimi supplicii loco puniret, vel diuortio, arctissima monasteriorũ regula, aut excõmunicatione, hoc est, ex Ecclesia & communione fidelium violenta eiectione. Hanc † hu-
9 maniorem puniendi rationem postea imitata sunt Iura ciuilia, quæ mœchos citra mortem etiã puniendos esse sanxerunt, videlicet, aut exilio, fame, dura victus ratione, vti pauperes ipsos: diuites vero mulcta
10 pecuniaria, aut alia simili pœna arbitraria. Quocirca licet † adulteriũ corã Deo grauius
11 peccatũ sit, quam decẽ vel viginti furta, tamen † ipsum furtũ grauiori pœna tẽporali punitur, videlicet capitis vel suspendii, idq; propter bonũ publicũ, communem conuictum & quietem hominũ. Attamen adulterio grauior & multo enormior debetur pœna, non quidem temporalis, sed æterna & infernalis. Porro licet furto diximus esse grauius adulterium, nõ est tamen grauius
12 homicidio, sed † homicidiũ ipsum infinitis partib. adulterio est grauius & enormius. Horum & pluriũ similium etiam meminit S. Augu. libr. 1. De adulterinis coniugiis, cuius scripta habentur canonizata in can.
13 Quemadmodum, 2. q. 7. vbi inter alia in-
14 quit. Sunt † enim in luxuriæ specieb. semper gradus, vt sicut † grauius peccat adulter, quam fornicator, sic grauius delinquit, qui nec sua dimissa aliã ducit, eo quod suã dimittens, aliam cognoscit. Grauius quoque qui suã vxorem habẽs ad coniugẽ proximi sui accedit, quam qui nõ habens vxo-
15 rem thorum alterius violat, vel vxoratus
16 ad solutam accedens: sed hos † omnes incestuosi transcendunt, quos † vincunt contra

naturam delinquentes, quos Iura igne pu-
niunt. Cæterum hanc legum de adulterio
puniendo laxitatem nonnulli correxerunt,
volentes adulterii punitionem capitalem
etiamnum durare debere, potiſſimum re-
ſpectu viuorum, ita vt iuxta priores leges,
viri perpetuo capitis detruncatione plectā-
tur: Nam ſacrilegos nuptiarum, gladio pu-
niri oportet, l. Quamuis, 2. in fine, C. eod.
17 tit. Punitio † vero adulterarum, quæ iuxta
veteres leges etiam capitalis fuerat, & de la-
pidatione vlciſcenda, per poſteriores leges
(quia fragilioris ſexus eſt mulier, quam vir)
facta eſt remiſſior: Nam per eas conſtitutū
eſt, vt adulteræ fœminæ verberatæ ac virgis
cæſæ à iure maritali diuellantur, deinde in
arctum aliquod cōiiciantur monaſterium:
vnde tamen maritus eam intra biennium
denuo recipere poterit, ſi quidem voluerit,
& ſuperuixerit. Nam ſi maritus poſt bien-
nium vxorem ſuam mœchā inde ad ſe non
receperit, aut ſi interim mortem obierit:
eadem vxor adultera cogitur habitum mo-
naſticum aſſumere, & ad leges & ritus eiuſ-
dem monaſterii reliquum vitæ ſuæ ibidem
cum aliis ſororibus tranſigere: liberis autē
ex ſe natis, duas partes ſuorum bonorū ceſ-
ſura erit: monaſterio vero ſuo, tertiam bo-
norum reliquam partem. Sed ſi liberos non
habet, parentibus extantibus huiuſmodi
iniquitati non conſentientibus tertia pars
applicabitur: reliquæ partes duæ monaſte-
rio, cum monaſteriū ſit loco filii, vt in Au-
thent de ſanctiſſ. Epiſcop § Sed & hoc præ-
ſenti, collat. 9. Quibus prædictis non ex-
tantibus, id eſt, ſi nec liberos, nec alios hæ-
redes vllos habeat, omnis ipſius mœchæ
ſubſtantia monaſterio quæretur, & applica-
bitur, Authent. Sed hodie adultera, C. ad l.
Iul. de adulter. & in Authent. vt nulli iudi-
cum, §. Si vero quando, collat. 9. vnde d.
Authent. deprompta eſt Itaq; pœnam hu-
ius criminis variari cernis pro varietate per-
18 ſonarum. Porro huius † criminis adulterii
notitiam & punitionem peculiariter ſibi
reſeruant & vendicant curiæ ſpirituales &
iura canonica, quia hoc adulterium directe
cōcernit & ſpectat ad Eccleſiam, aut ad vio-
lationem Sacramenti Matrimonii, quod
quidem Sacramentum ſacrum eſt & ſpiri-
tuale. Iudices ſeculares nihilominus ſæpe
adulterii examinationem, & punitionem
aſſumunt: non tanquā curiæ ſpirituali pro
iudicantes, quaſi de Sacramentis & cauſis
ſpiritualibus quicquam iudicantes: quia
ea tantum faciant, non Sacramenti viola-
gratia, ſed ipſius perſonæ cauſſa, quæ pro-
phana eſt, & non ſpiritualis: ideoq; ipſorum
foro habilis eſt, & ſubiecta. Hinc ſæpe nu-
mero fit, vt adulteri, aut adulteræ ob cōmiſ-
ſum adulterium gemina punitione plectā-
tur, & à Iudice ſpirituali & ſeculari: Cu-
19 † ſpirituali ſubſunt adulterii gratia: Curiæ
vero ſeculari ſuæ perſonæ cauſa ſubeſſe co-
guntur. Sed de hac materia, An ſcilicet ſe-
20 mel punitus in foro † Canonico ſeu Eccle-
ſiaſtico, poſſet puniri poſtea de eodem cri-
mine in foro ciuili, ob hoc, quod diximus
delictum eſſe mixti fori, eleganter diſcuſſit
& diſſoluit D. Fredericus Schenck Iuriſcon-
ſultus in triade ſua forēſi, quem data, obla-
taque occaſione ibidem conſulite. Nam
ipſius rationes, argumenta, ac diſtinctiones
21 & allegationes, breuitatis gratia † omitti-
mus, licèt admodum ſint conducibilia, fre-
quenter, imo pene quotidie, contingentia.
Hoc autem adulterii crimen in Iure maxi-
me eſt deteſtabile, vel certè ideo, quod ex eo
complura alia crimina poſtea conſurgant,
veluti, periurium, falſa teſtimonia, violen-
tia, iniuria, verorū hæredum ſubdola frau-
datio, homicidia, perpetuæ inimicitiæ, le-
nocinia, ſtupra, & illegitimi diabolicíq; con-
cubitus, atq; infinita alia mala hinc naſcun-
tur. Quæ plura eaque certius enarrat Eccle-
ſiaſticus cap. 23. ad quem Lectorem bene-
uolum remittimus. Quandoquidem adul-
ter peccat in omnem legem naturalem, Di-
uinam, Ciuilem & Canonicam. Quocirca
22 non permittunt † iura, ob criminis enormi-
tatem

atem, vt de commisso adulterio vlla pax componatur, aut contractatio, quod tamen in aliis criminibus sępe fieri videmus, etiam iis, ob quæ mors iure est inferēda, l. Codicillis, §. Matre, ff. de leg 2. singulari l. Transigere, & quod ibi not. C. de transact. & l. De crimine, C. ad l. Iul de adulter. Præterea ideo execrantur † iura hoc adulterium, vt marito permittant impune posse occidere mœchum, quem cum vxore sua actu adulterātem comperit, modo ille mœchus plebeius sit, & non nobilis: quem tamen nobilem si ita in actu occiderit, mitius etiam citra mortem, & non vt homicida puniendus erit, sed tantum per exilium, l. Marito, ff. ad l. Iul. de adulter. & l. Gracchus, C. eod. tit. Patri † ad hæc iura dissimulando permittunt occidere mœchum quem actu reperit in ipsa turpitudine peccantem cum filia, l. Nec in ea, & l. Quod ait lex, ff. ad l. Iul. de adult. Sed vt hoc impune facere possit, multa concurrere necessium est. Primo, vt eos † reperiat actu coniunctos & non separatos: Intelligendi autem sunt illi simul reperiri in actu, quoties reperti sunt simul in lecto concumbere, actumq; venereum simul exercentes, aut in cubiculo sese mutuo indecore & venereè, blandis lasciuisque verbis, vel tactu mamillarum vel pudendorum, osculantes, quoniam huiusmodi omnia sunt adulterii præludia, vt notant gl. Bart. in l. 1 ff. de extraordin. criminib & gloss. not. in ver. in ipsis rebus, & ibi Bar. in d. l. Quod ait lex, & in l. cap. 5. ad l. Iuli. de adult. & Salicet. in d. l. Gracchus. Secundo † vt eos comperiat mœchantes in domo sua, vel in domo generi sui tantū, d. l. Quod ait, versic. Quare non vbique. Tertio † requiritur, vt pariter occidat vtrunque, neutrique parcat, ne filiæ quidem etiam impręgnatæ l. Patri, l. Nec in ea, l. Quod ait lex, §. Si maritus, & l. Marito, ff. ad l. Iul. de adulter. Et notat eleganter Bart. in l. Imperator, 2. ff. de stat. homin. Idem post eū refert & citat Ang. Aret. in suo tractatu maleficiorum, sub glossa, in verb. *Che me hai ad-*
28 *ulterato mia donna.* Quarto † requiritur, vt pater filiam habeat in potestate: alioqui enim si filia à iure paterno esset emancipata, vel in aui potestate existens, nullo modo tunc patri iura permitterēt filiam suam adulterantem occidere, vt l. Sic eueniet, & d.
29 l. Patri, ff. ad l. Iul. de adult. Quinto, † vt filia nupta sit, & non vidua aut virgo: nam si aut vidua esset aut virgo, nullo modo posset eam contingere, ita Ang. Aret. sub præallegata gl. *Che me hai adulterato mia donna.* Sicut nec filio licet vllo modo occidere citra culpam homicidii, eum, quem reperit actu peccantem & adulterantem cū matre, vt d. l. Gracchus, & ibi Cynus. Nec matri licet occidere adulterum, quem comperit adulterantem cum filia: nec fratri licet occidere, actu adulterantem cum sorore: nec etiam auo, neptem quam habet in potestate, occidere permittitur: Quando-
30 quidem † huiusmodi adulteros in actu occidere, nulli permissum est, quam ipsi soli patri, modis etiam & conditionibus ante habitis, d. l. Patri, in fine, cum l. seq. Cæ-
31 terum † adulteria cōmissa cum aliqua Principe aut Ducissa, acrius multo & enormius punienda sunt, quam quæ cum aliis mulierculis plebeiis cōmittuntur. Nam, vt hoc vel vno exemplo doceā: Execrandis & maximis interierunt per iustitiā suppliciis duo illi fratres, qui reperti fuerant adulterio cōmaculasse regales toros: nempe duas reginas, scilicet vxorem Regis Ludouici Huustein, & vxorem Regis Caroli de la Marche:
32 Quandoquidē † ipsorum adulterorum adhuc viuentium genitalia primo abscindebātur: Deinde viui fuerant excoriati: Ac nouissimè ita nudi in patibulum subrepti: Ipsę vero Reginæ non minorib. tandem absumptæ suppliciis: Eæ enim simul inter duos muros strictissimè cæmentatæ fuerant, vbi tandem miseranda per se, & sua sponte con-
33 sumptæ sunt nece. † Porro si contingeret Dominum feudatorem mœchari cum vxo-

re sui vasalli siue feudatarii, in eo casu Do-
minus feudator perderet ius consuetum in
suum vasallum: Et vasallus ab ipsius prio-
ris Domini iure exemptus, deueniret in o-
mnibus ad protectionem & ius sui superio-
ris Domini feudatoris. Si vero contra ipse
feudatarius seu vasallus concumberet cum
vxore Domini sui feudatoris, adulteraret-
que eam, vel ad crimen istud saltem solici-
taret, turpiter tentaret, affectaretur: Item
si vel filiam, neptem, nurum, sororem pol-
lueret: is vasallus perderet totum feudum
suum, & eo priuaretur, quod prædicto Do-
mino suo subseruiebat. Et hoc textus feu-
dales (barbaro vocabulo) Cucurbitare no-
minant. Ita habet Dominus Vdalricus Za-
sius summi nominis Iurisconsultus in vsus
feudorũ epitome, de feudi amissione, parte
33 decima. Ipsę quoque † vxores adulteræ de
adulterio conuictæ, & ea caussa, sententia
Curiæ spiritualis diuortio à maritis diuul-
sæ, perdunt iuxta rigorem iuris, suam do-
tem, l. Consensu, § Vir quoque, Cod. de re-
pudi. & in can. Plerunque, extra de donat.
inter virum & vxorẽ: & iuxta consuetudinẽ
ipsarum Doharium consuetudinariũ: hoc
tamen in mulieribus adulteris specialiter
notandum est, esse multos casus, in quibus
marito non licet vxorem accusare adulte-
rii, neque de eo commisso vxorem deferre,
& per iustitiam conuincere & damnare. Pri-
34 mo, quando † ipse maritus eodem adul-
terii crimine infamis & commaculatus fue-
rit, can. Intelleximus, extra de adulter. pa-
ria enim delicta mutua compensatione dis-
soluuntur, l. Viro & vxore, ff. soluto matri.
& l. Si ambo, ff. de compensationib. Quo-
35 circa † suaserim maritis omnibus non te-
mere committant, quo ius suum maritale
amittant: hoc est, ne vago alienoque toro
se commaculent, neve tam imprudentes
sint in consectando illicitos cõcubitus. Qui
36 enim † id faciunt, præter hoc, quod Deum
optimum maximum grauiter offendunt,
etiam vxorum amorem maritalem, plerun-

que sua culpa vertunt in implacabile od
quo vxores per impatientiam & desp
tionem sese sępenumero ad exemplum
ritorum, aliis quoque mœchis prostitu
Nam vt vxores pleræque omnes sum
pere gaudent voluptate venerea, nihil
magis affectant, quam frequentes ma
rum congressus, ita canino odio prose
tur eas, quæ sibi eam voluptatem fur
concubitu intercipiunt, & maritales co
gressus solitos ipsis eripiunt, & ob hoc
ferè ad vindictam solicitantur: adeo
vindictæ occasionem reperire non vale
tandem exuta fronte, & conscientiæ sti
lis neglectis, maritorum adulterant
exemplum imitari statuant: atque co
sperationum perductæ, in scelere ma
sunt multo nequiores, multoque ard
tiores & improbiores: dum bellè & p
clare sese agere arbitrantur, quum re
tis vicibus maritum quoque suo iure f
dent, & sese aliunde ea voluptate ex
ant, quam maritus contra legem ma
lem ipsis nefariè negat & aufert, & ali
vxoribus impartit. Atque hinc tand
fit, vt quum gloria domus fœde aliq
do his sceleribus collabascat, id totum
prudentiæ, imo maritorum prioribus a
ulteriis asscribendum sit, qui vxoribus
pe mali occasionem præbeant, vt ia
ram passam vlciscantur, & volupta
amissam aliunde sibi sarciant, par pa
putant) præclare referentes. Quan
quidem nihil vxores præsertim casta
que exasperat, quam maritorum suo
illiciti cõgressus cum alienis, iisque im
dicis mulieribus, quod ipse quoque te
tur Imperator in dicta leg. Consensu,
principium, vbi Dominus Baldus & A
lus id notant, Cod. de repudi. & in §
tiores, in Authent. de nuptiis: que
hoc expendit Angelus, vbi supra, & in l.
vxor, § Iudex, ff. ad l. Iuliam de adult
Iason in l. Ex ea parte, § Mulier, in p
notab. ff. de verbor. obligat. † Quan

r sæpe vxorum adulteria proueniant ex lpa, atque adeo ex vagis ac illicitis mari- rum concubitibus, inique profecto fa- unt tales mariti, qui proprio dissimula- vitio, vxorum mala tantum ad censuras piunt, & iudices ad vxores condemnan- s sollicitant, quum ipsi mariti prius cum omni æquitate grauiter de suis sceleri- s sint puniendi: ob quorum scelerum casionem datam, vxores vascula fragi- ra, tandem in peccatum prolapsæ sunt. ariti vero per se & sua propria culpa & sua onte, & se adulteriis commacularunt, & oribus peccandi occasionem præbuerũt. iquiores quoque sunt ipsi Iudices, qui i- s non consideratis, ad primas talium ma- orum delationes & querimonias, vxo- ilico ex rigore iustitiæ damnant, & per x infames reddunt. Quodcirca ne im- udentius hac in parte Iudices contra v- rum æquiores caussas peccent, velim us perlegant Vlpianum, l. Si vxor, §. 2. ad legem Iuliam de adulter. † Iudex (in- it) crimen adulterii ante oculos habere bet, & inquirere, an maritus pudice vi- ns, mulieri quoque bonos mores colen- uthor fuerit. Periniquum enim vide- esse, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, m ipse non exhibeat. Secundo, quo- † ipse maritus, aut per negligentiam, per oblatas occasiones, aut aliis simi- s mediis, aliquo modo vxori ansam ebuit committendi adulterii, sicut & in primo notabili abunde satis memi- us, vel si eam tradidit adulterandam, one, Discretionem, extra de eo qui co- uit consanguineam vxoris suæ, Gloss. gularis in verbo, mutua compensatio- in canone Intelleximus, extra de adul- & quando maritus qui sciuit delictum missum, silentio quinquennium trans- . tam diu enim huius delicti præscri- oni locus est, vt dicit Dominus Anto- s Quasada, in libro suo diuersarum quæ-

41 stionum Iuris, capite decimooctauo † Ter- tio, quoties vxor non sponte, sed tantum coacte, & summa cum illata violentia adul- terium commisit, contra animi consensum & voluntatem, d. l. Si vxor, §. Si quis, ver- sic. Cæterum, & l. vim, ff. ad l. Iuliam de

42 adulter. Quarto, † cum vxor fraudulento concubitu, hoc est, in personis decepta, ad- ulterium qualecunque committit, putans marito concumbere, & ipsi debitum ma- ritale reddere, quum tamen adultero con- dormiat, & adulterium iuxta carnem & mundum (non secundum mentem & spi- ritum) committat. Non enim coinqui- natur corpus nisi de consensu mentis, d. l. Si vxor, versic. Cæterum, & argument. c.

43 In lectum, 34. quæst. 2. Ex occasione ac † si- militudine quarti modi, exurgit quæstio hæc alia, non omnino absimilis: Sempro- nius amore cuiusdam virgunculæ captus, rogauit vxorem Mæuii, vt per suam ope- ram eadem virgine potiri posset: Ea vxor Mæuii, votis Sempronii acquiescit, & se hoc præstituram certo loco, & tempore pro- mittit: quod tamen non fecit, sed ipsamet eadem voluptate potiri cupiens, sese con- stituta nocte & loco in lectum composuit, & se loco virginis exoptatæ Sempronio supposuit: eamque tum Sempronius co- gnouit putans se rem habere cum virgi- ne prius cupita, & per vxorem Mæuii pro- missa, quando tamen cum ipsa Mæuii vxore furtim & per ignorantiam condor- miuerit. In hoc enim casu nunc quæ- ritur, an is Sempronius accusari à Mæ- uio tandem posset de commisso cum v- xore sua adulterio, putans scilicet se stu- prasse virginem, non alienam vxorem commaculasse? huius itaque quæstio- nis solutio tota ex priori casu enarrato, de-

44 pendet. Quinto, † quando ob diutur- nam mariti absentiam, quem mortem obiisse credebat, cum alio marito matri- monium contrahit & consummat, can-

In præſentia, & ibi duæ gloſſæ, vna in verb.
Viris altera, in verb. Donec certum nuntiũ,
ext. de ſponſalib. & matrimoniis, & c. Cum
45 per bellicam, 34. q. 2. Sexto deniq; † priua-
tur maritus iure accuſandi ſuam vxorem de
adulterio quoties poſt adulteriũ cõmiſſum,
vxorem ad ſe recepit, reconciliauit, & cum
ea concubuit, c. Quemadmodum, ext. de
iureiur. & c. Si illic, 23. q. 4. Septimo, quan-
do adulter eſt abſolutus, quo caſu & mulier
abſoluta cenſebitur, l. denuntiatio, §. quęri-
46 tur, ff de adulteriis. Porro omne † adulteriũ
quoties publicum eſt, adeo iura cõtemnũt,
vt omnibus & ſingulis etiam ignotiſſimis,
& quam maxime alienis permittant accu-
ſare, & ad Iudicẽ adulteros & adulteras de-
ferre. Verum quoties in adulterio commiſ-
ſo contingit ignotum aliquem accuſare al-
terius vxorem, pater & maritus vxoris in ac-
cuſatione omnibus aliis præferendi ſunt.
Et ſi ipſe maritus vxorẽ accuſare detrectet,
pater ſolus accuſare poteſt. Et ſi ne hic qui-
dem eandẽ accuſare velit, tum tandem cui-
que etiam ignotiſſimo permittitur alterius
vxoris adulteræ accuſatio, l 1. § Si ſimul, &
l. Si maritus, §. Si ante, ff. ad l. Iul. de adul-
47 teriis. Quiſquis † præterea alterius vxo-
rem publicè & aperte ſolicitat ad adulteriũ,
aut inhoneſte contrectat, adeo vt hac gratia
apud Iudicem de illata vi, aut improbitate
ſollicitantis conqueratur: is puniendus eſt
exilio, aut ſimili punitione arbitraria Iudi-
cis, etiamſi nullum adulterium, aut nullum
aliud malum inde ſubſecutum fuerit. Por-
48 ro † copulatrices, aut lenones, qui ſuo ſtu-
dio honeſtas vxores ad adulteria ſolicitant,
& perducunt (etiam effectu non ſecuto)
ſecundum iura puniuntur capitaliter, l. fin.
C. de ſpectac. & ſceni. & leno. lib 11. in Au-
thent. de lenonibus, § Præconizamus, in
gloſſ. in verb. Inuitam: Ludouicus Ponta-
nus in ſingularibus ſuis, & verbo Pœna, ver-
ſiculo, Qui donum. Nec hoc loco omit-
tendum lenocinii crimen eſſe maius adul-
terio, ſecundum gloſſ. Bartoli & Doct. in l.
Athletas, §. Ait Prætor, qui lenocinium
de his qui notantur infamia: Secundũ con-
ſuetudinem vero, damnantur exilio, a-
lia punitione arbitraria, iuxta varietatẽ
gionum & ciuitatum. Nam iuxta con-
tudinem olim Gandenſium, copulat
49 damnabãtur exilio: copulatrices † naſi p
ciſione: tametſi hodie naſi præciſio
commutarunt inſtallatione, theatro i
tiali, aut pellerino. Nouiſſime hoc de
ulterorum punitione adiicere libuit, i
ſecundum iura Ciuilia, nuſquam loco
eſſe liberos, ne in templis quidem, aut c
meteriis, in Authent. de mandat Pri
pis, §. Quod ſi delinquentes, collatio. 3.
Neque gloſſ. in verb. Publicus latro, in c
Inter alia, ext. de immunitate Eccleſiæ.
antequam huic capiti finem imponam
bet prius hîc aliquot non inutiles quæ
50 nes ſubnectere. An † ſcilicet Abraham
tandus fuerit reus adulterii qui vxore
viuente, filios ex ancilla ſuſceperit? Si
ter, an Iacob, cui quatuor vxores obiici
fuerit adulterio obnoxius? His ac ſimil
quæſtionibus faciunt ſatis S. Ambroſ
lib. de Patriarchis & S. Hieronymus co
Iouinianum lib. 1. Quorum ſententiæ
probantur in can. Dixit Sara, & in ca
Obiiciuntur, 32. quæſt. 4. Ex quibus p
cilis erit pręfatarum quæſtionum de
Dixit Sara ad Abraham: Ecce concluſi
Dominus, vt non pariam; intra ergo a
cillam meam Ægyptiam nomine Aga
filium facias ex ea; & ita factum eſt. In
quidem facto notanda ſunt & tempo
cauſſarum ratio. Primum enim Abr
ante legem Moyſi, & ante euangelium
quo tempore necdum interdictum ad
rium videbatur: nec pœna criminis c
tempore legis incœpit, quę crimẽ inh
nec ante legem vlla erat rei damnatio
ex lege, non ergo contra legem quic
commiſit Abraham, ſed legem pręue
Deus in paradiſo coniugium laudau
adulterium damnauerat: habes p

Abrahæ defensionem. Secunda hæc erit, quod Abraham non ardore aliquo vagæ succensus libidinis, non petulantia, neque formæ captus decore, ancillæ contubernio coniugalem posthabuit thorum: sed studio quærendæ posteritatis & propagandæ sobolis: post diluuium enim raritas erat humani generis: quo tempore erat etiam religionis & violentia quædam, si quis non reddidisse videretur debitum naturæ. Simili causa permotæ filiæ Loth, patris concubitum amauerunt, vt scilicet posteritati consulerent, & ne genus deficeret humanum: ideoque publici muneris gratia Loth priuatam culpam prætexuit, Genesis 19. Obiiciuntur quoque Iacob quatuor vxores. Sed tum † quia moris erat, crimen non erat: sicut patriarchæ coniugibus excitantibus semen suum miscebantur, non concupiscentia perficiendæ voluptatis, sed prouidentia propagandæ successionis: sic Apostoli auditoribus admirantibus doctrinam suam condelectabantur: non auiditate consequendæ laudis, sed charitate seminandæ veritatis. Posset hic moueri quæstio, An clericus † in sacris constitutus in flagranti crimine repertus cum alicuius alieni viri filia, vel cum alicuius vxore possit impune cædi, lædi, & occidi absque violatione Canonis, Si quis suadente. 17 q. 4. Et q. proculdubio affirmatiuam partem desiderat, nempe quod præfato clerico in flagranti crimine reperto cum filia vel vxore pater vel maritus potest eum offendere & occidere sine vllo incursu excommunicationis, cuius meminit dictus Canon. Si quis suadente. atque hoc sustinuerunt Bald. Angelus & Raphael in l. quid ergo §. Si heres ff de lega. 1. Ang. Aret. in suo non amando tracta. malefi. versicul. *Che hai adulterata la mia donna.* in 9. char. versicul. sed si pater. horum meminit d. Hippo. à Marsil. in sua insigni reperit. l. vnicæ nu. 89 de Rap. virgi. Quoniam grauissimum crimen † adulterium, vt constet illud

semper punitum fuisse, ideo subiunximus
ea, in quibus breuiter enarrantur pœnæ à
diuersis gentibus & populis illatæ adulte-
ris: & quod Bruta quoque oderunt ipsa ad-
ulteria. Etenim multæ gentes leguntur
vario suppliciorum genere puniuisse adul-
teria. nec temerè fuerit ea carptim digito
54 indicare. constat enim † Parthos nullum
crimen grauius adulterio mulctasse, vt Iu-
stinus libro. 41. narrat, quamuis supplicii
55 genus nullum exprimat. Lydi verò † mor-
te puniebant adulterii reas, vt ex Herodoto
patet, qui nullam veniam pœnæ adulterii
56 prædicat eis fuisse. Arabes † autem suspi-
cionem adulterii grauiter quoque mulcta-
bant, vt docet Strabo libro decimo sexto.
Bardasanes libr. de fato. Eusebius in libr. de
præparatione Euangelica lib. 6. cap. 8. nam
ipsum adulterium morte puniebatur sta-
tim, sicut apud Palæstinos, vt patet ex 26.
57 Capite Genes. & † in Aromatifera regione
58 Ægyptii † in adulterio deprehensum vir-
gis cędebant ad mille plagas: mulierem na-
so truncabant. nam & ei, qui liberam vio-
lasset, virilia amputabant, quoniam vno
crimine tria non parua scelera commisisset,
iniuriam, corruptelam, liberorum confu-
sionem. Vide Diodorum Siculum primo
59 lib. Bibliothecæ. Tenediis † verò ea lex e-
rat promulgatione Regis contra adulteros,
vt vtriusque corpus concideretur securi. I-
dem ille Rex huius legis exemplum in su-
um filium edidit, qua de re in numismate
excussit vna parte securim, altera duos vul-
tus ex eadem ceruice prominentes. Ste-
phanus de vrbibus author huius est. Pla-
60 centini † ex statuto suo non adulterium
modo, sed nixum quoque adulterii capite
plectunt. Vide Baldi const. 356. statuto
Placente lib. 1. idem mox quid sit nixus, in-
61 terpretatur. Longobardi † suis legibus ad-
ulterium morte puniunt. Recurrat qui ve-
62 lit ad tit. de adulterio. in Lomb. Porro † A-
thenienses ex lege hoc seruauerunt, vt ad-
ulterum in concubitu vxoris deprehen-

ſum maritus impunè occideret, ſicut oratio Lyſiæ Rhetoris clariſſimi de nece Eratoſthenis adulteri declarat. Pauſanias vero huius rei citat Draconis legem Polybius Megapolitanus libro ſecundo Hiſtoriar. eum inſontem pronuntiat qui adulterum interfecerit, hæc ille, vt Græcus ex legibus Græcorum ſcripſit. Hactenus dixi de eis, apud quos adulterii pœna capitalis, lethaliſque fuit: nunc trãſeo ad eas gen
63 tes, quibus ſolemne fuit † variis aliis pœnis afficere adulterii Reos, ac Reas. Roma-
64 ni † in adulterio deprehenſos caſtratione mulctabant, ſic Bibienus Carbonem Actienum: ſic Publius Ceruius Pontium caſtraſſe ſcribitur à Valerio Max. libr. ſexto, capit. 1. Hinc Horatius ita luſit, libr. 1. Sermo. Sat. 2.

—Quin etiam illud
Accidit, vt quidam teſtes caudamque ſalacem
Demeteret ferro.

65 Apud † Siculos vero mulier adultera naſi truncatione puniebatur. Quanquam Ro-
66 mani variis † modis processerunt contra adulteros: nunquam tamen impunitum voluere adulterium. Tempore Numæ Pompilii hæc Lex lata erat teſte Feſto Pompeio & Aulo Gellio Noct. Att. libr. quarto, capite tertio Pellex ædem Iunonis ne tangito: ſi tangit, Iunoni crinibus demiſſis agnum fœminam cædito. Q. Fabius Gurges aliquot matronas ſtupri damnatas pecunia mulctauit, ex qua Veneris ædem faciendam curauit, hoc narrat Liuius libr. decimo, ab vrbe condita. L. Iunius Appuleius, & M. Fundanus ædiles aliquot matronas apud populum probri accuſauerunt, & damnatas quaſdam in exilium egerunt. eſt & hoc apud T. Liuium libro quinto Belli Punici, mox ex Lege licuit maritis vxores in adulterio deprehenſas ſine iudicio impunè necare, vt licet intelligere ex oratione Catonis de dote, cuius verba extant apud Aul. Gellium libro decimo, capit. & hæc mundana Lex & antiquiſſima tis videtur, vt eſt textus in Canone, hæc, 33 quæſt. 2 paulo poſt hoc ius mari ademptum, & patribus conceſſum fuit, habetur in l. Patri, & ſequentibus duab Digeſtis, de adulter. vbi huius rei ratio ditur. Marito tamen hoc ſemper tribu tum eſt, vt adulterum vxoris occide poſſet, ſed non quemlibet. lege, mari eodem titulo. Auguſtus Cæſar legem liam tulit, qua pœnas in adulteros ſtatu de quibus alibi ſcripſi ad quam legem Ho ratius 4. Carm. Ode 5. reſpexit:

Nullis polluitur caſta domus ſtupris:
Mos & Lex, maculoſum edomuit nefas.

De eadem Iuuenalis Satyr. 2.

—Vbi nunc Lex Iulia dormis?

Iuliam legem vſu abolitam reuoca Domitianus, ideo à Martiale lauda pluribus locis, & de qua re Iuuenalis prodit:

Qualis erat nuper tragico pollutus a-
dulter
Concubitu, qui tunc leges reuocarat a-
maras,
Omnibus atque ipſis Veneri Martiqu
mendas.

67 Nam † Lege Iulia pœna capitalis dece nebatur adultero. Suetonius refert, quo Auguſtus lata ea lege compulit Proculu mori, compertum adulterare matrona Huc reſpexit Virgilius: cum ait, *quiqu adulterium caſi.* Quin etiam fœmina ulteræ ex Lege Iulia capite plectebantur. Caſtitati. Cod. ad leg. Iuliam de adulte quæ quidem Lex Alexandri Seueri Imp ratoris eſt, itaque tum eam legem obſ uatam fuiſſe apparet. Porrò Opilius M crinus Roman. Imperator, reos adulte ſemper viuos iunctis corporibus incendi Vide Iulium Capitolinum. Aurelia Imperator militem, qui cum vxore hoſ tis adulterium cõmiſerat, puniuit ſuſpe dioin

dio inter duas arbores, quarum relaxatione ille in duas partes scissus, penderet ex pedibus. Idem ancillam quæ cum seruo suo adulterium fecerat, capite puniuit. Vide Flauium Vopiscum. Constantinus sacrilegos nuptiarum gladio puniuit. l. Quamuis adulterii, in fine Cod ad l. Iul. de adulter. Lex hæc adhuc seruata est tempore D. Hieronymi, vt patet ex Epist. illius ad Innocentium de muliere septies icta, quanquam miles Lege Iulia de adulteriis damnatus ita infamis est, vt etiam ipsa sententia eum sacramento ignominiæ causa soluat. Vnde Traianus Centurionem adulterii conuictum exautorauit & relegauit, teste Plinio Iuniore, libro sexto epistol. ad Cornelianum, & l. Si quis viduam. ff. de quæstio Si quis, inquam, alii nuptam, etiam cognatam, & cum qua nuptias non potest contrahere, corruperit, in insulam deportandus est, quia duplex crimen committit, incæstum & adulterium. Et adultera etiam in insulam relegabatur, vt patet ex Cornelio Tacito de Victilia vxore Telii Labeonis conuicta adulterii, in insulam Seriphon abducta. tamen pœna capitis semper fuit statuta in adulteros, vt patet ad l. Transigere. C de transactionibus, & Lex Iulia temeratores aliarum nuptiarum gladio ferit, vt d. §. Item Lex Iulia. Postremis authenticis constitutionib. pœna mortis adulteris mulieribus remissa est, alia substituta: nimirum vt verberibus ipsæ in monasterium detrudantur. Authen. Sed hodie. canone, de adulter. Cæterum † Zeleucus Locrensibus legem tulit, vt adulteris vterque oculus erueretur, qua in re peccatum filii ita luit, vt suum oculum pro oculo filii effunderet. Vide Valerium Maximum, Capit. de Iustitia. Lepræi † populi deprehensos in adulterio per triduum vinctos circa ciuitatem ducebant, mox perpetuò contemnebant, adulteræ in foro vndecim diebus discinctæ ostentabantur tunica pellucida amictæ.

70 Athenienses † demissum adulterum & obuium ex lege petebant omni proiectili, quicquid obuium ingerebant præter mortem, vt tanto contemptibiliores essent. hoc liquet ex oratione Demosthenis aduersus Neæram.

71 Placidarum † populorum Atticæ regionis, quos aliqui Laciadas vocant, mos & Lex erat, vt adulteri deprehensi ignominiosa nota afficerentur impactis raphanis in pudendas corporis partes, vel ligno ligonis pro raphano.

72 Id in † Armenia obseruatum fuisse Lucianus innuit in vita Peregrini Philosophi.

73 Germani † adulteram nudam marito permittunt, coram amicis & propinquis expellere domo accisis crinib. & per omnem vicum verbere agere: publicatæ enim pudicitiæ nulla est venia. Alibi is mos remanet hodie, vt adulteris capilli, & vestes antè & retro in ignominiam incidantur, sic tradit glos. in canone de Benedicto, in verbo & caluatos, trigesima secunda, quæstione prima.

74 Cortinenses † vero coronabant adulteros molli lana, exprobrando mollissimam naturam, & ita per ciuitatem ad magistratum pertrahebant, postea omnino ignominiosi habebantur, & indigni officio Reipublicæ.

75 Cumæi mulierem † in adulterio deprehensam in forum deducebant, & impositam saxo spectandam omnibus proponebant. inde asino directam & per totam ciuitatem circunductam in eundem locum restituebant. Plutarchus habet hoc problema capite centesimodecimo quinto.

76 Apud † Pisidas conuictus adulterii per vrbem vnà cum muliere circunducitur super asinos per aliquot dies. Vide Boemum de Moribus Gentium.

77 Si † quis Regis Troglodytarum vxorem vitiasset, certo ouium numero mulctabatur. Vide

78 † Diodorum Siculum libr. tertio. Plato octauo De legibus sic scripsit, ne aliam quam suam q[...]sq, vxorem contingat, ne genitale

ſemen irreligioſe dem ādet pellicibus, quisquis contra fecerit, niſi viros & mulieres omnes lateat, infamis lege, omnibusque ciuitatis honoribus priuatus ſit. Diogenes †
79 adulterum ex teſticulis ſuſpēdendum pronunciauit, vt patet ex eius reſponſo de Didymone mœcho comprehenſo & ex nomi-
80 ne ſuſpendendo Lycurgus † nullam legem ſanxit contra adulterium, vt qui id grauius
81 omni ſupplicio exiſtimaret. Venio † ad pœnas poſterioribus temporibus inflictas ad-
82 ulterio. Peruſii † deprehenſus adulter ex lege pro adulterio imponitur pœna ducentarum librarum, vel trecentarum, ſi cognitam mulierem domi per harum detinuerit. Vide Cornæum cōſil. 114. licet primo aſpectu, column. 1. ver. pœna autem Bononiæ
83 † adulterii reus mulctatur, 200. libris, vt refert Barb. conſ. 61. licet in medium, in prin-
84 cipio, lib. 4. Florētinæ † vrbis ſtatuto pœna mille librarum adulteris ſtatuitur. Barbat.
85 conſil. 87. illud referam, col. 5. lib. 3. Ex † ſtatuto Treuiſii, bona mulieris adulteræ tantū confiſcantur, vt author eſt Petr. And. in Repet. c. 1. in 12. q. princip. verſic. ego vi-
86 di ſimilem quæſtionem, de conſtit. Verum ſtatuto ciuitatis Nouariæ ſi quis adulteriū commiſit ſine vi, ſoluit 50. libras Imperiales: ſi per vim, cōdemnatur in lib. 100. Imperiales, aut mulier ſi viro placuerit comburitur; alioqui dotem amittet, teſte Signo. conſil 58. ſtatuto ciuitatis Nouariȩ, in princip. Bald. ad hæc conſil. 222. Anton. Commiſit, mentionem facit cuiuſdam ſtatuti punientis adulterium centum libris, addit, quod communiter ex ſtatutis adulterium punitur pœna pecuniaria, ideo Angelus in l. Vulgaris, in principio, ff. de Furt. aſſerit in multis ciuitatibus pecuniariam mulctam irrogari adulteris, & Ioan. And. in c. vltim. col. 7. verſ. quærit etiam do extra de collu. deteg. dicit id ita obſeruari ex ſtatutis Italiȩ.
87 Rurſus † Angel. in l. Mater. §. mulier. ff. de adulter. ſcribit quod per formam ſtatutorū Italiæ adulter nullo modo punitur, ſi nupta more meretricio viuat, etiam ſciente adul-tero eam eſſe nuptam, quod etiā repetit in Si vxor, §. Sed & in ea. eodem tit. Guiliel-mus de monte Laud. in Clem. cum ex eo ibi poſt eum Cardin. Flor. in 1. oppoſition. de ſent. excomm. aſſerit, quod in quibuſ-dam partibus viri ex adulterio vxorum pu-niuntur tanquam authores. In Catalonia
88 & † multis aliis locis vir, cuius vxor impu-dica, ſoluit 40. ſolidos domino vxoris.
89 † Regno Franciæ adulteri ex conſuetudi-non puniuntur, teſt. Ioan Fab. in l. conſue-tudinis col. vltima, C. Quæ ſit long. con-ſuet. nec auditum eſt, quod in Regno Fran-ciæ adulter puniretur pœna iuris. Gui[...] Papienſis dicit Deci. Delph. 206. in hac [...]uitate poſt princip. quod ex ſtatutis Grati-
90 nopolis † pro crimine adulterii ſtatuti[...] pœna 100 ſolidor. D. Guil. Bene. in rep[...] C. Raynutius, in verbo, cuidam Petro [...] diderunt, num. 63. quod ex ſtatutis vi[...]
91 Caturci † adulter pœna 60. ſolidorum [...] tum punitur, aut nudus vnica camiſia [...]
92 vrbem ſine verbere ducitur. Pariſiis † ſo[...] duci ſolet vir cuius vxor adultera eſt, a[...] inſidens per totam vrbē, facie verſa ad [...] dam vxore aſinum trahente, & præcone[...] te eos proclamante; Qui ſic faciet, ſic a[...] piet. Videri poſſunt hæc apud Guilielm[...] monte Lau. in Clem. Cum ex eo. & Ca[...] Florent. in 1. oppo. de ſent. exc. & Bened[...] in c. Raynaldus, in verbo cuidam Petro [...] diderunt, num. 62. de teſtib. Illud forte [...] lorum temporibus obſeruatum fuit, n[...]
93 deſiit, non † tamen in Senatu nunc im[...] niti adulteri, ſed pro qualitate delicti, & p[...] ſonarum virgis cæduntur, aut aliter p[...] untur, vt aſſerit Andreas Tiraquellus de[...]
94 ma tertia lege connubiali. Porro ex † le[...] bus Boiariorum à Theodorico Franco[...] rege editis tit. de vxorib. & adulteris ſi q[...] cum vxore alterius concubuerit, compo[...] maritum eius cū ſuo Veregildo: id eſt, [...]
95 ſolidis, ex legibus † autem Riboariorum [...] eodem Theodorico latis, ſi quis vxorem [...]

enam tulerit viuo marito 200. solidis mulatur. Haud iniuria Alciatus in l. probrũ, de verbo. significat. conqueritur fures angulari, adulteros pecunia mulctari, vt maior pecuniæ quam morum ratio. Cleri † ob adulterium pontificum sanctioni us deponuntur, & in monasterium toto tæ tempore detruduntur: laici † excomunicantur, c. Si quis clericus, & c. Romanus 81. distinct & c. Intelleximus de adult. not. Host. in summa. tit. de adult. §. quæ œna sit imponenda, in princip. At ex conlio Ancyrano c. 20. Si quis adulteriũ comiserit, non nisi septem annis in pœnitenda completis ad pristinos gradus recipitur, concinit 77. c capitulorum Græcarũ Synodorum à Martino Braccarensi Episcopo llectorum Postquam † compendio enuerauimus pœnas, quas adulteris infliuntur ab hominibus vel legum vel cõsuedinum ratione apud diuersas gentes, naonesque, subiungemus quod Bruta quoe fugiunt ipsa adulteria, quoniam natupœnam infligendo in quibusdam brutis am docuit adulteria esse fugienda. Etem † Ciconiæ adulterium morte puniunt. illielmus Parisiensis scribit suo tempore oniam adulterio coniunctam, per olfam masculi cognitam, congregata ab ipso sculo multitudine ciconiarum, ac detecrimine, fœmellæ illam ab omni muldine ceu conuictam damnatamque, dematam, dilaceratamque fuisse. Porphynes † vero aues, vt Athenæus narrat Polemonis cõmentariis ad Antigonum gem, manifestum adulterii sensum hae, illudque etiam in vxore eius, vbi alitur prehensum patrifamilias significare, non equidem, sed suspendio, & hinc Thelaon dictus esse videtur, tanquam thalami udicitiæ custos. Elephantes † adulteria er se nulla nouerunt, quinimo detestan adulteria hominum, illud ex Plinii lib. p. 5. & ex Solino cap 38. patet: hoc ex ani lib. 1. de hist. animal. & ex lib. 15. vbi refert, quod Elephas intelligit facile adulterium vxoris altoris sui, sæpe adulterã & adulterum interemit: nonnunquã illud ma-
102 rito detexit. Leones † quoque adulteria in Leæna cognoscunt, & illam occidunt, vel in aquas detrudũt, vt se abluat, vel fugere procul cum adultero vel cum Pardo cogunt, testis huius rei est Plinius libro 8. cap. 16. Iam vero columbæ, Palumbes, Turtures, Cornices, Lynces, & Æchencides quoq; pisces fugiunt adulteria, & mortuo vno superstes
103 in viduitate integra permanet, hinc † de columbis ita Propertius lib. 2. canit:

Exemplo iunctæ tibi sint in amore columbæ,
Masculus & totum fœmina coniugium.

Plura Plinius docet libr. 10 cap. 34. Ælian. lib. 15. Aristoteles lib. 9. de historia anim. c.
104 7. de Turturibus † & Palumbis iidem testes
105 sunt in locis citatis, de Cornicibus † tradit
106 Plutarchus in dialogo, quod † Bruta ratio-
107 ne vtuntur, de Lyncibus † Seruius annota-
108 uit, & de Æcheneі † pisce Ælianus libro 11. Sed ne nimium exemplis, & similibus naturæ operibus recitandis oneremus lectorẽ, ideo placuit hic desinere, & versiculis aliquot pœnas adulteriorum comprehensas referre, ac totam hanc materiam de pœnis concludere, sunt enim tales versiculi:

Casibus his quinq; damnabitur omnis adulter:
Aut hic fit pauper, aut debet carcere claudi.
Aut mẽbrũ perdet, aut morte mala morietur.
Aut hunc mundana confundet pessima fama.

109 Adulterium † in marib. ne aut in fœminis sit grauius? Consideratis pœnis, quæ adulteris infliguntur partim legib. partim consuetudine, videtur grauius esse in viris, quam in fœminis adulterium, nam apud Ægyptios adulter virgis cædebatur ad mille plagas, vel vt Diodorus Siculus narrat, virilia ei amputabantur, ad quod Terentiana Pythias allusit:

Nũc minatur porro sese id, quod mœchis solet.
—— Quod ego nunquam vidi fieri neque velim.

Sic Bibienus apud Romanos Carbonem

Actienum, & Pub. Ceruius Pontium in adulterio deprehensos castrasse legũtur, quod innuit Horatius libro primo Sermon. Satyr. 2.

—Quin etiam illud
Accidit vt quidam testes, caudamq; salacem
Demeteret ferro, iure omnes.

Mulier vero adultera vel repudiabatur, vel naso tantum mutilabatur, quod etiam à Siculis obseruatum fuit, vt patet in constitutione, quæ incipit, Legum asperitate. Diuus Augustinus clare docet libr. de ciuitate Dei 3. c. 5. quod antiqui Romani morte non punierunt fœminas adulteras: quũ eam pœnam viris adulteris passim inferrẽt, vt licet videre ex eo loco Virgilii, qui fuit rerum antiquarum peritissimus, vbi sexto Æneid. siccanit:

—quique ob adulterium cæsi.

Etsi ex lege Alexandri Seueri mulier adultera capite puniebatur, vt & adulter, tamen Theodosii tempore mulier in adulterio deprehensa in angusto prostibulo includebatur, mittebanturque qui cum ea palæstram Veneris exercerẽt: interim tintinabula percutiebant, vt eorum sono res hæc cunctis innotesceret. Theodosius vero hoc adhuc durius correxit, aliisque pœnis adulteras puniri statuit, vt author est Constantinopolitanus Socrates apud Cassiodorum in tripartita historia, libro nono, capite vigesimoquatto. Ad hæc altera ratio non inepte
110 assignari potest, cur † videatur adulterium grauius in viris, quam in fœminis: quia nihil æque exasperat, & ad peccandum in hoc crimine perducit fœminas, quam virorum congressus cum externis, impudicisque mulieribus, hoc ipsum attestante Imperatore in l. consensu, post principia. Vbi Dominus Baldus & Angelus id annot. C. de repud. & in §. Mitiores, in Authentic de nuptiis, quem & ad hoc expendit Angelus, vbi supra, & in l. Si vxor, § Iudex, ff de adulter. & Iason. in l. ex ea parte, §. mulier, in

primo notab. ff de verborum obligat. Cly-
temnestra cum didicisset Agamemnon-
deperire Briseidem & se adulterio cum
gystho polluit, & maritum ipsum mo-
mulctauit. Antoninus Verus Imper.
manus creditur à Lucilla vxore veneno
latus ob venereum cum Fabia commer-
111 sicut Capitolinus scripto prodidit. † T
quia fœminæ præcipites à natura factæ
& infirmę, vt citius superentur quam
minusque resistere queant huiuscemo-
flammis naturæ, sicut Seneca in Hippol
inquit:

Quid sinat inausum fœmina præceps fu-
ror?

Manifestius adhuc Valerius ad Ruffin
inter epistolas Diui Hieronymi: Insana
capitis & præcipitis est fœmina, indel
rata semper voluntate præcipuum arbi
tur quod vult, & quod non expedit.
super non omittendum est, quod vulgo
ci solet, mulieres in eodem genere del
minus peccare, minusque puniendas
quam viros cæteris tamen per omnia p
bus, nempe ob imbecillitatem mentis
ingenii, l. Sacrilegii pœnam, in princip
ad l. Iuliam peculat. & l. Si adulterium
stuprum, & §. Fratres, & §. Incestam
l. Iuliam de adulter. & can. Sicut dign
in princip. extra, de homicid. & can.
gnantur, 32. quęstio. 6 vbi scribitur
grauius viros puniri oportere, quanto
gis ad eos pertinet & virtute vincere,
xemplo regere fœminas, & facit textus
Quisquis, §. ad Filias, Cod. ad l. Iul
maiestat. ibi, Mitior enim circa eas d
esse sententia, quas pro infirmitate
minus ausuras esse confidimus, & q
voluit Baldus in l. Quicunque. colum
versiculo, sed pone statuto, & versic.
summa, Cod. de seruis fugit. Huc pert
112 quod † Saxo historiæ Danicæ author li
sexto, scripsit de Eritio. hic enim vir m
prudentiæ cõtendit muliebribus errat
pius ignoscendum esse, nec pœnam

dam, nisi correctio culpam corrigere nō
uisset. His consonum illud præclarum
Aureliano Imperatore, qui Zenobiam
illitibus ad supplicium vocatam, quod
mulier indigna imperium sibi vendi-
et, vita donauit, & defendit dicens, in-
num interimere mulierem, vt Vopiscus
at. Æneas quoque apud Verg Æneid.
hac de re pronunciauit :

—Nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna est.

mitatem fœminei sexus Leones etiam
oscunt, & tuentur. Plinius octauo li-
naturalis historię, rem scribit sorte no-
multis de leone, quod hic cum sæuit,
perplus in viros quam in fœminas fre-
consueuit, tanquam certe natura do-
it leonem, & principes leonis exem-
mulieribus magis, quam viris parcere,
ue durius, illas mitius tractandas.
rediamur † etiam ad Theologos, qui
bus de causis iam dictis statuunt vi-
per omnia omnibus paribus grauius
re, quam fœminam, causamque assi-
t imbecillitati muliebri. Quare Di-
Thomas summus Doctor angelicus
us, 22. quæst. 163. artic. † vltimo au-
t Adam plus peccasse quam Euā, cor-
ta conditione peccantium, ille enim
rat perfectior, licèt aliis circumstan-
t ipse loquitur, minus peccauerit, i-
Dominus Bonauentura censuit libro
do Sententiarum, distinct. 22. articul.
stio. 3. & ibi Scotus, & alii; & è nostris
d. in canone, Illud, 40. distinct. Hinc
igitur, quod & virum fornicatorem
dulterium grauius quoque peccare,
fœminam existimant, quia ille plus
is habet. Veruntamen † apud Moy-
& Iudæos æque in viris ac fœminis
censebatur crimen adulterii, nam an-
m Moysis vt patet Genesis capite 38.
rebantur adulteri : Moyses vero v-
sexui in hac parte peccanti mortem
intulit lapidatione. Vide Leuitic. 20 Deu-
teronom. 22. Danielis 13. Ezechiel. 16. Io-
annis octauo. & in decretis Canonicis, §.
Hinc apparet 23 quæstio. quinta, & canon.
hæc imago, 33. quæstio. 5. Plurimę certe na-
tiones in vtroque sexu æque grande scelus
esse adulterium existimauerunt, si idem
genus supplicii spectes, de quo prius satis
117 diximus. Cæterum † Theologi nostri
plerique asserunt grauius esse adulterium
in fœminis, quam in viris, cæteris pari-
bus, quoniam castitas magis decet mulie-
res quam viros : maiusque dedecus & in-
famiam inuri domui, familiæ, generi, &
toti cognationi per impudicitiam mulie-
ris, quam viri. Hanc quæstionem late de-
terminat, & tradit Martinus, cognomen-
to Magister Parisiensis Doctor, & vir sui
temporis insignis ac peritus, in eo libro,
quem de temperantia scripsit, præsertim
quo loco de luxuria disputat, in nona quæ-
stione, qua sciscitatur, vtrum adulterium sit
species luxuriæ ab aliis distincta, in quinta
conclusione. Astesanus in summa libro o-
ctauo, titul. 11. argument. 3. versic. Quis
grauius peccat, eiusdē est opinionis; quam-
uis alii alias quoque rationes assignant, vt
per ipsos Theologos in quarto Sentent. di-
stinct. 35. Theologi namque allatis in me-
dium multis considerationibus, dicunt
plus peccare mulierem impudicam quam
virum, vt Diuus Thomas in quarta quæ-
stione, & ipse Dominus Bonauentura in ex-
pos. textus, & D Richardus in artic. 1. quæ-
stione 4. & Robertus Hol. in Sapientiam
Salomonis lectione 46. & Antonius Flo. in
prima parte 3. partic. prim. tit. 1. §. quan-
tum ad primum certum est, versicul. secun-
do debet esse in operibus, & è nostris idem
Archid. in canone primo, de pœnitent. di-
stinct. 1. per textum in d. can Indignantur.
Itaque vt ex omnibus conclusionem ali-
quam subnectamus, cum multis ita sen-
timus, quod cum adulterium in vxore
sit tam fœdum, tam detestabile, tamque -

ignominiosum: non autem adeo fœdum in viro, nec adeò detestabile, nec ignominiosum, verum & æquum est mulieres grauius peccare committẽdo adulterium, quã viros. atque hinc est, quod vir quoq; potestatem habet in vxorem, non vxor in virũ, & vir vxorem adulterii accusare potest, vel in eo deprehensam repudiare, & nonnunquam interimere: Vxor virum nullo modo. Iuxta Apostolum, 1. Corinth. 7. Sunt pares vxor & vir, quantũ attinet ad debitum coniugale, ergo potest vxor etiam maritum adulterii accusare & dimittere, quamuis vxor non posiit maritũ facto corrigere, sicut maritus vxorem includere, pleniorem autem rationem Marius Solomonius in l. Gallus, in princ. chart. vlt. versic. hæc eadem causa, ff. de liber. & posthum. & Andr. Tiraquellus assignant.

118 An † quæ adulteræ, eædem vt veneficæ sint habendæ? Si nos inspicimus multorum authorum sententias prolatas de adulteris, fere deprehẽdimus, quod adulteræ etiam laborauerũt suspicione veneficii, & sæpe etiam veneficiis sunt conuictæ, vnde est quod dicitur adulteras non vacare suspicione veneficii, fere fit vt quæcunque adultera sit & venefica, teste Cicerone lib. 4. ad Herennium, cui rei Cato quoque astipulatur, vt Fabius Orat. Instit. lib. 5. docet & Chrysostomus in Matth. Homil. 49. Mulieres, inquit, adulteræ ad maritorũ cædem, quibuscunque possunt modis iniuriam inferre meditantur, paratæ sunt, & accinctæ. Leges quoque semper adulteras & veneficas quasi in maleficio eodem versantes & affines coniungunt, l. Consensu, § vir quoque, ibi nisi adulteram vel veneficam, C de repud. & in § mitiores, in Authent. de

119 nupt. Porro † D. Chrysost. in euang. D. Ioann. homil. 62. docet adulteriũ grauius esse idololatria, qui huius rei latiorẽ expositionem desiderat eò recurrat. Quanquam grã-

120 de † flagitium est adulterium, tamen legitur alibi contra id nullam pœnam fuisse legibus constitutam, etenim Lycurgus nullã pœnam statuit in adulteros, vt Tullius ha-

121 bet in oratione pro S. Roscio. Tum † ... Antoninus Imp. cõsultissimus, pruden-tissimus, religiosissimus, philosophus ... mus, adulteria suæ vxoris dissimulauit,

122 Iulius Capitolinus refert. De pluralitate vxorum licita apud nõnullas nationes C... saris Lex erat apud Roman. vt vxores ... & quot quis vellet, ducere liceret liberorum quærendorũ causa, vt Suetonius in vita ... lius tradit c. 52. Sed id postea abrogatum l. Nemo, 1. C. de Iudæis, & l. Eum qui ... C. de adult. vbi in id eadem pœna qua ... pro statuitur, id enim est contra ius na... habere duas vxores Cyrenaici singuli pl... vxores habent, vt narrat Pomponius M... 1. lib. Euripides duas vxores simul hab... esse vbique fere improbat, vt in Andro... che: neque enim honestum duarum ... virum vnum gubernacula habere, ip... men duas vxores habens pertædere co... matrimonii, vt vbique fœminas imp... tet. Vide Gell. libr. 15. Noct Attic. c. 20 ... suluit tamen duas vxores ducendas, vt ... la expelleretur, & domi retineretur ... Geloni singuli plures vxores habent. ... tet ex illo Val. Flacci Argonaut. 7. Her... vel sæuo coniunx non vna Gelono. Ge... ni olim vt prodit Cæsar plurimas vxore... mul habebant, sic Ariouistus habebat ... vxores, vnam Sueuam, alteram Noric... tione, sororẽ Voccionis regis. Hyber... miscuè matrimonia ineunt cum ma... filiabus, & sororibus, vt est apud Strab... lib. 4. quin etiam non minus alienis ... quam suis vxoribus commiscentur, vt ... refert, idque in propatulo. Inde plures ... res simul ducere solent, & mortuo ma... inter eas contentio de amore maior... maritum orta incendio spontaneo di... batur, vt Onesicritus, Cicero 5. Tuscul. ... bo 13. Cosmog. Valerius Maximus de ... tutis antiquis. Solinus c. 65. Properti... 3 Eleg nec illud est prætereundũ quo... dorum vxores prima congressus noct...

cerdotibus concedebantur, cum quibus etiam Regum absentium vxores cubitant, ex Cardinali Vlyssiponensi retulit Volaterranus Geographię 12. cap. postremo. Lex apud Athenienses fuit, vt in Bello Peloponnesiaco ciuitatem exhaustam iuuentute repararent liberis, qua decreuerunt, vt quisque duas si vellet, duceret vxores, ciuicam & vrbanam. Hanc secutus legem Socrates duxit Xantippem simul, & Myrtonem Aristidis neptem vxores: & Euripides quoque duas sibi iunxit, sed pœnitentia ductus, omne matrimonium exosus est. Hæc docent Satyrus, Hieronymus Rhodius, & Laertius. Cecrops verò primus Atheniensium Rex vnam viro legem concessit tantum vxorem, vt Athenæus tradit. Lex Valentiniani Imperatoris publicè concessit vni duas ducere vxores. Hoc habet Socrates Constantinopolitanus apud Cassiodorum in Tripartita historia, libro octauo, capite vndecimo sed & Paulus Diaconus hoc idem de Valente refert. Lex Cæsaris Iulii permittebat vni vxores quas & quot vellet ducere liberorum quærendorum causa: sic enim narrat Suetonius in vita illius, cap. 52. postea id lex abrogatum fuit, vt & supra notaui. Mauri singuli plures vxores habent, vt Salustius in Iugurtha commemorat. Medis verò pulcherrimum censetur esse, vt habeant plurimas vxores, vt Strabo libro vndecimo. Et Æneas Syl. in Asiæ descriptione c. 34. Regibus certè minores quam septem vxores habere non licet, ibidem. Nasamones singuli plures habent vxores, vt apud Herodot. libro quarto. quin etiam in propatulo coire solent. Numidæ quoque singuli pluribus gaudebant vxoribus, vt apud Sallustium patet in Iugurtha. ...nes singuli plures ducunt vxores, vt Herodotus in Terpsichore refert. Parthis plures vxores ducendas mos permisit, & vsu obtinuit dulcedine, ac varietate libidinis vt Bardesanes in libro de fato, Clemens Recogni. 9 cap. 7 multique alii narrant. Persæ vxores plures ducunt, sed caussam sobolis propagandæ prætexunt, vt Ammianus Marcellinus habet libr. 23. & Herodotus libro primo. Syri autem plures habent vxores singuli, vt Tullius 4 actione in Verrem edisseruit. Thraces simul quoque pluribus vxoribus se iungebant, vt Pomponius Mela libro secundo exponit, & Herodotus hoc Thracibus supra Gestroneos incolis tribuit libro quinto.

123 *De communitate † Vxorum apud nonnullas nationes.*

Æthiopes Garamantici vxores communes habent, Mela Pomponius. 1. Plinius libro quinto, c. 8. Solinus c. 39. vel iuxta alios 43. & hinc degeneres hi ex omnibus habentur. Bragmannes vxoribus communibus vtuntur vt Philostratus, Lemnius, & Arrianus historicus referunt. Britannis pluribus vna vxor est, vt Bardesanes in libr. de Fato refert, & D. Clemens libr. recognitionum 9. c. 7. Cæsar quoque Com. belli Gallici simile refert libr. quinto. Gnostici hæretici, vt est apud Epiphanium, 2. lib. contra hæreses tom. & sect. 26. nullas priuatim vxores habent, sed omnibus vt communibus vtuntur. Hyrcani communes vxores habebant, vti Plutarchus in libr. de fortuna Alexandri narrat, ante tempora Alexand. Magni. Ichthyophagi vero communes habent vxores, vt est apud Diod. Siculum, libr. tertio Bibliothecæ. Lex Canadis Regis Persarum de communitate vxorum celebris est, huius Agathias meminit de Bello Gothorum, libro quarto, idem de Ilophagis tradit Diodorus Siculus, libr. tertio. suæ bibliothecæ. Mos fuit Liburniis, vt communes haberent vxores, alii eos Limyrnios vocant, testatur hoc de eis Nicolaus scriptor Græcus de moribus gentium, & Stobæus sermone 42. Aristoteles haud dissimilia narrat de Libyis. Libyi superiores habent communes vxores, libe-

rosque partiuntur secundum similitudines, vt docet Aristoteles, Politic. secundo. Machlies vtuntur communibus vxoribus, hi sunt populi Pœnorum, vt est apud Herodotum libro quarto. Messini vero vxores habent communes, vt Pomponius Mela narrat. Nicolaus Antiochenus hæresim promulgauit de communitate vxorum Vnde Nicolaitæ emanarunt, vt Eusebius eccles. historiar. 3. capit. 23 & Augustinus in catalogo hæres. referunt. Persæ communitatem vxorum alibi non aspernantur, vt Agathias libro quarto de Bello Gothorum percurrit. Scotis communes sunt vxores, vt Diuus Hieronymus in Iouinianum libro secundo testatur. Scythæ vero alibi vxores communes habent, vt legitur apud Strabonem libro septimo. Tyrrheni quoque communes habent vxores, vt Theopompus, & Timeus, & Athenæus narrant pluribus locis. Troglodytæ verò etiam communes habent vxores, vt Strabo 16. prodidit.

114 *De † prostitutione vxorum licita & recepta apud nonnullas nationes.*

Angilarum fœminæ nocte qua nubunt, omnium stupro patent eorum, qui cum munere accedunt, plurimisque concubuisse summum decus erat, vt Pomponius Mela refert libro primo. Solinus c. 44. Balearium Insularum vxores cum amicis & domesticis secundum ętatem primum coeunt, vltimus locus sponso datur, vt refert Diodorus Siculus libro sexto. Canarii quoque non prius vxores accipiunt, quàm à Rege deflorentur, idque decus est illarum vt prodit Archangelus Madrignanus Getulorum legibus mulieres quibus cum volunt coeunt. Clemens recognit. 9. capite septimo. Gnidarum vxores sibi honori ducunt à pluribus Venerem pati, hincq; fimbrias ornant, vt narrat Herodotus libro quarto. Heliopolitanorum fœminæ antequam nuberent passim prostituebantur, & ex hoc quæstu Veneri dona offereb[...] Sed Constantinus Imperator aboleuit [...] vt exponitur à Socrate Constantinopolitano apud Cassiodorum libr. histor. 1. cap. 9. & iterum libro sexto, capite duodecim[o]. Virginibus apud Hispanos quibuscunq[ue] libuerat, olim congredi fas erat, eratq; h[...] eis passiua Venus, vt è quibus vellent li[be]ros quærerent, vt Cælius libro primo, [cap.] 22. annotauit in antiquis lectionib. La[ce]dæmonii verò singularē hanc consuetudi[]nē habebant, quod vna vxor duob. colloca[]batur in matrimonio, vt patet ex testimo[]nio Xenophontis de Rep. Lacedęmoniorum. Lex Gelonum fuit, vt mulieres cum qui[]buscunque viris vellent, impunè congre[]derentur, nec ideò à viris reprobarentur, [...] Clemens libr. recognit. 9. c. 7. refert, & Ba[r]desanes in libr. de fato, & Eusebius in li[b.] præparat. Euangel. 6. cap. octauo. Lex a[pud] Babylonios fuit, vt mulieres semel in [...] impunè prostituerentur externis viris [...] que ad templum Veneris, modo pre[tium] flagitii daretur, vt Curtius libro qu[into] narrat, & Strabo decimoquinto. Lex [...] apud Volscos ne virgo nuberet ingenu[a] licui, nisi prius se seruo alicui prostitu[isset], à quo delibuta traditaque esset. Vide [Va]lerium Maxim. libro nono, capite pri[mo]. Lituanorum matronæ nobiles public[e] eunuchos, sed concubinos habent: V[iris] pellices habere non licet, vt Æneas Syl[uius] habet in descriptione Europæ. Locr[en]sium Votum memorabile est, quod si [vi]ctoria potirentur, Virgines suas in d[ie fe]sto Veneris prostituros sanxerunt, hoc [nar]rat Iustinus lib. vigesimo primo. Lydo[rum v]xores passim prostratæ erant amato[ribus] ante nuptias, sed post initas semel nu[ptias] nulla spes veniæ si deliquissent. hoc d[ocet] Athenæus & Herodotus libr. quinto. M[as]sagethæ singuli singulas habent v[xores], intereà pluribus aliis vt communib[us v]tuntur, vt Eudoxus in prima periodo [me]moriæ prodidit. Nasamonum vxores [...]

a nocte singulos conuiuas Veneris gra-
a obeunt, vt Herodotus in Melpomene
tius prosequitur. Scythæ mirabilem
odum habent: Virgines in littus pro-
icunt, atque ibi eas nautis prostituunt.
stinus id prodit libro decimo octauo &
ctant. libr. 1. capit 17. De Cypriis quo-
e hæc narrant, & de Babyloniis Herodo-
s. Stymphalorum ita demum vxores
norabantur, si cum pluribus consueuis-
t, vt Zenodotus testatus est. Susarum
ò mulieres liberè quibus cum vellent
ncumbebant, tam cum seruis, quam ho-
tibus, vt est apud Clementem libro Re-
gnit. 9. capite septimo. Tapyris licebat
s vxores aliis concedere nuptui, idque
olis ait causa, vt Strabo libro vndecimo
ert, quod Cato apud Romanos fecit, qui
rtensio vxorem suam concessit, vt Plu-
chus recenset in Catone. Tarentini ve-
nudas fœminas libidini prostituebant,
idcirco à fulmine percussi sunt, & ob-
, vt Clearchus apud Athenæum refert
quarto vitarum commentario. Hæc
ctim ex lectione plurimarum historia-
, authorumque scriptis collecta, va-
ritus, legesque connubiorum aperi-
, & facile declarant quàm profligatis
ibus alibi homines vixerint, pecorum
instar: quare placuit ea carptim re-
sse, vt sicut Lacedæmonii ebriosorum
risostensorum turpitudine omnes fi-
tali delicto alienabant, ita nos horum
memoratione ac abominatione lecto-
ac Christianum hominem deterrea-
à talibus flagitiis, vel corruptis mori-
, inhonestisque legibus imitandis, aut
ittendis: quisque enim norit plurali-
m vxorum, vt ita loqui permittatur
bitam esse Christianis, adeò verò et-
hoc magnum est, vt Bigamia Chri-
num à Sacerdotio excludat. capite pri
de biga. non ordinan. At longo dete-
ilius adhuc est vitium habere vxores
munes, longè execrabilissimum eas

prostituere luxus, quæstus, honoris aut terreni vllius commodi causa. Alibi tetigimus nempe sub cap. de Fornicatione: Quod Bazianus doctor, & glossator antiquus in verbo, Fornicatione, in fine in capite vltimo, incip. Furtum autem. decima quarta,
125 quæstio. sexta tradiderit. † Non tam grauiter peccare, qui cum formosa muliere cōgreditur quàm qui cum deformi: cum plura sint, pulchritudo scilicet & libido, quæ cum illa persuadent commisceri, quàm cum ista. Quam glos. ad hoc citant & sequuntur Ioannes Andreas in cap. Ea quæ fiunt, column. 2. de Regulis iuris, libro sexto. in Mercuri. & Collect. 1. extr. de eo qui dux. in matrim. quam polluit per adulter. Panorm. in capite Veniens. ext. de eo qui cognouit consangui. vxoris suæ. Plurimi omittuntur alii causa breuitatis. Sed & Diuus Chrysostomus in epistolam posteriorem Pauli ad Timotheum, homilia 3. ex capite primo paulo antè finem. Illum (inquit) magis adulterum dixerim, qui quamlibet ex vulgo, quam qui reginam violarit: illic enim plurima irritamenta sunt, puta opes, elegantia formæ, & huiusmodi cætera, quorum hic nihil inuenias. Eadem profectò ratione illum magis ebrium dixerim, qui quolibet vino, quàm qui optimo inebriatur: ita & cupidum eum potissimum cēseo, qui ne minima quidem rapere omittit. Nam qui maxima diripit, minima fortasse contemnet: qui autem parua non despicit, quomodo his maiora non de-
126 spiciet? Fur † igitur hic magis quam ille est. Nam qui non aspernatur argentum, nunquam profecto aurum aspernabitur. Cui admodum in hoc postremo concinit textus in can. vltimo 14 quæst. 6. Horum recordatus est Do. Andreas Tiraquellus de legibus connubialibus, secunda lege con-
127 nubiali nume. 8. folio 15. Iudices † ecclesiastici inter enormia delicta de adulteris puniēdis solliciti esse debent. Ex adulterio nēpe mala innumera insurgūt: quādoq; enim

veri heredes & filii non succedunt, adulteriniquead defunctorum successionem admittuntur. Iura diuina & ciuilia non mitiori pœna, quam capitali & vltimi supplicii adulteros puniri voluere. Si delictũ hoc pœna condigna non corripitis, eritis in causa, quod aliqui eligent tales adulteros propria autoritate punire; quemadmodũ fuit
128 Creto, qui teste Boetio in disciplina scholarium, cum adulterium in domo Castoris, cum eius vxore cõmisisset, capillis tractus, verbere castigatus, vulnere laceratus, sale fricatus, vrina seruorum perfusus, vngulis exsectus: Tandem lassatis tortoribus genitalibus priuatus, sterquilinio suppositus,
129 transeuntibus expositus est. Pater † an possit occidere filiam etiam prægnantem, inuentam in actu venereo? Tenet Guil affirmatiuam partem, quod sic. quia impetus seu dolor acerrimus patris cum ex... sat, licèt filia sit prægnans. hic enim ... lum factum attenditur, & non iuris ord... ue effectus, l. Mæuius, ff. de conditio... & demonstr. & l. Quid ergo, §. Cum a... factum, ff. de his qui notant. infam. ... bonę fidei, cum §. pen. ibi, dum dicitad... fectum illud pertinere, &c. ff. de acqui... re. dom. Huic assentit dominus & pater... ritatis Bartol. in l. Imperator secunda, ... stat. homin. num. 2. hæc est ampliatio...
130 l. Nec in ea, ff. de adult Et si generali... omnes vitare debebant adulterium, p...
131 cipue tamen principes populorum † p... pter maledictionem & miseriam anne...
132 de quibus 2. Regum 7. & adulterinæ p... tationes non dabunt radices altas, nec... locabunt stabile fundamentum, &c.

CAPVT XCII.

De permissione adulterii.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 92.

1 *Lenocinium mariti, puniendum exilio.*
2 *Maritus ex vxore quæstum faciens, punitur exilio.*
3 *Clancularium vxoris adulterium, per maritum non est deferendum Iudici.*
4 *Signa {Manifesti, Certi,} & {Occulti, Incerti} adulterii.*
5 *Coniectura adulterii elicitur ex {Loci qualitate. Personarum qualitate. Actu, & modo.}*
6 *Mariti improba in vxoris adulterio conniuentia, non est ferenda Iudici.*
7 *Francorum frequentia adulteria, vnde nascantur.*
8 *Franci de adulterio nullam ferunt sententiam pœnalem Iuris.*
9 *Exemplum.*
10 *Alterum exemplum.*

SIcut ex superiori capite constat grauiter esse puniendos, qui turpiter adulteria committunt; ita non minus puniendi sunt, qui vxoris adulteria cum illo satyrico dicensæ (non omnibus dormio) dissimulanter ferunt, & vxores suas in ea turpitudine
1 si fouent, & alunt. Maritus † igitur q... ens volensque dissimulat, & permitti... rem adulterari, ita vt nec verbis, nec... illi adulteranti obsistat, nec ipsam ab...

retro retrahat, vel nec ipsam à se dimoueat, ob vxorii adulterii dissimulationem damnandus est exilio, aut alia simili pœna arbitraria Iudicis. † Multò igitur magis dictis pœnis, aut acrioribus est condemnandus, quoties ex vxoris adulterio, vllum sibi quæstum parat, aut lucrum: hoc enim faciendo, crimen præterea committit lenocinii, l. 2. §. Lenocinii, ff. ad l. Iul. de adulter. l. 2. C. eodem tit. & ibi gloss. † Verũ hic sciendum, si adulterium vxoris non fuerit manifestum, nihilq; de eo certi habeatur in ore & notitia vulgi, præter incertam suspicionem, & rumusculum popularem, quem maritus facile sua prudentia, & probitate tueri posset & tegere, in eo casu non est maritus vxori cohabitans, condemnandus de dissimulato vxoris adulterio, l. Sine metu, C. ad l. Iul. de adulter. Nam hoc singulis à naturæ recto dictamine insitum est, vt domesticos omnes, atque adeo vxoris propriç vitia tegant, & probitatem tueantur, sicubi possint & valeant. Sed quando † huiusmodi adulteria cẽsenda sint aut manifesta, aut clancularia, & ex quibus coniecturis adulterii certitudinem potissimum colligere conueniat, vt citra reprehensionem, & cũ omni æquitate, vxoris adulterium maritus accusare possit, aut celare: suaserim, vt maritus in huiusmodi coniecturis Iurisperitos, Doctores, aut ipsum Iudicem cõsulat: ita enim minus peccabit, & tutior erit à permissi adulterii crimine. Coniecturas autem de certitudine vel incertitudine adulterii vxorũ, commemorat gloss. super ver. In ipsis reb. l. Quod ait lex, ff. ad l. Iul. de adult. Nam gloss. tria potissimum narrat, vnde censuram, & coniecturam quis facere debeat, de adulterii certitudine, aut incertitudine. Nã obseruanda esse iubet, scilicet locum adulterii, qualitatem personarum, & actum & modum adulterantium. De loco autẽ considerabit, an is opacus fuerit, & tenebrosus, an luculentus: an prophanus, an sacratus: nam in locis claris & sacratis nullum suspicandum est futurum adulterium. De qualitate autem personarũ videb t, an cognati, an affines, an alieni: an Ecclesiastici fuerint, an laici & seculares: nam in cognatione, affinitate & ordine Ecclesiastico, nullum suspicamur intercedere posse adulterium. De actu denique considerabit modos & gestus & signa: nempe, mutua, eaque aut aperta, aut secreta oscula, pudendorum liberas & mamillarum faciles contrectationes, & cõtactus, aut mutuos ad collum amplexus. Quandoquidem si hæc signa, simul conspicientibus aliis, contingant, argumentum certum est de commisso adulterio, vti etiã proxime præcedenti capite nonnihil attigimus.

6 † In quo certo adulterio, si quispiam maritus ita esset facilis & eò peruenisset impudẽtiæ, vt ad vxoris scelus dissimulare plane vellet, & libenter contra clamores vulgi conniuere, & nullo modo vellet, nec optaret eam deferre ad Iudicem: in eo casu ipse Iudex, non feret ridiculam mariti conniuẽtiam, sed ex officio per rumores populares caussam aget, & litem intentabit contra illum facilem maritum, & permissorem adulterii vxoris, vt honestas venerabilis matrimonii, vel apud alios quosuis tali exemplo & punitione exterritos cõseruetur. Galli

7 & Franci tamen, † quoniam nihil mali de vxoribus suspicantur, sed ipsarum fidem & honestatem semper habent certissimam, & fortiter ex eo tuentur: ideo vxorum suspiciones & susurros fere boni consulunt, excusant, & defendunt: nempe, ex amore coniugali vehementi, credentes semper recta & honesta circa vxores contingere. Et, si quid mali aliquando rumoris de iis audiãt, illud syncere & candide interpretantur. Ideo nõ mirum, si in regno Franciæ (quod tamen dolendum est) adulteri ex consuetudine liberius peccent: Nempe quod de adulteriis committendis rarò suspicentur, ideoque rarius puniantur, vt dicit Ioan. Fab. in l. Cõsuetudinis, colu. vlt. C quæ sit longa consuet, Et idem alibi dicit in §. Ex non scripto,

columnn. penult. verſ. ſed quæritur an conſuetudo, Inſtitut. de iure natural. gentium
8 & ciuili. Nam in † illo loco aperte teſtatur, in Regno Franciæ nunquam viſum fuiſſe, vt ob adulterium quis puniretur pœna iuris: Idem in d §. Item lex Iulia, Inſtitutio. de public. iudic. Imo ait idem Ioannes Faber, in Francia tam parui æſtimari adulteria, vt ea vix peccata & crimina exiſtiment, ſed potius lepidam & præclaram induſtriã, & audaciam: hinc noſtrorum temporum calamitatem, non præter rationem maximopere deplorat. Non eſt (inquit) ſanitas à vertice vſque ad plantam cedri, lilium confirmatur hyſſopo. Quid enim (inquit) nobiles ſcribunt in hoſpitiorum parietib. iuxta armorum inſignia, quod id non ſapiat? Hactenus ille.
9 piat? Hactenus ille. † Quod autem ob candidam interpretationem, & ob ſanam ſemper maritorum de vxoriis vitiis opinionem: deinde quod ob iuſtitiæ impunitatem in Francia adulteria ſint frequentia, id norunt qui aliquot annos ibidem commorati ſunt, atque ipſe (non ad gentis diffamationem, ſed ad vitiorum patriæ correctionem) multis exemplis didici, & his duobus ſubiectis conteſtari potero. Ego enim tempore quo Aureliæ ſtudiorum gratia habitarem, noui quendam iuris ſcilicet candidatum (vt putabant parentes) qui Veneris caſtris fuit addictior, quam Bartolo aut Baldo: quique voluptuari, ſcortari, ſuiſque malebat obſequi turpibus affectibus, quam ſeſe macerare & conficere ſtudiis. Is (inquam) formoſulus iuris candidatus deperibat virgunculam quandam, cum qua captato tempore ſæpe iocabatur, potitabat, & colludebat, tandem audacior factus cœpit eandem ſolicitare, vt ipſa ſui copiam faceret, ad quod ipſa aſtutula reſpondit, ſeſe ipſam hoc ſatis deſiderare, atque ob id etiam nihil tam candido amico negare velle, ſed metuere parentes, ob quos (etſi maxime vellet) non auderet committere, ſed dabo nobis (inquit) conſilium benignius ac tutius: vt audiui à p[illegible] rentibus, puto me propediem futur[am] ſponſam, quum igitur duabus hebdom[a]dibus, aut menſe vno nupta fuero, tum m[e] alloquere, & quod voles pete, nihil tibi [de]negatum iri ſenties. quod à iuuene tent[a]tum & factum fuit ſæpius. Huiusmodi e[x]empla an non frequentiſſime conting[ant] norunt qui nobis inde recentes reuertu[n]tur.
10 tur. Aliud exemplum † in eadem celeb[er]rima ciuitate, certo certius contigiſſe c[o]gnoui: in qua mihi admodum famili[aris] fuit quidam Alemanus, iuuenis proc[eri] corporis, cute nitida, facie formoſa & bla[n]dula, totoque corpore amabilis. Is (in[quam]) Alemanus à multis matronis a[]mabatur, quarum vna mercatrix panno[]rum ſericorum, eundem per pediſſequa[m] ſæpe compellare iuſſit, & ſæpius in tem[]plo, atque eundem inuitare ad repotia n[o]cturna: Dicens, ſi ipſi placeret, vt hera[m] ſuam ſubinde inuiſeret, futurus ei grat[] & quod cum ea citra ſuum incommodu[m] voluptuaretur. Ille igitur (vt iuuenilis a[]nimus ad huiusmodi per ſe ſatis eſt prod[i]uis) ſe facturum promiſit, & quandoc[um]modum ipſi videretur, ſibi ſignificari p[o]ſtulauit. Eadem itaque pediſſequa p[]pauculos dies eundem in templo ſec[]conuenit, & dixit: *Veſperi erit opportun[um] nam herus noſter hodie profectus eſt,* (n[] hoc vulgo apud eas eſt in prouerbio) [] *rſius.* Quocirca me eminus ſequere, & [v]bi me intrantem conſpexeris, ibi veſp[] pulſabis, aſtabo ipſa tibi apertura ad o[ſti]um. Hic Alemanus memor huius ob[]tionis, in crepuſculo domum adiit, pu[lſa]uit leniter oſtium, actutum intromitt[itur,] in cubiculum tapetis ornatum induci[tur,] vbi paratum reperit ſympoſium: mor[a] ancilla, veſtibus exuitur: monſtratur [le]ctus pene regalis, cui incubuit dicta bel[]la matronula: cedit ancilla, itur cubit[um,] ibique ſuam reperit amaſiam. Poſtridie [ea]dem ancilla cubiculum intrat, heram [...]

surgere iubet, ne herus forsan inexpe-rus eos in opere tali opprimat, & com-iat. Surgitur itaque, ientatur splendi-&talis Athleta, pro munere, & pro re gesta donarium a sua accipit, holose-m crumenulam, cui ipsa octo inseru-coronatos aureos solares. Hanc rem is plenus erat rimarum) commemorauit suorum sodalium, qui tam facetum a-n ridens, Eamus (inquit) ad eandem, mamus hac pecunia ab eadem aliquot s holoserici: placuit consilium, eunt em, reperiunt in taberna mercatoria ntum præsentem, salutant ipsum, salu-vxorem, quæ vultum habebat in ma-& se bellè componere norat, poscunt sericum pro thorace, proferuntur va-vxor iubet maritum elegantiora ferre itiori cubiculo domus: dum is se ad enda recipit, vxor 4. vlnas abscindit & pecuniam reddit. Interim maritus re-dit cum trib. & quatuor sarcinulis, iubet v-xor reportare, quod conuentum esset inter ipsos, dicit sibi solutum esse, & se pecuni-am in capsulam argẽtariam immisisse. Re-portat maritus holoserica: redeunt salu-tata vxore emptores cum holoserico, & pe-cunia. Huiusmodi exempla metuo, ne plu-ra fiant quam velim, & quã sit salutiferum, potissimum ob maritorum laxitatem & Iu-stitiæ nimiam facilitatem. Sed quod iusti-stia non punit id plerunque punit vltor sce-lerum Deus. Nam hic Alemanus post pau-culos aliquot menses, stans pro foribus suis, nihil mali suspicans, ab impurissimo inuaditur lenone, & sine vlla verborum controuersia, pugione confoditur. Quo-circa metuat quisque iudicium, & vindi-ctam diuinam, tametsi ad sua vitia iusti-tiam conniuere cognouerit.

CAPVT XCIII.

De Lenocinio.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 93.

...ndo committatur lenocinium.
...inii cum peccato meritorio collatio.
...inii apud Ethnicos detestatio.
...inii pœna ex iure capitalis.
...equiruntur, vt lenones vltimo afficiantur supplicio.
...ices consuetudinem faciunt.
...nones { Consilio / Fauore / Ope / Consensu } iuuant, ii pari pœna plectantur.
...um condemnatio mitior.
...atrices Dæmonum sunt instrumenta.

...neralius adulterio crimen † est leno-...nium, hoc est, nefarium illud scelus, ...uis ex publicis scortationibus ex ad-...is, ex deflorationibus aut ex forni-...ibus sibi quæstum facit: non quidem proprio corpore, sed virgines, mulieres, matronas, aliorum vxores aut meretrices, huius quæstus gratia ad actum venereum aut publice aut occulte pellicens, vel e-tiam ad hoc priuatim domi alens, & ex

eo meretricio meritorioque quęstu viuens.
2 † Quod quidem peccatum lenocinium, nō
est scelere inferius peccato meritorio, hoc
est, eo quo quis proprio corpore quæstū fa-
cit, teste Vlpiano, in l. Palam, §. Lenocini-
um, ff. de ritu nuptia. & in l. Athletas, §. 1.
ff de his qui notan. infa. Nam vt hoc speci-
ale est, & ex vnius fœminæ libidinoso amo-
re nascitur, ita lenocinium generale est, &
plures ad suam libidinem explendam, quę-
3 stus gratia, perducit. Quum autem † per se-
se vel apud Ethnicos, vt puta apud Lucianū
in amatoriis, & apud alios complures, leno-
cinii crimen imprimis sit detestabile & ab-
ominādum, multo maiori odio apud Chri-
stianos illud haberi debet: ideoque hoc le-
nocinium communes leges grauissime pu-
niunt, l. 1. §. Qui lenocinii, & l. Athletas, §.
Qui lenocinii, ff. de his qui notant. infam.
& l. 1. §. Lenocinii, & §. Qui hæc, ff ad l. Iul.
de adulter. l. De crimine, §. fin. & l. Ita nobis
pudor, C. ad l. Iuliam de adulter. Authent.
de lenonib. per totum, collat. 3. Præterea
4 quicunque † huiusmodi lenocinia cōmit-
tunt, hoc est, qui publice & scelerata & me-
retricia vitia mulierum, aut propriarum v-
xorum aut filiarum, aut aliarum etiā qua-
rumcunque, qui (inquam) ex his publice
turpem quæstum faciunt, pecuniam mœ-
rent, & exinde viuunt: ii puniendi sunt vl-
timo supplicio, aut malæ crucis suspendio,
§. Præconizamus, & ibi gloss. & Bart. in Au-
5 thent. de lenonibus, collat. 3. Verum hic †
notandi sunt tres modi quos in lenocinio
concurrere oportet, priusquam lenones ad
vltimum supplicium, aut patibulum dāna-
ri possint. Primo, vt mulierem ad hunc me-
retricium actum persuasionibus, aut præ-
miis, aut precib. perduxerint: & hoc ex con-
suetudine sæpius facere sint soliti, vt vult
6 gloss. in d. §. Præconizamus. Atque † hic
consuetudinem intellige, quoties factū bis
contigerit: Nam quum in aliis multis, ad
consuetudinem firmandam requiratur fre-
quens & sæpe iterata commissio: in hoc &
simili crimine duæ vices, id est, bis cōm
faciunt & confirmant consuetudinem, l.
circa fin. cum ibi not. C. de Episcop. au
ent. Deinde vt ex ipsius vita nefaria & a
ritia, sibi quæstum fecerint, & pecuniam
ceperint. Tertio, vt eam sibi ad dictum
ctum subiectam fecerint, & morigeram, a
promissis, aut præmiis, aut aliis quibus
7 modis. Porro hoc vltimo supplicio, † vel
tibulo non solum damnantur ipsi leno
publici, sed etiam omnes quicunque au
stuprum, aut ad incestum, aut ad adult
aut ad deflorationē, aut ad fornicatione
aut scortationem vllo modo, consiliis, f
uore & ope, & consensu, per publica leno
nia coadiuuerunt, & cooperati sunt, vlt
supplicio vel patibuli suspēdio etiā dam
di sunt, l. Aut facta, ff de pœnis, l. Sæpe,
fin. ff. de verborum signific. l. 1. ff. de
corrup l. 2 §. 2. l. Qui domum suam, l.
ius ope, l. Mariti lenocinium, ff. ad l. Iul
de adult. l. 2. & l. Castitati. C. eod. titul
8 adult. Hactenus † ipsa iura dictos leno
enarrato vltimo supplicio puniri iub
Verum quum aliquando videatur ea
tia seuerior, ideo hoc peccatū multi mi
puniri malunt. Et ego quoque qui Sen
Brugensi, ac aliis multis annis fuerim
filiis, & lenonum punitionibus sæpe co
adfuerim, nunquam conspexi dictos le
nes, aut lenas, aut adulteros, vltimo sup
cio damnari aut puniri, sed aut exilio c
tatis, vel regionis, aut theatrali install
ne, aut virgarum flagellationibus, aut
9 libus pœnis citra mortem. Sunt † nib
minus huiusmodi copulatrices, & co
trices nequissimę in damnabili rerum
& Dæmonum abiectissima mancipia,
Dæmonibus multo nocentiores, vt po
quas non raro honestas puellas, matr
probas, & ecclesiasticos, natura, & mor
continentissimos ad lapsum pertrah
quod ipsorum Dæmonum tentamē
stare non poterant, neque possent, ni
iusmodi instrumentis adiutarentur.

circa& si extremam punitionem temporalem hic apud Iudicem secularem euadant, punitionē tamē diuinam nunquam effugiant. Hæc habui pie Lector, quę de hoc lenocinio tibi volui communicare: si tamen de hac materia plura desideres, per me interim Iaco. de Bellouisu in sua practica in rub. de lenonibus, perlegas, licet.

CAPVT XCIV.

De Stupro.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis Cap. 94.

Stuprum quid.

Stuprum est duplex { *Voluntarium.* / *Violentum.* }

Stuprum { *Voluntarium.* / *Violentum.* } *quid: Et quomodo puniendum.*

Stuprator cogendus, vt vel { *Ducat stupratam in vxorem.* / *Stupratæ de dote prouideat.* }

Damnum non est stupratæ poscendum post alterutrius matrimonium.

Virginem impuberem stuprare conans, damnatur exilio.

Tutor / Feudator / Feudatarius } *stuprās* { *Pupillam suam, punitur exilio & confiscatione.* / *Filiam vasalli,* / *Filiam feudatoris.* } *priuatur* { *iure suo in vasallum.* / *suo feudo.* }

Virg nis iuramento statur contra stuprantem, &c.

DVm hîc in libidinum varias species incidimus, & de earum punitione, congruo ordine hic sese profert Stuprum quod vocabulum, licet subinde generaliter pro quibusuis luxuriæ speciebus capiatur, † specialiter tamen & strictius hic pro virginum defloratione accipiendum est, quòd certè malum est grauissimum, & acri animaduersione plectendum. Nam si ob furtum rei temporalis iure aut consuetudine in crucem fures subripimus (sicuti post suo loco declarabimus) quo, quæso, supplicio afficiendi sunt, qui virginum florem & virginitatem, thesaurum incomparabilem, callidè vel violenter eripiunt? & famam & nomen bonum quibusuis diuitiis potiùs auferunt, & sinistrè furantur? Certè non leuiori pœna mihi damnandi videtur, quàm rerum temporalium fures: imò multo a-

2 cerbius. Est † autem stuprum ordinarium crimen, quod in virginem, viduamque honestè viuentem committitur. Istud duplex
3 est, † voluntarium, & violentum. Volun-
4 tarium est, quod † volente & consentiente virgine vel vidua committitur: cuius pœna est publicatio dimidiæ partis bonorum in stupratore honesto: in humili vero, ac persona vilioris qualitatis, pœna erit flagellatio ac corporis coerctio cum relegatione vel exilio, §. Item lex Iulia de vi, Institu. de
5 publici. iudic. † Violentum stuprum est, quando virgines vel viduæ per vim opprimuntur vel abducuntur: & dicitur propriè raptus, cuius pœna capitalis est, quā parentes vel cognati ipsi sumere possunt à rapiente, si in actu & flagrāti crimine ipsum deprehēderint, vt C. per vniuersum tit. de rap. virgi. seu vidua. nec nō sanctimoni. hoc est,

si virginem aut viduam non diffamatam aduersus eius voluntatem vitiauerit, virginaliq; aut viduali decore seu honore priuauerit, vi expugnata ipsius pudicitia: is facinorosus malefactor capitis discrimē ac pœnam incurrit: debetq; ex accusatione compressarum in prosequutione maleficii, quēadmodum prædo seu raptor, gladio truncari: atq; ita dictis rationibus constupratores plectuntur per iustitiam secularem. Sæpius tamen per Curiam spiritualem puniuntur, quoties stupra fiunt, cum cōstupratarum consensu. Per iustitiam vero (vt diximus) secularem, quoties virginib. aut viduis stuprum offertur per vim & violētiam, idq; gladio. Porro de stupro violēto (quod raptum vocant) latiùs infrà suo loco tractabimus, Capit. de raptu.
6 Hîc interim † animaduertēdum est, Iudicem ecclesiasticum cogere posse stupratorem vt in vxorem ducat stupratam: aut vt ipsi de digna dote prouideat, per quam alteri tandem posset honestè nubere: atque hæ pœnæ quidem statuendæ sunt, nō ex arbitrio Iudicis, sed stupratoris, vt is stuprator cogente Iudice alterutrā pro arbitratu eligat.
7 Verùm † ista locum tantùm habent ante alterutrius cōtractum matrimonium, sic vt stuprata, per Iudicem à stupratore, iniuriæ, & damni reparationem postulet, priusquam is Stuprator aliam vxorem ducat: aut antequam ipsa stuprata alteri nupserit & cum alio matrimonium contraxerit, vt in c. 1. & c. Peruenit, ext. de adulter. & ibi D. Abb. Si autem ipsa stuprata differat suæ illatæ iniuriæ reparationem exposcere, vsque ad alterutrius initum & contractum matrimonium: in eo casu negotium censetur inualidum & extinctum. Nam tunc ipsa suo damni repetendi iure planè priuatur, vel ob hanc caussam, quod stuprator eo casu sua careret & destitueretur optione eligendi alterutram pœnam, de qua diximus.
8 Qui autem molitur virgunculam † impuberem decē aut vndecim annorum, nondum viri potētem, stupro polluere, is certè damnandus est [illegible] lio aut alia punitione, seu pœna arbitra[illegible] iuxta qualitatem & conditionem perso[illegible] etiam si actu eam non violasset, aut vio[illegible] re potuisset. Nam qui sunt condition[illegible] humilioris, hi in metallum damnant[illegible] honestiores vero personæ in insulam re[illegible] gātur exules, l. Si quis aliquid, §. Nondu[illegible] ff. de pœnis: quod proculdubio notandu[illegible] est, quia hodie hæc pœna non reperi[illegible] correcta neque immutata: nam huic co[illegible] sentiunt Docto. in d. §. Item lex Iulia de [illegible] vbi gloss. eadem etiam confirmat: tame[illegible] Iacobus de Bellouiso in sua solenni pra[illegible] ca iudiciaria tit. de lenonibus, numero [illegible] defendat, violantes virginem immatu[illegible] nondumque viripotentem, non teneri [illegible] stupro, l. Iulia de adulter. sed l. Aquilia, [illegible] vulnerato, l. Si quis aliquam, §. Quæ[illegible] dum, Digest. de pœnis, l. Si seruus seru[illegible] §. Si oliuam, ff. ad l. Aquil. l. Si Stuprum, [illegible]
9 fin ff. de iniur. Tutor vero qui † suam [illegible] pillam, & suæ tutelæ commissam con[illegible] prauerit (etiam si id fiat cum ipsius vol[illegible] tate) is puniendus est per Iudicem sec[illegible] rem exilio seu deportatione, & bono[illegible] omnium proscriptione, lege prima, C. [illegible] quis eam cuius tutor fuerit, corruperit. R[illegible] tio est, quod is tutor, patris loco tali pu[illegible] læ datus fuerit: nempe, vt illam curet, [illegible] fendat, alat, doceat, bonisque moribus [illegible] potiùs instructam curet, quàm vt ipsi[illegible] na curet & defendat. Nam hæc secund[illegible] ria tutorum esse debet cura, illa vero p[illegible] & præcipua. Quocirca quasi incest[illegible] illam stuprat, quam filiæ loco tutand[illegible] assumpsit, non vt eam sibi commissam [illegible] beriùs stupro contaminet. lege secunda [illegible] de administra. tutor. & Institu. eod. [illegible] mate seu titu. in princip. de tute. Simi[illegible] dicendum est de puberum iuuencula[illegible] curatoribus.
10 † Postremo si dominus [illegible] dator circumueniret, seduceret, & con[illegible] mitteret filiæ virgini sui vasalli seu feuda[illegible] is vasallus omni ex parte exemptus fie[illegible]

domino feudatore. † Contrà vero si vasallus condormiret filiæ virgini sui domini feudatoris, ipse suum feudum, cum omnibus dependentiis perderet, vti etiam supra in capite de adulterio meminimus. Et † virginis iuramento statur, contra stuprantem quod fuerit virgo, Chassanæo teste supra Rub. *Des Iustices & droictz a' icelles*, in verb. *Et droictz a' icelles*, numero trigesimo octauo. Quoniam multa omisi, quæ vtilia sunt, volens huius thematis plura cognoscere legat Ioannem Nider, Professorem sacræ Theologiæ, in tractatu de mortali Lepra, de Luxuria cap. 4. versic. Tertia species est stuprum.

CAPVT XCV.

De Fornicatione.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 95.

rnicatio quando committitur.

rnicatio prohibetur { *Iure diuino, & Iure canonico.* }

rnicatio cur à iure ciuili permittatur.
rnicationem, qui peccatum mortale negat, errat.
rnicatio diuinæ iustitiæ aduersatur.
itus vniuersaliter nocet toti corpori.
itus nocet partibus Animæ, vt Memoriæ & Intellectui.
censentur partes corporis, quibus nocet coitus.
ui morbi oriantur ex coitu nimio, percurruntur.
mius coitus vitam abbreuiat, & causæ illius adduntur.
rior coitus commendatus, quia iucundior & fecundior.
itus multis causa mortis fuit, sic enarrantur qui periere in coitu.
iens cum deformi grauius quàm cum pulchra peccat.
ntra mulierum amplexus, remedium.
rnicatio viduæ, vel virginis quæ sit grauior?
rnicatio mulieris periculosior est, quam viri.
xuria magis detestanda in fœmina, quam in viro, remissiue.
rnicatio qualis causetur diuortium; &, an spiritualis etiã causetur diuortium?
rnicatio notoria in clericis qualiter puniatur?
ontinentia diu latere non potest.
hil vilius quam de carne vinci, nihil gloriosius quam carnes vincere.
pter fornicationem vitandam habeat vnusquisque vxorem suam.
litia vnius horæ, obliuionem facit luxuria.

Inter species † libidinum præterea connumeratur fornicatio. Est autem fornicatio, rem veneream exercere cum mulieri innuptis, cum viduis, & meretricibus, concubinis, c. Meretrices, 32. quæstione ...rta. Quæ quidem fornicatio, tametsi cæterarum sit leuissima & simplicissima, est nihilominus peccatum mortale, & iure diuino prohibita, teste ipso Christo, qui
2 fornicationibus † pœnam iudicii comminatur, & teste ipsius Christi Apostolo Paulo, qui à beatitudine superna vbique

expressè excludit, ad Galatas 5. vbi, præmis-
sa fornicatione & aliis vitiis, submittit: Qui
talia agunt regnum Dei nō possidebunt: so-
lum autem mortale excludit à regno Dei,
ergo, &c. & ad Corinth. 6. Fugite fornica-
tionem, & Clement. Ad nostrum, & ibi gl.
in verb. Non est, de hæretic. in Clem. Quo-
circa de iure Canonico & hodie prohibitus
est concubinatus, qui tamen tanquam lici-
tus permittebatur de iure Ciuili, l. In con-
3 cubinatu, ff. de concubin. Ideoque † etiam
per iustitiā secularem nulla fornicatio pu-
nitur, sed eam maioris mali vitandi gratia
prudenter dissimulat, & conniuendo per-
mittit: non quidem vt licitam, & crimine
vacuam: tametsi sint, qui vt suæ libidinis
stimulis patrocinentur, fornicationem na-
turale peccatum dicunt, parumq; per se ha-
bere mali, & à peccato mortali multum esse
4 alienam, misere sese interim decipientes. †
Nam secus testatur ipsa veritas Christus, vt
supra: & Apostolus Paulus, ex verbis Dei:
fornicatoribus regnum Dei negat, à quo so-
lum peccatum mortale excludit. Igitur ve-
lint nolint, fornicatio gratiam Dei excludit,
& cum peccato mortali coniuncta est, vt e-
tiam notat Panorm in c. Inter opera, ad fin.
5 extra de sponsalib Fornicatio † igitur nul-
lo modo sine peccato fieri potest. Imo iuxta
sententiam Richardi, ne per Dei dispensa-
tionem quidem licite fieri potest, quæ cum
Dei iustitia ex diametro pugnet. Fornica-
tores enim omnes iniustitiā ipso facto com-
mittunt, vtendo re non sua, sed aliena. At-
tendāt hoc fornicatores, adulteri, & omnes
similes, qui aut nullum, aut saltem leuissi-
mum putant fornicationem esse peccatum,
dicentes ex natura nos ad venerea esse incli-
natos, & de his quæ ex natura nobis insita
sunt, nec laudamur, nec vituperamur. Por-
ro si enarrare pergerem singulas astutias
quibus hodie iuuentus lubrica in fornica-
tionibus vtitur, nec tutum asset nec saluta-
re, quare ab illis tempero, ne oleum camino
addere videar. Potius ex vsu fuerit dehor-

tari pronos nimis ad hoc vitium fornic
nis, quoniam ea, quæ in mentem ve
mala, ex fornicatione, aut nimio coitu
scentia, & ab authorib. annotata, & vsu
seruata vehementer grandia sunt, neque
re videbitur compendio ea hic recens
6 subtexere Non † enim exigua sunt inco
moda, quæ ex coitu etiam simplici infe
tur toti corpori nam Hippocrates ait, q
coitus nō est nisi parua Epilepsia sed & A
dreas Faustelinus hoc eleganti disticho
pressit:
Tristis & est morbi species horrenda ca
Quum iacet ex nimiis post sua furia
nus.
Ita cerebro nocet mirum in modum, &
hinc corpori quasi per funiculum mal
7 ria infligit. Memoriam obtundit. † In
ctum hebetem & obscurum, quin etiam
stialem, facit, vt cætera omittantur.
igitur cautius norint iuuenes vtendum
coitu, idcirco ordine haud pigebit vari
la eius enarrare particulariter. Primo
8 que † frequens coitus vt moderatus
sus non excludatur, his nocet partibu
poris: vt cerebro, oculis, neruis, dent
Spinali medullæ capiti integro, & Au
tum Gurgulioni, Cordi, Pulmoni, La
bus, Pectori huiusque partibus & Re
tioni Iam vero etiam Stomacho, Ep
testinis, Ventri, Lumbis, Renibus, V
9 Coxendicibus & Pedibus. Quamob
nimio vtentes coitu his plerumque m
laborant, vt defluxionibus variis, & c
nuis: defluuio pilorum ex capite, palp
mento, aliisque corporis partibus. D
Grauedine, tinnitu aurium, lippitudi
culorum, dolore dentium, Tremore, P
lysi Epilepsia, Apoplexia, Podagra, Ch
gra, Arthritide, Ischiadica passione, Ph
licis, item Hectica adurente, causo
bribus & peste, nec omittam Hyd
Colicam, Pthisin, Tussim, variasq
biei species, lepram, morbos melan
cos, passiones Vesicæ, Gonorrhœā, S

m, Priapismum, & Herotica Adde huc lopeciā, sputa sanguinis, & fluxiones sanguinis, morbum Gallicum, seu luem Hispanicam, variaque id genus alia, ex quibus nō rūsi immatura senectus proueniat. Vi- † enim primo debilitantur, & ipsa vita breuiatur, quandoquidem ipsum calidū humidum, quibus vita maxime constat, ucit, hominesque pallidos Venus crebra cit: nulla enim euacuatio ita vehemēs est, ea quæ fit in coitu, & vitalia æque penet. Vnde aliqui Authores tuendæ sanita- , hanc omnino excludunt, & aiunt:

quisquis ad infernas properas accedere sedes:
Hac iter accelerant Balnea, Vina, Venus

rior † quoque vsus coitum commendat, quæ iuxta Alphæum prætorem interpel- tur nomina, nam crebrior coitus & mi- s delectationis habet, & minus frugifer , & steriles facit, nec tamen amoris mor- m aufert, vocem quoq; lædit coitus, eoq; gis studiosis fugiendus, quo his est acer- or morbus: nam vt semen infœcundum, & studia inepta, inutiliaque facit, & vi- brutis similē efficit. Quin † imo mul- ipsa Venus mortem intulit Nam in coi- periere hi, vt Cornelius Balbus, Pindarus eta, Quintus Eterius eques Romanus, eusippus Platonicus, Tarētinus Princeps, aliique alii, quorum nomina reticentur. annes de terra Rubea latissime hanc ma- iam tractat in libro cōtra rebelles sui Re- , in glossa super verbo, Meretricibus, fo- 78. & similiter Andreas Tiraquellus de gibus connubialibus, & iure maritali, va- in locis, vt licet videre in sua tabula Al- habetica sub litera C. in verbo Coitus, vbi ra cupienti & desideranti scire facile de- onstrabuntur, necnon Ioannes Nider sa- Theologię professor in tractatu de mor- lepra, de Luxuria 4. cap. versic. Forni- io simplex, &c. Antequam finem huic piti imponamus, nequaquam huius quę- onis quotidianæ obliuiscendum erit. V- m † coeuntes cum vetula, deformi, & turpi, grauius de iure peccent: quam cum formosa, & pulcra iuuene. Omissis hinc inde argumentis, quæ in vtranque partē possent adduci, amplectemur affirmatiuā partem tanquam certissimam, cum præfatis coeuntes grauius de iure peccare: quā cum formosa & pulcra iuuene, pro qua quidem affirmatiua parte allegatur bona glossa, hoc in specie tenens in verbo fornicatione, in fine per rationes suas, quam vide in c. Furtum autem 14. quæst. 6. in quam allegatur Bazianus doctor antiquus, dicēs magis peccari cum deformi: quia plura sunt quæ suadent commisceri pulcræ quam deformi, scilicet pulcritudo eius & libido Verūtamen vt ab his & similibus abstineatur mulieribus: &
14 earum concubitibus, summum † tradunt doctores remedium: ne incidamus in earū viscosa retia, quæ vitare etiam sapientes minime valuerunt. Primo enim fugiēda sunt consortia, colloquia, & quæ vltro citroque solent mitti amatoria munera, quibus plurimi inescantur. Deinde corpori, quæ materiam Veneri præbent subtrahenda, veniēdumque nempe ad alimentorum abstinentiam, iuxta illud Terentianum:

Sine Cerere & Baccho friget Venus.

Facit ad hoc illud:

Subtrahe ligna foco; si vis extinguere flammas.
Si carnis motus, ocia, vina, dapes.

Est præterea gnauiter studendum: ne ociosi facile incidamus in amplexus mulierum: iuxta illud Ouidii Nasonis:

Ocia si tollas: periere Cupidinis arcus.

Et idem:

Quaritur Aegisthus quare sit factus adulter.
In promptu causa est: desidiosus erat.

Caueant igitur omnes, & maxime scholares à vetulis, deformibus & turpibus, ne vt plurimum tanquam stipendiati illas subagitent: nam volentes vitare luxuriosorum nomen, in sua famæ denigrationem, & in auaritiæ crimen turpiter incidūt. Vnde nec luxuriosi, sed auari dici merētur, argumen-

tum optimum in l. Verum est si meretricem secunda, ff de furt. Plurima remedia ab Ouidio duob. libris pulcre sunt tradita, quib. amor noxius euitari potest, ipse.n. si canit:

Si qs amat qđ amare iuuat, nec turpiter ardet,
Gaudeat, & vento nauiget ille suo.
At si quis male fert indigna regna puellæ,
Ne pereat nostræ sentiat artis opus.

Itaq; si quis velit ea remedia cognoscere, ipsum Nasonem perlegat, qui vt amare docuit, ita fideliter remedia contra inutiles amores tradit. Aliquot quæstiones hîc adhuc proposui adiungere, antequam absoluā præsens caput, materiæ quam optime con-
15 gruentes; nēpe *Fornicatio † viduæ, vel virginis quæ sit grauior?* Vel sic: *Quis fornicando magis peccet, vel vidua vel virgo.* Huius q. meminit D Ioā. Gaufred in sua 2. parte collectarii, lib 4. in c. de Diacono n. 1 ext. Qui cleric. vel vouentes matrimonium cōtrahere possunt. qui ibidem hanc quæstion. examinat, ad quē Lectorem breuitatis cau-
16 sa remitto. Item; Fornicatio † mulieris an periculosior sit quam viri? Hanc q. ponit D. Franc. Mingon in consuetudines Ducatus Andegauens. tit. *Des success. art. 251. n. 5 fol.* 143. sustinens, quod fornicatio mulieris sit periculosior, quam viri, vnde magis peccat mulier coniugata luxuriādo, quam ancilla. vnde lex Moysi pręcipit, mulierem maritatam pro fornicatione lapidari: ancillam fla-
17 gellari. Luxuria † proinde magis detestanda est in fœmina, quā in masculo. Ita tenet D. Carol Ruinus in suis consiliis, consil. ... 3. vol. n. 5. fol. 215. Et propterea plus fortuna quam ingenio sumus felices, quem tempore & loco opportunis lector videre poterit.
18 Item: Fornicatio † qualis causetur divortium? &, an spiritualis etiam causetur divortium? Præsentē q. tractat D. Ioan Gaufredus in suo collectario 2. part. libr. 4. ... Gaudemus, n. 14 de Diuortiis, dicens, ... multum refert inter fornicationē carnalem ... corporalem, propter quā semel commissam potest vxor dimitti, sed nō propter spiritualem, nisi perseueret vt notatur in c. Idololatria, 28. q. 1. & ꝓbatur in c. De illa, de diuortiis. Reliqua vide apud eandē D. Ioā. locis pre-
19 gatis. Item: Fornicatio † notoria in clericis qualiter puniatur: hanc q. tractat D. Ioan Gaufr. in c. Vestra, n. 1. ext. de cohabitat. cler. & mulier. & quando quis dicatur notorius fornicator. ibid. n. 3. 5 & 6. & per eundem fin. n. 1. eod. tit. de cohabitat. cler. & mulier. occasione lector videre, & latius examinare
20 poterit. Incontinentia † diu latere non po-
21 test. Nihil † vilius quā de carne vinci, nihil gloriosius quam carnes vincere. de hac ... tate loquitur l. Quæ adulterium, ibi, ... vitę non patitur eam legū laqueis innodari
22 C. ad l. Iul. de adult. ergo † ꝓpter fornicationem vitandam habeat vnusquisq; vxorem
23 suam, inquit Apostolꝰ. Et malitia vnius ... rę, obliuionē facit luxurię. Plura suppeditabunt euangelica lectio, & sacra consilia.

CAPVT XCVI.

De Incestu.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 96.

1 *Incestus in libidinis speciebus crimen grauissimum.*

2 *Incestus cum ijs* { *Sanguine carnali* / *Toro coniugali* / *Gradu fidei, & spirituali* } *nobis coniunctis.*

3 *Incestus punitio, varie capitalis est.*

4 *Incestus punitio ex* { *Iure ciuili* { *Extra matrimonium.* / *In matrimonio.* } / 5 *Iure Canonico.* }

6 *Qui neptem cognoscit citra dispensationem, incestum committit.*

[...]ncubitus cum nepte { In matrimonio dispensato. / Per ignorantiam personæ. } non est incestus.

[...]estus punitio est, & { Spiritualium / Secularium } Iudicum.

[...]nicans sci[e]nter cum meretrice sibi agnata, pœnam incestus non euadet.

QVanto fornicatio est inter venerea cri-
mina leuior, tanto incestus est suo sce-
[...]e grauior Est n. incestus, † venerea pera-
[...]e cum consanguineis, cum affinibus, c.
[...]x illa, 33 q. 1 cum monachis, cum nonnis
[...] talibus, ac ordine Ecclesiastico insigni
[...] gloss. not. in c. Virginibus, 27. q. 1. Item
[...] illis, qui nobis gradu & cognatione spi-
[...]ali, & Fidei sacramento in Baptismo cō-
[...]cti sunt, c Si quis cum matre, 33. quæst.
[...]t prohibitus quadruplici ratione. Pri-
[...], quia naturaliter homo debet quandam
[...]norificentiā parentibus & per consequēs
[...]s consanguineis. Secundo, quia personas
[...]guine coniunctas necesse est adinuicem
[...]ul cōuersari Tertio, quia per hoc impe-
[...]tur multiplicatio amicorum. Quarto,
[...]a cum naturaliter homo consanguineā
[...]gat, si adderetur amor, qui est ex cōmix-
[...]e venerea, fieret nimius ardor amoris,
[...]aximum libidinis incentiuum, quod
[...]itati repugnat, ex B. Thom secunda, se-
[...]dæ q. 154. art. 1. Quisquis † igitur hoc in-
[...]u se contaminat, is capitaliter puniēdus
[...] Sed diuersimode: Nam † qui nefandis-
[...]o incestu cognouit matrem, sororē, ne-
[...]n, aut filiam; is multo seuerius punien-
[...]est, quam adulteri; nempe, morte pu-
[...]& infami, & omnibus detestabili, vt e-
[...]xemplo terreantur cæteri, per text. in l.
[...]dulteriū cum incestu, & ibi Bart & Ang.
[...]lberi. ff. ad l. Iul de adulter. quia pœna
[...]stus est per illum text. capitalis pœna,
[...]ndum gl. 1. ibi, & Iacob de Bellou in sua
[...]tit. de lenonib in fin. per illum text. &
[...]t. in c. 2. & c. Ex literis, ext de eo qui co-
[...]u. consang. vxor. suæ; & sic patet, quod
[...]nitur grauior pœna pro incestu, quam
[...]dulterio; vt & colligitur ex d. c. 2. & ibi
[...]. de eo q cog. cōsang. vxor. suę, vide d. l.
[...]dulteriū cum incestu, in princ. & c. Ad-

5 ulterii malum, 32. q 7 Contingit † autem
incestum committi simul cū adulterio, ali-
quādo sine matrimonio, aliquādo iuris er-
rore; aliquando sanguinis cōtaminatione,
quæ fere omnia admittunt suas distinctio-
nes. Cęterū de pœnis omnifariam coitus il-
liciti, extat optimus libellus. seu tract Pauli
Grillādi Et tractatur in l Si quis viduā, ff de
quæstionib. Et Papinian. inquit; Si adulte-
rium cum incestu cōmittatur; vtputa cum
priuigna, nuru, nouerca, mulier similiter
quoq; punietur; Id enim remoto etiā adul-
terio eueniret, d. l. Si adulteriū cum incestu,
ff ad l. Iul. de adult. & § Stuprum, per totū.
Auth de incest. & nefar. nuptiis, per totum,
6 colla. 2 atq; ita iuxta iura ciuilia. † Pōtificia
aūt iura iamiā dictos incestuarios puniunt
pœnitētia publica, ad discretionē & prudē-
tiā Officialiū & aliorū Iudicum, d. c. Si quis
7 matre, 33. q. 2. Quisquis † vero cognoscit &
polluit neptē suam, is certe incestū cōmittit
etiā si eadē neptis matrimonio illi esset cō-
8 iūcta; nisi certe, in eo matrimonio ipsi per †
Summū Pontificē hoc dispensatū esset, aut
nisi iuramēto se adstringeret, quod ante cō-
gressum venereū cū nepte nō pͤsciuisset fuis-
9 se neptē. † Porro de hoc crimine incestus, cē-
surę & iustitię spirituales & seculares singu-
lę in suis & sibi subiectis cognoscūt: ꝓpter-
ea quod incestus crimē sit mixti fori. Et an-
10 tequā ad alia procedā, non omittā notabile
verbū cuius meminit Salic. in l. Quę adulte-
riū, C. ad l. Iul. de adult. Quod si quis forni-
catus fuerit cū meretrice, quę erat agnata
ipsius viri coeūtis, incurrit pœnā incest⁹ vir
ipse si scienter cōmiscuit se cū illa. Secus aūt
si ignorabat illā esse eius consanguineā; quia
isto casu nō punitur de incestu. Ita tenet Sal.
in d l Quę adult Et ratio est, q: vir nō dabat
operā rei illicitę; sed pmissę, l. Verū, in fin. &
ibi Bart. ff. de Furtis. & idē Bart. in l. 3, in prin.

ff. de condit. ob turp. caus. & l. Gracchus, C. ad l. Iuliam de adulter. Plura huic quęst. deseruientia, videre Lector poterit per D. Paulum Gril. de pœnis omnisariam coitus, lib. 3. quæst. 9. num. 4. Volens plura huius capitis cognoscere, perlegat Ioannem Nider sacræ Theologiæ professorē in suo manuali confessorū. Tertio specialiter. Quomodo de peccatis aliquibus pręsertim luxuriæ confessor rimari habeat, Secunda parte Quarta regula. Et per eundem in tra[...] suo de mortali lepra, de luxuria, 4.c.v[...] Quinta species est Incestus. Legimus [...] dem permissum fuisse olim Assyriis, Æ[...] ptiis, Galatis, Gelonis & Germanis nu[...] incestuosas contrahere cum matribus, [...] bus, sororibus & neptibus, sed hodie [...] Germanos Christiana cōsuetudo in[...] ac huiuscemodi nuptiæ improbantur [...] ge puniuntur.

CAPVT XCVII.

De Raptu.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 97.

1 *Raptus Flandrice continet duo, scilicet* { Vrauwe cracht ende Ontschakinghe.

2 *Raptus quid sit.*

3. *Raptus vt varius, ita punitio varia.*

4 *Crimina magna concernunt duo, &* { *Partem aduersam.* / *Fiscum, vel Iustitiam.*

5

In criminibus { *Offenduntur, &* { *Pars.* / *Fiscus.* } / *placandi sunt, &* { *Pars.* / *Fiscus.* }

6

7 *Raptor (etiamsi cum consensu rapta) remissionem impetrare debet.*

8 *Parentes raptum filia dissimulantes, puniendi sunt exilio.*

9 *Quando in raptu vis committitur.*

10 *Meretricibus, de vi conquerentibus, non est credendum.*

11 *Virginem in lupanari vi constuprans, non punitur criminaliter.*

12 *Meretricibus conuersis,* / 13 *Concubinis* } *nulla vis inferenda est.*

14 *Rapiens impuberem, punitur exilio vel capite.*

15 *In raptu punitur* { *Voluntas,* / *Conatus,* } *vt factum.*

16 *Rapta non potest nubere suo raptori, ex iure ciuili.*

17 *Raptrices puniendæ sunt vt raptores.*

18 *Mulieres plurimæ viros rapuerunt, remissiuè.*

...nsus sponsam rapiens, quomodo puniendus.
...aritus uxorem rapiens, non est puniendus.
...etrix virum rapiens, an punienda.

...Riusquam pie lector in hoc Capite ra-
...ptus declarationem aggrediamur, priùs
...te scire volo: apud Flandros crimen ra-
...us, bifariàm intelligi, & distingui †nem-
...de eo crimine, quo alicui mulieri vis &
...olentia infertur ad actum venereũ, quod
...men vocant (vrouwe cracht) Deinde de
...crimine, quo mulier vi abripitur, & ad
...itrium Raptoris aliquò abducitur, vt ea
...uia non licitè) saltem illicite potiri pos-
...vulgò hoc crimen vocant (ontschaken)
...no hæc duo crimina, licèt vulgo in no-
...is regionibus, voce & re differant: in iure
...en eodem nomine appellantur, scilicet
...ptus. Quocirca nos quoq; vulgi diuer-
...appellatione dissimulata, vtraq; crimina
...vno titulo, & capitulo Raptus declara-
...mus, quod iura eorundem distinctionem
...lam ponant, sed ambo Raptum nomi-
...nt. Est † autem Raptus, quoties mulier
...virgo improbè vel vi abducitur, vel vi
...umpitur, idq; diuersimodè, vt ex sequẽ-
...punitionib. pernoscetis clariùs. † Nam
...cunq; virginem, viduã, religiosam, aut
...mlibet aliam honestam mulierem aut
...it, aut ad actum venereum vim infert, is
...iendus est gladio, & bonorum confisca-
...ne, l. vnica, C. de rap. virginum, l. Rapto-
...virginum, & in l. Si quis non dicam ra-
...e, C. de Episco. & cleri. Simili quoq; pœ-
...amnantur, quicunque aut consilio, aut
...ore, aut ope vlla ad dictũ raptum coad-
...erunt, d. l. vnic. §. Pœnas autem, & d. l.
...ptores virginum. Nec excusaret, si di-
...tur aut si ipsa rapta diceret, omnia acta
...e sua voluntate & consensu: quia nec
..., nec iustitia ipsa talibus excusationibus
...tenta forent: quod huiusmodi cõmissa,
...facta concernant non solum partem ad-
...sam, & conquerentem: sed etiam con-
...ant ipsam Iustitiam, vel Fiscum, iu-

stitiæ legalis partem alteram. Cui Fisco
aut Iustitiæ non ob id satisfactum est ilico
de illata iniuria, cum parti aduersę vni in eo
crimine satisfactum fuit: hoc enim indubi-
tatum habeas pie Lector oportet, quod in
materia delictorum, ex crimine duæ nascã-
5 tur actiones, hoc est, duabus † personis in-
fertur iniuria, ob quam vtraque seorsum
contra factorem litem intendere aut appre-
hendere potest, & de iniuria illata cõqueri:
Vna persona est pars aduersa, & primò læsa,
quæ damnum & damni reparationem re-
poscere potest. Altera persona est Fiscus,
vel ipsa Iustitia læsa, quæ item damni sui,
hoc est, iustitiæ & dedecoris reparationem,
imo iniuriæ illatæ vltionem exposcit. Sunt
6 præterea † hæ duæ personæ in patratis cri-
minibus ita sibi vnita societate coniunctæ,
vt neutra sine altera plenè, validè, & effica-
citer placari posset, nec altera sine altera in
totum satisfieri velit. Quocirca non potest
se quisquam excusare, si priori personæ, id
est, parti aduersæ satisfecerit, neglecta parte
altera, hoc est, Fisco seu Iustitia. Nam hęc,
dissimulata prioris partis placatione, in lite
sua criminosa procedet, non secùs quàm si
neutri personæ satisfactum esset. Nam et-
si altera persona condonat, altera tamen in
sua actione permanet, sicuti in aliis quoq;
7 locis superiorib. subinde dictum est. † Por-
ro postquam raptor, raptam cognouerit, &
si rapta dicat omnia acta fuisse cum sua vo-
luntate & consensu, per istius tamen excu-
sationem nequaquam exonerantur facto-
res à iustitia (sicuti & iam prædictum est)
sed sunt capitaliter punibiles, & nullo mo-
do excusandi & absoluendi, donec & quo-
usque habuerint aut acquisierint à Princi-
pe delicti remissionem & indulgentiam, &
deinde remissionem illam cum vera con-
fessione, & in decenti forma interinarint.

8 Parentes † vero non prosequentes raptum violentum seu violenter factum filiæ aut nepti, puniendi sunt exilio seu deportatione tanquam suspecti de illo raptu, dicta lege vnica. §. Etsi quidem, ver. nisi etenim:
9 Vim autem † in raptu tum fieri intellige, quando mulier magno clamore implorauit alicuius opem & auxilium, isque clamor per aliquos auditus fuerit. Porro si res contingat procul ab hominibus, in syluis, in foueis, in magnis agris, vbi vox oppressæ non facilè à quoquam audiri posset: tum omnimoda fides de illata vi adhibetur mulieri conquerenti, si modo ea honestæ vitæ & famæ fuerit. Ad hæc seruiunt in simili notata Barba. in addit. ad Bal. in c. 1. § Iniuria, de apost Cardi. in primo capite ext. de adulter. Et quemadmodum statur iuramento virginis contra deflorantem, quod erat virgo: ita statur iuramento honestæ raptæ contra raptorem, quod erat ra-
10 pta. Nam meretricibus † atque alioqui inhonestis fœminis nunquam fides in vllo adhibenda est, nedum in delationibus criminalibus. Ideo ipsæ de oppressione violenta conquerentes, nunquam in iustitia sic audiendæ sunt, vt ipsarum accusationis gratia constuprator, aut violentiæ illator, vllo modo criminaliter damnandus foret. Nam tales mulieres sese omnib. prius prostituerunt, & quæstus gratia se omnibus addixerunt, adeo vt nulli sui copiam denegare possint: Phil. Decius in l. Inuitus, Digestis, de Reg. iur. tales enim non sunt dignæ legum laqueis innodari, l. Quæ adulterium, ad finem, C. ad l. Iul. de adult. At-
11 que † ob hanc quoque meretriciam suspicionem (addam quod maius est) si in prostibulis reperta sit iuuencula comptula, lasciuiens & quasi meretricio habitu ornata: & contingeret, vt eam aliquis pro meretricula vi comprimeret, is certè cõpressor excusandus esset, & nullo modo ob querelam iuuenculæ etiam criminaliter puniendus esset: etiamsi ex ea compressione stuprum

contigisset, hoc est, etiam si ante co[...]
sionem virgo fuisset: quum enim in[...]
tricio habitu & in loco meretricio [...]
fuerat, pro vera meretrice omni iure [...]
12 seri debebat. † Verum enimuero si co[...]
geret tales meretrices postea è spurci[...]
vita illa ad vitam honestiorem conue[...]
sese ad matrimonium, aut ad monast[...]
addicere, vel se ad collegium beghin[...]
adiungere, aut ibi saltem honeste hab[...]
tum nullo modo fas esset talibus me[...]
cibus conuersis, & honesto in statu vi[...]
bus, vllam vim inferre, rapere, aut [...]
rumpere, vt habetur in d. l. vnica. Sali[...]
cutus opinionem Cyni in d. l. vnica, [...]
quod isto casu raptor subiicitur eisd[...]
nis, de quib. in d. l. vnica: quia sufficit [...]
mulieres illæ honeste viuant tempo[...]
ptus: lex enim illa non requirit vitam [...]
teritam, sed præsentem duntaxat, [...]
qualis est tempore raptus. Nam si in[...]
re raptus tantum aliqua reperta esset [...]
ste viuere, eoque tempore ea sic viu[...]
peretur, raptor crimen raptus comm[...]
& pœnam incurreret, aliàs non: ita [...]
Salice. in dicta lege vnica, qui dicit, h[...]
de mente Cyni ibi. Adde Baldum in d[...]
13 nica. Imo ne † licet quidem vim a[...]
concubinis ipsis quæ sese honestiùs a[...]
to in suo concubinatu cum vno suo [...]
binario gerunt & viuunt, etiamsi in e[...]
concubinatu reperiantur secreto al[...]
do facere sui copiam alteri, aut quali[...]
amoris gratia: nam tales concubinæ [...]
mnibus, & singulis se prostituunt, [...]
duntaxat suo concubinario, licèt no[...]
14 semper fideliter. Quicunq; † rapuerit [...]
culã seu puellam nouẽ aut decẽ ann[...]
& sic nondum viri potentẽ, is punit[...]
dum nonnullos exilio: secundum al[...]
pite, siue extremo supplicio, etiamsi [...]
non impleuerit: Nam in hoc crimin[...]
voluntas punienda est, vt mox infra [...]
an. Fab. in §. Item lex Iulia. ibi: Item [...]
maior pœna imponitur, Institu. de [...]

videte D. Guidonem Papæ, quæst. 555. vbi plenè ponit, quomodo puniatur de iure. Hoc † namque crimine raptus, æquè punitur voluntas seu affectus, sicut factum ipsum, siue ipse effectus: nempe, cum raptor per aliqua signa externa voluntatis suæ ostenderit, quòd animum habuerit rapiendi: Imò in quibusuis atrocissimis delictis (de quorũ numero haud dubiè raptus est) punitur delictũ attentatum, etiam si nõ sit secutus effectus, l. Si quis non dicã rapere. & ibi acutissimè hoc axioma elegantissimis & subtilissimis distinctionibus examinat ac discutit Cynus C. de episc. & cleri. quem occasionacti perlegite. Ideoq; qui iuit cum aliis armatis hominib. ad domũ mulieris, vt illam ibi raperet & si (quod ipsam domi non inuenit) conceptũ scelus peragere nõ potuit, tamen puniri debet, ac si delictum consummasset, sequendo glos. Institu vi bono. rapto. quam etiam sequitur. Anto. Corseti singulari. in verb. vis. Et † qui vnã iuuenem rapuerit, ea non poterit suo nubere raptori de iure ciuili: & si illi nupserit, amittit omnia quæ ab ipso habuit, d. l. vnica: sed iure Canonico potest rapta nubere raptori ac matrimonium legitimè contrahere cum raptore: & si illi nupserit, matrimoniũ firmum & validũ, nec perdit sua bona, sed ipso matrimonio sua bona conseruã-, c. Cum caussa, & c. fin. ext. de raptorib. Derogatur in hoc dispositioni iuris ciuilis, quo in c. Ad id quod, de sponsalib. & in c. Literas, de despon. impub. & D. Hippo. de Marsil. in d. l. vnica, numer. 190. 191. 192. 183. Nusquam tamen huic capiti finem imponimus, nequaquam extraneum fuerit nõ-nullas subnectere quæstiones. Prima quæ-sit hæc: Quum † iura pœnã raptus statuunt raptoribus, quam pœnã statuere debent raptricibus? hoc est, mulieribus illis masculis, quæ ipsis viris aut adolescentib. vim inferunt, & quasi ad sui concupiscentiam, & actum rapiunt, sicuti Genesis 39. vbique legitur, de vxore Pharaonis, quæ Iosephum castum ad illicita coegit, & violentiam intulit. † Plurimas huiuscemodi 18
mulieres raptrices, siue viros rapientes in medium adducit D. Andreas Tiraquellus, lib. de legib. connubialibus, & iure maritali charta 76. num. 84. quarum catalogũ breuitatis caussa hîc omitto, & studiosum ad præfatum Auctorẽ remitto. Præterea quatenus conscientiam grauat, & malum sit in Ecclesia Christi raptus huiuscemodi tam in viris quam in fœminis, satis declarat D. Ioan. Nider Sac. Theol. professor, in tractatu suo de mortali lepra de luxuria, cap. 4 ver. Quarta species est raptus, cò studiosius lector recurrat. De mulieribus enim idem videtur iudicium, quod de viris. Ad hanc tamen quæstionem respondendum est, quòd mulieres iisdem pœnis non subiacent in rapta, quibus viri: quia dispositio illius l. Vnicæ, non habet locum in muliere rapiente virum: ex quo non viget eadem ratio iniuriarum in hoc casu, sicut in alio: ita tenent Bal. & Salic. in d. l. vnica, & est communis omnium Doctorum opinio. Nec absimile etiam dicendum est in viro rapiente alium virum causa libidinis, quia non comprehẽditur sub d. l. vnica. Ita tenent Salic. & Bald.
19 ibi. Altera quæstio: An sponsus † sponsam propriam rapiens, puniẽdus sit? & qua pœna plectendus? huic quæstioni ad hunc modum faciemus satis, & respondebimus, quòd de iure ciuili punitur iisdem pœnis, sicut ille qui rapuit mulierem honestam, sibi nullo iure cõiunctam, d. l. vnica, §. Quibus, & ibi Hippol. de Marsil. quẽ videte. De iure autem Canonico, nulla pœna punitur sponsus, qui sponsam suam rapuit, cũ qua prius præcesserat nuptiarũ consensus, c. Cũ caussa, extr. de raptorib. & ibi glos. quæ meliùs hoc declarat, & notat. in c. Raptus, & in c. Lex illa, 27. quæst. 2. vbi id expresse probatur.
20 tur. Tertia † quæstio sit: An maritus vxorem rapiens, & vim inferens, crimen raptus cõmittat? & an iisdem obnoxius sit pœnis, de quib. in d. l. vnica? Ad hanc quæstionem

respondendum est: quod ipse maritus raptor non subsit iisdem pœnis, nec iure ciuili, nec iure Canonico: quia omnes Doctores concludunt, quod maritus habet plenum ius in personam vxoris suę: intelligite tamē de illa, cum qua consummauit matrimonium, d. c. Cum caussa, extra de raptorib. & l. finali, C. de liber. homi. exhiben. & ita autumant & tuentur Bald. & Salicet. in d. l. vnica, & Canonistæ in d. c. Cum caussa.

21 Quartò † quæritur: An meretrix virum rapiens, subsit d. dispositioni, l. Vnica, C. de rapt. virgi. Angel. videtur affirmatiuam amplecti partem in d. l. vnica, narratque se vidisse Florentiæ quandam meretricem comburi ac cremari, eo quod rapuerat quendam pulcrum iuuenem, quem accuratius ... minate. Sunt & aliæ quæstiones in h... permultæ, quas huc omnes referre ... fuerat: ideo eas hîc breuitatis caussa o... timus.

CAPUT XCIIX.

De peccato contra naturam.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 98.

1 *Grauissimum venereorum crimen est Sodomiticum.*
2 *Crimen Sodomiticum, natura prorsus est contrarium.*
3 *Sodoma in cælum vocat.*
4 *Sodomitici criminis, species sunt triplices.*

Species {
5 *Prima, quum quis secum Venere abutitur*
7 *Secunda, quum quis Venere abutitur cum aliis in sexu* { *eodem.* / *diuerso.*
13 *Tertia, quum quis Venere abutitur cum brutis*
}

6 *Primæ speciei pœna.*

Abusus {
8 *Veneris in eodem sexu masculino.*
10 *Veneris in eodem sexu fœminino.*
11 *Veneris in sexu diuerso.*
}

Pœna {
9 *Masculini concubitus mutui.*
12 *Omnium criminum 2. speciei.*
14 *Criminum 3. speciei.*
}

15 *Quæstio, cur bruta puniantur.*
16 *In Sodomiticis non requiritur seminis emissio.*
17 *In Sodomitis punitur voluntas proxima, pro effectu.*
18 *Pueros furantium pro Sodomitico implendo, pœna.*
19 *In Sodomiticis sunt notanda quinque* {
Communis mortalium procliuitas.
Criminis detestabilitas.
Pœnarum enormitas.
Iuris tecta explanatio.
Pauli nuda detectio.
}
20 *Caussa communis procliuitatis in Sodomitica.*
21 *Sodomiticorum detestabilitas.*
22 *Ob Sodomitica inferuntur nobis* {
Fames.
Pestes.
Bella.
Terræmotus.
Inundationes, &c.
}

Sodomiticorum testamenta, an rata sint.
An propter Sodomiticum fiat separatio tori.
Cur { Tam enormis infligatur Sodomitis pœna. / Iura tam tecte Sodomitica nominent. / Paulus tam aperte Sodomitica explicet. }
Congressus cum infidelibus quadãtenus Sodomiticus est.
Quatenus Turcas, bestias vocemus.
Congressus cum mortua, pene Sodomiticus.
Omnis congressus sine spe liberorum, innaturalis.
Referuntur breuiter species bestialis luxuriæ, vt ab iis homines abhorreant.
Mulier si adulteratur in ano, & non in vulua, qualiter puniatur.
Infans natus ex coitu cum Dæmone habito, cuius censeatur filius.
Quæ & quot ciuitates ratione peccati contra naturam perierunt.

QVum paulo superius dixeramus, incestum ac raptũ in libidinum speciebus, multis aliis esse crimina grauiora, omnium † nunc criminum venereorum tractabimus grauissimum, & iure diuino pariter & humano detestabilissimum, vti Genesis 37. c. & in Authent. vt non luxurientur cõtra naturam: quod vocant crimen contra naturã seu Sodomiticum: nempe quod à Sodomis sacra Biblia testãtur traxisse originem, & ob quod Sodomitæ ipsi igne cælesti, & sulphure absumpti sunt, Genes. 19. cap. Aliȩ enim omnes libidinum species naturales sunt, & naturæ instinctu, & regula, & quodammodo à naturæ dictamine (licet non à ratione) proficiscuntur, hoc vero solum peccatum spretis naturæ legibus, imo extra naturæ cancellos violẽte erumpens, ipsam naturam aperto Marte oppugnat, violat, confundit, & naturȩ permissis regulis abutitur. Quocirca † hoc ipsum peccatum naturȩ cõditor & custos † Deus tam aperte sibi detestabile passim proclamat, & ipsius indignitatem & fœdam malignitatem in cœlum usque clamare, & inde sui vindictam exposcere dicat, Genes. 19. cap. præalleg. Ob hoc crimen enim, si Methodio credimus, Deus diluuium induxit mundo: & duos Iudȩ filios interfecit, Her & Onan. Genesis 38. Si igitur Deo ita sit hoc peccatũ odibile, multo magis exosum esse debet humanis legibus, sicuti in progressu huius cap. clarius etiam (Deo fauente) commonstrabimus. Quocirca Iura, vt huius peccati enormitatem aperte declararent, per pœnas enormes illud quoq; puniendum esse sanxerunt, pœnas tamen statuentes iuxta varietatem siue
4 diuersitatem specierũ in hoc genere. † Tripliciter enim coitus seu peccatum cõtra naturam (quod Sodomiticum vocant) committitur: nempe quum quis Venere abutitur aut secum, aut cum hominibus, aut cũ animantibus brutis. Ex his speciebus primum peccatum graue est, alterum grauius:
5 tertium grauissimum † Primam igitur speciem Sodomiticam committunt, quicunq; secum venerea secretò exercent, quod crimẽ Apostolus molliciẽ vocat, Latini vero magis proprie mastuprationem nominãt. Hos
6 † itaq; mastupratores damnãt (propter fœdam enormitatem) aut exilio, aut alia pœna extraordinaria: si quidem factum & crimen tale ad Iudicis notitiã peruenerit: quod addo, quia rarius talia crimina ad Iudicem perueniunt, ideoque rarius etiam puniuntur: nam cum talia fœda crimina clancularia & secreta sæpius in secreta confessione sacerdotibus committuntur, ibique merito abscondita perpetuo celantur, & raro ob sui fœditatem & pudorem ad alicuius notitiã erumpunt: ideo raro quoque & fere nunquam huius primæ speciei punitio conspi-

citur: nihilominus tamē horribilis, & execranda: & ob hoc diuina punitione subinde grauius punitur. Secundam † Sodomitici criminis speciem diximus quum quis Venere abutitur cum hominibus. Id autem fit
7
bifariam, aut † in eodem sexu, aut in sexu diuerso. In eodem quidem sexu etiā bifariā, quando masculus Venerē exercet cum masculo, l. Cum vir nubit in fœminam, C ad l. Iul. de adult. & §. Item lex Iulia, de adulteriis, & ibi Ang Instit. de publ. iudic. Quem beluinum & detestabilem furorem etiam in gentibus execratur D Paulus ad Rom. 1. cap. appellans cupiditates ignominiosas. Nam (inquit) & fœminæ illorum immutauerūt naturalem vsum in eum vsum qui est cōtra naturam. Similiter autem & masculi relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in desideriis suis in inuicem, alius in alium, masculi in masculos turpitudinem seu fœditatem operantes, & perpetrantes, & præmium) (quod oportuit) erroris sui in semetipsos recipientes. Quod flagitium multis quoq; in locis insectatur Lucianus: Notat quoq; idē nefas Liuius lib. 8. in Lucii Papirii creditoris libidine, qui C. Publio debitori suo stuprū inferre voluerat. & Fabius in milite Mariano turpissimum ac nefarium facinus satis seuere & amarulenter exagitat: & licet is vir Romanus sit, non grauatur tamen ipsos Germanos (vt qui tale nihil nouerint) à pudicitia commendare. Cæterum de Italorum illa effrenata libidine Benedictus Curtius in 24. Arresto nonnulla percenset. De hoc etiam peccato contra naturam vide in Authent. vt non luxurientur contra naturam, colla. 6 & d l. Cum vir nubit in fœminam, C. ad l Iul de adult. De his † autem
9
& de punitione ipsorum meminerunt sacra Biblia: nempe Leuitici c. 20. Qui dormierit cum masculo coitu fœmineo, vterque operatus est nefas, morte moriatur, sit sanguis eorum super eos. Quam detestabile sit hoc crimen innuit D. Paulus 1. ad Cor. cap 6. dicens, Masculorum concubitores non possessuros regnum Dei. Et D. Augustinus [...] normitatem innuit, de adulterinis coniu-giis, c. Adulterii, 32. q. 7. Et Lactantius [...] habens odiosius vocabulum quo eos com-pelliter, eos lib. 6. cap. 23. diuinarum institu-
10
tionum vocat impios & parricidas. Au[...] quando mulier Venerem exercet cum mu-liere, l. Fœdissimam, & ibi gloss. & Salice[t.] C. eodem tit. ad l. Iul. de adulter. secūdum alteram lecturā glossę, argumento d. l. Cum vir, quam sequitur Cynus, qui dicit quā[do] mulieres fœdissima nequitia tentari, q[...] libidinem suam exercent in alias mulieres easque insectantur, vt viri, & cum gl. trad-unt Alberic. de Rosa. & Salicet. vbi Albe-ricus allegat textum cum glossa, in Auth. de non eligend. secundo nubent. §. Cum [...]gitur, circa finem, collat. 1. in verb. luxuri-entur: quę dicit luxuriam committi, si mu-lier cum alia fœmina agat, per d. l. Fœdissi-mam, & per text. in d. Auth. vt non luxuri-entur contra naturam. Quomodo autem
11
tales Sodomiticę mulieres † puniēdæ sint aperte commonstrat D. Nicolaus Boer[ius] in suis decisionibus aureis, q. 316. in 2. p[ar]te. Porro in diuerso etiam sexu conting[it] homines abuti Venere: id quoq; bifariā[:] in membro debito, aut non modo debi[to.] Quomodo autem hi duo nouissimi mo[di] peragantur, non est nostrum hîc velle [ex]plicare. Turpiores enim & detestabilio[res] sunt, quam vt cuiuis pio Lectori vlla ra[tio]ne committi debeant. Sed singulis suffic[iat] nouisse talium criminum indetermina[tos]
12
modos, & puniendi rationem. † Puni[un]tur enim omnes huiuscemodi ex recep[tissi]ma consuetudine igne & incendio. Te[rtia]
13
species Sodomitica † est, atq; omnium [hor]rendissima, quum quis venerea exercet c[um] animantibus brutis: hæc species prohi[be]tur Leuitici 18. vbi dicitur: Cum omni [pe]core non coibis, nec maculaberis cum [eo.] Mulier non succumbet iumento, nec mi[sce]
14
bitur ei. Hoc autem peccatum † tam execrandum, vt Deus iusserit huius[...]

Sodomiticos simul cum ipso bruto interfi-
ci,& simul comburi, vt Leuitici 20. Qui cũ
iumento & pecore coïerit, morte moriatur:
pecus quoque occidite: mulier quæ succu-
buerit cuilibet iumento simul interficiatur
cum eo. Et Exodi 22. Qui coïerit cum iu-
mento morte moriatur: hęc item in termi-
nis probantur in c. Mulier, 15. q. 1. Mulier
quæ accesserit ad omne pecus, & vult ascen-
di ab eo mulier & pecus morte moriantur;
rei enim sunt. Et c. Reos, §. Qui coierit,
.q. 5. Verum † hic oriri posset quæstio à
curiosulis: Cur pecora ipsa in hoc flagitio
plectantur, quæ contra legem (cuius non
sunt capacia) nec peccarũt, nec peccare po-
terunt? omne enim peccatum oportet es-
se voluntarium, & ex deliberato animo pro-
cedere, qua voluntate & animo carent ani-
mantia bruta, ideoque nec criminum rea
censenda sunt. Sed his respondendum est,
animantia bruta puniri non ob propriũ
internum suum peccatum commissum;
quoniam ea bruta instrumẽta fuere so-
la, cum quibus homines nefandissimum
perpetrarunt nefas: ob quod horrenda et-
iam morte postea plectuntur: æquum e-
nim est, vt eadem instrumenta, scilicet ani-
mantia bruta, cum homine ipso simul ple-
ctantur. Indignum enim esset & odiosum
brutum irrationale subsistere, & in cõ-
spectu hominum versari, ob quod misera
morte periisset homo rationalis: Ne igitur
animal conspicantibus odium & indi-
gnitatem incuteret; deinde ne hoc brutum
flagitio contaminatum, tanti sceleris
perpetrati diutius tam indignam memo-
riam refricaret (quam ilico abolitam opor-
tet) censuerunt iura tale brutum ilico
cum homine peccante absumendum esse,
nulla post patrati sceleris punitionem me-
moria remaneret reliqua. Porro in hoc †
delicto atrocissimo non requiritur consum-
matio operis, aut seminis eiaculatio: sed ad
poenam & punitionem sufficit volũtas pro-
pria, & conatus actui proximus: ita vt rem

perfecisset, si potuisset, aut nisi aliquod impe
17 dimẽtum intercessisset. In his enim † cona-
tibus actui proximis punitur voluntas coin-
quinata pro effectu, & delictum attenta-
tum delicto consummato, vt in l. Si quis
non dicam rapere, & ibi Scribent. Cod. de
episcop. & cleric. Et l. 1. §. fin. ff de extra-
ordinar. criminib. & c. Vt clericorum. De
vita & honesta. cleric. & c. Clerici, de exces-
18 sibus prælato. Quocirca etiam † quicun-
que pueros, aut adolescentes furantur aut
rapiunt, vt cum eis suam innaturalem hanc
Venerem exerceant, hi profecto etiamsi a-
ctum nondum perfecerunt, plectendi sunt
vti superiores: & si actum cõsummauerint,
puniendi sunt ambo. Atque hæc de veris
19 Sodomitis dicta suffi iant. In † quibus piè
Lector quinque potissimum obseruare te
velim: nempe, communem in his procli-
uitatem, sceleris detestabilitatem, grauissi-
mum supplicium, iuris tectam explanatio-
nem, & reuerentem in modis nominatio-
nem, & Apostoli Pauli apertam criminis
20 detectionem. Quod igitur † homines his
Sodomiticis perpetrandis addictiores sunt,
& ad tantum malum præ cæteris propen-
siores, ex vehementiori cacodæmonis ten-
tatione prouenit. Scit enim humani ge-
neris perpetuus hostis diabolus, homines
per fidem & charitatem potituros cælesti
felicitate, qua ipse sese indignum fecit, &
seipsum priuauit; quod ipsum tantopere
torquet, & eum ad tantæ felicitatis inui-
diam acuit, vt nihil non intentatum relin-
quat, quo à tanta felicitate humanum
genus remoretur, præcludat, & impediat.
Sed quum nullum commodius & compen-
diosius impedimentum sua tartarea bilis
excogitare potuerit, quam si efficere pos-
set, vt pauculi homines nascerentur, i-
mo si omnem sobolis humanæ propaga-
tionem impedire posset (quod per So-
domitica contingeret) huc omnibus
neruis contendit, vt cum in omnibus
aliis vitiis hominum animos labefactet,

in hæc Sodomitica vel omnium maxime
vigilet, hæc hominib. ſuggerat, & ad ipſo-
rum concupiſcentiam & perpetrationē in-
cendat & inflammet. Hæc mihi viſa eſt po-
tiſſima cauſſa, cur homines æquo ad dicta
21 Sodomitica ſint propenſiores. Sunt † tamen
nihilo min⁹ ea Sodomitica crimina omniū
profecto peſſima, execranda, deteſtabilia, &
indigna quę inter Chriſtianos vel ſemel no-
minari debeāt, aut in cogitationibus verſa-
ri; vocant enim ob hoc Sodomiticos filios
diffidentiæ, quaſi de ipſorū ſalute pene dif-
fidendum ſit, c. Clerici, de exceſſib. prælato.
& ibi voluit gloſſ. fac. c. Deus omnipotens,
2. q. 1. c. Flagitia, 32. quæſt. 7. c. Sed, de pœ-
nitent. diſtinct. 1. Et ius ciuile in d. Authēt.
vt non luxurientur contra naturā, circa fin.
l. 1. §. Remouet, ff. de poſtuland. vbi illi et-
iam gentiles, qui Ieſum Chriſtum & verum
Deum non cognouerunt, huiusmodi tamē
facinus vltimo ſupplicio affici voluerunt.
Quin & ſacra Biblia hæc crimina peſſima
vocarūt. Accuſauit eos (inquiunt) Ioſeph
crimine peſſimo, Geneſ. 37. & ibi peccatum
eorum aggrauatum eſt nimis. Geneſis 18.
Crimine peſſimo quod nonnulli Doct. aſſe-
runt fuiſſe hoc vitium Sodomiticum. Cæ-
terum alii dicunt fuiſſe inuidiam & odium
fraternum, nec credunt tantos patriarchas
tam horrendo vitio fuiſſe inquinatos. Quā-
quam Chryſoſt. contrarium legat, videlicet
quod ipſi fratres apud patrē ex inuidia mē-
daciter accuſarunt Ioſeph crimine peſſimo.
Sunt qui legunt, retulit patri ruinam eorū
22 peſſimam. Vt vt ſit, iſtud nefas quod † tam
execratur Deus, vt ob id (teſte Pōtifice) ſæ-
pe immittat in filios diffidentiæ fames, pe-
ſtes, bella, terręmotus, inundationes, atque
alias id genus plagas generales, confirmat
textus in d. c. clericorum, ext. de vita & ho-
neſta. cleric. c. Adulterii malum, 32. quæſt.
7. d. c. Flagitia, c. Offerebat Loth, c. Clerici,
de exceſſibus prælato. text. in d. Authent. vt
non luxurientur, collat. 6 Et in c. Qui pue-
ro, de pœniten. diſtinct. 1. & §. 2. Inſtit. de

public. iudic. Et d. l. Cum vir nubit in
minam, & l. Fœdiſſimam, Cod. ad l. Iul.
de adulter. Deteſtabilitatem præterea co
firmat Andreas Barba. in conſiliis ſuis, co
ſilio 64. (quod vltimum eſt) in primo v
lumine, vbi etiam poſt illud conſilium
nitur diſputatio Anaſtaſii Pluti, an ſol
ob criminis iſtius enormitatem Sodom
teſtari poſſet, hoc eſt, teſtamentum con
33 re: Deinde ob † criminis grande nefas in
bium vocat, & in d. conſilio ample di
34 tat: An propter † peccatum Sodomiti
fieri poſſet ſeparatio tori: hoc eſt, An
maritum quoquo modo Sodomiticum
erga ſeipſum, vel cum aliquibus aliis) p
ſet iure dimittere, aut contra, vti iſthæc
ctori videre licebit. Tertio notanda eſt
35 plicii magnitudo: † Cū enim hoc pecca
ſit omnium maximum & execrandum,
ſimplici & leui morte puniendum eſt,
maximis ſuppliciis, & execrandis mod
terrorem aliorum mulctandum eſt. P
untur enim (vt dictum eſt) omnes So
mitici (exceptis mollibus, in prima ſpe
incendio ignis: alii viui, alii prius ſtra
latione enecti, pro qualitate perſonar
ctorum, & circunſtantiarum. Quin & I
perator quum in d. l. Cum vir, admod
exclamaret & iraſceretur tantę turpitu
ex iuſtitiæ zelo in hunc modum pro
pit: Iubemus inſurgere leges, & armari
gladio contra huiusmodi facinoroſos,
audent naturæ ordinem peruertere: ad
nim turpe ſcelus eſt, vt minime ex
cognoſcere, & nefas potius ſit de ipſo lo
& diutius ſermonem facere: hinc iura
36 (vt quartum explicemus) pudiciſſi
& cum omni verecundia & reuerētia de
crimine nefario loquuntur, & tam te
nihil offendiculi lectoribus offunderē.
tabant enim ſatis eſſe, ſi rem tam horr
& pellicibilem Iudici quocunque mod
ſinuarint. Ideoque malebant crime
ſimum tecte & cum inuolucris, cum v
rum puritate, & caſtimonia, & ſine off

lo prodere, quam apertè sine prudentia & dicio citra delectum cuiuis nude & cum ina conscientiæ, & bonorum morum ia- ra effundere. Non tamē ob † hoc taxan- us Apostolus Paulus (hîc Quintum obser-) qui tam apertè quibusuis hoc crimē de- git, vt nemo posset apertius, vide ad Ro- nos c. 1. vbi ait: Nam fœminæ eorū im- tauerūt naturalem vsum, in eum vsum, i est contra naturam. Similiter autem masculi, relicto naturali vsu fœminę; ex- erunt in desideriis suis in inuicem, ma- li in masculos turpitudinem operantes: omodo (inquam) potuisset Sodomiti- m abusum clarius demonstrare? Quod tè non temere ab Apostolo factitatum ideoque tibi erit expurgatior, si causam n apertę demonstrationis propius inspe- is. Nam vt in re lubrica castiùs loquen- m coram virgunculis, & tectiùs loquen- m cum iis qui eius lubricitatis nondum t capaces, aut conscii: Apertiùs autem, & quanto etiam inuerecundius, si scortum rrore reducere, aut si cum rerum lubri- um expertissimis sermonem feceris: Ita lus quoque in aliis locis castiùs, & cau- de hoc crimine meminit: Ad Romanos o, quos sciebat in hoc nefario scelere esse citatissimos, adeò vt hoc sine fronte conscientia passim committerent, no- profecto leniter illorum conscientias gere, & leuiuscula rei denominatione sa scelere retrahere, quū sciebat se hac rum profecturum. Sed durius ipsos rgabat, & apertè ipsorum probra in fa- obiecit, vt vel naturali pudore com- i coercerentur, qui internæ conscien- metu, forsan resipiscere detrectassent. ue ita hactenus de veris Sodomiticis, n suis quinque annotationibus. Prius- m † tamen hoc caput absoluamus, no- a tibi fuerit, cādide Lector, & alia quę- n species cum Sodomiticis quiddam af- atis habens, & pro S domitica conde- tatæ tamē à vero Sodomitico multum aliena: quum nec vsum Sodomiticū & innaturalem, nec naturam Sodomiticā vllo modo referat: sed tamen cōsideratione nostræ fidei, pro vera Sodomitica iure habetur, & tanquam Sodomitica in iure damnatur: veluti cum quis naturali Venere vtitur
29 cum Turcis, † Saracenis, aut Iudæis. Nam huiusmodi omnes, Iura & religio Christiana non secùs, quàm bestias (nō quidem natura, aut rationis vsu, & communi vocatione, sed ob procacem malitiam, qua fidem Christianā, sine qua nemini salus promittitur, apertè oppugnant) negligunt, fastidiunt, oderunt, & cum iis congressum, cohabitationem, & omne commercium prohibent, nedum actum venereum cum eis exercere interdicunt, qui actus intimi amoris symbolum refert, quiq; pro fœdere humanæ, atque adeò Christianæ charitatis meritò debet procedere, non ex beluina, & illicita extra constitutos terminos libidine, l. Ne quis Christianā. C. de Iudęis, & c. Quanto & ibi Ab. Sic. & Præpositus Mediolan. alias Card. Alex. de diuort. & text. in c. Caue Christianè, 28. q. 1. & c. Si quis Iudaicè, ea.
30 caussa & q. Postremò cùm † libidinum species absoluere statueram, casu incidit in memoriam execrādus ille libidinis ardor, quo quidam fœminam cognoscunt mortuam. Primò dubitabam, ad quam libidinū speciem reducere potissimum cōueniebat: sed quū ad nullam superiorum propriè spectare debeat, aptissimè ad Sodomitica reducē-
31 dum esse tandem statui. Sunt † enim multi qui putant omnem congressum, qui non liberorum gratia fit, non esse secundum naturam, sed omnino vitiosum & culpabilem, inter quos sunt beatus Gregorius, Ambrosius, & Hieronymus: apud iurisconsultos quoq; inter recētiores Marius Salomonius. Omnes tamen Theologi aiūt congressum matrimonialem esse meritorium & virtutis actum. Primò, si caussa prolis procreandæ ac religiose educandæ fiat. Secundo, si fiat caussa reddendi debitum alteri coniu-

gum, quia tunc actus est iustitiæ Vxori (inquit Paulus) vir debitũ reddat, 1. Cor. 7. Tertio, si fiat causa vitandæ fornicationis in altero, quam aliter cauere non potest: quod si fiat causa vitandæ fornicationis in seipso, quamuis huiuscemodi congressus non sit meritorius, est tamen licitus, nec est peccatum, secũdum Augustinum. Et Paul 1. Corin. 7. propter fornicationem, ait, vnusquisque suam vxorem habeat: & vnaquæq; suum virum habeat: hoc est, Vir ad vitandam fornicationẽ vtatur sua vxore: sua (inquit) non aliena: Et cõtra, vxor suo marito. Concedit igitur ob vitandam fornicationẽ congressum illum matrimonialem: quod nequaquam faceret, si esset peccatum. In aliis casibus, præter hos, huiuscemodi congressus, aliquando veniale peccatũ est, aliquando mortale. Sed de his satis: Cæterùm vt ad propositum redeamus vnde digressi sumus. Certe innaturalis prorsus est isthæc Veneris agitatio, nec scopum, nec finẽ, nec modum naturalis Veneris seruans: sed ita Venere cum mortuo cadauere abutitur, nõ secùs, quàm si cum ligno aut lapide coierit. Quocirca grauis deberet esse istius quoque sceleris punitio & non admodum absimilis, quã esset eius qui alterius corporis violator esset iuxta legem fin. C. de sepul. viola. ibi. Si corpora ipsa extraxerint, vel ossa eruerint, &c. Quare si huiusmodi fuerint vilioris conditionis personæ, vltimo supplicio punientur: si vero honestioris fuerint conditionis, in insulam deportantur, aut aliàs relegantur, aut in metallum damnantur: certe ob nullam aliam caussam, quam quod tã fœde mortui corporis pudicitiam contrectauerint & contra naturã abusi fuerint, l. Sepulchri deteriorem, ibi, corporib. non contrectatis ff de sepulch. viola. Et D. Nicolaus Boerius in suis decisionibus au-
32 reis, q. 316. in 2. parte. † Superiorib. addi possunt nonnulli alii modi monstruosi, & bestiales concumbendi, qui tãto peiores sunt: quanto per eos minus nata est sequi conceptio, fœtus quorum quatuor ponit Albertus in quarto. Primus quando cognoscitur lateraliter. Secundus peior quando cognoscitur sedendo. Tertius peior secundo, quãdo cognoscitur stando. Pessimus vero est, Quartus, quando cognoscitur velut bestia tergotenus. Et quintus etiam inter præfatos similiter quarto pessimus ille est, quando mulier supergreditur virum. Præterea qui huius materiæ pleniorem desiderauerit cognitionem, vt se, & alium, tam in foro seculari quam in foro conscientiæ instruat, perlegat declarationem D. Ioannis Nider sacræ theologiæ professoris, ordinis prædicatorum, in suo manuali cõfessorum. Tertio specialiter. Quomodo de peccatis aliquibus præsertim luxuriæ confessor rimari habeat. Secunda parte tertio cap & per eundem in tractatu suo, De mortali lepra, 4. cap. De luxuria. versic. Septima species est vitium contra naturam. & etiam c 16. § 1. vsq; ad 14. eiusdem tractatus ad sacietatem ponẽtis. Priusquam huic capiti finẽ imponã, proposui addere nõnulla huic materiæ
33 satis seruientia. Mulier † si adulteratur in ano, & non in vulua, qualiter puniatur? Dicendũ paucis: Si adulteratur non in vulua, secundum naturam, sed in ano contra naturam, nequaquam puniri debet de adulterio, sed punitur tanquã Sodomita, de Sodomia, cum tale vitium ita contrahatur in fœmina, sicut in masculo, & sic igne comburitur. Ita decidit D. Ludouicus Carerius V. I. Doctor insignis, in sua solenni repetitione l. 2. C. Quorum appellat. non recip. folio 199. n. 43. Præterea alia occurrit quæ-
34 stio † nequaquã omittenda, nempe Infans natus ex coitu cũ dęmone habito, cuius censeatur filius? Nõ dicetur filius Dęmonis, sed illius cuius erat sperma, vel à quo habuit sperma. Diabolus igitur in coitu ipso generat ex spermate alieno, sc. alicuius viri in somniis polluti, aut etiã in vigilia: quotiescumque Dæmon in forma succubi se transformat, id est, in forma mulieris, & habet coitum

mm cum viro; tunc recipit formam viri; & quanto citius velocissimè accedit ad mulierem in forma incubi, scil. viri, & assumens coitum cũ ea, intromittit dictum sperma in natura, & matrice mulieris; & inde sequitur impregnatio mulieris, & infantis generatio, qualiter ac si mulier cum naturali viro coitũ habuisset. tamẽ infans ipse, si oriatur, nõ dicetur esse filius Dæmonis, sed illius cuius erat sperma. Ita affirmãt cõmuniter Theologi S. Aug vir planè, sanctissimus & omniũ doctorũ sui temporis præcipuus atq; supremus, in 3. De Trinit. & 21 De ciuitate Dei. Et S. Thomas in tract. qq. in 1 parte. titu. de nitate, q. 8. ver. Ad primũ Huius meminit eximius D. Paulus Grillãdus in suo insigni tract. de Sortileg. lib. 2 fol. 208. n. 13 Finaliter, quæ, & † quot ciuitates ratione peccati contra naturam perierunt?

Quinq; ciuitates propter peccatum cõtra naturam perierunt, scilicet
- 1. Sodoma,
- 2. Gomorrha,
- 3. Seboin, aut Febrin
- 4. Segor &
- 5. Oleale.

Quarum duæ perierũt ex vicinitate; tres ex proprio delicto. Horũ meminit D. Ioan. le Cirier Parisiensis, in suo singulari tract. de iure primogenituræ vel maioricatus, q. 7. lib. 3. f 99 vers. col. 4 circa mediũ, & glos. expressa in verbo quinque, in c. clerici. extr. de excessib. prælatorũ & subditorum. Si tamen videre quis desideret huius delicti grauitatẽ ac enormitatẽ, legat c. Offerebat, & c. Flagitia & c. vsus 32. quæstio 7. Facile fuisset mihi & alias plures materias, & quæstiones hic adiicere, tam ex pharetra mea, quam aliunde, nisi intelligerem in re seria, & periculosa mihi non esse immorandum. Oro igitur lectorem ne scãdalizetur, si vltra quam placeat sordicies vitiorum seu peccatorum detegitur carnalium, quæ certe medicari aut corrigi nequeunt, nisi patefacta fuerint. Iuxta illud Horatii:

Stultorum incurata malus pudor vlcera celat.

De quibus tamen nil noui aut singularis dixi, nisi ea quæ Doctores magni in suis manifestè voluminibus referunt, carptim excerpta.

CAPVT XCIX.

De vi publica.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 99.

Publica vis fit vbilibet locorum.

Publica vis fit
- *Inuasione armorum: vel oppressione.*
- *Cogendo ad damnosa, vel* — *Promittenda.* / *Facienda.*
- *Violenta abductione.*
- *Violenta retardatione à iustitia.*
- *Cogendo Iudicem ad iniquam sententiam.*
- *Congregando milites pro oppressione alterius.*
- *Infractione ostiorum vel fenestrarum.*

Quæ arma dicenda sunt in vi publica.

Publica vis cum armis
- *Citra occisionem, punitur exilio & confiscatione.*
- *Cum læsione vel morte, punitur vt iuris est.*

Vi expulsus sua possessione { *Sine armis* / *Armis* } *contra expulsorem agere potest* { *Ciuiliter.* / *Criminaliter.* }

Iudex ad vim publicam puniendam dissimulans, puniendus est ipse grauiter.

Alia pœna de vi publica in Iure ciuili: alia in Iure Canonico.

EXplicatis vtcunq; venereis criminib. ad
alia deinceps procedẽdum est, ac primo
1 de vi seu violentia publica. † Publicam au-
tem vim vocamus, quoties alicui vis infer-
tur publica, vel in domo sua, vel in plateis:
2 nempe † quum publicam violentiam infe-
rũt, aut armis, aut alio impetu, & vi aliquos
3 † constringunt quippiã polliceri, aut quip-
piam facere, quod esset contra iustitiã: Aut
4 † quando aliquis vi aliquô pertrahitur con-
5 tra ipsius voluntatem: Aut † quando ali-
quis violente remoratur aut præpeditur, ne
ad statum diem iuridicum tempori perue-
niat, vt ob hoc iustitię iacturam tandem fa-
ciat, l. Lege Iul. ff. ad l. Iul. de vi public. Aut
6 † certè quando Iudex violente cogitur pro-
ferre sententiam contra æquitatem iustitię.
7 Postremò † si quispiam ita externis impe-
dimentis alium circumueniat, & retardet,
vt is circumuentus suæ iustitię iacturam fa-
cere cogatur, aut à sententia sua saltem re-
tardetur, l. Qui dolo malo, ff ad l. Iul. de vi
8 public. † Aut quando quis cogit & congre-
gat auxiliares milites ad oppressionem alte-
rius, aut ad occisionem, aut ad seditionem
in populo excitandam, l. Qui cœtu, ff ad l.
9 Iul. de vi public. Aut quoties † quis violen-
10 ter infringit fores aut fenestras. In summa
verò, † vim vocam' publicã, quoties aliquis
armis opprimitur, aut ut ipsi armis vis infer-
tur, § Item lex Iulia de vi publica, Institut.
11 de public. iudic. Arma † autem in vi publi-
ca iura intelligunt omnia ea, quibus aliquis
noceri, lædi, vulnerari, aut occidi potest, l.
12 Armatos, ff. ad l. Iul. de vi publ. † Quoties i-
gitur alicui vis infertur armis huiusmodi,
citra occisionem tamen: tum is publico &
perpetuo damnandus est exilio, cum confi-
scatione bonorum, l. 1 & 2 C. ad l. Iul. de vi
publ. vel priuat. l. 1. 2. & 3. ff ad l. Iul. pecul.
& in gloss. 1 in c. 1. extr. de ord. cognit. Ve-
13 rum † si cum vi coniuncta sit corporalis læ-
sio, aut mors, hoc est, homicidium, raptus,
& similia, tum factor ipse puniendus fuerit,
vt iuris est. Nam pro qualitate illius crimi-
nis, & vim publicam committentes, & ipso-
rum fautores punientur, de quo plene p
Doct. in l. Quoniam multa facinora, C. ad l.
Iul. de vi public. vel priuat. & d. l. Qui cœtu,
14 § Qui vacantem. ff. eod. tit. Porro † si quan-
do quispiam, vi expellitur sua possessione,
tum ille, cui vis infertur, iure contra violen-
tiæ illatorem agere potest ciuiliter pro pos-
sessorio, & priorem suam possessionem iur
15 recuperare, si posset. Si vero † hanc vim qu
intulerit armis, tum offenso contra offenso-
rem agere licebit pro pœna subeunda, iux
l. Iul. de vi publ quæ pœna est iamiam præ-
dicta l. 3. ad fin. ff ad l. Iul de vi publ. Cæte-
16 rum † quisquis Iudex de hoc violentiæ illa-
tæ crimine nullam iustitiam fecerit, sed aut
punitionem distulerit, aut sententiam ferre
neglexerit, aut in eo crimine volens scien-
que dissimulauerit, aut punitionem debitã
non inflixerit: is Iudex fit infamis, & ob ha
priuandus suo officio, & omni officio dein-
ceps inhabilis: deinde ex iure damnandu
est pœna centum librarum auri, l fin. ad l. Iul.
C. ad l. Iul. de vi publ. vel priuat. Quisquis
autẽ ampliora de hac materia scire deside-
rauerit, quibus modis vis publica commit-
tatur; certe breuior vel clarior cognitio ha-
beri non potest, quam ea quam exprimunt
text. 12. paruarum legum, ff. ad l. Iuliã, de vi
public. vbi modi & casus, quibus committi-
tur vis publica, sigillatim enumerantur. Se
hic forsan mihi aliquis dixerit; supradicta
17 pœnæ, † sunt omnes pœnæ ciuiles, quomo-
do igitur puniuntur Iure Canonico? Re-
spondendum est, non esse prorsus easdem
pœnas pro illata violentia, atq; aliis crimi-
nibus publicis, & infamantibus, in foro Ci-
uili, & in Iure seu foro Canonico; Quando
quidem clerici vim publicam committen-
tes, excõmunicari possunt, donec emendẽ-
tur, & pręterea deponi pro offensa publica,
quo faciũt quę legũtur & notantur in c. Ve-
ritas ext. de dolo, & cõtu & in c. inquisitio-
nis, & in c. Qualiter & quãdo, ext. de accu.
in c. Licet Hely, ext. de simonia, & quę nota-
tur in c. Generali, de elect. lib. 6. & in c. At
clerici, & in l. Cũ nõ ab homine, ext. de iu

CAPVT C.

De pignorationibus, vulgo, repræsaliis.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis Cap. 100.

Repræsaliarum Etymologia.
Repræsaliarum origo & ratio.
Repræsaliarum permissio quando.
Ab altero Principe quando negatur iustitia.
Repræsalia non dantur contra Iudicem appellationis.
Repræsaliarum litera quatenus iusta dicantur.
Repræsaliarum permissio ex variis authoritatibus.
Repræsaliarum caussa.

Repræsalia tantum conceduntur
- *Grauem iacturam passis.*
- *Iacturam plene probantibus.*
- *Vere Principum subditis.*
- *Principum subditis tempore damni illati.*

Qui vere sunt Principum subditi.

Priuilegiati & tamen Principum subditi sunt
- *Studentes in academiis.*
- *Studentium subsidiarii bedelli.*
- *Stipendiarii Principum.*
- *Consiliarii Principum.*

Repræsalia non dantur contra
- *Subditum eiusdem Principis.*
- *Subditum factum, post damnum passum.*
- *Mulieres, Clericos, Studentes, &c.*
- *Legatos.*
- *Euntes ad priuilegiatas nundinas.*
- *Peregrinantes ad loca celebriter sacra.*
- *Mercatores, nautas, vi aliquò impulsos.*
- *Personaliter citatos.*

Repræsaliarum literis vtendi ratio.
Repræsaliarum executio per officiarios Principis.
Repræsaliarum ius quibus permissum.

Repræsalias male impetrantes, & iis abutentes, puniuntur.
- *Quadruplo, cum perditione caussæ.*
- *Resolutione omnium damnorum.*

Voniam proxime præcedenti capite de vi publica peractum vtcunque fuit, putaui hic silentio prætereundam vim quam exteræ nationes, exteris aliis, temporibus pacis inferūt: quam vim publicè prædationes vocant, aut rapinas: & pessime tum à proprio, tum à quouis alio Iudice puniendæ sunt, vt infra suo loco de rapinis, & alibi.
1 Quocirca hoc† loco nihil de prædationis crimine mihi enarrandum putaui, quam mutuam illam ac vicissitudinariam vim publicam, quam repræsalias iura compellitant, quasi reprædationes: nō quod repræsaliæ peculiaris species sint cri-

minis: sed catenus de iis hic priuatū caput ponimus, quatenus violentię publicę, (quę criminum est species) punitionem in se cō-tinent, & de suorum subditorum illata iniuria iustitiam exprimūt: sunt enim omnes repræsalię ad hoc concessę, vt vis publica aut puniatur, aut inferenda inhibeatur, aut vt offenso iustitia administretur. Ideo de his tantum hoc loco dicendum, & quomodo, & quando, & quatenus eas iura permittant, iuxta illud Ethnicorum, vim vt repellere licet. De his igitur pignorationibus seu re-
2 præsaliis hæc accipe. Si † quispiam exteræ nationis vi publica tempore pacis, mea eripiat, aut in terris, aut in mari: adeundum fuerit mihi ad illius exteri prędatoris vel raptoris proprium Principem, atq; ab eo restitutio meorum bonorum iure reposcenda. Quam si is Princeps mihi ita iustitiam requirenti neget, aut æquo diutius differat, aut dissimulet, adibo ad propriū Principem meum, imploraturus illius opem, iuuamen & patrocinium, vt sua authoritate, & gratia mihi literas cōcedat ad illum Principem exterum, quibus requirat & expostulet mihi fieri iustitiam, & bonorum vi per ipsius subiectos ereptorum, restitutionem. Quam restitutionem, si secundo is Iudex mihi detrectauerit, & adiudicare distulerit, redeo secū-do ad Principem meum, ipsi exteri Iudicis constantem iustitiæ denegationem exponens, probans, ab eo requirens, & humillime ob id ipsum obsecrans, vt alio modo per suam ipsius authoritatem & potentiam mihi tandem meorum ereptorum bonorum restitutio contingat, hoc est, vt mihi literas dignetur largiri repræsalias, quibus scilicet mihi concedat, & potestatem faciat, à quibusvis illius exteri Principis subiectis, in sua ditione existentibus, recuperationem bonorum meorum requirere, eosque comprehendere, ipsorumque omnia bona arresto sistere, eaque posse diuendere, donec mihi ad summam ereptorum satisfactum fuerit.
3 Atque huiusmodi † literas repræsalias post probationem meam meus Princeps mihi tunc ilico concedet, ad modum, caussam, & vsum præscriptum, vt scilicet subditorum bona diuēdendo, mihi vel hoc modo satisfiat: quum aliter ad meorum restitutionem per æquiorem iustitiam peruenire nequeam.
4 Verum hic intelligas † oportet, tum mihi ab extero Principe negari iustitiam, quando prædatoris Princeps neglectui, vel potius contemptui meam habet querimoniam, adeo vt eam dissimulet, & iustitiam mihi adiudicare negligat, aut variis futilibusque dilationibus me semper procrastinet, aut vana quapiam sententia, eaque in-
5 iqua me abigat. Atque hoc vltimum † potissimum de Iudice nō appellationis intellige, hoc est, qui non haberet superiorem, ad quem ob denegatam iustitiam, mihi appellare concessum esset. Nam si is denegans Iudex, esset Iudex appellationis, tum non darentur mihi literæ repræsaliarum à meo Principe: Sed tunc mihi ius relictum esset aliud & eundem scilicet Iudicem per appellationem ad superioris Iudicis tribunal, de iniquitate sententiæ pertrahendi concessa potestas, atque ab eo superiori Iudice ius meum reposcendi. Quam iustitiam si is quoque mihi negauerit, tum vt prius mihi recurrendum esset ad meum Principem, pro impetratione literarum repręsaliarum, vt dictum est iam prius. Atque hanc rerum æquitatem & iustitiam, iura vocant pignorationem, quam nostro vulgari idiomate nuncupant: letteren ofte brieuen van mar-
6 cke. Porro hæc qualisqualis † repræsaliarum æquitas, multis forsan videbitur plus æquo rigorosior, atque plus etiam habere violētiæ, quam æquitatis ac iustitiæ: nempe, quod ob incommoda nostra, quæ a sceleratis prædonibus passi sumus, vicissim nos vindicamus & armamus legum authoritate & permissu, ad alium quemlibet, etiam innocentissimum spoliandum, prædandum, & ad ipsius bona diuendenda, donec nobis abunde satis factū fuerit, nem-

pe vt alterius innocentia pœnam luat alterius sceleratæ nocentiæ: & vt quispiam vir innocuus mihi vi legum constrictus compenset, & soluat damnum, quod scelestus aliquis mihi contra omnem iustitiam intulit. Mihi autem quales eæ leges videantur, non est hic velle definire: hoc tantum addidisse contentus ero quisquis tales leges sanxerit, eas sibi non ex spiritu Euangelico suggestas, qui vim vi repellere prohibet, & alteram maxillam percutienti, iubet præbere alteram: & alibi, omni malo resistere vetat: sed ex carne potius, & sanguine instinctas esse crediderim. Tametsi eas leges, omni iure permissas esse vtcunque probare potuissem diuino, Iure gentium, vel ratione naturali, Iure ciuili, Iure canonico, Iure consuetudinum, & constitutionum particularium: vti videre erit apud D. Iacobum à Canibus, in tractatu suo Repræsaliarum, & apud Bartolum in suo etiam excellentissimo tractatu Repræsaliarum, & apud Sanct. Thomam, secunda, 2. quæst. 40. quæ breuitatis gratia Lectori legẽda committimus. De æquitate autem quid ipse censeam, hic ne verbulum quidem amplius, quando eas leges, ipsa iura ex confesso ob dictas caussas satis permissas adstruant, iurium hanc æquitatem omni iure (vt supra) comprobantes. Quum enim † omnis iustitia est rationalis æquitas, hoc exposcit, vt singulis tribuantur sua, & omnibus ablatorum fiat restitutio: Deinde quum iuxta prædictas rationes nulla fiat offenso, & spoliato per iustitiam restitutio, sed vi, innocenti denegetur iustitia: ordinauit & permisit ipsa lex & Iustitia, alium modum iustitiæ & malo nodo, malum obiicit cuneum, vt vim vi repellat, & quod amore iustitiæ fieri non potuit, saltem vi ad æquitatem suam quis perueniat. Et licet hoc cum innocentis & priuatæ personæ fiat iniuria, fit tamen cum qualicunque iustitia illius totius cõmunitatis, cuius is innocuus, pars est & membrum: & ideo, quia commodiorem rationem iustitia inuenire non potuit, hac ratione per repræsalias vti tandem coacta est, duabus fere ex causis. Primo, vt suo subdito faueret potius quam alieno, & iniuria potius sineret affici exteros, quam
8 suos subiectos. Deinde, † vt ex harum repræsaliarum permissarum consideratione, diligentiores essent exteri Principes, & faciliores ad faciendam iustitiam aduenis, peregrinis, & exteris: & ne tam facile vicini Iudices vicinis Iudicibus officerent & incommodarent, neve tam facile sinerent suos grassari extra bellorum tempora in peregrinos mercatores: vel ob hoc, ne si in hac forent negligentiores, totum damnum tandem in suos subditos recideret, & forsan in eos, quos maxime præ
9 cæteris amarent. Verum † enimuero in hoc negotio, scito varia requiri, vt repræsaliæ à Principibus largiantur. Primo enim necessum est ingentem esse iacturam, & graue damnum sui subditi, ob quod merito repræsaliarum authoritatem suo subdito permitterent. Ob leue enim, paruum seu modicum dispendium, nulli æquum est repræsalias literas expedire: quoniam sicut remedia subsidiaria & odiosa (qualis est in integrum restitutio) non competunt pro re modica, l. Scio, Digest. de in integrum restitutio, & l. Si oleum, paragrapho finali, ff de dolo: ita repræsaliæ (quæ reputantur remedium subsidiarium)
10 pro † re exigua non debebunt nec poterunt concedi, quin & concessæ prorsus es-
11 sent irritæ. Deinde † oportet Principem concessurum, plene probationibus edoctum de certitudine rerum. Adhæc requi-
12 ritur, † vt repræsaliæ concedantur alicui, vt supplicans vere sit subditus Principis,
13 quique communia † vectigalia, & reliqua onera patriæ cum aliis persoluerit, exceptis
14 semper personis priuilegiatis. † quæ ratione priuilegii, nulla huiusmodi onera publica subeunt, quales sunt studentes in academiis siue vniuersitatibus publicorum stu-

diorum caussa, ab huiusmodi oneribus li-
beris & priuilegiatis, Authent. Habita, C.
ne filius pro patre. Idemq; exprimit d. Au
thent. de familiarib. & nunciis eorũ: Quod
15 Doct extendunt per † identitatem rationis
ad scriptores, & (vt vocant) bedellos, qui
ex officio suo, per appendentiam vniuersi-
tatis partes sunt & membra, ipsisque stu-
dentibus, atque adeo studiosorum studiis
planè necessarii, arg. l. 1. in fin. & l. Scrinia-
rios, ff. de testam. militar. Quocirca huius-
modi studentes cum sibi adhęrentib. quan-
tum ad personas suas, cum iis omnibus quę
secum conferunt, seruant, auferunt, & du-
cunt studiorum publicorum gratia, pro ci-
uibus habendi sunt, & à seculari onere im-
16 munes. Prętereà ipsi † stipendiarii simili ra-
tione immunes sunt, quantũ ad stipẽdium
& militiam suam, in eo tamen loco vbi mi-
litiæ caussa degunt & militant, l. Municeps,
§. fin. ff ad municipal. l Hæres absens, § fi.
17 & ibi gloss. ff. de iudic. Ad hæc † immunes
sunt omnes Principis consiliarii, quum suo
fungũtur officio. Nam ob officii rationem,
& in his quæ officii caussa gerunt pro veris
ciuibus iudicandi sunt, l. Ciues, & ibi gloss.
notab. C. de incolis. Qui omnes superiores
à dictis oneribus liberi sunt, & tamen Prin-
cipum subditi. Qui omnes prænominati,
etiam si non exoluãt huiusmodi onera, im-
positiones, assisias, caillotas, gabellas, vecti-
galia, tributa, pedagia, guidagia, aut onera,
similia, qualicunque nomenclatura dican-
tur: nihilominus tamen veri sunt Principũ
subditi, & habiles, & digni quibus literæ re-
præsaliarum elargiantur, non secus, quam
quibusvis aliis dictis oneribus obnoxiis &
18 subiectis. † Cæterum Principum benigni-
tas non cõfertur quibusuis suis subditis, sed
tantum iis qui eo tempore, quo damnũ pas-
si sunt, fuerunt subditi, & hactenus in Prin-
19 cipum subiectione permanserunt; † Non
enim conferunt Principes dictas literas re-
præsaliarum illis subditis qui tempore passi
dispendii non fuerunt subditi. Si enim qui-
busvis subditis hanc clementiam conferre,
multi naufragium passi, ficto animo ad ali-
cuius præpotentis Principis patrocinium
confugerent, & se subditos efficerent, donec
impetratis repræsaliarum literis, damnum
amissum recuperassent, quo recuperato, ad
priorem suum Principem forsan ingrati re-
dirent. Atq; hactenus explicatum satis fuit,
quibus Princeps suas literas repræsaliarum
indulget, & contra quos, nempe contra ex-
teros, violentosq, prędones alterius Princi-
pis. Restat paucis animaduertas, cõtra quos
non expediantur Principum repręsaliarum
20 literæ. † Primo igitur non conceduntur ad-
uersus proprios subditos hoc est, non con-
ceduntur vni Principis subdito, contra ali-
quẽlibet eiusdem Principis subditum, qui
Principis sit, amborum subditorum caussa
cognoscere, & cuique æquam iustitiam ad-
21 ministrare. Non conferuntur etiam † dict
literæ repræsaliarum contra mulieres, con-
tra clericos, contra studentes, cõtra iudic
aut contra ipsorum famulos, familiares,
bedellos (vt vocant.) Item non confer
22 tur † contra legatos, aut contra feciales,
(vt vocant) contra Ambasiatores, qui
mandato sui Principis ad alium Princip
vel locum insignem emittuntur. Tale
nim nec in itinere, nec in loco destinato,
lo modo aut seruari possunt, aut cõpreh
di, quod vel iura gentium aperte testan
l Sancitum, ff de rerum diuis. & l. 2. §. L
gatis, ff. de iudic. & ibi notat gloss. in
Destinati; atque idem etiam priuileg
censent Doctor. de famulis & seruito
suis sicut etiam iamiam diximus de sc
laribus. Quin & illud quod de legato
uilegio dictum est, & de suis famulis, id
quoq; dicendum fuerit de his, qui inuiti
testimonii gratia, aliquô destinati sunt,
notatur in d. l. 2. de iudic. Item fallitius
23 præsaliarum, quod non † concedatur co
tra eos, qui se conferunt ad publicas & p
uilegiatas nundinas; Hi enim in nundi
rum loco, nec capi, nec detineri possun

1.C.de nundi. Item fallit contra eos, † qui religionis caussa se recipiunt ad aliqua loca sancta, peregrinantium frequentia, & indulgentiarum largitate, aut miraculorum testimoniis celeberrima, vt in Authen. Omnes peregrini, C. communia de success. ibi, liberè hospitentur, & glos. in l. 1. §. Idem Claudio, ff. de iudic. Verùm credo hunc casum raro obseruari. Fallit etiã contra mercatores, † nautas, & ipsorum seruitores, qui ventorum ac tempestatum vi in aliquem portum tuto appellere coguntur: in eo enim portu ita impulsi, detineri nõ possunt, Auth. Nauigia, C. de furt. quę Authent. hoc expresse voluit: ad idem l. 1. C. de nauicula. lib. 11. Item fallit † contra eos, qui personaliter citantur ad comparendum in iudicio: Omnes enim præfatæ personæ gaudẽt priuilegio iuris, quo omnibus & singulis conceditur libera eundi & redeundi potestas: Atque isthæc hactenus de literis reprẹsaliarum, à quibus elargiantur, & quibus concedantur, & contra quos, & contra quos minimè. Post hæc, tribus † aut quatuor regulis accipe, istis literis impetratis vtendi rationem, & modum. Postquam igitur quisquam à Principe literas repræsaliarum impetrauerit, necessum est, vt eas ad executionem tradat, & committat in ditione seu districtu sui Principis, qui eas concessit, & nequaquam extra ipsius ditionem. Deinde † opus est, executionem hanc curet per sui Principis officiarios, & nullo modo per seipsum, aut per proprios suos impetrantis officiarios, nec per vllos alios, quam ad Principum executiones destinatos, quia cuiuis est interdicta propria sui ipsius vindicatio, l. Sciẽtiam, § Qui cùm aliter, ff. ad l. Aquil. facit l. Extat, ff. quod metus caussa, & l. Meminerint, & l. Si quis in tantam, C. vnde vi.

29 Antequam hoc † Repræsaliarum caput absoluerem, libuit quoque hîc adiicere, non omnibus Principibus concessum esse reprẹsaliarum literas concedere. Sunt enim multi in hac sententia, qui negant illi Principi ius esse concedendi repræsalias, qui maiori Principi subesset, & maiorem Principem, seseque superiorem vt subditus agnosceret: sed consuetudine & vsu diuersum experimur, quod pauci sint huiusmodi Principes, qui superiores velint agnoscere, seseque superioribus, vt vasallos, subiicere. Qui autem maioribus Principibus ac superioribus subsint: qui verò minimè, non est hic nostri instituti explicare velle, quum res sit parum tuta, & fructus penè nullius: quicquid enim de hisce rebus statuitur, illi mordicus per fas & nefas suam tuentur sententiam. Nouissimè autem adiicere volui pœnã illam, quam leges statuunt illis, qui perperam & sinistrè à Principibus repræsaliarum literas

30 impetrarunt. Male † enim repræsalias impetrantes, aut etiam iis abutentes puniun-

31 tur quadruplo. Deinde caussam † iuris sui perdunt: & postremo ad omnium damna, & dispendia recuperanda mulctabuntur, l. 2. & ibi per Iac. de Aret. ff. de verb. oblig. l. Si te, C. de iure deliberãdi, Authent. & omnino, C. de actio. & oblig. & l. Nam & seruus, ff. de nego. gest.

CAPVT CI.

De Teloniis, ac aliis Exactionibus.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 101.

Reipub. fit etiam in { *Teloniis,* *Vectigalibus* *Tributis,* *Pedagiis,* *& similibus,* } *vel* { *Malè instituendis.* *Exigendis.* }

2 *Vis publica institutione fit bifariàm, &* { *Coactè, inuitis patientibus* / *Cum consensu patientum.* }

3 *Vis publica* { *Coacta,* / *Permissa seu concessa,* } *punitur* { *Hæc capitaliter.* / 4 *Hæc 50. lib. auri.* }

5
6 *Vis pub. per exigentiam* { *A non debentibus* / *Pluris institutione* } *punitur* { *Capitaliter.* / *vel* { *Duplo.* / *Quadruplo.* } }
7

8 *Famuli crimina dominorum sectantes, pœnam quoque dominorum imbibunt.*
9 *Vectigalia poscentes, ab Ecclesiasticis excommunicantur.*
10 *An vectigalia non soluere liceat.*
11 *Tributum signum subiectionis est.*
12 *Christus tributum soluit, & solui præcepit.*
13 *Christus nemini subiectus fuit.*
14 *Telonarii fideles non deberent esse odibiles.*
15 *Telonarii à Principe sunt defendendi.*
16 *Doctorculorum quorundam imperitia.*
17 *Telonarii Rupelmundani spoliati exemplum.*
18 *Latronib. cõprehendendis imponenda precia.*
19 *Quot requirantur, ac necessaria sunt ad validitatem venditionis rei propter exactiones, praestationes, telonia, aut tributa atque similia, non soluta?*
20 *Fisco vendente rem alienam, an statim sit emptor securus?*
21 *Gabellam illicitam fraudans, non tenetur Deo, nec mundo.*
22 *Non dicitur fraudem facere, qui fraudem excludit.*
23 *Conscientia non ligat, quos natura non obligat.*

EST postremò alia quædam species violẽtiæ publicæ, vsu quidem externo & forinsecus à superioribus nonnihil diuersa, re tamen cum vera illata vi planè eadem, eoq; non minùs execrabilis, minusve punienda.
1 Ista † autem species ferè contingit in vectigalibus, teloniis, tributis, gabellis, pedagiis, guidagiis, passagiis, datiis, aliisq; exactionibus, qualicunq; vocabulo nominantur: id dupliciter, apertè in institutione, & tectè in exigentia. Primò, quum quis priuatus dominus vspiam noua instituit vectigalia, telonia similiaque onera, quibus Rempub. suam grauat: atq; ista omnia citra authoritatem sui Principis, l. Vectigalia, & ibi Salic. in princ. & Azo, C. vectigalia noua institui non posse. Porrò isthæc † noua onerum
2 in repub. institutio, ferè fit bifariàm: nempe vi, aut coactè. Deinde cum gratia, aut beneplacito populi. Harum autem institutio-
3 num punitio quoque erit varia. Nam † si coactè & vi huiusmodi onera in rempubl. inferat, tum is violentus illator (quia vim publicam committit) plectendus est capi-
4 taliter. Sin huiusmodi † grauamina non vi, sed cum populi gratia inferat, tum nõ censendus publicæ violentiæ Reus, eoque non capitaliter damnandus, sed priuatę violentiæ Reus, atq; mulctandus pœna quinquaginta lib. auri, & pœna l. Iulię de ambit. l. vnica, ff. ad l. Iul de ambi. aut alia pœna arbi-
5 trio Iudicis imponenda. Secundò tectè † vis publica committitur, quũ quis telonarius, publicanus, seu tributorum collector, telonii iura vi requirit ab iis, qui ab huiusmodi telonio sunt immunes & liberi: is enim (vt iura volunt, licèt iis non vtamur) puniendus est, seu publicæ violentiæ illator, capitaliter,

taliter, expressa ac notabili l. Vniuersi, in fin. C. de vectigalib. commiss. Porrò † quisquis fraudulenter in teloniis aut vectigalib. amplius exigat, quàm telonii aut vectigalis institutio poscit, is puniendus est duplo. Si † vero vi & violentia amplius exposcat & capiat, tunc puniendus est quadruplo, l. 1. §. Dixerit, ff. de pub. & vectigalib. & quantum vero ad fiscum puniendus est perpetuo exilio, l. fin. C. vectiga. no. instit. non posse. Eadem † quoq; pœna plectuntur omnes famuli telonariorum, publicanorum, ac similium, qui in hoc dominorum suorũ crimina imitantur, eadem crimina committunt. De iure autem Canonico † seu Pontificio, exigentes vel extorquentes ab Ecclesiis vel personis Ecclesiasticis pro earum rebus propriis, quas non negociandi caussa deferunt, aut deferri faciunt, vel transmittũt, vectigalia, telonia, tributa gabellas, pedagia, vel guidagia, suo vel alieno nomine, excõmunicantur & anathematis mucrone feriuntur, donec illi sic exacta restituerint, & de transgressione huiusmodi competenter satisfecerint, Clementina, Præsenti, De censib. & exactionib. Antequam hanc materiam omnino absolueremus, quæstionẽ non solum vtilẽ, sed etiam pernecessariam (propter fraudum frequentiam) sciscitari, & pauculis admodum examinare placuit: nempe, an temerè † & in foro conscientiæ fraudare liceat, & non soluere Principibus vel institutorib. vectigalia, telonia, tributa, gabellas, pedagia, guidagia, passagia, datia, impositiones, assisias, caillotas, quocunque etiam nomine appellentur? Deinde quãdo licet huiusmodi vectigalia sine conscientiæ scrupulo non soluere? De hac quæst. libuit plurima disserere, sed quoniã apud authores abundè ista cõmentata sunt, breuitatis studio Lectorem ad ipsos fontes remittere libuit, & inter eos, vide D. Ioan. Bertachinũ in tract. suo singularis. gabellarum, tributorum atque vectigalium. Meam tamen interim hanc feram sententiam, Tributa prorsus esse soluenda. Primo quod † ipsa
11 sint signa & testimonia subiectionis. Et subditorũ est parere præpositis suis authoritate Petri Apostoli, primæ 2. & Pauli, ad Ephes. 6. Porro subiectionis signum probatur, c. Recepimus, de Priuileg. Glo. in c. Magnum 11. q. 1. Innoc. in c. Præterea, de transactionib. quem sequitur Bald. in Margarita, ver. Census, & in l. 3. & ibi Ange. C. de natur. liber. In l. data opera 16. colum C. Qui accusa. non poss. Notatur in Authen. Quib. modis natu. effic. sui, §. Si quis, in c. 2. vbi etiam Doct. & Abb. Sicul. de censibus, & Alex. de Imol. in consiliis, consilio 34. 4. parte. Et gloss. in c. Tributum 23. q. 8. Secundo tribu-
12 ta soluenda esse probatur lege diuina, & † exemplo Christi, qui præcipit soluenda esse Cæsari, quæ sunt Cæsaris. Quin & Christus ipse tributa soluit. & siquando pecunia defuerat, piscem capi & in ore ipsius staterem tributi recipi præcepit, ne cui maledicentiæ occasionem aut tumultus causam præberet. Quod si Christus filius Dei nobis exemplum præbens tributa soluere voluit,
13 qui tamen † nulli subiectus fuerat, secundum gloss. ibi in verb. Omnis: quis ille tantus, tamque cristatus qui negare audebit Principibus tributa (potissimũ debite, & ex caussa vrgente instituta) non esse soluenda? Porro si tributa siue telonia iuste sint exoluenda, iuste quoq; & cũ pietate Christiana
14 telonarium officium exerceri potest, & † telonarii minime sunt execrãdi, potissimum si telonii ac vectigalium iura debite exigãt, iuxta formam ipsis à Principe, aut à Principis officiariis traditam. Huiusmodi enim prouentibus ac similibus, Principis potestas & robur alitur & conseruatur, quo Rempub. suã prouide curet, prospiciat, regat, & in florenti tranquillitate gubernet. Ideoq;
15 † ipsi telonarii (licèt passim insipidis hominibus sint exosi, fortassis ob suam ipsorũ importunitatẽ, aut ob tectẽ cõiunctã rapacitatem, de cuius punitione supra meminimus,) à Principib. sunt defendẽdi, ac prote-

ctionibus præsentibus ilico iuuandi. Alioquin ipsa tributa, telonia, ac similia Principum vectigalia pauculis mensibus interire contingeret, mox Principum potestas, ac tandem totius Reip. status (qui Principum ope sustentatur) collabasceret, & fieret postremo misera rerum facies, & confusio, &
16 deploranda Anarchia. Quocirca† mihi audiendi non sunt isti Theologastri insipidi, & rerum mundanarum imperitissimi, qui ex Scoto, Aquinate, ex Postillis, ex Sũmulis, & id genus aliis obscuris libris sua axiomata stabiliunt, & asserunt, Telonia sine consciẽtiæ scrupulo nec exigi, nec solui posse, idque aliis atque aliis perperam suadentes, geminum scelus committunt, & quod seditioso consilio propriam animam lædũt & occidũt, deinde quod populum aduersus Principum (quibus Christus & Apostolus obediri præcepit, etiam dyscolis) leges instigant, ad seditiones commouent, & ad omnem rebellionem instruũt. Nec est quod huiusmodi Doctorculi suis libris duntaxat docti, mundi vera gubernaculis plusquam stupidi rem per se vulgo satis odibilem suis suasionibus vehementius exasperent. Satis sunt ipsi Telonarii omnibus exosi, satisque periculis variis expositi, etiam si isti frigidã non suffundant, neque malo malum accer-
17 sant. Referam † hîc ea de caussa luctuosum exemplum quod in Maio anni 1560. contigit Rupelmondæ, non ita procul ab Antuerpia: In ædes Telonarii sub vespertinum diei crepusculũ irruerunt vndecim viri laruati. Bini habitu nigrorum militũ, tres aut quatuor nautarum specie, reliqui vero alio atq; alio militari habitu. Hi omnes atriũ domus ingressi rogant vbinam sit Telonarius. Famulorum ille qui primo prodiit, dixit ipsum esse in cœnaculo cum vxore multum grauida, & liberis, aliisq; pauculis cum socru & socero, & iamiam omnes cœnaturos. His auditis cœnaculum imperterriti intrãt, telonarium & assidentes salutant. Venimus huc (inquiunt) telonium nostrum persoluturi, & vobiscũ cœnaturi, dabitur ne nobis cœnandi locus? Simulq; cum dicto quatuor aut quinq; scloperas manuarias eiaculantur in telonarii familiam præsentẽ, multosq; pilis transuerberantes, totum cœnaculum clamoribus, ac cædibus implent, ferietes gladiis, ac sclopetis, famulum autem illum primo omnium humi prosternunt, & mactant. Mox socerum ipsum virum canum, multisque verberibus & vulneribus affectum necant. Socrus autem multis verberibus ac vulneribus oppressa in angulo vspiam delituit. Telonarii vxor grauida post acceptum vnum aut alterum vulnus in capite, & in fronte miserandos clamores, & eiulatus sustulit, simulq; per fenestram vnã, cum tanto onere ventris exiliit, atque in editiorem cameram procurrens lecto se firmat, in quo sexto aut septimo die prolem edidit, maternorum vulnerum signatã stigmate, atque intra pauculos dies ipsa simul cũ prole è viuis excessit, literis vero & syngraphis, & libris Telonariis omnibus incensis & combustis, ipsum Telonarium cuius brachium sclopeto tansfixerant & mutilauerant, coaceruatim denuo corripiunt, verberib. multis afficiunt, caput sclopetorum ictibus ferociter feriunt, clamantes, Cædite, sternite, occidite nefarium Telonarium. Alii minus feroculi à verberibus abstinendum vlterioribus, clamant: Sat (inquiũt) habet. Redde nunc nobis omnes claues thesauri tui, & quicquid habes pecuniæ. Hæc omnia Telonarius cum iis per varia cubicula discurrsans, ostendere cogitur, omnes opes suis oculis diripi conspicit, & mutire non audet, quinimo misericordiam, & gratiam, & vitam implorans vix eãdem obtinuit. Hi autem scelerati raptores direpta hac præda, & vniuersa pecunia ad summam quinq; millium, & trecentorum ducatorum, combustisq; schædulis vniuersis repertis, incogniti, onustiq; domum exeunt, Telonario semiuiuo relicto, qui multos menses postea decubuit, pristinãq; valetudinem recepit.

rus nunquam. O segnes, & ignauos Principum officiarios, qui ad huiusmodi publicā vim tam supini stertitis, neq; diligentiori † studio tales latrones, ac publicarum viarum grassatores, nō passim proscribitis, perquiritis, æreq; certo imposito & inuentoribus promisso non comprehendendos satagitis, vt tam noxiis membris Reipublicæ passim liberentur, iuxta l. Congruit ff. de offic. presid. l. 2. C. Quando lic. vnicui. in iudic. se vindi. argu l. 1 C. de his qui latro. occulta. Quæ lex vtinam omnium Iudicum, & Officiariorum mentib. altius infigeretur, synceriús, & quietius Respublicæ regerentur. Nulla autem pecunia Deo gratior, & Reipublicæ salubrior impendi potest, quā quæ huiusmodi latronibus comprehendendis promittitur, & persoluitur. Restat nunc examinare, Quot † requirantur ac necessaria sint ad validitatem venditionis rei, pro tertractiones, pensitationes, Telonia, aut tributa atq; similia non soluta? Huic interrogationi satisfacit gloss. in verbo, vili precio ad l. 1. C. de præscript. 30. vel 40 annorum, scilicet, quod debitum sit & cessatum, quodque bona synceraq; fide res vendatur: ac iusto precio. Item, quod res subhastetur; quodq; præsidis autoritas interueniat, l. 2 & 3. Cod. Si propter publi. pensita. vendit. fuerit celebrat. vbi textus habent: Venditio ob tributa nō soluta, solēniter facta, non retractatur, secus si solenniter non fuerit facta; quia quatenus de facto processit, reuocatur, citato tamen possessore. Cōuento debitore ac cōuicto ob publicas pensitationes non solutas, debet solennis celebrari venditio, & si minor sit debitor, debet citari legitime, nempe quod compareat cū tutore aut curatore, teste D. Baldo præcellentissimo legis perito locis præallegatis, vel hoc modo: Si debitor fisci conuentus & conuictus, cessauerit in solutione publicarum functionum, solennis venditio debet fieri eius bonorum: &, si debitor sit minor, debet citari, vt compareat cum defensione, qui etiam venditioni debet adesse. D. Salic. teste in prædictis duabus legibus precitatis. Videte D. Bart. in d. l. 1. C. de præ-
20 script. 30. vel 40. annorum. Item: Fisco † vendente rem alienam an statim sit emptor securus? Respondendum breuiter negatiue, per d. l. 1. & ibi gloss. in verbo sequetur, cum seq. gloss. C. de præscript. 30. vel 40. annorum, vt videre tempore oportuno le-
21 ctor poterit. Item: Gabellā † illicitam fraudans, non tenetur Deo, nec mundo, Barto. veritatis & æquitatis amator, in l. Vectiga-
22 lia, ff de public. Et non dicitur † fraudem facere, qui fraudem excludit, l. Cum pater, §. Titio. ff. de legat. 2. gloss. est notabilis & expressa, in c. Cupientes, ad exordium, in verbo, malignantium, de elect. in 6. & ibi notatur. Dicunt Philippus Francus, Hostiens. & Ioan. Andreas, quod hoc procedit etiam in foro cōscientiæ, & ad hoc facit dictum Innoc. in c. Cum olim, ext. de restit. spoliat. vbi dicit, quod si tu habes rē meam, quam recuperare non possum, vel propter potentiam tuam, vel fraudem, vel quia mihi deficiunt probationes, vel aliter, tunc licèt in foro conscientiæ eam furari, vel alio quocunq; & secreto modo recuperare. Vide hæc & plura alia per D. Ioan. le Cirier in suo singulari tractatu de iure primogenituræ vel maioricatus, q. 8. lib. 3. fol. 102 verso 1. column. Bald in l. 2. C. de iure aureorum
23 anulorum. Conscientia † nō ligat, quos natura non obligat, per gloss. in c. Fraternitatis, 12. q. 2.

CAPVT CII.

De Vi priuata.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 102.

priuata quid sit.

Vis priuata committitur, quando
- *Creditor debitorem ad solutionem compellit.*
- *Quis naufragantium bona eiecta eripit.*
- *Quis in incendio quid spoliat.*
- *Quis copiis aliquem è possessione pellit.*
- *Quis pupilli sui bona vi occupat.*
- *Quis alterius sponsam vel filiam detinet.*

4
5
6
7

8 *Vis priuata punitur, &*
- *Tertia parte bonorum.*
- *Infamia.*
- *Inhabilitate ad quauis officia pub.*

9 *Iudex ad priuatam vim dissimulans, redditur*
- *Infamis.*
- *Indignus omni officio.*
- *Obnoxius pœna arbitraria, in praxi.*

10 *Vis priuata ex Iure Canonico punitur tertia parte bonorum.*

IN tribus proximè præcedentibus capitibus vtcunque peregimus de vi publica. Restat pauca etiam de vi priuata comme-
1 moremus. Est autem vis priuata, † quando aliquis alicui vim infert absque armis, §. Item lex Iulia de vi public. seu priuata, Institut. de public. iudic. Qualiter autem hoc crimen committatur, clare aperiunt leges, ff. ad l. Iuliam, de vi priuata, veluti
2 quum creditor † ex propria authoritate debitorem: ita enim priuatæ vis crimen admittit l. fin, ff. ad l. Iuliam de vi priuata. Si-
3 militer † priuata vi sese alligant, qui vim inferunt nautis in naufragiis, ipsorumque eiecta bona furtim auferunt, l. prima, ff. eo-
4 dem titulo. Item qui ad incendium † simul cum aliis concurrunt, non quidem vt huic malo sua opera suppetias afferant, sed vti in tali hominum strepitu, & animorum perplexitate incautius è domo incensa quid eripiant: illud enim si faciant, vim priuatam committunt. Similiter priuatam vim
5 † committunt, quicunq; congregata multorum virorum multitudine, & coactis copiis siue armis, aliquem pellunt sua domo, fundo, vel possessione quapiam, & seipsos in possessionem eandem vi inferunt, & collocant, l. Si quis, ff. eodem titulo. Præterea
6 priuatam vim † cõmittit tutor quiuis, qui sui pupilli bona vi occupat, fac. l. Tutoris,
7 C. eodem titulo. Similiter † quicunque alterius filiam aut sponsam vi conclusam detinet, aut includi iussit, aut arcte cõstrin-
8 git, aut occultat. Pœna autem † istorum criminum secundum iura, est confiscatio tertiæ partis bonorum suorum: supra quam declaratur infamis: & hinc omni officio & dignitate priuatur, & præterea habetur inhabilis cuique administrando officio, d.l.r.
9 eod. titu. l. Hoc iure, ff. de regul. Iuris, per Iura ibidem allegata. Quin & ipse Iudex † in hoc crimine priuatæ violentiæ negligenter dissimulans, & æquam de eo punitionem non sumens, fit infamis, & omni munere publico indignus. Verum si hic punitionem cõsuetudinariam spectare velis, scito hoc crimen ex vsu & in praxi fere puniri punitione Iudicis arbitraria, iuxta circumstantias rerum, & qualitates personarum.
10 Et hæc est pœna ciuilis. Pœna † autem canonica, est mulctatio tertiæ partis bonorum (vti supra capite de vi publica meminimus) huic seruit caput secundum de ordinat. cognit.

CAPVT CIII.

De Rapina.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 103.

1 *Rapina quid sit.*

2 *Rapina fit*
- *Vi, &*
  - *Cum armis,*
  - *Sine armis,*
- *Sine vi, sic furtum*

— *De bonis*
- *Magnis.*
- *Paruis.*

3 *Rapina leuiorum bonorum*
- *Sine vi, punitur*
  - *Intra annum quadruplo.*
  - *Post annum simplo.*
- *Vi*
  - *Sine armis,*
  - *Cum armis*
  - *punitur*
    - *Hac confiscatione.*
    - *Exilio perpetuo.*

4

5 *Raptorum fautores, raptorum pœnas degustent oportet.*

6 *Rapiens rem propriam, repetitor est, non raptor.*

7 *Rapina rerum magnarum punitur suspendio.*

8 *Rapina continet in se, aut*
- *vim, aut*
  - *Publicam.*
  - *Priuatam.*
- *non vim, sic furtum est.*

ACcedit superioribus alia quædam vis, aliàs publica, aliàs priuata, quam rapi-
1 nam vocamus. Est † enim Rapina, quando quis alterius mobilia vel se mouentia bona,
2 publicè rapit, quod fieri conspicimus † duobus modis, nempe vi, & sine vi, siue sine violentiæ illatione. Vis quoq; fit bifariam: cum armis, & sine armis. Postremo ipsa bona erepta duplicia sunt, quando & in paruis, & in magni precii bonis rapina contin-
3 git. Quisquis † igitur alteri pileum, tunicam, togam, pallium, gladium thoracem, indusium lineum, peram, marsupium, annulum, & similia leuiora bona publicè & citra vim eripit, is rapinam committit, & puniendus est quadruplo intra annũ, cui quadruplo inest simplum: Post annum vero damnandus est principalis rei ablatæ restitutione, hoc est, in simplum, l. 2. & 4. ff vi bo. rapto. l. Res, C. eodem, & §. 1. Institut. eo-
4 dem tit. † Qui vero superiora enarrata vi & publicè eripit, sine armorum tamen præsidio, is damnatur confiscatione partis bonorum suorũ: Si cum vi quoque arma coniunxerit, tum perpetuo exilio damnabitur, aut alia simili pœna criminaliter, sicut & supra de vi public. meminimus. Similes
5 pœnas † oportet subeant omnes raptores cooperarii, qui re, ope, opera, & auxilio ad rapinam coadiuuerunt, l. Si pignore, § Cũ furti, versic. Qui ferramenta. ff de furt. fa. l. Qui domum ff. ad l. Iul. de adult. Quisquis porro sibiipsi Iudex est, & propriæ rei
6 executor, & raptor, vt rem suam † ablatam propria authoritate raptori denuo eripiat: is certe nullam rapinam committit, vt eius gratia puniendus esset tanquam raptor, propriç enim rei potius repetitor est, quam raptor. Ius tamen suum perdit, quo licuisset raptorem suum coram Iudice peragere.

l. 2. §. Hæc actio, ff. vi bon. rapto. & §. Quia
tamen, Instit. eod. tit. Hactenus de leuiori-
7 bus bonis singula intellige. Qui verò res †
precio maiores alteri vi eripit, & publice ad
hoc adhibitis armis: is certe suspendio da-
mnandus est, quia ipsius crimen non mul-
tum ab ipso latrocinio abest. Quin & leuio-
rum quoq; bonorum raptores subinde su-
spendio damnantur, iuxta qualitatem per-
sonæ, & facti circunstantias & enormitates,
non secus quam clancularii fures. Plura de
præsenti materia, quatenus crimen in se
continet, explicare libuit: sed quia de ea in
superioribus capitib. ampliora peregimus,
& infra quoq; in sequentibus capitib. plu-
ra explicare certum est, nempe in capite de
furto, & alibi: ideo his paucis ab hac mate-
ria hoc loco supersedēdum putaui, fit enim
8 † rapina aut vi, aut sine vi. Vis autem, aut
est publica, aut priuata: de quibus abunde
supra. Si vero sine vi committatur, furtum
censebitur, de quo infra suo loco.

CAPVT CIV.

De Latrocinio simplici.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 104.

1 *Latrocinium simplex quid sit?*
Latrocinii simplicis punitio
2 *In inferiori Germania.*
9 *In Francia.*
10 *In Alemania.*
11 *Ex olim priuilegio Gandensium.*
3 *Latrocinio non patrocinantur loca sacra.*
4 *Latrones comprehendendi, cuiuis est vbique concessa potestas.*
5 *Latro loco capturæ plectendus.*
6 *Latronibus, nulla concessa est expurgatio.*
7 *Latronibus fauore & ope succurrens, punitur vt principalis.*
8 *Iudex in latrocinio dissimulans, quomodo puniendus?*
12 *Latrocinium est casus fortuitus.*

RApinæ quoq; species est illud pernicio-
sum prædandi genus quod latrociniū
vocant: non quidem illud latrociniū quod
cum homicidio coniūgitur, & de quo mul-
ta superius meminimus, sed quod nudam
spoliandi vim continet, quod apud Barth.
Cepollam dicitur latrocinium simplex, in
1 Authent. Sed nouo iure, C. de ser. fugit. †
Est enim latrocinium simplex, de quo hîca-
cturi sumus, aliquem furtim & vi suis citra
mortem spoliare bonis: quod plerunque
fit in viis occultis, in locis desertis & à testi-
monio hominum semotis, in syluis, in sal-
tibus, aut in aliis suspectis locis, & etiam
2 temporibus illicitis. Hoc † latrocinium pu-
niendum est vltore gladio, nec nō confisca-
tione bonorum, vt corpus decollatum im-
ponatur rotę, cui ex more adpēdunt ramu-
3 los, latrocinii commissi testes: Hoc † crimē
tam est detestabile & exosum omnibus, vt
ne Iudices quidem Ecclesiastici huic patro-
cinari velint, nec loca sacra his latronibus
4 præsidio esse sinant. Eoque omnia † iura
omnibus & singulis istos latrones quouis
loco comprehendendi & accusandi pote-
statem faciunt, c. Inter alia, extr. de immu.
5 Ecclesia. Deinde volunt, vt is latro † captus
morti adiudicetur & exequatur eodem lo-
co, vbi captus fuit, absque vlla declinatio-
6 ne. Præterea † nullis latronib. iure permit-
titur

titur, vt in hoc crimine sese ad expurgationem tradere possint: Verum hoc duntaxat permittitur, vt in omnibus informationib. habitis, & habendis sese committere liceat.

7 † Quisquis præterea sciens volensq;, dictos latrunculos hospitio excipit, aut ope, vel fauore vllo succurrit: is certè non minus puniendus est capitaliter quàm principalis factor, l. I. ff. de receptato. & l. I. Cod. de his qui latro. occult. Nisi enim in huiusmodi latrones sæuiùs & acriùs aliquantò animaduerterent leges, publicæ viæ passim obsiderentur latronibus, & spoliatoribus, nec cuiquã liberũ esset & tutum quoquã se recipere. Ideoq; vt vel huic malo tẽpori occurreretur, per diuersos Principes, atq; etiam per Principẽ nostrum, & per suos maiores variæ cõstitutæ & promulgatæ sunt ordinationes,

8 de puniendis lattronibus. Et † si in eorum punitione repertus esset Iudex plus æquò negligens, & ad iustitiam & punitionẽ facendã dissimulans: is certè damnandus esset mulctã C. lib. auri. & exinde habẽdus infamis, omniq; dignitate publica indignus: imò aliquãdo vel ipse capitaliter dãnatur, iuxta dissimulationis magnitudinẽ. In Frãcia

9 † verò, huiusmodi latrones vel spoliatores publici, primò puniuntur rapti ad calces equorũ, deinde suffigũtur in malã crucem.

10 In † Alemania verò tales latrones, grassatores, & spoliatores publicè puniũtur confractione membrorũ, hoc est, in rotã subiguntur, vbi singula ipsorũ membra magno cũ cruciatu cõfringuntur: & ita viui in rota relinquuntur, sua sponte animã expiraturi in

11 magna pœna & calamitate. Priuilegia † Gandensiũ à comite Guidone cõcessa olim hoc crimẽ puniebant ciuiliter: nempe, mulcta 60. lib & restitutione rerum ablatarum

12 intra tertiũ diem. Lubet hîc vnam † quæstionẽ in medium adferre: Latrocinium an sit casus fortuitus? Gloss in verb Etiã si sine culpa, in l. Et ita, §. At hoc edict. ff nau. caupo. stabula. l. Cum duobus, § Damna, ff. pro socio. Glos. in verb. vel alio fortuito, in l. I. C depositi, sustinet latrocinium esse casum fortuitum, vti per ocium, & occasione emergente, videre poteritis.

CAPVT CV.

De Incendiariis.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis Cap. 105.

Vehemens in Incendiarios inuectio.
Incendiariorum punitio varia.
Incendendi voluntas punitur pro effectu.
Ad incendium præparationes struens, punitur vt factor.
Post bella confecta, succrescunt incendiarii.

Incendiarii puniuntur
- *Ex iure ciuili*
  - *Capite.*
  - *Igne, variè.*
  - *Dilaceratione bestiarum, vel capite.*
- *Secundum Doctores, variè.*
- *Secundum consuetudinem*
  - *Flandria, igne, sed priùs enecti.*
  - *Brabantia, igne viui.*
- *Ex iure canonico*
  - *Restitutione damnorum, & pœnitentia 3. annorum.*
  - *Excõmunicatione & perpetuo carcere.*
  - *Peregrinatione longissima.*
  - *Pro qualitate facti & persona.*

1 GRaue crimen est, igne † aliorum tollere bona, & ad coniunctionem humanę societatis tuendam (quod iustitiæ pars est non infima) perniciosissimum, imò ad eam prorsus tollendam, & subuertendam, scelus cum primis accommodum: quis enim eos benignis intueretur oculis, imò quis æquo animo ferret nequissimos illos incendiarios, qui studio, dataq; opera, & captata deliberandi occasione, aliorum igne accendunt domos? aut alia bona? vnde tam graue exoritur incendia passorum dispendium, & nulli, vel tantillum compendium, ne ipsis quidem incendiariis, potissimùm quum omnia citra vllius commodum per ignem redacta sunt in cinerem. Et mihi certè (vt ingenuè meam sententiam proferam) videtur hi ciues in repub. esse perniciosissimi, imò pestes planè lethales potius, qui in repub. nihil aliud agunt, quā vt noceant multis, prosint nemini. Fures, spoliatores, latrones, raptores, prædones, ex scelere aliquid cōmodi aut consequuntur, aut saltem venantur: incendiariis ex facinore nihil accrescit. In aliis multis sceleríb. expletur vtcunq; sceleratorū voluptas, sed in incendio, incendiarius nihil vtilitatis, nil voluptatis consequitur. Ah quantula quæso est voluptas aliorū incendere domos? quas natura sagaciter excogitauit ad tutandos homines ab imbribus, à ventis, tempestatibus, & reliquis cæli iniuriis, à feris, à lupis, idq; genus, hominū hostib. Quocirca cùm incendiarii hoc bonum & cōmodū confratrib. in Christo nequissimè eripiant, nullis voluptatis stimulis excitati, nulla vtilitatis ratione pellecti, sed solo odio, inuidia, & nocendi libidine agitati videntur mihi (vt denuo repetam) in repub. perniciosissimi, detestabiles, & nullo modo ferendi diutius, imò tanquā inimici naturæ tollendi sunt è medio, & ex omni societate humana (cuius hostes se esse student) eripiendi sunt. Quod etiam
2 considerantes † ipsæ leges, grauissimas variasq; incendiariis istis pœnas indixerunt. Nam quisquis alterius casam, villam, ędē, domum, aream, stabulum, horreū, nauim, similiaq; ædificia, aut etiam aceruū frumēti iuxta domum positum cōbusserit, igneq; incenderit, aut ignem sciens volensque immiserit tam in ciuitate, quam ruri: is incen-
3 diarius de iure variè punitur. Primò † punitur capit. vt dicit gloss. in verb. Potestis, in l. Data opera, C. Qui accus. nō possunt, de quo ibi latè per Bald. & Salic. post Cynum, & per Barto in l. 3. cum aliis, per Alex. ibi allega-
4 tis, ff. de offic. præfect. vigil. † In aliis verò textibus puniendus est igne, vt in l. Qui ædes, cum legibus seq. ff. de incend. rui. nau-
5 frag. Est item † alius textus, qui incendiarios puniri velit dilaceratione bestiarū, aut capite, sed aliquanto distinctiùs, vti habetur in l. fin. ff. eodem titulo, de incend. rui. naufra. Quin & alibi textus asseruit, huiusmodi cōburendos esse viuos, si incendium factum sit ob inimicitias, vel prædæ caussa in oppidis. Ratio est, quod is incendiarius, qui in ciuitatibus domū vllam incendit, quam plurimos periculo exponit, vt incauti viuique in suis, aut in aliorū domibus cōburantur: & certè talem viuorum cōbustionem, quantum in ipso est, ex sua malitia multis præparat: ideoq; æquū est, vt hic maleficus eadem absumatur pœna, quam aliis nequiter præparauit, argu. l. Saecularii, in ratione sui, ff. de extraord. criminib. Si verò in casa & villa cōmittatur incendium, puniuntur capite, vt in l. Capitalium, §. Incendiarii, ff.
6 de pœnis De incendiariis † quoq; istis violentis abūdè meminit Angel. Aret. in tract. malefici in verb. Incendiario. & Anto. Abb. Sicul & Fel in c. Tua nos, de senten. excommuni. bona gloss in c. Cum deuotissimam, 12. q. 2. in verb. Si verò incendiū. Item Doct. in l. Vendita insula, ff. de peri. & commodo
7 rei vēdit. Ex † his nūc suprà allegatis textib. & excitatis Doctoribus cernis clarissimè pie Lector, incendiarios (vt antè memini) variè puniri. Quia repetam denuo articulatiùs) puniūtur aliâs capite, aliâs furca, aliâs incen-

incendio, sed diuersimodè, aliàs bestiarum
dilaceratione: quandoq; decollatione: in-
terdum condemnatione in metallum, no-
uissimè deportatione: sed hæc vltima pœna
ex misericordia potius infligitur quàm ex
rigore iustitiæ. Hactenus de pœnis incen-
diariorum ex iure. Restat vt cõsuetudinem
8 † paucis attẽdas: qua scelerati, cõuictiq; in-
cendiarii plectuntur apud quosdam gladio,
apud alios verò igne absumuntur. Nam in
Flandria moris ex inolita consuetudine ta-
les perdere incendio ignis, deinde corpus
infigere rotæ, cui appenditur olla testis pu-
9 niti incendiarii. In Brabantia † hos incen-
diarios plectunt multò acerbiùs. Nam eos
viuos ad maiorem aliorum terrorem com-
burunt, vt horum exemplo minuatur in-
cendiariorum frequentia, & extinguatur
extimulans illicitaq; peccandi libido. Atq;
isthæc habes candide Lector, quæ de incen-
diariis post opus, & post incẽdiũ patratum,
10 statuuntur. Sunt † tamen etiam incendia-
rii appellandi, qui voluntate, affectu & mi-
nis aliorum domibus incendiũ minantur
immittere. Ideoq; hanc incendendi prom-
ptam, & paratã voluntatem & minas, non
minus leges puniunt quàm factũ: Adeò vt
si quis miniretur alterius incendere domũ,
dicendo (vt est in prouerbio) Rubrum gal-
lum tuas transmittam ad ædes, aut simile
tritũ dictum: is puniendus sit nõ secùs, quã
11 si minas opere cõplesset. Sicut item is † qui
ad actum, id est incendium futurum quic-
quam apparauerit, aut actos præparatorios
ad hoc præmiserit: veluti ignẽ immittẽdo,
flando, pupas, aut lineas stuppas cũ igne, pi-
ce, sulphure, aut puluere bõbardico vspiam
secretè collocando: aut carbones, aut titio-
nes secreto in loco suppeditando, aut aliis
infinitis modis animi promtitudinẽ osten-
dendo: etiamsi actu & opere non cõpleuis-
set, iuxta illud generale axioma iuridicum:
Quod in atrocissimis delictis (quale est
hoc studiosum incendiũ) punitur affectus,
licèt nõ sequatur effectus, l. Si quis non di-
cam rapere, C. de episco. & cleri. cum simili-
12 bus, & ibi scribẽ. Hos † autẽ modos omnes,
& alios (quod dolendũ est) quàm plurimos
excogitant scelerati milites, qui post bello-
rum tragœdiã exauthorati passim per agros
ociosi vagãtur, pertæsi relicti opificii, & do-
mum ad relictas vxores & liberos redire ne-
scii, nobiles bonosq; agricolas opprimunt,
non cõtenti aliquãdo rusticorum gratuita
munificentia, qua ipsis conferunt quicquid
possunt, nisi eos insuper ad maiora nume-
randa cogerent. & plura pro suo arbitrio ab
ipsis vi & minis (quibus domos incensuros
se minãtur, nisi tantũ numerẽt) extorque-
rent. Atque huiusmodi impunita libidine
sic per aliquot annos grassantes, fiunt tan-
dem ex militib. latrones, fiunt sicarii, fiunt
spoliatores, fiunt incẽdiarii, & omissis spre-
tisq; omnib. bonis moribus pessimis se co-
inquinant scelerib. excogitantes artes mil-
le, milleq; modos quibus per fas & nefas si-
bi pecuniã conflent, & tanquã exleges & ra-
tione cassi ex solis viuant affectibus: hęc au-
tem de iure ciuili atque consuetudine. Sed
13 quæ pœna imponatur † talibus incendia-
riis voluntariis, ac dolosis, & domos com-
burentibus, tam in ciuitate quam ruri, de
iure canonico, paucula quęso obserua. Nam
ex iure canonico, incendiarii voluntarii, ac
dolosi primò damnantur restitutione o-
mnium damnorum: deinde per tres annos
pœnitentiam agere iubentur, vt in expres-
so capite, Si quis domum, extr. de iniu. &
damno dato. quæ quidem pœna procedit
in occulto incendiario: quia si esset manife-
stus ac infamia notatus, tunc si incenderet
Ecclesias, tanquam sacrilegus Romano
Pontifici esset pro absolutione obtinenda,
remittendus, c. Tua nos, extr. de senten.
excõmu. & tales ipso facto sententiam ex-
cõmunicationis incurrũt. Incendiarii verò
14 aliorũ locorum † non sacrorũ, non sunt i-
pso facto excõmunicati, sed sunt excõmu-
nicãdi, deinde perpetuo carceri mãcipandi,
c. Pessimam, 33. quæst. 8. de quo in c. Cũ de-

15 uotissimam per gloss. 12. q. 2. Iniungitur † etiam eis aliquando peregrinatio Hierosolymitana, vel ad sanctum Iacobum in Galissia, c. Si quis membrorum, 23. quæst. vlt. de quo habetur in c. Si quis, ext. de iniur. & dam. dato: quæ quidem pœnæ sunt magis conscientiosi, quam contentiosi iudicii. Nã
16 si coram † officialibus episcoporum vel archiepiscoporum aliorumve prelatorũ, fiscali procuratore intercedente, in iudicio agetur: tũc pro qualitate commissi puniren-tur, ita vt si ingens sit & excessus in incendio magnus, tum propter ingens scelus, & damnum tam graue poterunt degradari; vel saltem si exiguus & modicus esset excessus, & incendium non vsq; adeo magnum, tum deponi à beneficio poterunt, aut certè à diuinis suspendi: & deinde pro qualitate criminis & personæ diuersimode puniri, per ea quæ traduntur in allegatis c. Pessimam, & c. Si quis, & in c. Cum non ab homine, extra. de iud. & in c. Tuæ, extra. de pœnis.

CAPVT CVI.

De spontaneo siue interno incendio.

Summæ rerum tractatarum in Comment. CAP. 106.

1 *Incendium* { *Spontaneum,* / *Immissum.* } *Patremfamilias* { *Grauat crimine.* / *Nullo crimine grauat.* }

2 *Incuria, per quam incendium oritur, varie punienda.*

3–6 *Incuria incendii punitur* { *Eodem incendio.* / *Perpetuo exilio.* / *Fustigatione.* / *Pœna Iudicis arbitraria.* }

7 *Incuria patrisfamilias nihil præstruitur: Nec* { *Ebrietas.* / *Famulorum* { *Insipientia.* / *Negligentia.* / *Malitia.* } }

8 *Incendium* { *Casu fortuito natum* / *Ex malitia immissum.* } *Patremfamilias ab omni crimine purgat.*

9 *Quando incendium censetur immissum.*

10 *Occasionem incendii præbens, non vacat crimine.*

11 *Incendium committitur* { *Dolo malo.* / *Lata* / *Leui* / *Leuissima* } *culpa.* / *In ciuitatibus* / *In pagis.* }

Diximus superiori capite de incendio ab aliis immisso, & incẽdiariorum puni-
1 tione. Hic de † incendio interno, & sponte per incuriam, impetitiam seu negligentiam aut casum fortuitum proueniente tractadum: quod à superiori in hoc differt, quod illud violentũ sit, & immissum: hoc spontaneum & vltro per infortunium exoriens

Dei

Deinde illud prius, nemperatione patrisfamilias, crimine vacat: hoc vero, quia ex alicuius incuria, imperitia & negligentia cum alterius etiam detrimento nascitur, criminibus est adiungendum, non quidem directè quod quisquam malum illud, & crimen intenderit aut in votis habuerit: quia cum omnium ignorantia contigit: sed propter incuriam, imperitiam, & negligẽtiam & imprudentiam commissam: vnde tot emersere mala, quorum omnium paterfamilias, aut sui domestici indiligenti cura caussa fuerunt. Ideoque ipsorum † imprudentia, incuria, imperitia seu negligentia (quum sit in crimine) non est impunita relinquenda, l. Si seruus seruum, § Si fornicarius, ff. ad l. Aquil. & l. Videamus, in princ. ff. locati, & §. penult. Instit de obliga. quę ex quasi delict. nascuntur. Quoties igitur vllum contingit incendium vltroneũ oriri, cum graui vicinorum detrimento: ille per cuius incuriam ortum est, varie puniri potest. Primo enim † dissimulant Iudices, & conniuent, vt is vicinus qui ex vicini incendio passus sit grauem rerum suarum iacturam, ob iustum dolorem, in ipsa animi commotione posset alterum vicinũ suum, vnde ortum est incendium, impune in ignem coniicere: si quidem in eo ipso animi commoto furore comprehendi poterit. Sin post illatum † sua culpa alteri incendium, comprehẽdi nequiuerit, sed callide elapsus aliquô aufugerit, aut delitescat: tum dãnatur ob sua incuria illatum dispendium perpetuo exilio. Verum si damnum † incendii exiguum & leue fuerit, tum is, cuius incuria exortum est incendium, damnandus est, aut † fustigatione aut pœna metalli, l. Capitalium, §. Incendiarii, ff de pœnis: cuius loco in his partibus successit exilium perpetuum, aut alia pœna Iudicis arbitraria Neque ab his pœnis † incuriam, imperitiam, & socordem negligentiã excusare vllo modo potest, aut ebrietas, aut famulorum negligentia. Nam in incẽdiorum casu, omniũ incuria, imperitia, seu negligentia in suum recidit caput, atque adeo in suam negligentiam, quæ aliorum omnium incurias, & morum vitia in se recipit, vt pro omnibus in ea re respondere debeat, & per suum incendium omnibus damnum passis, eiusdem damni restitutione teneatur, d. l. Capitalium, §. Incendiarii, versic. Nam fortuita incendia, d. l. Si seruus seruum, § Fornicarius, & d. l. Videamus, in exordio, & d.

8 §. pen. Si vero tale † incendium primum ortum esset ex casu naturali, ex fulgure, vel aliis impressionibus ignitis, aut casu fortuito, aut per alicuius immissionẽ & operam: tunc nullo modo is, è cuius domo primum manasset incendium, obligatus esset ad dictas pœnas, l. Si fortuito, ff. de incendio, ruina, naufragio, neque tenebitur resarcire damnum, cum nulla fuerit negligentia quę tamen requiritur ad hoc, vt resarcire teneatur, l. Qui ædes versic. Si verò, ff. de incend. rui. naufra. & ita intelligit gloss. in d. l. Si fortuito: Nam rem quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit, c. Cognoscentes, in princ. extra. de constitutionib. pœna enim noxiam præsupponit, l. Sancimus, in exordio, C. de pœnis: argumentum optimum in c. fin. de iniur. & dam. dato. In summa, de incendiis vel casu, vel per negligentiam factis, videte l. 1. 2. 3. & 4. ff. de

9 offic. præfe. vigil. Et tum † præsumitur incendium immissum, quando ipsum primũ oritur ex horreo, aut ex stabulo aliquo, vel simili loco, vbi non est cõsuetus construi & excitari ignis aut deferri lumen: vel quando ipsi hospiti, vel patrifamilias prius interminatum fuerat ab alio, quod is in domum suam ignem immitteret, idque fide dignis constiterit testibus. Item simili ratione, si nefarius quispiam in alicuius horreum, vel domum immitteret ignem, ex quo nasceretur eiusdem domus incendium: & ex hoc incendio deinceps alterius vicini incendiũ, tum prior violetum incendium passus, non tenebitur damnum restituere alteri vicino,

secundum incendium passo. d. l. Si fortui-
10 to: nisi certo † constaret illum priorem de-
disse occasionem & caussam vel inimicitiæ,
vel ob quam alius ipsius domum incendis-
set: tum enim omni iure teneretur ad resti-
tutionē damni alterius. Ex hoc atq; ex præ-
11 cedenti † Capite summatim colligendū est,
incendium quandoq; committi dolo malo,
nonnunquam lata culpa, quandoq; leui,
quandoq; etiam (secundum aliquos leuis-
sima. Item quandoq; committi in ciuitate
vel oppido, quandoq; in casa & villa, quan-
doq; casu fortuito, vti copiose deducunt & declarant acutissime ac distinctissime Ang. Aret. in suo singularissimo tract. maleficiorum, in gl. in verb. Incēdiario. Iacob. de Bellou. in sua pract. iudiciaria, sub Rubrica de Pœna ignis & concremationis. Io. Berbe. in suo Iuris viatorio, in Rub. de Incendiariis, Bald. & Salic. post Cyn. in l. Data opera, C. Qui accusare non possunt. Bart. in l. 3. cum aliis per Alex. ibi allegatis, ff. de offic. praefect. vigil.

CAPVT CVII.

De aggerum ruptoribus.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 107.

1 *Aggerum infractio malitiosa.*
2 *Aggerum infractores multis nocent.*
3 *Infractores*
- *&* *Littorum & Riparum* *puniuntur igne.*
- *Aggerum, pratorum, puniuntur, vel*
  - *In metallum.*
  - *Restitutione.*
  - *Morte.*
  - *Aliter.*

4 *Cooperarii ad infractiones plectuntur pœna factorum.*
5 *Arbitrium Iudicis in maleficiis etiam ad mortem se extendit.*

HVmana malitia aliud à superiorib ex-
cogitauit, & malum haud dubie non
leuissimum, quo sola inuidia homines per-
citi, & vindicandi libidine, aut alterum læ-
1 dendi † furore inuidioso exagitati, omnem
occasionem quamlibet pernitiosam captāt,
qua aliis detrimentum quocunque modo
inferant: potissimum autem & pernitio-
sum hoc malum, & de quo hic sumus actu-
ri, est alicuius aggerum irruptio, & confra-
ctio, hoc est: Quum aliquis ita lædendi ra-
bie corripitur, vt nullam non sui hostis (aut
cui ex inuidia male cupit) aut lædendi aut
extinguendi occasionem excogitet, adeo vt
si cōmodior nō detur occasio, præsumat al-
terius male sanus effringere aggeres, vt iis
effractis, coniunctos agros, & campos, dilu-
uio & inundatione corrumpat. Hoc malū
quam sit perniciosum, nemo non vel cæcu-
2 tiens facile perspicit quum † tali irruptio-
ne non solum lædat suum aduersarium, &
cui parum fauet, sed etiā vicinos omnes a-
gros vitiet, & ita sibi ignotissimis subinde,
& etiam de ipso aliquando bene meritis, ob
odium alterius, graue dispendium inferat:
quocirca hoc crimen leges nō leuiter etiam
3 puniri volunt. Nam huiusmodi omnes †
infractores aut littorum maris, aut aggeri,
aut riparum, aut fluminum, puniri iubent
igne eodem loco, vbi huiusmodi effractio
facta est, l. vnica, C. de Nili aggerib. nō rum-
4 pend. & ibi Cyn. & Bald. Atq; ob † eiusdem
crimi-

criminis indignitatem & perniciosam malitiam, volunt eandem quoq; pœnã subire omnes istius criminis cooperatores, cõsultores, & eos deniq;, qui omnes ad hoc factũ, vllum adiutamentum, opem, aut fauorem subsidiarium contulerunt, Cyn. & Bald. in d. l. vnica: certe propterea, quod ex dicta irruptione, tot tantaq; consequantur mala, damna, & incommoda. Si enim leue inde enasceretur dispendium, leuius quoque crimen esset puniendum: veluti si quispiã infringeret aggeres pratorum, ita vt ob talem infractionem prata inundatione obducerẽtur aquarum, & ita corrumperentur: is infractor non esset ob particulare malum damnandus igne, sed tantum secundum iura in metallum cuius loco in his regionibus successit exilium perpetuum. Secundũ consuetudinem vero damnãtur primo ad restitutionem damni, deinde alia quauis pœna Iudicis arbitraria, pro qualitate personæ facti, & dispendii, hoc est, aliquando capitaliter, vt not. singulariter Mat. Mathe. suis in singularibus, singulari 102. incip. Nota † vnum quod solent vulgares dicere, &c. arbitrium enim Iudicis à lege datum in maleficiis, etiam ad mortem se extendit, si sit factũ nimis graue, per Bart. in l. si ff de rerum diuis. Nam si furunculos Iudices ob leuia aliquando furta subripiant in crucem, certe non videntur à cruce excusandi, qui tam enorme crimen, & furtum damnosum committunt. Porro (vti ex quorundam relatu didici) in quibusdam locis maritimis, hi vltimi infractores pugni abscissione plectũtur. In hoc crimine puniendo oculatissimi, & seuerissimi sint Iudices, qui maritima loca inhabitant, & tales criminosos ad omniũ terrorem acerrime puniant, ex quo crimine tot, tantaq; deploranda mala proueniunt, non in vnum, aut alterum solum, sed in vniuersam plerunq; regionem. Sunt in multis locis (fateor) à Principe constituti Diicgrauii, aut Scabini, aut similes Officiarii, quibus hæc vna cura incumbit, vt diligenter inuigilent aggerum ac littorũ quoq; refectionibus aduersus impetum vndarum, necubi vllæ rupturæ eueniant, per quas damnosa sequatur camporum inundatio. Et si ipsi littorũ præfecti fortassis reperti fuerint nimiũ segnes ad huiusmodi inspectiones, & ad tempestiua remedia adhibenda, ipsi simul cum littorum conterminis grauissime puniendi erunt, pro qualitate & magnitudine damni ex eorum emergentis incuria, qui promptiores sunt ad percipienda huic negotio constituta præmia, quam ad subeundos labores, & ad respondendum, & satis faciendum suis officiis, quod profecto magnopere est dolendum.

CAPVT CVIII.

De violatione templorum.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 108.

Templorum violatio, diuinæ Maiestatis est offensio.

Templa, quando violantur?

Templorum violator { *Ex iure Ciuili* / *Ex Iure Canonico* } *plectendus est* { *Capite.* / *Restitutione, reparatione, &c.* }

Non quilibet tuti sunt in locis sacris.

Loca sacra non tutantur { *Publicos latrones.* / *Insidiosos homicidas.* / *Ob confidentiam loci sacri vicini, audacius occidentes.* }

13 Loca sacra non tutantur: *Apostatas.*
14 *Clericum occidentes.*
15 *Infideles, hæreticos, schismaticos, templorum incendiarios.*
16 *Mancipia fugitiua.*
17 *Bancrotas vllos, de bonis.*
18 *Bona fisco debita: Cætera in loco sacro tuta erunt.*

19 *Generalis Canonistarum de immunitate Ecclesiastica conclusio.*

10 *Ex Iure Canonico:* *Loca sacra tantum excludunt eos, qui suo scelere, eadem loca contaminant.*
Loca sacra tuentur omnes maleficos vsq; ad decisionem officialis, de immunitate, secundum nonnullos.
11

12 *Perniciosa iuris Canonici laxitas:* *Non seruatur à Iudice seculari.*
21 *Ridetur à Ioan. Petro de Ferrariis.*

20 *Canones ex communi consensu, Ecclesiasticam libertatem negant:* *Depopulatoribus agrorum.* *Insidiatoribus viarum.* *Homicidis.*
22 *De immunitate Ecclesiastica varia discordantia.*

TAmetsi longe superius de duplici meminerimus Maiestate, diuina scilicet & humana, & de earum læsione cum pœnarum varietate: Non tamen vtramq; ibidem ita expressimus, vt quicquid alterutrius læsionem concerneret, hoc illic totum accuratè commonstraretur. Ibi enim animus erat ipsas Maiestatum læsiones tantum apertas explicare, cum earum pœnis ordinariis: volens alibi quoque ea crimina suo ordine proferre latius, quæque vtcunque ad læsiones Maiestatum referenda viderentur, ali-
1 quanto amplius explicare. † Ad earum igitur numerum sese præterea adiungit, & hic sese primo offert templorũ violatio, quæ profecto ad crimen diuinæ Maiestatis iure
2 applicanda fuerit. Etenim † templa violare, aliquam vim ac violentiam in templis, aut cœmeteriis committere, aut inde aliquem confugientem euellere, qui eô libertatis aut patrocinii gratia confugisset. Et huiusmodi vis, nonne tibi videtur Maiestatis diuinæ grauis offensio? & libertatis Ecclesiasticæ enormis & violenta turbatio? Quod iura dum considerant, varie hoc crimen puniendum statuũt, sicut & ipsum va-
3 rie quoque interpretantur & intelligunt. †

Nam quisquis sacras ædes, templa, delubra, aut sacra monasteria, eorumque fines, confinia, septa, atria, vel porticus, per vim aut vllam illatam violentiam violat: is secundum iura ciuilia (quoniã crimen læsæ Maiestatis committit, l. Fideli, C. de his qui ad Eccles. confug.) plectendus est capitali vltimi supplicii animaduersione, & bonorum confiscatione. l. fin. primo respons. C. de his qui ad Ecclesiã confug. & ibi Cyn.
4 & alii scrib. Ex Iure vero † Canonico dignus est restitutione personæ auulsæ, & reparatione omnium detrimentorum: deinde alia quoq; pœna arbitraria, iuxta qualitates & circunstantias rerum, per ea quæ leguntur & notantur in c. Non minus, & in c. Aduersus, ext. de immu. Eccles. Et potest violator pecuniaria pœna puniri: nẽpe mulcta nongentorum solidorum, c. Si quis contumax 17. q. 4. Deinde, vt violatores, & vt publici latrones habendi sunt, & excommunicandi, donec resipiscentes damnum omne sarciant, & ablata per pœnitentiam restituant, c. Sicut antiquitus, eadẽ Causa & Quæ-
5 stione. † Verum non est quod quamlibet personarum abstractionem à locis sacris in crimine notes, & violationem templorum

omines: quia ne ipſę leges quidem Cano-
nicæ ſeu Canones, quaſuis perſonas liber-
tate Eccleſiaſtica donant, ſed multas (potiſ-
ſimū triplices) ab ea arcent, quib. priuilegia
ſacra, & ſacra loca patrocinari nolunt: ſed
eas à ſeculari Iudice, è templis, & aliis locis
ſacris eripi ſinunt, ac omnibus eaſdem eri-
piendi poteſtatem faciunt. † Primò enim è
templis (citra templorum violationem) e-
ripi ſinunt latrones quoſuis publicos, vel a-
grorum depopulatores, ſicarios in nemori
bus, aut viis publicis graſſantes, c. Inter alia,
extr. de immu. Eccleſ. & ibi Panorm. & alii
ſcrib. c. Sicut antiquitus, iuncta gloſſ. in
verb Niſi publicus, 17. quæſt 4 & l 1. & 2. C.
quando liceat vni. ſine iudi. ſe vindi. Item †
homicidas furtim & ex captatis inſidiis ho-
micidium perpetrantes, & non aperto Mar-
te, per text in c. 1 ibi, per induſtriam, & ibi,
per inſidias. & ibi Docto. extr. de homicid.
Deinde † eos arcent, qui ſub titulo Eccle-
ſiaſticæ libertatis, & ſub ea confidentia ho-
micidium committunt vt à patrato crimi-
ne ſeſe mox in locum ſacrum proximū re-
cipiant, tāquam ibidem per locum ſacrum
tuandi: non commiſſuri aliàs crimen tale,
niſi protectionem Eccleſiaſticam ilicò à fa-
cto ſperarent: aut niſi cœmeterio proximi,
ilico certum ſubterfugium, poſt factum
homicidium, conſpicerent ad templum
vel locum ſacrum. Nam quum hac ſpe
licentioſius peccent, non ſunt per talem
iniquam ſpem à libertate Eccleſiaſtica de-
fendendi: ſed Iudici ſeculari potiùs relin-
quendi, c. vltim & ibi Panorm. aliique ſcri-
ben. extra. de immun. Eccleſi. Nemo e-
nim ſub ſpe veniæ peccare debet, cap. Illud,
extra. de cleric. excommunica. miniſtran.
c. Quando quis, de conſecrat. diſtinct.
Quia facilitas veniæ, incentiuum tri-
buit delinquendi, c. Eſt iniuſta, 23. quæ. 4.
cap. Vt clericorum, extr. de vita & honeſt.
cleri. Item per † Eccleſiaſticam libertatem
non defendūtur illi latrones, milites, & po-
tatores illi, qui in tabernulis, & fornicibus
iuxta loca periculoſa, & ad ſpoliandum ac-
commoda potitant, quiq; conſpectis mer-
catoribus aut aliis viatoribus illinc euolāt,
& bonos quoſuis ibi trucidant, aut ſpoli-
ant: nuſquam enim locorum ſacrorum ta-
les liberi eſſe poſſunt. Plures alios prętereà
à dicta Eccleſiaſtica libertate Iura Ciuilia
excludunt: nempe homicidas, virginum ac
mulierum raptores, vel violentiæ illato-
res, & adulteros, per §. Quod ſi delinquen-
tes, in Authent. de manda. Princip. colla. 3.
10 de quibus ſuprà. Iura tamen † Canonica
in his non per omnia ciuilibus legibus con-
ſentiunt, ſed ſeſe iis opponunt. Volunt
enim tum ſolis homicidis, raptoribus, &
adulteris ademptam eſſe libertatem Eccle-
ſiaſticam, quando crimen in loco ſacro cō-
miſſum eſt, c fin ext. de immu Eccleſi An-
gel. in § vlt. in fin. in Authentic. vt liceat
matri & auię, & Alberi. de Roſa. in rub. C. de
iis qui ad Eccleſ. confug. dicens in hac ma-
teria, iura ciuilia ſequi debere iura Canoni-
ca & Io. Berberii in ſuo iuris viatorio. titu.
11 de violatori. immunita. Imo ne in illis †
quidem criminibus volunt Eccleſiaſticam
libertatē negandam eſſe malefactorib. ſed
iis debere eſſe præſidio: & neminē, quemli-
bet enormem maleficū ſeu malefactorem
volunt à loco ſacro eripiendum eſſe: donec
officiario ſpirituali priùs ſignificatum fue-
rit, quis fuerit malefactor, & quodnam cri-
men commiſiſſet. Et ſi tale tandem co-
gnoſceretur eſſe crimen, quod Eccleſiaſti-
co priuilegio indignum eſſet: tum demum
ex permiſſu Iudicis ſpiritualis volūt, ciuiles
Iudices dictos maleficos ſeu malefactores,
è locis ſacris detrahere poſſe, & non aliter, §.
Neq; autem, in Authen. de manda. Princi-
pū Colla. 3. & c. Inter alia, & ibi omnes Doct.
ext. de immu. Eccl. & D. Boërius in ſuis de-
ciſionib. aureis, q. 109 ad principiū, in prima
parte. Verū Eccleſiaſtica † & nimis laxa vo-
12 lūtas plus æquo maleficis ac malefactorib.
fauens, & elabendi occaſionem præbens, &
impunitatem tribuens, magnam ſæpe iu-

ſtitiæ remoram & dilationẽ gignit: ob quã non raro criminoſiſſimi, & punitione digniſſimi, cum graui detrimento Reip & iuſtitiæ, & cũ maiori malo agricolarũ, mercatorum, & bonorum ciuium, elapſi ſunt: Ideoq; talia iura Eccleſiaſtica non ſeruantur de facto: ſed per Iudicem ſecularem extrahuntur, vt inquit Ioan. Fab. in § fin. Inſtit.
13 de iis qui ſunt ſui vel alien. iur. Eccleſia † quoque (vt ad intermiſſas perſonas redeamus) non tutatur monachos apoſtatas: hos enim ipſorũ præfectis monaſticis ſiue prælatis citra loci ſacri violationem eripere o-
14 mni iure conceſſum eſt. Neque etiam † libertatem iam ſæpe dictã confert iis, qui clericum vllũm occidũt. Item nec patrocina-
15 tur † Iudæis, Saracenis, Infidelibus, Hæreticis, Schiſmaticis, Incẽdiariis templorum, & ſimilibus, l. 1. C de iis qui ad Eccle. confu. Ioan Berber. in ſuo iuris viatorio, titu. de
16 violator. immunita. Neq; † etiam mancipiis ſeu ſeruis à Dominis ſuis aufugientib. l. Si ſeruus, C. de iis qui ad Eccleſ. confug.
17 Iura † quoq; & edicta Imperatoria ab Eccleſiaſtica libertate reiiciendos volunt neſandiſſimos illos fures ac raptores (clanculariosne, an violentos dicere malim, neſcio) qui quibuſuis optimis mercatoribus, patriæ quaſi parentibus alumnis, callida nocturnaq; fuga aliquò profugientes, omne debitum ipſis creditum eripiunt, auferunt, & nequiter furantur: vulgus Bancrotas vocat: optarim ego illos (caue, me ex ſtomacho loqui putes) omnes ilicò citra vllũ Principis indultum in oſtio ſuo laqueo ſtrãgulatos. Meæq; ſententiæ adſtipulantur varia Principis noſtri Caroli Rom. Impera. V. diplomata: quibus huiuſmodi raptorib. omnem libertatem adimit, & ſeueriſſimè vbiuis locorum comprehendendos & puniendos mandat, veluti in diplomatibus ſuis euulgatis, annis 31. & 40 In quib. tales fraudulosos Bancrotas declarat eſſe publicos latrones & reipub peſtiferos hoſtes. Ideoque citra omnem diſſimulationem, ſine vllo fauore, & ſine ſtrepitu & figura iudicii, & abſque vllius priuilegii conſideratione, laqueo ſtatim puniendos mandat. Quæ quidem edicta, & diplomata tam optarim ſeueriſſimè citra vllam conniuentiam paſſim exequi & ſeruari, quam ſunt prudenter & vtiliter edicta & promulgata. Sed quæri hîc nequaquam abſurdè poteſt: An quemadmodum perſonæ gaudent immunitate,
18 gaudeant ſimiliter & bona in locis ſacris depoſita vel allata? Reſponde † paucis, non omnia bona tuta eſſe in locis ſacris. Quemadmodum bona Principum, hoc eſt bona debitorum Fiſci, Principis aut reipub. quæ non gaudent immunitate, & è locis ſacris efferri poſſunt, citra illius loci violationem: Princeps enim ex iure ſuo conſueuit quæuis bona è templis citra templorum violationem eripere arg l. Diuus, ff. ad l. Iul. pecul. Quod fieri tamen non poſſet de bonis alicuius priuatæ perſonæ, hoc eſt, debitorum priuati: quia tunc immunitate gaudent: & ita intelligatur c. Sicut antiquitus, 18. q. 4 ſæpenumero præallegatum cũ concordantiis: Niſi certè hoc fieret ex cauſa & cum conſenſu Epiſcopi, quem quidem conſenſum recuſare non deberet: quia Eccleſia nequaquã conſtructa, & ædificata eſt ad faciendum alicui iniuriã ac damnum. Atque ita hactenus de Eccleſiaſtica libertate, quibus ea patrocinetur, quibus verò minime,
19 in genere dictum ſufficiat. Strictim † tamen hîc iterum communem concluſionem ſorſum poſuero, qua omnes ſimul conſentiunt de Eccleſiaſtico patrocinio tribuendo.
20 In hoc enim omnes † Canoniſtæ conueniunt, vt Eccleſiaſtica libertas tribuatur omnibus maleficis ſeu malefactoribus, exceptis tribus, ſcilicet, depopulatoribus agrorum, inſidiatoribus itinerum, ac homicidis inſidioſis, d. c. Inter alia, & d. c. 1. ext. de homicid. Ioan. Fab. in § fin Inſtitut. de iis qui
21 ſunt ſui vel alie. iuris. † Verùm hanc laxam Canonum & immodicè licentioſam protectionem ridet Petrus de Ferrariis in pract.

practica.titu. forma inquisitionis, versicul. Ex iis potest non improbabiliter quæri. Dicit enim iura Canonica fuisse ad placitum, & sine ratione facta: imò contrà ius diuinũ, quo cautum est: Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autẽ fecistis eam speluncá latronũ, c. Decet, de immu. Eccle. lib. 6. Si.n. Deus noluit tolerare ementes & vẽdentes in Ecclesia, sed eos eiecit: quãto magis non vult receptari in Ecclesiam latrones, homicidas, & similes, vt ibi latiùs: & eundem citat D. Nicolaus Boërius in suis decisionib. aureis, q. 109. nonnulla etiam addens: quos tẽpore & loco oportunis videre licebit.

23 † Vbi idem D. Nicolaus abundè tractat discordantias legistarum & canonistarum inter sese, & rursum discrepantiam legistarũ à canonistis, & contra, quas omnes breuitatis studio omittimus, tametsi nonnihil earum suprà attigimus. Cætera enim apud eundem Boërium loco prædicto latiùs tibi perlegenda committimus.

CAPVT CIX.

De publicæ fidei, Saluaguardiæ, siue securitatis violatione.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis Cap. 109.

Saluaguardia / *Securitas pub.* { *punitur* { *Hæc capitaliter.* / *Hæc pœna infractori constituta.*

Saluaguardia quando dicenda est violari.

Securitas publica non verbo, sed facto violatur.

In dubio violatæ securitatis inhærendum est verbis.

Amplior de securitate videnda insinuatio.

ET publicam fidem vel publicam Principis indictam pacem, Saluaguardiam, aut securitatem infringere, violare quoque est iustitiæ leges, ideoque nec impunibile tale crimen relinquitur. Quisquis enim † vllam Principis publicam fidem (vulgo *Saluaguardiam*) siue securitatem, volens sciensque violauerit: is puniendus est capitaliter, vltimoque supplicio subiiciendus, vulgata l. Denunciamus, ad fin. & ibi scrib. Cod. de iis qui ad Eccles. confug. Tum † autem intelligitur publica violari Principis fides, quando quis directè & ex aduerso, quippiam contra talem prohibitionem committit: ita vt is qui ad sui defensionem talem Saluaguardiam ac securitatẽ à Principe impetrauit, per alterius violẽtiam, aut vllum dedecus patiatur, aut detrimentum. Quisquis † autem violat & infringit eam publicam pacem siue securitatem, quam Magistratus inter quosdam ciues sub certa pœna constituit seruandã: is primus infractor puniendus est ea pœna, ad quam vterque obstrictus fuerat, quæ aliquando ciuilis, aliquando capitalis fertur: iuxta cõsuetudinẽ locorum, vbi ea publica pax aut securitas aliis indicitur.

4 Quæ † quidẽ pax siue securitas minimè verbis infringitur, sed facto tãtùm: ad ipsius enim violationẽ non minùs factũ requiritur, quã in actuali furto, l. Si quis vxori, §. Neque verbo, ff. de furt. Sicut ad verã quoq; quæstionẽ probãdam, non sufficit quæstionis terror ac commonstratio: sed ipsum factum, ipsaque pœnaria quęstio requiritur, l. Item apud Labeonem, §. Quæstionem, & §. Quæstionis, ff. de iniuriis. Quum enim securitas apertè pugnet contra ius commune, ideo ipsius violatio nulla verbali iniuria dicenda est cõmitti, sed facto vt diximus, arg. l. Constitutionibus, ff. de iniur.

5 Cæterùm † ad cõuincendã securitatis violationẽ, oportet verba ipsa

in securitate prolata, accuratè (potissimum
quando dubitatur de facto) expendere, &
& vltra ea non progredi : sed iuxta eorum
formam, sententiam proferre, l. Non aliter,
6 ff. de legat. 3. Qui † ampliora de hac securi-
tate desiderat, is tractatum securitatis D.
Guilielmi de Cuneo consulat, Item Deci-
sionum Capellæ Tolosanæ, q. 4089. & in
additionibus ibidem.

CAPVT CX.

De pacis ac Induciarum violatione.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 110.

1.5 *Non miles* / *Miles.* } *violans inducias furto, punitur* { *Quadruplo, & infamia.* / *Capitaliter.*

2.6 *Inducias violans* { *Hostem lædendo, vel cædendo* / 3.7 *Hostem occidendo* } *punitur* { *Pugno.* / *Capite.*

8 *Clericorum inducias violantium punitio, erit excommunicatio.*

NEque inter leuia crimina computanda
erit Principum publicæ pacis violatio,
siue induciarum in bellis pactarum infra-
1 ctio. Quisquis † igitur priuatus non miles,
post publicam indictam pacē, aut post pro-
clamatas inducias (quæ pactæ fuerant, aut
à Principibus, aut à ciuitatibus) præsumit
vlterius in aduersarios grassari, aut merca-
toribus, aut agricolis sua per vim eripere : is
puniendus restitutione quadrupli, deinde
vt perfidus damnādus est publica infamia,
qua omni publico munere indignus effici-
2 tur. † Qui vero vnum ex hostibus, tempo-
re induciarum durante, aut cædit, aut læ-
dit, is plectēdus est amputatione pugni, aut
certe punitur alia pœna arbitraria, iuxta
qualitatem & circunstantiam facti & perso-
3 næ. Qui autem eodem durante † tempore
hostem occidit, is puniendus est capitaliter
4 animaduersore gladio Sic ipsi † authorati
milites & quicunque alii militiæ sacramen-
to adstricti, qui hanc pacem atq; hasce pu-
blicatas inducias malitiosè infringunt &
violant, puniendi sunt quoque capitaliter,
ob publicæ pacis violationem, l. fin. ad fin.
5 ff. de re militar. Cæteri † vero ab omni mi-
litiæ sacramento liberi, qui tales publicas
inducias frangunt, puniendi sunt pœna iu-
6 dici arbitraria. Alium † vero lædentes ple-
7 ctuntur amputatione pugni. Alium † au-
tem occidentes, puniuntur capitaliter, vt
ante quoq; diximus. Porro si alio quocun-
que obliquo modo pacē publicam, aut in-
8 ducias publicas violant, extraordinarie pu-
niendi sunt. Personæ † vero Ecclesiasticæ
has publicas inducias violantes, plectendæ
sunt Ecclesiastica excommunicatione, c. Il-
li qui 24 q. 3. & priuatione, c. 1. in fin. extr. de
treug. & pace. Atque ipse quidem Episco-
pus hanc violationem non puniens, priua-
tione damnatur : multo magis igitur ipse
inferior presbyter aut clericus violationem
committens, cuius dolus cōmittentis haud
dubie æquius puniendus foret, quam Epi-
scopi non punientis negligentia: hanc tamē
Ecclesiasticarum personarum punitionem
cernes nō admodum obseruari, quare de ea
quoq; ne verbulum vllum posthac.

CAPVT CXI.

De violatione sepulchrorum.

Summæ rerum tractatarum in Comment. CAP. III.

Sepulchri violati punitio varia.
Domus direpta sepulchra continens, confiscanda erit.
Sepulchralia diripiens, quasi sacrilegus est.
Iudex violationem sepulchri non puniens, damnatur 20. lib. auri.
Cadauer sepulchro auferens, punitur { Plebeius, capitaliter. Nobilis, perpetuo exilio.
Violati sepulchri punitio apud Canones nulla.

Est alia insuper violatio, qua non solum viuentibus, sed & mortuis quoque iniuriam inferimus: nempe quum sepultorum saxa, epitaphia, columnas, statuas, aut aliquas sepulchrales imagines efferim⁹: quod facientes crimen violati sepulchri committere dicuntur, quod sua punitione quoque omnino non vacat, l. Qui sepulchra, C. de sepulchror. violat. Quisquis † igitur alicuius frangit aut aufert saxum, aut lapidem sepulchralem, imaginem, columnam, aut alia sepulchralia ornamenta: is condēnandus est restitutione rerum earundem ablatarum, contra illius sepulti veros posteros & hæredes: & deinde mulcta centum aureorum, l. Prætor ait, ff. de sepulch. viol. imo iure C. decem pondo auri, l. Qui sepulchra, C. eod. tit. Eadem † pœna quoq; damnandus nefarius ille ablator, & sepulchri violator contra omnes, qui de harum rerum ablatione ipsum apud Iudicem vrgebunt, etiamsi eorum nihil omnino posteritatis cauinteresset. † Quin ipse locus siue ipsa domus in quam huiusmodi saxa, marmora, lapides, sculpturas, & c. ipsi raptores deportarunt, ea per sententiam adiudicanda erit fisco. l. Si seruus, C. eodem tit. de sepulchr. violat Nam † quisquis hoc crimen committit, sacrilegus habendus est, & de sacrilegio iuxta iura puniendus in decem libras auri, d. l. Qui sepulchra, & l. Pergit, C. de sepulchr. viola. Iudex † vero qui dissimulanter hoc crimen non punit damnandus pœna 20. lib auri, l. Si quis sepulchrum, C. eo.
6 tit. Qui vero temerarius † præsumit e sepulchris eximere ipsum cadauer exanime, aut ipsius ossa vlla, aut reliquias quasvis: is certe grauius, nempe capitaliter puniendus est, summoque supplicio afficiendus potissimum si plebeius fuerit, aut infimæ conditionis seu fortunæ homo: Si verò nobilis fuerit, damnandus est perpetuo exilio, l. fi. ff. de sepulchr. violat. quod vocant iura deportationem, l. Relegatorum, §. Hæc est differentia, ff. de interdict. & relegat nisi vi & armata manu id fecisset & aggressus fuisset more latronis: quo casu capitaliter plectendus est: Si autem sine armis, vsque ad pœnam metalli, l. Prætor ait §. Aduersus eos, ff de sepulchr. violat. Quæ autem pœna violati sepulchri esse soleat, ruminabitis per gloss. super verb. Crimen, in l. 1. & in l. Si quis, in verb. violatores, C. eod. tit. Necnon in l. Prætor ait, super verb. Centum aureorum, & in l. fin. ff. eod. tit. de sepulchro. viola. ad quas pium Lectorem remitto. De
7 iure † autem Canonico nullam pœnam statutam reperio, nisi quod gesta irritantur, c. Fraternitatem, ext. de sepultur Et vt paucis absoluam, quia hac tempestate Ecclesia abunde prouidit de cœmeteriis, hoc crimen in dissuetudinem abiit, parumque hæc rubrica in vsu est, ideo ingenii vires in ea exercere superuacaneum foret.

CAPVT CXII.

De Furto.

Summæ rerum tractatarum in Comment. CAP. 112.

1 *Furtum criminum omnium generalissimum.*

Furtum prohibetur iure
- 2 *Ciuili.*
- 3 *Naturali.*
- 4 *Consuetudinario.*
- 5 *Canonico.*
- 6 *Diuino.*

7.8 *Furti definitio duplex.*

Furtum fit cum
- 9 *Contrectatione, id est, ablatione.*
- 10 *Fraude.*
- *Ablatione rei*
  - 11 *Alienæ.*
  - 12 *Mobilis.*
  - 13 *Corporalis.*
- 14 *Vsu pignoris.*
- 15 *Animo furandi.*
- 16 *Inuito animo domini.*

Furtum est bifariam
- 17 *Simplex, id est, non compositum.*
- 20 *Non simplex, id est, compositum, & qualificatum.*

18 *Bursicopi lepidum exemplum.*

19 *Bursicopi aliud exemplum.*

Furti cum
- 21 *Violatione sacrorum*
- 22 *Violatione armorum*
- 23 *Homicidio, vel vulnere*

punitio qualis.

24 *Furtum compositum iuxta maioris partis culpam puniendum.*

27 *Simplex furtum punitur iure*
- *Veteri in*
  - 25 *Seruis, fustigatione, vel loris, vel virgis.*
  - *Liberis*
    - 26 *Nobilibus vel in dignitate constitutis, pecunia.*
    - *Ignobilib. vel extra dignitatem &*
      - *Probis tamen, pecunia, si soluendo essent, aliàs corporaliter.*
      - *Improbis, corporaliter.*
- *Nouo*
  - *Prima* / *Secunda* / *Tertia* *vice*
    - 28 *Flagellatione.*
    - 29 *Auris abscisione.*
    - *Laqueo vel puteo.*

Fur vocatur
- 30 *Primò*
- 31 *Secundò*
- 32 *Tertiò*

Fur
- *Simplex.*
- *Consuetus.*
- *Famosus.*

33 *Cur fur morte mulctetur.*

34 *Furtum simplex Longobardi puniunt*
- *Primo, extinctione alterius oculi.*
- *Secundo, nasi præcisione.*
- *Tertio corporaliter.*

5 Romani nullam punitionem admittunt in facie.

6 In furto Iura Ciuilia nec agnoscunt
- Magnitudinem,
- nec
- Aetatem.

7 Furtum grauatur potius frequentia, quam magnitudine vel aetate.

In furto simplici obseruanda sunt
- Furum
  - Necessitas.
  - Inopia.
  - Fames.
  - Consuetudo.
  - Voluntas.
  - Calliditas.
  - Simplicitas.
- Res furto ablata.
- Tempus furti.
- Locus.
- Qualitas furis.

Pro primo furto simplici suspenduntur
- Famuli dominis suis furantes.
- Fures equorum, boum, vomerum.
- Concisores monetae Principum.
- Hospiti suo furantes.
- E locis sacris furantes, vel sacrilegi.
- Plagiarii, & mangones.

Furtum quo { Liberi aut vxores } Furantur { Parentibus aut Maritis } Iura non puniunt.

{ Patri / Marito } conceditur furata à { Liberis / Vxore } bona vbique posse referre.

Abducens alienam vxorem marito furantem, punitur capitaliter.

Vxor marito furans, & cum macho fugitans, punitur exilio, vel arbitrariè.

Fures in iure sunt quadrifarii
- Improbi & simplices.
- Improbiores, atque hi
  - Effractores.
  - Expilatores.
  - Saccularii.
  - Directarii.
- Improbissimi, vel grassatores.
- Plusquam improbissimi, id est, latrones famosi.

Furum item alii sunt
- Manifesti.
- Non manifesti.

Amara reprehensio praetorum, bona furum sibi vsurpantium.

Furta licita sunt quae fiunt
- De iubente.
- aut
- Iure permittente.

Carnifices in quibusdam locis furtorum sunt receptores.

55 *Exemplum furti, in valido mendicante.*
56 *Aliud exemplum furti in valido mendicante lepidum.*
57 *Exclamatio in neglectum legis vnicæ, de mendicantibus validis.*
58 *Constitutiones Philippi & Caroli V. de vagabundis, & validis mendicantibus.*
59 *Laus institutionis Scholarum pauperum apud Brugenses.*
60 *Fur magis est qui parua furatur, quam qui magna.*
61 *Furtum an sit casus fortuitus, & computetur inter casus fortuitos?*
62 *Furtum vnum magnum an æquipolleat tribus furtis.*
63 *Frangens ostia meretricis causa libidinis, aut teneatur de furto inde secuto?*
64 *Furari rem furatam à fure, an liceat?*
65 *Fur an præsumatur, penes quem res furtiua est inuenta, & vtrum contra eum possit agi actione furti?*
66 *Furtum an committant domini temporales, capientes res commissas per naufragium, id est, naues fractas?*
67 *Furtum committunt D. temporales capientes res commissas per naufragium.*
68 *Spoliantes patientes naufragium, sunt excommunicati.*
69 *Afflictis non est addenda afflictio.*
70 *Fiscus nihil sibi vendicat in alterius calamitate.*
71 *Vxor an & quando possit facere eleemosynam sine consensu mariti? & si facit vbi non potest, an ne furtum committat?*
72 *Vxor an possit commodare sine consensu mariti? rem siue.*
73 *Eleemosyna de rebus alienis non licite fit.*
74 *Vxor an possit litigare sine consensu mariti? remissiue.*
75 *Vxor an possit compromittere sine consensu mariti? remissiue.*
76 *Vxor an possit alienare, quod prohibitum est alienari? remissiue.*

EXplicatis variis criminum generibus, quæ non vsquequaque frequenter occurrunt, enarrandum quoque tandem fuerit criminum pene omnium generalissimũ,
1 furtum: quod † vbique gentium tam est familiare, vt vix vllum inter mortales reperiatur aut frequentius, aut notius, eoq; non minus ad societatem humanam tuendam
2 perniciosum & detestabile: ideoque † quouis iure prohibitum. Primo, Ciuili, vt ff & C. de furtis, clare & aperte cõstare haud du-
3 bium est. Deinde Iure † naturali, quod ostẽditur aperta l. 1. ad fin. ff. de furt. & §. Furtum. Instit. de oblig. quæ ex delict. nascun. Ius enim naturale dictat, vt quod tibi fieri nolis, alteri ne feceris: hinc est, quod Scythæ, qui iure scripto carent, nullum delictũ grauius puniunt quam furtum, vt apud Iu-
4 stinũ: Adhæc Iure prohibetur † Consuetudinario, vti ipsa quoque communis experi-
5 entia docet. Præterea Iure † Canonico, vt
6 extra, de furtis. Postremo, Iure † prohibetur Diuino, sicut in Decalogo aperte monstratur, cum dicitur: Non furtum facies. Est
7 autem † furtum, alicui clam, occulte, & sine armis, sua eripere: vel furtum est alterius bona mobilia, vel vsum eorum contra possessoris consensum animo furandi fraudulose auferre: Aut (si mauis Iurisperitorum
8 definitionem) furtũ † est contrectatio fraudulosa rei alienæ mobilis, corporalis, vel etiã vsus eius, possessionisve, quæ fit animo lucrifaciendi, inuito domino, l. 1. ad fin. ff. de furt. & §. Furtum, Institut. de oblig. quæ ex delicto nascuntur. Hic autem furti definitionem ipsam ad verbum exprimere libuit, quod tamen in aliis criminibus nõ v[...]que obseruatum comperies. Dicitur autem

in † definitione (contrectatio) non ex rigore grammatico, pro quouis contactu rei alienæ, quæ nullum obligat vllo crimine; sed contrectationem Iurisperiti omnes hic intelligũt actualem rei alienæ ablationem, hoc est, furtum, quod sine fraudulosa contrectatione fieri nequit, licet voluntas furandi & auferendi adfuerit, aut licet id ipsum conceptis verbis, aut scriptis vllis quis minatus fuerit: Sola enim & nuda cogitatio, & furandi voluntas, aut scriptura, aut contractus, furem facere non possunt, nisi actualis sequatur rei ablatio, d. l. 1. versicul. Sola cogitatio, ff. de furt. Diximus autem † in definitione (fraudolosa) quia si quis credat aliquem facile permissurum contrectare, hoc est, auferre res suas, is ablatiuus contrectator nullum furtum committeret. Similiter, si quis clanculum res alienas auferret, putans easdem esse suas, omnique iure sibi proprias, & ob hoc nihil inconcessi se patrare credens, sed omni iure licita: is certe ablator propter errorem nullo modo furtum committit, quod nec is error, nec ea ablatio fraudulosa fuerit, §. Quia tamen, Institut. vi bo. raptor. Dixi † item in definitione (rei alienę) quod rei proprię nemo furtum committere possit, nisi eandem forsan haberet cum alio communem: Tum enim non tam suarum rerum, quam alienarum fur habendus esset, l. Si socius, ff. de furt. Dictum † est præterea (rei mobilis) immobilia enim (vt ipsa vox sonat) propter summam suam grauitatem & onus moueri & contrectari vel auferri, non possunt, §. Quod autem, Instit. de vsucap. Si tamen quis cretam ex fundo alieno abstulerit, furtum committit, non quod cretam effoderit, sed quod eam scilicet mobilem effectam abstulerit, l. Si cretę ff. de furt. Dixi insuper (rei corporalis:) Quia † res incorporales sicuti nec tradi nec possideri possunt, ita contrectari nec auferri, l. Seruus, §. Incorporales, ff de acquir. re domi. Dixi † item in definitione (vsus, possessionisve:) Quia si creditor vtatur debitoris pignore, vel si depositarius vtatur deponentis re deposita, vterque furtum committeret. l. Si pignore ff. de furt. & §. Furtum autem, Instit. de obligat. quæ ex delict. nascũt.

15 Dictum etiam fuit (animo lucrifaciendi) † propter eos, qui res alienas interdum contrectant & secum auferunt, non tamen animo furandi auido, & ex ea re lucri quippiam parandi cupido: ideoque etiam nullum furtum tales committunt: quia nullum furtum sine affectu furandi, & sine lucri amore inde parandi, committitur, §. Item si is, Institut. de vsucap & § Placuit Institut de obligat. quæ ex deli. nascun. Dictum est denique in definitione (Inuito do-

16 mino) quia quando fit domino permittente, etiam si surripiens putet eam ablationem inuito domino fieri, furtum non est, § Placuit, cum §. seq. Institu. de obliga. quę ex delic nascun. Post furti definitionem ad ipsius diuisionem procedendum est. Fur-

17 tum igitur est duplex: † Alterum simplex: Alterum non simplex. Simplex furtum & nõ compositum, id est, sine aliqua alterius criminis cõpositione, est cui nullum aliud crimen aggrauans vna coniunctũ est. Huiusmodi furtis subest aliud furti genus,

18 quod † bursicopiam vocare possumus, id est, bursarum abscissionem In quo crimine multi dexterrimi sunt, & astutissimi, qualem ego audiui de quodam Antuerpiensi, qui in æde virgini Mariæ sacra conspexit quatuor aut quinque mercatores Brugenses mihi notissimos, horum vnum altari cuidam incumbentem in re diuina, latenter is fur aggreditur, astat, & crumenã mercatoris ex pera (quam sub toga suspensam habuit) subripit, in qua fuerant plus minus 100. Carolini. Mercator domum reuersus, subreptam crumenam comperit tacetque ne aliis risui fieret. Proximo dominico die, eodem in altari breuiori pallio amictus denuo incumbit, peramq; rursus apertius ostentat. Accessit idem larus hians, cru-

menamq; tentat Mercator ipsius manum persentiscens ocius se erigit, furem capillis comprehendit. Vah (inquit) fur nequissime, tu es qui superiori Dominica hic crumenam meam surripuisti, eandem mihi ocius redde, aut te hic comprehensum curabo. Fur veniam, & ne pudefiat, rogat: reddam tibi (inquit) omnem pecuniam tuam loco mihi per te designando. Hic mercator, prandebimus (inquit) quaterni in Leone in foro, illuc pecuniam mihi referas volo, aut in patibulum te abreptum curabo. Noui enim vbi habites, quidve exerceas. In prandium fur reuertitur, pecuniam surreptam numerat, & vt factum secretum maneat, orat. Cum iisdem mercatoribus prãdet, absoluto prandio à Mercatoribus rogatur cur tam vili, & sceleroso crimini sese addixerit. Quid (inquit) facerem, huic furto à multis annis assueui, & versatissimus, astutissimusque in eo euasi, vt iam vix me ab eo temperare queam. Si mei artificii specimen aliquod experiri cupitis, agite contendo vobiscum periculo huius symboli, quod alicuius vestrum crumenam surripuero proxima dominica, si ad templum vos vẽturos cum crumenis, promittitis. Mercatores conditionem accipiunt, & circa futuram dominicam singuli crumenas suas quam possunt abditissimè occultant, alius in femorali, alius sub axillis, alius in tunica, quartus in ocreis. More igitur solito hi mercatores templum adeunt, peracto sacro ad diuersorium redeunt. Inter prandendum meminit vnus eorum de fure, num quis eorum ipsum in templo vidisset, id singuli negabant. Hoc dicto fur ipse in cœnaculum venit, conuiuas salutat, rogat num memeres essent pacti, octauo die inter eos initi, an nemo ipsorum perdidisset crumenam suam, singuli suas perquirunt. Vnus atque alter dixerunt, ego meam habeo, alius ego quoque meam. Vnus vero comperit partem manicæ suę vnà cum crumena simul abcissam. Fur eandem ilico tradit. Mercator rogat quibus technis id fecisset: Nouacula (inquit) acuta, & pollice plumbato, in processione, & populi compressione. Hic cachinnus tollitur, artifex laudatur & potatur strenuè. A prandio furem dimittunt, duobusque aureis ornant, ad saniorem interim mentem, & ad resipiscentiam ipsum admonent. Hi
19 iidẽ † mercatores intra pauculos dies proficiscuntur Bergas, vbi ipsis non procul à Bergarum portis aduehitur obuius fur iam iam suspendendus. Conscendunt hi in editiorem colliculum Iustitiæ executionem conspecturi. Adiungit se eis paruus nebulunculus, eandem quoque executionem conspecturus, à mercatoribus suscipitur, vt melius conspiceret erigitur, continetur, & sese vt fortiter teneat, iubetur: quod hic nebulunculus grauiter fecit, & vnum ipsorum stricte complectens, rogat num ipsum læderet, ipso mercatore hoc negante, furunculus suum artificium exercet, & mercatoris cui adhæserat crumenam, abscindit, quod idem mercator non prius perceperat, quam Bergas in diuersorium venerat. Huiusmodi technas, imo furta flagitiosa quotidie nobis fiunt obuia, & crebriora sunt, quam Reipublic. bonum est, sed de his plus satis. Porro non simplex furtum, id est, compositum cum alio
20 crimine est, † quod aliquo additamento, vel circunstantia aliqua grauante, conduplicatum aut aggrauatum est: veluti sacrilegium, quod furtum est non simplex, sed qualificatum, duplex vel compositum. Prẹter enim rerum violentam ablationem, adiunctam quoque habet vel loci sacri violationem, vel rei sacræ illicitam contrectationem: Ideo is ablator non vt simplex fur puniendus est, sed acrius, & enormius: quod is fur non simplex habeatur, sed fur cum adiuncto, nempe fur sacrilegus. Sic etiam
21 qui † quippiam furatur adhibita violentia publica vel priuata, effringendo seras aut alia repagula, vel obices: is (quia non simplex

ſimplex furtum admiſit, ſed furtum alio præterea ſcelere auxit) non ſimpliciter etiam puniendus eſſet, ſed lege Iulia de vi publica vel priuata: vel quia furando occidit vel vulnerauit: & tenetur l. Cornel. de ſicar. vel l. Aquilia de vulnerato. Et ſic, quotieſcunque furtum componitur cum alio crimine, ſi illud cum quo componitur, inſignius fuerit & † notabilius crimen: tunc punitur pœna criminis notabilioris. vt claret ex iamiam allegatis & productis exemplis. Iuxta hos enarratos modos dicendum quoque fuerit in omnibus aliis modis ſimilibus, in quibus cum furto aliud crimen coniunctum adhæret. quod multis exemplis tibi commonſtrare poſſem, niſi id plus moleſtiæ conferret & laboris, quam ſubtilitatis. Quocirca pergamus ad reliqua furti ſimplicis, cuius definitionem ſupra tibi apertè explicauimus: nunc vero furti ſimplicis varias punitiones accipe. Sed furtorum ſimplicium variam diſtinctionem prius dinoſcas, oportet: Quandoquidem iuxta iura vetera ſimplex furtum puniebatur pro qualitate perſonarũ, adhũc modum: Si † furtum ſimplex commiſſum fuiſſet à ſeruo: is ſeruus puniebatur fuſtigatione, virgis, loris, aut alia ſimili punitione corporali citra mortem, l. In ſeruorum, ff. de pœnis. Si vero à libero homine commiſſum erat: tunc is liber, aut erat in dignitate conſtitutus, aut certe nobilis. Si in † dignitate fuerat, aut nobilis: tum puniebatur pœna aliqua pecuniaria, ſicut habet l. Capitalium, §. Non omnes, ff. de pœn. Si vero ignobilis & ab omni dignitate pub. alienus: tum conſiderabatur, an homo erat probatæ vitæ, an culpatæ. Nam ſi is ignobilis, † idiota, plebeius fuiſſet bonæ vitæ, & qui ex conſuetudine non conſueuerit talia cõmittere mala: tũc is puniebatur mulcta pecuniaria: quam ſi ſoluere non potuiſſet, cõuertebatur ea mulcta in pœnam corporalem: In argumentum adducebant l. 1. §. Generaliter, ff. de pœn. & l. Quicunque, §. Quod ſi, Cod. de ſer. fugiti.

27 Si † autem talis perſona ignobilis contaminatæ fuiſſet vitæ, & quæ aliàs ſimilia perpetraſſet mala, aut alia quæuis: tunc ea puniebatur corporaliter, d. l. Capitalium, in fine, ibi Maiores noſtri in omni ſupplicio ſeuerius ſeruos, quam liberos: famoſos, quam integræ famæ homines punierunt. Atque ita de iure veteri, quod in puniendo furto perſonarum diſtinctionem perpenderant. Poſt hac de iure nouo, quod talem diſtinctionẽ non recipit, ſed omnes ex æquo de furto punit, vti habetur Auth. Sed nouo iure, Cod. de ſer. fug & text. vnde d. Authentic. deprompta eſt, in Authen. vt nulli iudicum. §. Quia vero nos oportet, colla. 9. conſtitu. 9. Sunt tamen nonnulli, qui iuxta communem Curiarum praxim, iura vetera, iuxta diſtinctionem præfatam obſeruari velint, ſed his non eſt ſumma authoritas: Secundum iura noua igitur in d. Authentic. Sed nouo iure, C. de ſer. fugit.

28 & iuxta inoletam † diuque receptam conſuetudinem, ſimplex furtum, in fure primum deprehenſo punitur flagellatione ſeu fuſtigatione: Si ſecundo commiſerit, punitur auris alterius aut manus abciſſione, vel alia nota corporali. Si autem ita bis correptus, non reſipuerit, ſed tertium furtum audet aggredi: tũ ita tertio deprehenſus puniendus erit ſuſpendio, nempe, quod furtum toties iteratum, factum ſit auctius & grauius: ideoque pœnam meretur maiorem.

29 † Sed hoc ſuſpendium furti ſimplicis naſcitur potius ex legum interpretatione, & ex conſuetudine publicæ tranquillitatis gratia obſeruata, quam ex vlla certa & conſtituta in iure lege, teſte D. Ioan. Ber. in ſuo iuris viatorio, ſub Rub. de fur.

30 Fur † autem ille, qui ſecundo furti Reus deprehenditur, vocatur in Iure fur conſuetus ſeu cõſuetudinarius quod bini actus conſuetudinem efficiant, l. 3. in fin. & ibi gloſſ. in verb. Conſuetudini, C. de epiſ. audien. Bart. in l. Cõſuetudinis, verſi. Deinde quero quot re-

quiruntur ad cōsuetudinem inducendam,
C. quæ sit long. consuet. l Capitalium, §.
31 Solent. iuxta fin. ff de pœn. Qui vero† ter-
tio furtum commisit, is fur famosus voca-
tur, vel grassator: & propterea vir reste, mu-
lier puteo, aut aliàs ex more cuiusque regio-
32 nis, ad mortem punitur: nisi enim † tales
iterantes fures iustitia morte condemnet,
parum profecto ad resipiscentiam furū pro-
fuerit: imo ne pilo quidem eos correctiores
reddiderit, quālibet etiam atrocissimis pœ-
nis, eos citra mortem affecerit. Adeo tales
fures omnes pœnas iustitiæ rident, & flocci
faciunt, vt earum gratia à furto rarissime
supersedeant, nisi præmaturius è viuis (ne
amplius obsint) suspendio tollantur. Quod
quum cordati iudices & oculata iustitia cer-
neret, statuit tandem tertio in furto depre-
hensos, laqueo esse tollendos, licet in iure
(quando seculum erat nostro æuo non pa-
rum melius) hoc non sit expresse notatum:
nempe vt vel hoc modo communi consu-
latur bono potius, quam vt immodica la-
xitate alios in furādi assiduo scelere foueat:
atque hanc nostram constitutam legem cō-
33 suetudinariam imitātur †Longobardi: sed
ad hunc modum aliquanto à nostro diffe-
rentiorem. Nam pro primo furto, simpli-
cem furem puniunt alterius oculi exocula-
tione, pro secundo, nasi præcisione: pro ter-
tio, corporaliter ac morte. Iura vero Roma-
34 na † nihil læsionis, nihil iniuriæ humanæ
faciei inferri sinunt: sed omnem faciei ma-
culam, imo quæuis humanæ faciei dedeco-
ra prorsum aspernantur, & abominabilia es-
se volunt. Quocirca nec vllam punitionem
in facie statuunt, quam ad diuinā effigiem
effectam esse cognoscunt, l. Si quis in me-
tallum, C. de pœ ibi, quo facies, quæ ad si-
militudinem pulchritudinis est cœlestis fi-
gurata, minime maculetur, &c. gl. in verb.
Seu furtum, in c. vnico, in §. Iniuria, de pa-
ce tenenda inter subd. in vsib. feu. Cęterum
35 Iura Ciuilia † nullum discrimen ponunt in-
ter fures ratione magnitudinis furti vel æ-
tatis. vt puta si aliquis fur abscindat marsu-
pium cuiusdam scholaris, quod (vt plerun-
que) non est munitum multis pecuniis,
putans illum esse opulentum mercatorem,
animo auferendi quidquid in eo inuenerit,
& ibi non inueniat nisi grossulum: alius ab-
scindat marsupium mercatoris, in quo in-
ueniat aureum: tales profecto æquali pœ-
na puniendi sunt, quia equali cupiditate fu-
rantur. Omnes enim fures, & iuuenes, & se-
nes, & magni & parui furti, iura exæquo pu-
niunt capitaliter, quando frequenter con-
36 tigit: quia † plus delictū aggrauatur ex fre-
quentia, quam ex magnitudine rei subtra-
ctæ, Iason in §. Ex maleficiis, colum. 2. In-
stitut. vi bo. rapt & iteratio criminis indi-
get grandiori supplicio, c. 1. de pœnitent. di-
stinct 5. l. 3. §. Si plures, & l Non omnes, §.
Desertor, ff. de re milita. Vnde elicitur lon-
furti frequentiam debere potius obseruari,
quam furum qualitatem Hoc tamen noti-
37 dum est, Iudices † non paruam debere ob-
seruationem adhibere circa furum necessi-
tatem & inopiam: an ex necessitate famis,
an ex animo furandi cupido furtū commi-
serint. Si enim necessitate famis, non vero
animo fraudulenter lucrandi, furtum facti
sit, excusari certe potest c. Si quis, & ibi scri.
extr de furt. si non sit insigne & magnum,
iuxta l. 1. ff de furt. Non enim factum que-
ritur sed caussa faciendi l. Verum est. ff co.
38 Et necessitas † sane non habet legem: quum
etiam ob extremam necessitatem aut ali-
mentorum gratiam, filios suos vendiderint
parentes authore Paulo lib. 5. Sentent. De-
39 inde † obseruent oportet circa calliditatem
aut simplicitatem furū, hoc est, an furatus
sit ex destinata malitia, vel ex consuetudi-
ne, vel ex simplicitate, & prudentia, qua nō
putabat se tantum crimen committere: vel
certe an ex paupertate, & rerum egestate ad
furtū pene coactus & impulsus fuerit. De-
40 inde † res obseruent, an panes aut potum
furatus fuerit, aut similes res edibiles & po-
tabiles. Ad hæc obseruent tempora cōmis-
furti

furti: an fuerint ea rerum omnium penuria differta & obnoxia: an vbertate omni abundantia. Postremo, furti commissi locum diligenter obseruent oportet, & furis qualitates omnes: huiusmodi enim circũstantiæ furtum aut grauant aut eleuant, adeo vt non videam, quam æquam de furto sententiam sit laturus Iudex, qui ista non accurate expenderit. Sunt † tamen quædã furta, ob quæ primo deprehensi fures morte afficiantur: veluti in Francia, & in aliis quoq; regionibus vsitatum est, ob primum etiam furtum simplices fures in crucem adigere. Primo enim ad patibulũ rapiunt dominorum seruos seu famulos & domesticos omnes cõuictores, qui suo domino aliquid clam (licet primum fuerit) eripiunt: Tametsi iura velint seruos seu famulos ob furtum dominis factum, nunquã publice exequendos & puniendos esse; imo nullũ seruum siue famulum morte puniendum ob furtum, in domo domini sui commissum, l. Serui & filii, ff. de furt. In Francia præterea vsitatum est, primos etiam fures suspendere, qui primo ex aratris furantur vomeres, aut equos, aut boues. Deinde qui Principum monetas defalcatoria concisione diminuunt. Ad hæc qui suo hospiti in diuersoriis quid auferunt, vbi hospitati sunt. Item qui aliquid è templis, aut cœmeteriis, aut ex alio loco sacro furantur. Postremo plagiarios omnes & mangones, qui aliorum liberos seu filios pignora charissima surripiunt, vt aliis diuendant, vt etiam in l. fin. C. ad l. Flaui. de plagia. Huiusmodi enim fures omnes, licet simplices, licet, quæ primo commiserint, Franci tamen aliiq; permulti, in crucem surripiendos volunt. Iura porro Cæsarea in c. 1. § Si quis quinque solidos, de pace tenenda, & eius viola. in vsib. feud. furunculum etiam puniũt capitaliter & laqueo, qui tantum quinque solidos furatus esset. Verum hoc intelligas oportet, quando tale furtum simul contingit cum violatione pacis aut induciarum, aut similium fœderum. Nam in talibus furtis aiunt nonnulli Doctores singulos solidos indicare & efficere vnum nummum aureum, è quibus 72. constituerent vnum libr. auri glos. in §. Et iudicare, in verb. ad trecentos, in Auth. de defen. ciuitat. colla. 3. gloss. in l. fi. & ibi Alex. ff de in ius vocan. gloss. in §. fin. in fi. Instit. de pœnis teme. litigan. cum pluribus
42 aliis. Porro filii † aut filiæ, qui suis furantur parentibus, l. Ne cũ filiosam. ff. de furt. & vxores, quæ suis furantur maritis, furtũ quidem committunt; sed vti fures nõ sunt punibiles. subsunt tamen Iudicis censuræ arbitrariæ, vt ex consideratis circunstantiis & personarum, & rerum aliquam punitionem instituat pro suo arbitrio, l. Si quis vxori, ff. de furt. l. vxor, ff. de crimin. expilat.
43 hæredit. Ideoque † etiam iura, patri & marito concedunt, dicta ablata bona posse referre, suoque priori vsui attribuere posse, si cubi ea conseruari aut latere cognouerint, d. l. Si quis vxori, idq; etiam citra illius precii numerationem, aut pecuniæ pro iis solutionem, l. Si mancipium, C. de rei vendicat. & l. Inciuilem, C. de furtis, & vtrobiq;
44 scribentes. Si vero † vxor marito furata, se extra mariti consortium subtraxisset, & cũ aliquo adultero aufugeret, cui mariti erepta bona tradidisset: aut certe si is adulter ipse per operã vxoris marito quippiam abstulisset, aut pecuniam, aut annulos, aut argentea, aliave bona ad maritum, vel mariti domum pertinentia: tum is adductor alienæ vxoris & furator puniendus esset capitaliter, ob geminum furtum, nempe alienæ vxoris, & rei mobilis contra voluntatem mariti: Fur enim is est geminus & adulter
45 nefarius. Porro vxor † ipsa mœcha & fur punienda esset exilio, aut alia pœna arbitraria Iudicis. Hactenus de furtorum diuersitate, & de diuersis ipsorum pœnis, ex quibus colligas nunc licet, tam varios esse fures, quàm sunt varia furtorum genera. In Iure tamen enumerantur principaliter fu-
46 res quadruplices. Sunt † enim furum alii

improbi & simplices fures (quorum supra
meminimus) quiq; clam, interdiu, nocte-
que furantur, & de his loquitur text. in d. §.
Furtum, Institut. de obligat. quæ ex delict.
47 nascunt. & in d. l. 1. ff. de furt. Alii fures †
vocantur improbiores, quorum quidam ef-
fractores dicuntur, qui cum effractura & a-
scensu in domum alicuius, furantur: eæ cir-
cunstantiæ furti pœnam augent, furesque
maxime grauant, vti & supra. Quidam ex-
pilatores. Quidam saccularii, qui vetitas in
sacculis artes exercent. Quidam vero dire-
ctarii, qui se in aliena cœnacula inferunt &
dirigunt: de quibus in l. 1. ff. de effracto. &
in l. Saccularii, ff. de extraordin. criminib.
48 Tertii † vero, fures vocantur improbissimi,
qui in stratis viisque furantur publicis, sine
hominis occisione, & de his est textus in §.
Grassatores, d. l. Capitalium, qui dicuntur
proprie grassatores, & sunt proximi latro-
49 nibus. Quarti † autem ac nouissimi, fures
vocantur plusquam improbissimi, hoc est,
qui in stratis viisque regiis & publicis, aut
in domibus rapiunt cum hominis occisio-
ne, aut occidendi intentione: & ii latrones
famosi proprie dicuntur, ob maioris scele-
ris denominationem, & de his loquitur te-
xtus in d. l. Capitalium, §. Famosos, ff. de
50 pœnis. Rursus, furum † alii vocantur, fu-
res manifesti, alii non manifesti: fures ma-
nifesti sunt, qui in furto atque adeo cum i-
psa re ablata deprehensi sunt. Non manife-
sti fures sunt, qui furtim & clam aliorũ bo-
na aut auferunt, aut contra eorum consen-
tientium voluntatem seruant & contre-
ctant, § Furtum, & §. seq. Institut. de obli-
gat. quæ ex delict. nascunt. Hæc tamen di-
uisio non magni est ponderis, quod eadem
ratio sit de furto quocunque modo contra-
cto & commisso. De homicidio autem &
furto, pulchram & doctam repetitionem
habes in §. Famosos, constituto in l. Capi-
talium, ff. de pœnit. editam ac publice dis-
putatam per Dominum Iacobum Boul-
lenc. Ebroicensem, iuris vtriusque Proly-
tam in almo Aurelianẽsi gymnasio In qua
repetitione, homicidii furtique pœnas a-
perte disputat, & explanat. cui annectuntur
45. casus, in quibus homicida à pœna mor-
tis releuatur. Huc nonnihil facit, quod scri-
bit D. Barthol. Chassan. humanorum Iuris
Doctor nequaquam incelebris, in consue-
tudines Ducatus Burgundiæ, Rub. *Des Iu-
stices & droictz d'icelles*, §. Quinto, per plu-
51 res columnas. Quum † autem hactenus de
furto in genere & de furum pœnis abunde
satis explicatũ sit, antequam hoc absolue-
rem capitulum, ĩnprudentem Iudicẽ prius
admonitum volui, vt cum fures ipsos seue-
re puniat, ne ipsos etiam officiarios furti ab-
soluat, aut parcat, qui in captura furum si-
bi reseruant, & bono iure asscribunt ea bo-
na quæ cum furibus captis reperiunt, aut
quæ fures ipsis commonstrant. Sunt enim
52 permulti † huiusmodi officiarii exitiali a-
uaritia rapti & prætores & supprætores,
& quæstores parricidarii, latrunculato-
res, idque genus officiarii permulti: qui
captos fures ilico omnibus bonis exuunt
& spoliant, rogantes etiam, nuncubi plura
furata bona recondiderunt, aut abstruse-
runt. Atque hæc omnia sibi, nescio quo
iure (nisi iure prædario) vendicant, & pro
iustissima possessione ea omnia ad proprios
vsus attribuunt, quum tamen certo sciant
cuiusnam ea fuerint, & à quo per fures ab-
lata. Nam secus est de bonis incognitis
& ad fiscum deuoluendis, de quibus non
agimus. Certe tales nefarii Prætores (pe-
ne dixeram prædones) quum paruos fu-
runculos in crucem adigant, quo munere
quæso donandi sunt, qui iisdem furuncu-
lis, imo ipsis veris furtiuarum rerum do-
minis, triplo sæpe maiora scientes fura-
tur? Scio quid premam. Fures suos in
furcam rapiunt, & ipsi furum fures libere
dimittuntur, imo ipsorum furtum tan-
dem iustum haberi volunt. Horum tan-
tum in peritos Iudices admonitos volue-
rim, si tales officiarios (bonos, cordatos &
iustos

iustos non noto) punire nolint, saltem ea furibus erepta bona, ab ipsis denuo eripiant, & proprio vtroque Domino suo restituant, & reddant: Nullo enim iure, ea bona sua sunt, quanquam in hoc sibi mire blandientes, sibi admodum persuadeant: sed falso & stulte. Idem quoque † furtum exercent in quibusdam locis carnifices, qui furunculos interdum alienis furtiuisque bonis exonerant, ipsos hospitio excipiunt, partemque furti ad se recipiunt, promittentes furunculis silentium, criminis dissimulationem, & sicubi necessum erit mitiorem excusationem, atque ita in furto (quantum in ipsis est) eos fouent, & alunt. Verum huiusmodi carnifices cum ipsis suis furunculis, mea sententia, in crucem simul abripiendi essent, imo aliquanto seuerius etiam puniendi. Cæterum † velim pie Lector (vt hæc quoque huic subnectam capiti) subeant tibi quædam esse furta licita, quæ etiam nullo modo punienda. Veluti primo fuit furtum Israelitarum in Ægypto: qui Deo iubente Ægyptum spoliarunt suis opibus, vti habetur Exodi duodecimo, & in Decretis, canone, Dixit Dominus, decimaquarta, quæstione quinta, ibi, nec Israelitæ furtum fecerunt, sed Deo iubente ministerium præbuerunt. Sic Abraham & Samson, & alii permulti fuerunt excusati authoritate Domini, vt canone, Si non licet, 23. quæstione 5. Item excusatur, si quis furaretur res Turcarum, siue aliorum Barbarorum, l. Non solum, Cod. de commer. & mercat. Item excusatur & impunitus habetur, qui adstans abripiat res expositas aleatorum, l. prima, ff. de aleç lu. & aleator. hæc & similia puniri non possunt. Qui enim facit aliquid aut Deo iubente, aut lege permittente, non peccat, l. Gracchus, Cod. de adulter. & can. Qui peccat, 23. quæst. 4. vbi inquit. Qui secundum leges facit, pœnam non meretur, d. c. Dixit Dominus, iuncta gloss. ibidem. in verb. furtum nonnullas concordantias allegante.

55 Ad hoc Capitulum † quoque spectare videtur illud furti genus, quod à validis mendicantibus, planis, scurris ac impostoribus committitur, qui veris pauperibus è faucibus debitas eleemosynas eripiũt, quorum nusquam non plura quam æquum est exempla conspiciuntur. Vnum referam, quod Gandaui olim comperi, vbi ego cum aliquot Senatoribus Brugensibus sedi ante portam domus senatoriæ: Hic enim nobis adoritur Mendicus quidam, gemebundus, plorabundus, mirisque modis Iri paupertatem simulans, eleemosynam petit, habere se latens vitium ac malum prædicat, quod pudor illius hominis conspectui exhibere deterreat: Ipsius miserti singuli mẽdico eleemosynam largimur. Mendicus à nobis digreditur. Vnus nostrum iussit famulum suum hunc mendicum insequi: & propius quid latentioris vitii haberet, perquirere. Paret is mandatis Mendicum rogat quodnam sit illud latens vitium, quo se laborare dicebat. Inspicit faciem, videt pectus, videt brachia omniaque nitentia & valida conspicit. Nihil (inquit) famulus in te mali video. Ah (inquit mendicus) longe aliud est malum, quod me premit, quod à tuis obtutibus remotum est, nempe tale malum, quod per vniuersum corpus meum serpsit, quod per venas ac medullas ita grassatur, vt nullum sit mihi corporis membrum, quod sese laboribus ac operis tradere valeat, hoc malum vocari audio pigritiam & desidiam. Quid? hæccine noxia admodum sunt vitia? Famulus hic stomachabundus discedit, ad suos redit: Rogatur quod fuerit illud latens malum: famulus vt à mendico edoctus fuit rem explicat, cognitum illud latentissimum malum quod multos alios quoque premit, aperit. Responsum cum risu omnium excipitur. Mox perquiritur vt Capturæ piæ commendetur. Verum scurra aliò se subduxerat.

56 Huic † exemplo nõ absimile fuerit illud,

quod ego quoque conſpexi in inclyta ciuitate Brugenſi, cui tum tempotis eram à cõſiliis, profecto exemplum non minus lepidum quam flagitioſum & hoc loco narratu dignum. Circa annum Domini 1536. plateatim mendicabat quidam mendicus iuxta externam ſpeciem plane (vt apparebat) miſerabilis, mutus, elumbus, adeo vlceroſus, ſcabioſus & deformis, vt omnibus miſerationem ſui incuteret, aliis etiam lachrimas excuteret. Hic ſingulis dominicis per ſingula parochialia templa ante fores templorum ſeſe proſtrauerat, ſtraminibus incubans, mutum balbutie quadam ſimulans, tintinnabulum altera manu agitans atq; vniuerſam eamque miſerabilem corporis deformitatem prætereuntibus oſtentans. In quem prætereuntes conſpicantes tanta cõmiſeratione affecti ſunt, vt ſæpe ſingulis dominicis & feſtis ex hac improba mendicitate corraſerit, 5. 6. aut 8. ducatos. Quod quũ æquo diutius duraſſet ad tres menſes & in eodẽ ſtatu ſemper per vices ad intermiſſas templorum fores tragœdiam ſuam iteraret, & pro foribus D. virginis Mariæ proſtratus iaceret: contigit vt vnus ex publicis ſatellitibus in hunc oculos intentius cõuerteret, impoſturæ ſuſpicione tangebatur, & quibusdam prætereuntibus dicebat hunc ita deformatum, eſſe plane planum & aſtutum impoſtorem. Tandem curioſius & certius rem cognoſcere cupiens propius acceſſit, & iterum iterumque eundem preſsius intuens, cœpit aliquanto audacius aliquot faſcias & pannos lineos purulentos digitis ſuis detrahere, quibus detractis comperit cutem ipſius eſſe nitidiſſimam, ſanã & validiſſimam: idem conſpicantibus multis. Mendicus autem cernens per hoc impoſturam ſuam detectam, quam ocyſſime ſeſe in pedes coniicit, ceruoque velocius fugam init. Satelles clamoribus inſequitur: Tenete nebulonem, tenete impoſtorem: Ob hos excitos clamores à quibusdam via prouocãti intercluditur, curſus remoratur, ab eodem ſatellite capitur, & ad carceres dedu[illegible]cur. Inter deducendum vero multæ mul[illegible]erculæ, & ſimplices plebei multi (quib[illegible] via hic mendicus captus fiebat obuius) no[illegible] ferentes hanc indignam pauperis (vt appa[illegible]rebat) apprehenſionem, clamare cœperu[illegible] non ferẽdam talem iniuriam, tam indign[illegible] tamque deplorandam, qua ita miſelli & vl[illegible]ceroſi homines raptentur ad carceres. Vid[illegible]te (inquiunt) quam tyrannice iſte calam[illegible]toſus tractetur, quam inhumaniter abripi[illegible]tur. Proh Deum atque hominum fidẽ! fie[illegible] nõ poteſt quin Deus tam indignum facin[illegible] propediem puniat, atque totam ciuitate[illegible] funditus tãdem perdat. Porro ad hũc men[illegible]dicum vlceroſum imo impoſtorem nefari[illegible] poſtridie à captura acceſſerunt ipſe Præ[illegible] cum duob. ſenatoribus, & vno Scriba pe[illegible]ſionario, qui poſt carceralem examina[illegible]nem & rerum debitam diſcuſsionem fa[illegible] iuſſerunt vt purulentas illas faſcias abri[illegible]ret quo facto compererunt ipſius corpu[illegible] ſe ſanum, valens, & puriſsimũ, nulla in pa[illegible]te læſum aut vlceroſum: Sed iuuenili a[illegible] præditum, fortem & à ſummo capite vſq[illegible] ad calcem ſanum. Interim fallaciis atq; h[illegible]iuſmodi impoſturis aperte cognitis, eũde[illegible] mendicum impoſtorem admonere cœp[illegible]runt, rogãtes quid ipſum mouiſſet, qui[illegible] uenis eſſet multis naturæ dotibus exo[illegible]tus, vt ad tam abiectam, vilem & dedeco[illegible]ſam vitam ſeſe manciparet, & tam miſera[illegible] mendicitatem potius amplecteretur, qua[illegible] vitam per ſe modis omnibus honeſtam [illegible]plecteretur. Quibus is hunc in modum [illegible]ſpondit; poſtquam (inquit) video hãc i[illegible]poſturam meam eſſe detectam, meque i[illegible]famiæ iam fore ſubiectum, vniuerſum vi[illegible] meæ ordinem nude profitebor. Parent[illegible] habui honeſto loco natos & re lauta, qui [illegible] erudiendum curarunt literis Latinis & Gr[illegible]cis. Poſtea ad iura & ad praxim me applic[illegible]erunt. Vbi familiaritatem contraxi cum [illegible] qui me ſeductum prorſus corruperunt, a[illegible] eo, vt relicta honeſtiori vita, relicta patri[illegible]

elictisq; parentibus (in quorum conspe-
um venire metueram) malorum consor-
tis me adiunxerim, cumquibus vnà in Ita-
am profugi, hinc in Franciam, deinde
eapolim, mox Cyprum quoque inuisi,
inc per Siciliam Romam reuersus fui,
inc Venetias, inde Germaniam peragra-
i: ac tandem in Belgiam hanc regressus,
c sedem figere statui. Profusis autem
bus meis omnibus, aleis, atque omni vo-
ptatum genere, tandem honestis ciui-
us inseruire cœpi, quorum famulitium
mpatienter ferens, planis ac nebulonibus
me adiunxi, cum quibus per varias ciuita-
es & Zenodochia vagatus nullum non
mposturæ genus feliciter didici, quibus
mundum hunc cæcum, astutè fallerem,
pecuniam abundè corraderem, eoque mo-
do commodam in ocio & voluptate vi-
am degerem. His igitur modis multos
d commiserationem concitaui, quæstum
ngentem feci, ac non rarò singulis diebus
5. 6. aut 8. ducatos corrasi, quos per heb-
domadam (detractis purulentis fasciis &
ndutus vestibus aliis elegantioribus, qua-
m quatuor aut quinque genera seorsum
habebam) in nullo non delitiarum gene-
re insumpsi & vitam Epicuri aut certe vi-
am Sardanapali commodissime transegi.
Absumpta pecunia ad priorem piscationē
eam redii, domunculam meam denuo
bii, me vt prius ad speculum (quod in
hunc vsum habebam) ornaui, siligineam
farinam singulis membris capiti, tibiis, pe-
dibus, pectori, scapulis superliniui, quæ ea-
dem membra mox lineis lacerisque fasciis
estiui, hinc ardentem cādelam altera ma-
nu complectebar, altera sulphuris partem
cum ardore candelæ per easdem fasciolas
ssim instillaui. Postremò columbam
talium pullum accepi, quem discerpens
permisi guttatim per eadem membra sul-
phure & farina oblita instillare, vt vniuer-
sum corpus tantò apertius appareret puru-
lentum, miserabile & conspectu horridum, tandem vbi me ita probè ornatum ad speculum contemplatus fui ex tuguriolo meo (quod vbique locorum circa mœnia conduxi, ne quis me ibi instruentem perciperet) prodii, templorum valuas repetii, nonnunquam commeatum parare studui. Ad valuas me prostraui, tintinabulum in manu corripui, meamque miserabilem tragœdiam peragere cœpi, meis retibus populi transeuntis pecuniolam aucupari sategi. His omnibus cum risu auditis, Domini ipsum admonendo interrogabant. Cur ipse, qui iuuenis esset elegantissimus, variis literis & linguis instructus, multisque naturæ dotibus præditus, quibus sese ab egestate facile vendicare posset, imò lautissimam, atque honestissimā vitam vbique locorum peragere, mallet huiusmodi technis, dolis, & imposturis victum queritare, quam honestissimis mille aliis exercitamentis vitam protrahere. Quibus ille quoque ridendo ita respondit: Quid, inquam, miramini de hoc vitæ meę genere? Ego talem vitam peregi, qua ne meliorem quidem optare possem. Vixi enim votorum meorum compos, sine cura, sine sollicitudine vlla, in summa rerum omnium voluptate, aleas & omnium ludorum genera tractaui, ad quæ natura pronus fueram facile conquisiui. Mulieres etiam formosissimas mihi indulgentissimè adiunxi, varias ciuitates, varias regiones, varios hominum mores conspexi, quicquid rerum gerebatur vel apud Indos facile cognoui, atque omnia hæc absque vlla animi solicitudine. Ah, inquam, quænam vita huic vitæ generi est anteponenda? Sine cura enim, inquam, viuere felicem ac diuturnam vitam efficit. Curæ verò canitiem contrahunt ac prematuram mortem accelerant. Dum ita iactanter suam vitam commemorat Senatores ipsius insipientiam taxant, vitæ inhonestatem coarguunt, indignissimè nequiterque facta improbant, damnant, & contrariis rationibus nequitiam ipsius conuin-

cunt. Ipse verò quasi pœnitens, veniam, resipiscentiam & honestiorem vitam ipsis firmiter promittit, seque in gratiam Magistratus commendat, vt is misertus iuuentutis suæ atque insipientiæ in ipsum potius clementiam, quam iustitiæ rigorem exerceat, quod iidem Senatores ipsi bona fide promiserant. Interim tamen non desierunt repetere ipsius nequitiam, ipsumque nefariũ factum commisisse, qui tam enorme furti genus impudẽter perpetrauerat, veris pauperibus, veras eleemosynas è faucibus præripuerat, & subdolè & fucatè oppresserat, & fortassis mortis quoq; occasionem (ob non consecutas per eum debitas eleemosynas) præbuerat. Quam admonitionem is satis patienter admisit, & meliora promittebat. His rebus ita liquido cognitis, Senatores ab ipso digrediuntur, audita, comperta & cõspecta ad Senatum nudè referunt. Causa ipsius discutitur, trutinatur & damnatur reus, vt postridie eius diei sese in carcere solito more exornet, ita ornatus inter satellites è carcere per Burgum forum publicum conducatur ad domum senatoriam, percepturus ibi suæ nequitiæ perpetratæ sentẽtiam. Inter deducendum verò leuis iudicii populus satellitibus occlamare cœpit, & obstrepere, indignissime fieri quod tam miserabilis hominumque omnium infimus, per Magistratum raptaretur ad pœnam. Interea tamen reus is impostor corã Magistratu sistitur, & hac sententia damnatur, vt ad semihoram palo affixus in theatro populo ita ornatus ostentaretur. Deinde à carnifice omnes fasciæ sordesq; tollerentur, vt cunctis nitor cutis & corporis sanitas innotesceret, deinde 12. virgis ad effusionem sanguinis acriter cæderetur, & tandem extra terminos Flandriæ decem annorum exilio, sub pœna suspendii, relegaretur. Quam quidem sentẽtiam is alacriter (metuerat enim suspendium) in se recepit, sed minus alacriter verbera sensit, qui ita verberibus discerptus fuit, vt totum corpus cruore madesceret. Populus autem his dolis & imposturis conspectis, ridere cœperunt qui prius fremuerant, & optimè dignissimeque factum esse, quod prius imprudenter suggillauerant, suamq; insipientiam detestabãtur, qui tam temere Senatorum facta præter cognitionem causæ, prius incessere non verebantur.

57 Hîc † mihi exclamare libet, Ah hominũ versutias & nefarias planorũ imposturas: Cùm enim eas in memoriã reuoco, sine dolore cõmemorare nõ possum sacrosanctam illam l. Vnicam, titulo de validis mẽdicantibus lib. 11. C. Imp. Iustini. tam neglectam atq; adeo pene iacere sepultam, neque diligentius reuocari in vsum. Quod si fieret, nõ tot nebulones ociosos, nõ tot scelerosos impostores alerent passim Regiones, neque tot passim committerentur maleficia. Ex odiosa enim mendicitate quot mala suppullulent, exempla certius quam libri perdocent.

58 Prodierunt prętereà † Imperatores multi, potissimũ Carolus Rom. Imp quintus, & Philippus Rex Hispanię Caroli pater in suis diplom. editis Mechliniæ anno 1506 salubria Reipubl. edicta de validis mendicantibus. Verùm multorum Iudicum inertia, quosuis & vbilibet locorum mendicare permittit, qui eleemosynis non egent, sed ociũ duntaxat sectantur & voluptates, & vbicunq; pulchrã interim occasionẽ nanciscũtur, ibi ne à maleficiis quidẽ temperant, quorum maleficiorũ causam præbent Officiariorũ supina inertia, & corrigendorum pauperũ pertinax tædiũ. Optarem hic nostram Christianorum pietatem æquiparari posse Turcis & Ethnicis, apud quos nulli fas est ita mendicare ostiatim, sed vnaquæque ciuitas suos alit pauperes, & vere pauperes. Ociosos autem cogunt ad labores.

59 Qua in re † mihi magnopere laudãdę sunt Brugæ, mea dulcissima patria, in qua institutæ sunt duæ clarissimę piissimęque scholæ: puellorum vna, puellarumque altera: quibus præsunt decẽ præstantes viri rectores: illus sex, his verò quatuor. In has scholas

ciuitatis pauperes & penè platearum fæces deducuntur, qui ibidem aluntur, vestiuntur, docentur & pro naturæ dotibus instituuntur, donec adoleuerint. Adulti verò alii traduntur mercatoribus canonicis, mechanicis, alii liberalioribus studiis, postea altioribus facultatibus & disciplinis. Puellę in honestas familias seruituræ traduntur. Nec ab his manus auxiliares Rectores retrahunt, prius quam ad matrimonium elocentur, aut ad statum perfectionis prouecti fuerint. Vnde contingit ex hisce scholis emergere multos viros probos, bonos ciues, mercatores diuites, sacerdotes, Canonicos, imò & Abbates. Ex altera matronas honestas, & aliquando religiosas, Abbatissas. Qui fortassis omnes sine harum scholarum institutione & auxilio ad nequissima peruenissent: alii ad furta, alii ad latrocinia, alii ad alia atq; alia maleficiorum genera. Puellæ quoq; aut ad furta, aut ad mēdicitatē, aut ad lupanaria, quæ istarū scholarum ope ad honestissima feliciter cōscenderunt. Quæ quidem scholarum institutio ita pia omnibus visa est, vt eam plures huius regionis ciuitates imitari studuerint. Imò & ipsa Francia easdem æmulari cœpit, forma & institutionibus à Brugensibus expetitis. Prioribus in editionibus & exemplarib. omisi vnam quæstiunculam, huic materiæ minime inconuenientem: quam hîc inserere cupio paucis, & remissiue. Vtrum fur † magis sit censendus, qui modicū, aut qui magna furatur ac diripit? Pro breui decisione eiusdem, quemadmodum dicimus illū magis ebrium, quiquolibet vino, quam qui optimo inebriatur, ita & cupidum eum potissimū, qui ne minima quidem rapere omittit. Nam qui maxima diripit, minima fortasse contemnet: qui autem parua non despicit, quomodo his maiora nō despiciet? Fur igitur hic magis quā ille est. Nam qui non aspernatur argentum, nunquam profecto aurum aspernabitur. Cui mirum in modum concinit text. in c.

vltimo. 14. q. 6. Huiusq; meminit D. Andr. Tiraquellus De legib. connubial. lib. secunda lege connubiali. nu. 8. fol. 15. Nonnullas hîc subnectere quæstiones decreui proposito admodū seruientes.
61 † Nempe, Furtū an sit casus fortuitus, & cōputetur inter casus fortuitos? Legistę tenent quod nō. secundū Io. Andr. nisi quādo fitā persona cōuincta, vel tali, de qua diligētissimus nō suspicaretur. l. Eum qui emit. §. Idem scribit, ff. de furt. Huius meminit D. Iohannes Gaufredus, in sua 2. parte Collectarii, c. vnico. numero 12. de commodato.
62 Item: Furtum † vnicum, & magnum an æquipolleat tribus furtis? Huic quæstioni respōdetur affirmatiue, quod sic. vt licet videre in decisionib. aureis D. Boerii, q. 173. nu. 5. parte 1. fol. 286. per text. in Authentic. Sed nouo iure. in fi. C. de seruis fugitiuis argumento l. Si is qui tres, ff de excusat. tuto. quem videndū nec dissuadeo.
63 Item: Frangens † ostia meretricis causa libidinis, an teneatur de furto inde secuto? Huic q. satisfacere videtur D. Ioan. Gaufred. in suo collectario iuris, in c. Dilectus, lib. 1. n. 2. de rescript. Dicens quod verū est, vt nō cōueniatur actione furti, sed poterit cōueniri actione iniuriarū, nisi damna resarciat. vt notat Io Andr. de reg. iur. Imputari Et idē D Ioan. Gauf. in c. Si quis, n. 2. de furt & c. 1. in Clemēt.
64 Item. Furari † rē furatā à fure an liceat? Respōdendū, quod nō, nisi vt domino restituatur, quo casu nō est furtū. ita tenet, & notat D. Host de pœn. & re. in summa, § Quilibet, & qualiter. vers. Sed nūquid. & idē allegat D. Ioan Gaufred. in suo collectario, lib. 5. n 2. de furt.
65 Itē: Fur † an presumatur, penes quē res furtiua est inuēta: & vtrū cōtra eū possit agi actione furti? videtur quod sic. vt notatur per D. Barto. & alios. in l. 2. incip. Inciuilē C de furt. & seruo corrup. Horū etiā meminit D Ioa. Gaufred. in 2. parte Collectarii, n. 2. de furt. Et D. Bart. in d l. Inciuilē, quærit, Vtrū ille qui emit à fure, præsumatur sciēs & particeps fraudis? gl. dicit ꝙ nō, ꝓpter vnā emtionē, sed si hoc

frequentaret secus. Bart. dicit in d. l. Inciuilem, num. 2. inspiciendum esse pro quanto precio emerit, &c, vtrum clam, aut palam emerit; & sic ex istis, aut similibus indiciis dolus perpenditur, l. Dolus, C. de dolo. I-
66 tem, Furtum † an cōmittant domini temporales, capiētes res commissas per naufragium, id est, naues fractas? Dicendū quod licite capere possunt, sicut in pluribus de fa-
67 cto seruatur. Videtur tamen quod † non, vt scribit D. Ioan. Gaufred. in suo Collectario, super Decretalibus, in c. Excommunicationi, ext. de raptorib. & incendiar. vbi nota-
68 tur. Quod qui † spoliant patientes naufragium, sunt excommunicati; cum non sit
69 afflictis † addenda afflictio. Nec fiscus † e-
70 tiam sibi aliquid vendicet in calamitate alterius, l. 1. C. De naufragiis, lib. 11. & idem Ioan Gaufred. in c. Qui cum fure, ext. de furt. Ad quod etiam vide quod notatur in c. Dispensationes, 1. q. 7. Antequam huic capiti finem imponam, sequentia nequaquam inutilia, sed summę notanda adhuc
71 addere proposui: nempe, Vxor † an & quādo eleemosynam pauperibus largiri, seu facere, sine consensu ac licentia, viri siue mariti? Vt huic quæstioni faciam vtrumque satis, paucis apparet mihi dicendum & scribendum confirmiter vt tenet D. Hostiens. in summa, de pœnitēt. & remiss. in § quib. & qualiter, in ver. quid de facientibus eleemosynam, & post eum. D. Panorm. in c. Si quis, extra, de furt. Quod aut vxor vltra dotem habet alia bona; & tunc de eis potest facere eleemosynam; quia de illis maritus non potest se intromittere, contradicente vxore, l. hac lege, C. de pactis conuentis, extra, & l. Maritus, C. de procurator. Aut non habet alia bona vltra dotem, & tunc contradicente marito non potest facere eleemosynam, quia dominium rei dotalis pertinet ad maritum constante matrimonio, l. Dote, C. de rei vendicat. & si facit eleemosynam vnde & de quo non potest, censetur furtum aut saltem speciem furti committere. Sed si maritus non contradicit, potest facere eleemosynam conformando conscientiam ad voluntatem mariti; quasi dicat, quod facit illam quam præsumit maritum velle, non
72 aliam: Et est ratio, quia † de reb. alienis non licite facit quis eleemosynam, c. Non est præstanda, 1. q. 1. & pro prædictis alleg. text. expressum cum glossa in c. Quod Deo, 33. q. 5. Huius q. etiam meminit, & aliarum, vt infra dicetur, D. Andreas Tiraquell. in suis commentariis, De legibus connubialib. & de iure maritali, 15. lege connubiali, gloss. pag. 190. num. 192. vbi etiam ponit & examinat sequentes quæstiones, hac sequenti tabula comprehensas, quas lector ibi videre poterit, caussa euitandæ prolixitatis hic omissas, num. 190, 191, 192, 193, 194, &c.

Vxor an { Possit facere eleemosynam.
73 Possit commodare, remissiue.
74 Posit litigare, remisiue.
75 Posit compromittere, remisiue.
76 Posit alienare, quod alienari est prohibitum, remisiue. } sine consensu mariti.

CAPVT CXIII.

De Sacrilegio.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 113.

1 *Sacrilegium furtorum execrandissimum.*

Sacrilegium est triplex {
Rei sacra de loco sacro, propriè.
Rei sacra de loco non sacro, impropriè.
Rei non sacra de loco sacro, impropriissime.
}

Sacrilegii proprii definitio.
In sacrilegio quam rem dicamus sacram.

Sacrilegium proprium punitur, vel {
Laqueo.
Gladio.
Igne.
Bestiarum deuoratione.
}

Sacrilegium improprium punitur {
Pracisione pugni, vel Perpetuo exilio } *ex iure.*
Laqueo vel gladio ex consuetudinaria lege.
}

Sacrilegium maxime improprium punitur, vel {
Laqueo.
Gladio.
}

Generalis sacrilegii punitio.
Sacrilegus nullam meretur veniam.
Quid sacrilegium excuset.
Sacrilegii punitio apud Ethnicos.
Carolus Imper. de capitalibus iudiciis.

Sacrilegium apud Canonistas est quadruplex, {
Rei sacra è loco sacro.
Rei sacra è loco non sacro.
Rei non sacra, è loco sacro.
Violéta in clericum manus iniectio.
}

Pœna canonum in sacrilegos nimis laxa.
Sacrilegus non fruitur loci sacri præsidio.
Sacrilegus semel, Ecclesia tutela indignus perpetuo.

INter † furta materialia (Spiritualia præcipuè punit Deus, aut Iudex ecclesiasticus, nempe confessor) execrandissimum est Sacrilegium. Quodque fit tripliciter : † nempe quãdo sacrum de sacro, vel sacrum de nõ sacro: vel non sacrum de sacro aufertur, seu furto tollitur. c. Si quis cõtumax, & c. Quisquis, versus medium, 17. q. 4. & gloss. in c. Sacrilegium eadem Caussa & Quæstione, & l. Sacrilegii pœnam. & l. Sacrilegi capite, & ibi gloss. & in l. Diui, & ibi Bart. ff. ad l. Iul. pecula. & Abb. Sicul. in c. Cæterum, corum, s. de Iudic. Hæc autem triplicia † sacrilegia nõ æque enormia, sed verum siue proprium sacrilegium de iure ciuili est, quod primum posuimus : hoc est, quando aufertur res sacra de loco sacro, vt notatur, in d. l. Sacrilegii pœnam, & l. Sacrilegi capite, & l. Diui, præcitatis, & ibi Dynus, Bart. & Alberic. de Rosa. quamuis de iure Canonico sufficiat alterum (& si minus proprie) d. can. Quisquis, & gloss. & Doct. in c. Conquesti, de sentent. excommunicationis. Porro rem
4 sacram † hîc intellige, non tantum ipsa Sacramenta, sed ipsa Sacramentorum vascula, vel aurea, vel argentea, seu monstrantias, in quibus est sanctum & venerabile Sacramentum altaris, seu Eucharistiæ aut in quibus solet quiescere, & quęcunque alia ad sacrorum vsum potissimum dedicata, veluti ciboria, phialas, capsulas aureas vel argenteas, calices, patinas, feretra, libros, ornamenta, mappas, linteamina altarium, mantilia, cortinas, cæram, candelabra eburnea,

ærea, aut cryſtallina, gazophylacium aut arcula, in quam ſacræ eleemoſynæ coniiciuntur. Hoc ſacrilegium leges ſeueriſſime pu-
5 niunt. Nam † quiſquis vllam dictarum rerum eccleſiaſticarum furatur è templis: is puniēdus eſt aut igne, aut gladio, aut ſuſpēdio, aut beſtiarum deuoratione, ad arbitriū Iudicis, d. l. Sacrilegii pœnam. Quiſquis
6 † vero ſacrilegium improprium committit, hoc eſt qui vlla bona eccleſiaſtica furatur extra templa, aut extra ſacrorum locorum ſepta: is iuxta iurium conſtitutiones plectendus eſt abſciſſione pugni, ſeu manus amputatione, aut perpetuo exilio arbitrio iudicantis, l. Lege Iulia. §. Mandatis, ff. ad l. Iul. pecul. Conſuetudo tamen (quæ optima legum interpres, necnon pro lege habēda eſt, l. 1. & per totum tit. & ibi ſcrib. Cod. quæ ſit longa conſuetudo) eoſdem pariter damnat laqueo, aut gladio, vt ſuperiores.
7 Porro quiſquis † vlla bona non ſacra furatur, è loco ſacro: is quoq; patibuli damnatur ſuſpendio, aut gladio conſumitur. Nam etſi ipſa bona ablata ſacra non fuerint, locus tamen vnde ſuſtulerat, ſacer eſt, quem furto violat & contaminat: ob quam cōtaminationem & violationem irreuerentem (licet improprie) etiam ſacrilegus vocatur, & vt verus ſacrilegus punitur. Sic qui è templis aut ex aliis locis ſacris furatur, vt è ſepulchris mortuorum cadauera, aut ciſtam mortuariam, vel linteamina & ſimilia: is quoq; ſacrilegus cenſetur, & crucis ſuſpendio, aut gladio (vt cæteri) damnatur, l. fin. ff. de ſepul. violat. cum diſtinctione tamen, vt i-
8 bi. Cæterum in genere † ſacrilegium (vt denuo repetam) ſecundum iura vario modo punitur; nempe aut gladio, aut laqueo, aut igni, aut proiectione ante feras, vt ab iis deuorentur, ſicut videre eſt in l. Sacrilegii, ff. ad l. Iuliam peculat. Et quia præfatum crimen ſacrilegii furto maius ac grauius eſt, d. l. Sacrilegii, poſt princip. & l. Aut facta, §. Locus, ff. de pœn. ideo omnis pœna, quæ in furto per legem municipalē ſtatuitur, multo magis locum habet in ſacrilegio: quia quod pluris eſt, vtique tanti eſt, l. Cum furti, ff. de in lit. iuran. tenet Baldus in l. Si nōdum, verſic. Sed nunquid ſacrilegium, C. de
9 furt. Quocirca † etiam huiuſmodi ſacrilegia minus indulgētiæ, minus veniæ ſeu miſericordiæ merētur, quam furta rerum profanarum. Furta tamen in ſacris locis facta,
10 † hoc eſt, ſacrilegia, excuſantur etiam famis neceſſitate, iuuentute, & ætatis vel ſimplicitatis imperitia, ſi modo legitime, ac vere de iſtorum aliquo conſtet: In his enim agēdum eſt per omnia excuſantia, ſicut in profanis furtis prædictum eſt. Nec obliuiſcen-
11 dum † hoc capite cenſuimus, in ſacrilegos etiam apud Ethnicos ſeuere animaduerſum fuiſſe: ſicut de Phaleco Phocenſium duſtore legimus: qui quum furti inſimularetur, & quod multas è ſacris pecuniis ſibi vendicaſſe traduceretur, ex Imperatoria dignitate, quam gerebat, prorſus excidit. Nam poſtquam ſacrilegii fama deprauatior fieret, tribus delectis ducib⁹, Dinocrate, Callia, & Sophane ſacrarum pecuniarū quęſtio eſt habita, qui cum ab iis, qui eas adminiſtrauerant, rationem repoſcerent, & ii reddere eam nequiſſent, eos maximo cruciatu adfectos, reſtitutiſque quæ ex furto ſupererant, morte acerba tandem mulctarunt. Habentur at-
12 tē paſſim multo † plura apud authores exempla de ſacrilegorum pœnis, atq; adeo ī diis ipſis etiam quos depeculati fuerant, inflictis. Hinc Menelaus apud Libanium: Videsne (inquit) impune nō eſſe ſacrilegis, res Deorum ſuſtuliſſe? vti eleganter commemorat D. Iuſtinus Goblerus Goarinus, Iurecōſultus nequaquam incelebris, & variæ multiplicisque lectionis in ſuis Commentariis (quos ſumma cum laude edidit) ſuper conſtitutione Auguſtiſſimi Imperatoris Caroli V.
13 † de Capitalibus iudiciis. De Iure autē Ca-
14 nonico, † ſacrilegium dicitur committi in omnibus caſibus prædictis, quibus etiam addunt quartū, quoties quis manus impias mittit in clericum vel monachum, c. Si quis

contumax, c. Quisquis inuentus, & c. Si quis suadente, 17. q. 4. Pœna † autem Iure Canonico imponitur, scilicet quod post trinã admonitionem excommunicandus est, vt vult gloss. in d c. Quisquis inuentus, §. Si quis domũ, 17. q 4. In quo miranda est immodica Canonum laxitas, qui in tanto scelere, tam mitẽ pœnam imponant, qua malum foueant potius & excusent, quam corrigant aut puniant, sicut etiã sentit d. gloss. Antequam hanc sacrilegii materiam deseramus, explicanda sunt nobis duo dubia satis familiaria. Quorum prius est, † An sacrilegus gaudere possit immunitate Ecclesiæ, aut cœmiterii? huic dubio omissis variis argumentis in vtramq; partem, respondendũ est, Sacrilegum nusquã sacrorum locorum tutũ esse, nec vspiam debere gaudere Ecclesiæ, aut cœmeterii immunitate, c. Frater, 17. q. 4. propter quod dicit text. ibi in c. Sicut, Quod sicut maius peccatũ est, quod in Deũ committitur, quam quod in hominem: sic grauius est sacrilegum agere, quã fornicari, vt ibi, huc facit c. fin. iuncta gl. in verb. Quo faciunt se indignos, ext. de immunita. Eccles. & ibi Panor. l. Si quis in hoc genus. C. de episco. & cleric. Alterum † dubium fuerit; An sacrilegium semel committẽs, postea in aliis delictis vti possit Ecclesiæ aut cœmeterii immunitate? vel sic; An qui semel sacrilegium cõmiserit in Ecclesia vel cœmeterio, de quo non fuerat punitus, ob aliud prius, vel posterius delictum per eum commissum, fugiat ad Ecclesiam aut cœmeterium, gaudere debeat illius immunitate, vel locum habere debeat c. Inter alia, ext. de immunitat. ecclesię? Quam quidem quæstionem vtrinque examinauit & affirmatiue & negatiue D. Nicolaus Boerius in suis decisionibus aureis, q. 110 Et tandem negatiuam partem probat magis, dicens ita determinasse decision. Capel. Tolosa. 422. in princ. talem non debere gaudere, per text. in c. Ad episcopos, cum seq. 17. q. 4. & d c. fin. extr. de immunita. eccles. & ibi tenere videtur Abb. Siculus, quia puniri debet in eo in quo deliquit; frustra enim legis auxilium implorat, qui committit in legem, & per consequens, contra Ecclesiam. Fridericus Schenck primo Tomo viridarii conclusionum Iuridicarum, conclusione 8. & c. Possem ipse quidem non pauca huic materię & capitulo non incõuenientia inserere, nempe quæ certa cognitione ab ipsis sacrilegis maleficis didici & intellexi, veluti quibus modis, qua arte, & quo pacto multi sacrilegi aperire consueuerint, sine sono etiam aut quasi templa, priuatas ædes, claustra, & portas. Verũ ne hęc docere velle videamur, hoc præcipue corruptissimo seculo, ea omnia consulto subiicere malui. Reliqua videte locis citatis.

CAPVT CXIIII.

De crimine expilatæ hæreditatis.

Summæ rerum tractatarum in Comment. Cap. 114.

Crimen expilatæ hæreditatis quid.
Expilator hæreditatis punitur perpetuo exilio, aut pœna arbitraria.
Expilatorem non excusat ignorantia veri domini.
Expilator scit bona expilanda non esse sua.
Bona expilata sunt hæredibus omnibus communia.
Possidens, hæredes fraudans, perdit ius bonorum suppressorum.
Expilati cuiusdam Aurelianensis luctuosum exemplum.

Aliud quoque furti genus est, & peculiari nomine à reliquis distinctũ: nem- 1 pe † furtum luctuarium, sic vtique dictum, quod in domibus luctuum, siue in ædibus

mortuariis, seu in hæreditatibus fere con-
tingat: ideoque iura vocant crimen expila-
tæ hæreditatis, vt ff. & Cod. eisdem titulis,
de crimine expilatæ hæreditatis. Id igitur
crimen vt nefarium est, & iuri naturę repu-
gnans, ita sua punitione non caret. Quis-
2 quis enim furtum † luctuarium, hoc est cri-
men expilatæ hæreditatis committit, id est,
qui domibus mortuariis aliqua bona necdũ
diuisione hæreditaria partita, aut clam, aut
vi sustollit: is puniendus est & coercendus
extra ordinem perpetuo exilio, aut alia Iu-
dicis pœna arbitraria, iuxta qualitatem per-
sonæ, & circunstantias facti, l. 1 ff. eod. tit.
3 Nec expilatori † patrocinatur, si dicat bona
hæreditaria seu luctuariæ domus adhuc fu-
isse hęredibus communia, & ex æquo adhuc
esse omniũ, vtpote nulla partitione seu di-
uisione facta singulis esse distributa: eoque
nōdum constare, cuius bona abstulerit, aut
cuius partem eripuerit: licet enim de certi
tudine domini necdum constiterit, à quo
abstulisset: de certitudine tamen & expila-
tionis commissæ, & expilatoris committen-
tis, certissime constitit. Atque ipsi expilan-
4 ti † certo constabat, eadem ablata bona non
esse sua: sed alterius, licet hic ipsi non inno-
tuit. Neque hoc ipsi etiam sciendum fuerat,
quum non tantũ sit prohibita expilatio do-
mini cogniti, sed omnis expilatio. atq; adeo
omne furtum rerum alienarũ, hoc est, quæ
nostræ non sunt. Atq; hic si quis mordicus
vrgeret, & certitudinem certæ personæ ad-
struere vellet, vnde talia indistributa bona
sint ablata, non video quid hac ignorantiæ
caussatione suæ expilationi præstruere vel-
let: certo defendi posset, certoque constare
5 de quo ablatæ sint, nempe † ab hæreditate
siue à domo mortuaria, & à communitate
indiuisa: quæ simul coniuncta mortui per-
sonam vsque ad tempus partitionis siue di-
6 uisionis eatenus repręsentat. Cæterũ † pos-
sessor aut possidens mulier, si alter ipsorum
ab obitu illius, cuius possessionem reseruat
iuxta consuetudinem regionis, deprehensus
fuerit parum fideliter bona omnia in aper-
tum protulisse, nō omnia certo scripto, hoc
est, repertorio, redegisse sed quædam aut
studio expilãdi subticuisse, aut suppressisse
is iuxta Brugensium ac aliorum nonnullo-
rum consuetudinem aut priuilegium, ea-
dem tacita & suppressa bona perdit. Quan-
7 tum † autem peccent in foro conscientiæ
huiusmodi expilatores nefarii: hoc ipse v-
no exemplo satis didici, quum Aureliæ Iuri
nauarem operam circa annũ Domini 153.
Vbi quidam vir honestus & Aurelianensis
ciuis, in suburbio ciuitatis peste (quæ tunc
ibi magnopere sæuiebat) correptus, eoque
ab omnibus suis derelictus, ad sui curam &
ministerium adiũxit sibi duas muliercula
mercenarias, & vnum virum laicum. Ingra-
uescente morbo, ecclesiasticis sacramentis
se munire curauit, & testamento condito le-
gauit pastori 20. francos pro certis aliquot
missis, quos francos iussit Pastori recipere
ex demonstrata arca quadam. Pastore illo
digresso, ministri decumbentis coniunctis
animis præmonstratam arcam adeunt, ef-
fringunt & pecuniam omnem repertam di-
ripiunt. Decumbens autem semiuiuus, ac
pene moribundus, ęquo diutiorem suorum
moram admirans, in mediis ardoribus se
ex lecto nudum corripuit, pedetentim inc-
dens quid sui molirētur perquisiturus. Com-
perit autem suos diligentissimos in expilan-
dis suis scriniis. Quid multis? Hic moribun-
dus præ nimio tum pestis ardore, tum indi-
gnissimi facti furore & iracundia percitus
inde se per posticum subduxit, ad ciuitatem
celerrime cucurrit, seseque (infandum) iu-
xta mœnia versus Ligerim fluuium in pro-
fundissimum puteum præcipitauit, in quo
plusquam 2. menses corpus ipsius nullo sci-
ente delituit, & computruit. Atque huius
putei aquis ego & vicini omnes tanto tem-
pore vsi fuimus, ex quo plurima incommo-
da postea subsecuta sunt, vt hinc aperte con-
stet, quantum huiusmodi expilatores pec-
cent, qui nō solum suam mentem coinqui-
nant, sed & alios pletunque in peiora mala
pertrahunt.

CAPVT CXV.

De abigeatu.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis Cap. 115.

urantes aut { *10 oues, 4 porcos, equum vnum, bouem vel vaccam vnam* } *puniuntur in metallum, &c.*

Dicta cum violentia furantes, puniuntur deuoratione bestiarum.

Abactores siue abigeos hospitio recipientes, puniuntur, vel { *Relegatione 10. annorum, de iure. Ex consuetudine, etiam exilio 10. annorum.*

urantes aut { *Anates, Anseres, Pauones, Gallinas,* } *puniuntur arbitrariè.*

ALia item occurrit furandi species, eaque admodum etiam frequens, nempe abigeatus: id est, de bestiis aliorum furto abducendis: atque hoc furtum etiam suam in Iure constitutam habet punitionem. Nam † quisquis alicui pecora subtrahit, furatur & quodammodo deprædatur gregem & numerum 10. ouium aut 4. vel 5. porcorum, aut equum vnum, aut bouem, aut vaccam etiam vnam ex pascuis, vel armentis, aut gregibus: is pro vnico istarum rerum furto, iuxta iura puniendus in metallum, & in perpetuum exilium, l. 1. §. 3. ff. de abigeis: secundum consuetudinem verò patriæ & iamdiu inolitam, punitur laqueo & suspendio. Si autem † dicta pecora, vi & adhibitis armis abduxerit, secundum iura puniẽdus est proiectione ante bestias, siue bestiarum deuoratione, hoc est, damnatur bestiis, l. Abigeatus, ff. eod. tit. de abigeis. Quin & ipsi qui † tales abigeos, hoc est, equorum, aut ouium, aut porcorum substractores, & quodammodo deprædatores scientes, volentesque hospitio recipiunt, id est, receptatores abigeorum seu abactorum, & ita abscondunt, & quantum in ipsis est, tuentur & fauent: ii puniendi sunt relegatione decem annorum, l. fin. ff. de abigeis. Secundum verò patriæ consuetudinem & iamdiu etiam obseruatam, puniuntur exilio decem annorum.
4 Cæterum † quisquis subtrahit aut furatur aliorum anates, anseres, pauones, apes, gallinas, capos, pullos, cuniculos, idque genus alias domesticas bestias: is ob furti indignitatem puniendus est mulcta Iudicis arbitraria, iuxta qualitatem & circunstantiam facti & personæ. Hoc autem Abigeatus crimen quàm sit frequens & impunitum in nostro æuo, clarius ex ipsis factis, & damnis vbilibet locorum passis erit cernere, quàm ex libris discere, idque tempore pacis, & potissimum tempore belli, quando nefarii milites non solum ab hostib. (quod iure belli foret excusabile) bestias quascunq; abigunt & diripiunt, sed etiam à suis amicis, cuncta eripiunt, bestias abigunt. ac nullum non detrimentum audacius inferunt, & liberius, quàm ipsis hostibus, quos vt hostes certius metuerent, ab amicis nihil periculi formidantes.

CAPVT CXVI.

De Furto incendiario.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis Cap. 116.

1 *Furtum incendiarium vel in naufragio commissum quid?*
2 *Pœna furti incendiarii.*

ADhęc aliud quoq; speciale furtum nobis occurrit, quod peculiari loco & tẽpore committitur: scilicet illud furtum, quod in incendiis committitur: quod certè detestandum est, vt quod maligno animo destinataque malitia & captata occasione peragitur. Dum enim † alios incendio turbatos norunt, & rebus suis seruandis inuigilare sciunt: atque ob eam curam ad aliarum rerum diligentiorem curam præpeditos esse, maligni quidam furunculi suis quoque inuigilant commodis (vt putant) & in ea turbatione incendii, tũ audacius, tum etiam liberius, tũ incõsideratius, bona domus incensæ clam subripiũt & furantur: quod crimen sua punitione etiam non vacat. 2 Quandoquidem ii, † qui in incendiis aliorum bona furtim eripiũt, intra eundem annum puniendi sunt restitutione quadrupli. Post annum verò, restitutione simpli, l. In eum, & ibi Bald. & Salic. C. de furt. & ser. corrup. Iuxta consuetudinẽ verò puniẽdi sunt laqueo: nẽpe quòd tanto sit crimẽ enormius factũ, quòd simulãdo amicũ, & adiutoriũ velle adferre alteri, sit callidus hostis, & fur nefarius. Idem quoque censendum est de iis qui simili modo bona naufragorum eripiunt, d. l. In eum.

CAPVT CXVII.

De Peculatu.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis Cap. 117.

1 *Peculatus est furtum Principis vel Reipub.*
2 *Peculator puniendus est* { *Quadruplo, & exilio. vel Capitaliter.* }
3 *Peculator extra officium receptoratus, punitur laqueo.*
4 *Bonam Principis pecuniam commutans vitiosa, punitur vt depeculator.*
5 *Publicum censum seruans conciciendus est in carcerem, vsq; ad restitutionẽ eiusdem.*
6 *Publicus thesaurarius studio quadam in ratione subticens, punitur* { *Quadruplo, & Exilio.* }
7 *Quæstores ærarii, qui militib. pro bonis pecuniis acceptis, dependunt malas, quomodo puniẽdi sint.*

1 NEque hoc loco subticendum crimen illud, quod peculatum † appellãt. hoc est; furtũ aut Principis aut Republic. Quis-2 quis † igitur in administrandis, aut dispensandis Principũ bonis ita infideliter se gerit, vt eas pecunias furetur, aut clancularijs technis eripiat, aut ad proprium commodũ abutatur, aut ad alios certè vsus, quàm ad vsum Principis: is puniendus quadruplo, & exilio. Imò iuxta multorum sententiam, puniendus est capitaliter, l. vnica, C. de crimine peculat. 3 Alius verò, cui † nulla commissa est Principis pecunia, qui audet tamen Principis aut bona aut pecuniam furto subducere: is puniẽdus est laqueo & suspendio, vti fur alius. Porrò cui commissa est fis-

cui fides & administratio alicuius ciuitatis aut regionis, aut reipub. si is eiusdem pecuniam secum auferat, & ad alios vsus impēdat, quàm ad id ad quod ipsi delegatę sunt, traditæ & cōmissæ, sine authoritate & consensu magistratus: is (inquam) puniēdus est restitutione quadrupli & perpetuo exilio: Simili quoq; † modo damnandus est, qui talem pecuniā cambit & cōmutat, eiusque loco pecuniam deteriorem, aut bona magis vitiosa restituit. Qui † autem quippiam annuè Principi debet aut Reipub aut salvèm reipub. bona apud se reseruat, nec ea apud alias Principis pecunias & thesauros deponit in ciuitatibus & locis iis, quę ad huiusmodi thesauros recipiendos sunt commissa: is comprehendi potest, & in carcere detineri, donec diu illam seruatā pecuniā, suo loco deposuerit. † Thesaurarius seu receptor verò, qui repertus est, parum fideliter suum subduxisse calculum: sed certis demonstrationibus constat eum non omnia scripsisse quæ receperat, sed eorum quędam subticuisse: is puniendus est quadruplo, & exilio. His seruiunt l. 2. 4 & l. Qui tabulam, ff ad l. Iuli. peculat. Item philargyri † illi, quos quotidie conspicimus plenis velis tendere ad receptiones publicas, & ad Thesaurariatus Principum, vel alicuius reipub. aliâs per sese, aliâs intercessione amicorum, aliâs opibus & pecunia, aliâs verò vtroque modo, ea tantùm caussa, vt sibi quid lucri indè comparent, nempe vendendo bonas pecunias receptas & pro iis emendo aut adulterinas, aut iniusti ponderis, quas misellis laboratoribus, Principum aut Ciuitatū nomine persoluant: quiq; in bellis quæstores ærarios agunt, vbi pro optima pecunia miseris militibus stipendia soluunt militaria pecunia pessima, iniquo & pōdere & auro (boni receptores à nobis non taxantur) quā pecuniā milites ipsi pro necessariis exponere nequeunt: Tales, inquam, omnes iniusti receptores, (quales ipse in bellis partim vidi, partim ex ore aliorum didici) puniendi essent, vti superiores omnes, de quibus antè multa diximus. In summa, quisquis alterius bona, qualia qualia ea sunt, contra voluntatē veri domini aufert, quocunq; modo id fiat: is certè furtum cōmittit, diuersum tamen, eoq; diuersimodè etiam puniendum, nempe aliud restitutione quadrupli vel dupli: aliud exilio: aliud laqueo: aut alio modo diuerso (vt dictum est) iuxta qualitatem facti, & personæ.

CAPVT CXVIII.

De Receptatoribus Furtorum.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 118.

Receptatores furum, furibus nihilo meliores.
Receptatores furum, vt fures plectendi sunt.
Consilium furti non semper criminosum, scilicet in foro fori.
Cognatio & affinitas eleuant receptionis crimina.
Amicus non cogitur amicum furem officiario prodere.
Officiario inquisituro omnia recludenda sunt.

SVnt multi quos aut pudet, aut qui metuūt maleficium committere, attamen quantū in se est maleficiū animo conceptū, & peccandi libidinē opere cōsummant, aut per se, aut per alium, quem in furto alunt, defendunt, iuuant, & ope succurrunt. Hi
1 † quoniam ipsis furibus nihilo sunt meliores imò aliqua in parte sceleratiores, quòd
2 eos (vt dixi) in furto alunt, & post † furtum domo recipiūt, aut tuentur: ideo tales quoque furum aut furtorū receptores nō secùs, quàm ipsi fures commissarii plectēdi sunt:

imo omnes qui furibus vllum ſolatium, ſubſidium, conſilium, aut iuuatorium famulatum præbent: aut furti fuere participes, aut furtiua bona in domum receperũt, aut ex iis cum furibus comeſſati ſunt, ſcientes eos eſſe fures, & bona ea illata aliis furto eſſe ablata: tales (inquam) omnes ſimili pœna cum veris furibus plectendi ſunt, arg.
3 l. 1. ff. de receptatoribus. De conſilio † autem ſic intellige: Neminem ob conſilium furti ſic criminaliter eſſe puniendũ, niſi certo conſtet, tale furtum ob alicuius cõſilium tantum eſſe commiſſum, adeo vt fur illud nunquam commiſiſſet, niſi talis viri conſilio fretus fuiſſet, can. Sicut dignum, § Qui vero extra, de homicid. l. Non ſolum. § Si mandata, verſic. Attilicinus, ff de iniur. ita notat Bart. in l. Sępe, ff. de verb. & ter. ſigni. Bald. in l. Ob hæc, col. 2. ff. de his qui notã. infam. Idem Bald. in l. Data opera, in 17. col. C. de his qui accuſar. non poſſunt. & in can. Querelam, in fin. de elect. in antiq. Late & pulchre diſcutitur per D. Iacob. Boullenc. Ebroicenſem Iuris vtriusq; prolytam, in ſua excellentiſſima repetit. §. Famoſos, conſtituti in l. Capitalium, ff de pœnis. Parentes
4 † verò, mariti, vxores, liberi, fratres, ſorores, atque id genus reliqui conſanguinei & affines, ſi alterius ſui conſanguinei, & affinis bona receperint hoſpitio: ii non ſunt tam acriter ac ſeuere puniendi ac alii ignoti, & extranei, vel ipſis nulla affinitatis, aut conſanguinitatis ſocietate coniuncti, l. 2. ff. de receptator. niſi certe ipſi bonorum furtiuorum fuiſſent participes: lex enim naturæ (cui poſitiua omnia ancillantur) hoc ſuadet & dictat: vt amicus amicum, vt conſanguineus conſanguineum iuuet, liberet, & defendat, ſicubi poteſt: hinc nota aliquid fieri ratione ſanguinis, quod aliàs non fieret, l fin. §. penult. C. de codicill. l. quamuis, 2. C de adulter. l. 1 ff ad l. Iul. repetund. l. 4. § fin. ff de re militar. cum ſine numero ſimilib. iurib. Atque ex hoc hic alia ne-
5 ſcitur quæſtio: † An ſi quiſpiam poſt commiſſum furtum, ad amicum ſeſe præſidii aut patrocinii cauſſa reciperet, ibique latare vellet: an is (inquam) amicus debeat fugitiuum furem domi ſuæ latitantem ſe latentem prodere officiario? Sed hic, ſi iura naturæ, imo iura etiam poſitiua reſpicimus, dicemus neminem debere hoc dicere, nec poſſe compelli, vt furem clam domi ſuæ latitantem proderet, niſi is velit ipſe: licet contrarium videatur de Iure Canonico [illegible]ſendum in c. Qui cum fure, iuncta ibi gloſ. ext. de furt. vt ibidem videre nec obſcurum erit. Sed ſi officiarius in eadem domo vellet inquiſitionem facere, nullo modo amicus eam inquiſitionem officiario denegare
6 poterit. Imo officiario † permiſſum eſt quibuſuis in locis & domibus furtiua bona inquirere, vbicunque vlla ducatur ſuſpicio, ac vlla ei appareant indicia, & apud patres, filios filias, nepotes, affines, & apud omnes denique vbi ea bona ſeruari putabit, nemo nullus eorum eſt, qui officiario domus aperitionem denegare poterit, ſed cogetur illi aperire omnes ſeras, cameras, ciſtas, omniaque ſecreta. Sine enim ſuſpicione aut indicio, hodie nõ poteſt quis cogi, vt permittat ſcrutari in domo ſua, vtrum ibi ſint res furtiuæ, ſiue furto ſubtractæ. Expedit enim patrifamilias, ne ſecreta patrimonii ſui prodantur.

CAPVT CXIX.

De Furtorum Emptoribus.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 119.

1 *Furtorum emptores, fures alunt in furto.*

Inſu

In furtorum mercatores exclamatiuncula.
Furtorum emptores, vt fures ipsi puniendi.
Furta insciens emens, culpa vacat.
Furtorum emptione infamis cito labitur in priorem suspicionem.
Consilium, ne furtorum emptione suspecti in periculum incidant.
Fœneratorum priuilegia, ratione esse irrita.

ALiud præterea furti crimen est, quo multi fures subsidiarii, suos fures in furto fortiter coadiuuant & alunt, & quo furibus fouendis commoditatem sane præbent non inefficacem: non † quo fures, aut hospitio suscipiunt, aut bona eorum domi conseruant: sed quo bona eadem furto subducta à furibus ilico emunt, & prompta pecunia soluunt, nō iuxta rerum dignum precium, sed longe infra dimidiam precii dignitatē, ac valorem, vt iidem fures suis sarcinis, & prædis liberi, ad noua furta sese accingant: quæ ipsi rursum coemunt, & vili quibusvis † distrahunt & diuendunt. O sceleratos mercatores, dignos vos censeo, qui cum vestris authoribus, & præraptoribus inter cœlum & terram semisaltum spectanti populo peragatis, vt tali spectaculo perterriti cæteri caueant ab huiusmodi furibus ablata furta coemere, & ipsis liberiorem furādi ansam suppeditare. Huic meæ sententiæ suffragantur Iura, & leges consuetudinariæ: quæ † iubent furtiuorum bonorum emtores, quique certo sciunt ea bona esse furata, pari pœna cum ipsis furib. esse plectendos. Verum si ipsis non † constitisset de furtiuis bonis, putantibus se iustas mercari merces, quum vere furtiuæ fuerint: tunc non puniendi erunt vt principales fures, sed tantum restitutione rerum, citra vllum precium aut solutionem earum, l. Si mancipium, C. de rei vendic. & l. Inciuilem, & quę ibi tractantur, & l. Eos, C. de furt. & ser. corrup. Sed hoc notandum † est, si quādo reperta fuerint in alicuius viri domo vlla bona furata, qui aliquando talia bona furata emere consueuerit, aut hoc nomine male audiuerit, aut semel per iustitiā conuictus & damnatus fuerit: tum suspicio est, & iura censent, eadem furata bona, apud ipsum reperta, empta esse ab eo cum cōscientia, & certa notitia furti, etiamsi ita res se non haberet, nec ipse iuxta veritatem de furto cognouisset: Quocirca vt fur etiam puniretur, licet innocenter: nempe ob priorem suspicionem mali, d. l. Si mancipium & d. l. Inciuilem cum ibi notatis per gloss. & Doct. Hinc † suaserim omnibus huiusmodi criminis nigrore semel cōmaculatis, vt in emēdis bonis diligenter inquirant, & certo sciant, vnde allata sint: aut certe (si aliunde viuere possint) vt plane ab eo exercitio sese abstineant, ne incauti & imprudentes in vllum periculum vitæ incurrant: nisi forsan ab eo singularis priuilegii gratia plane immunes sint & liberi. Sunt enim nonnullæ ciuitates, quibus à Principibus ea legata sunt priuilegia, vt nemo à talium ciuitatum ciuibus & mercatoribus reposcere possit vlla bona (quamuis etiā furtiua) quæ ipsi propalam & in publicis foris emerunt, aut quæ tribus continuis diebus ante ædes suas expenderunt venalia. Quia ipsis lombardis seu fœneratoribus priuilegio concessum est, nulla bona furto ablata reddere dominis aut possessoribus citra resolutionem prænumerati precii. Atq; hi omnes à dictis periculis sunt tutiores. Hoc tamen vltimum, non omnium sed paucorum tantum sententiis comprobatur: quare

6 (margin, beside "tis per gloss. & Doct. Hinc † suaserim")

7 ego quoque his minime adstipulor. Non † enim aliquo modo fundatum reperitur in Iure, vt fœneratores & vsurarii (qui sunt Reipublicæ pestes) deberent esse melioris conditionis quam alii boni ciues, aut etiam extranei probatæ alioqui vitæ. Atq; ob hoc, cum ciuitati Brugensi eram à consiliis, atq;

hic casus de vsuratiis nobis occurreret, consului magistratibus, tales fœneratores in suo priuilegio audiendos non esse, sed contrarium esse iudicandum, quodq; magis esset consentaneum.

CAPVT CXX.

De Repertis.

Summæ rerum tractatarum in Comment. Cap. 120.

1 *Reperta, eaque cognita sibi vsurpans, furtum committit.*
2 *Reperta nota sibi seruans, punitur arbitrarie.*
3 *Reperta reddenda sunt suo domino.*
4 *Repertori pro fida custodia debetur domini benignitas.*
5 *Reperta incognita reddenda Episcopo.*
6 *Reperta incognita seruari possunt à repertore paupere.*

ALiud quoque est furti genus, non quo animo furãdi aliorum res furatum abis, aut quo cum furibus fias particeps, aut eos recipias, sed quo aliena tibi, fortuito oblata, pro tuis vsurpas, hoc est, quando quis
1 inuentis vtitur vt suis. † Quisquis igitur alterius casu reperit togam, tunicam, vestem, zonam, crumenam, aut aliud quid alterius quod suum non esse cognoscit, nec
2 id profert in propatulum, & notitiam: † is furtum committit, & puniendus est arbitrarie, l. Falsus, §. Qui alienum, ff. de furtis, Chassan. in tit. *Des Iustices & droictz d'icelles*, §. 3. in fin. super Consuetudinibus Burgundiæ, c. Si quid inuenisti, & c. Multi, 14. q. 5. † Verum si rem repertam debito
3 modo per indicia, & proclamationem ad notitiam prouexerit: atque exinde venerit is dominus & possessor qui eam perdidit, tum inuentor vero possessori tradere cogitur, si is bonis indiciis demonstrare poterit sarcinam, vel rem amissam esse suam. †
4 Attamen à possessore reposcere & iure petere potest numum honestum pro fidelitate sua, & pro cura rei seruatæ, & bene custoditæ. Sin autem repertori nullo modo constiterit, nec post debitam inquisitionem factam constare potest, cuiusnam dicta bona reperta fuerint: in eo casu forsan mouenda esset quæstio, ad quem vsum is repertor talia bona impendere debeat, & cui reddere debeat: An sibi seruare possit, an alteri tradere: quum certum sit ea non esse sua, ideoque sibi etiam non esse seruanda videtur. Sed huius dubii apertam solutionem tradit
5 Baldus in l. 1. ff. de rerum diuisi. † Vbi vult ea incognita bona in foro conscientiæ tradenda esse in manus Episcopi, vt ea per ipsum distribuantur pauperibus, vt in Auth.
6 Omnes peregrini, C. communia, de suc. † Si autem is repertor vere pauper esset, censuerim eo in casu talẽ repertorem citra conscientiæ scrupulum sibi ad proprios vsus, & eleemosynarũ loco ea incognita bona posse seruare. Interim tamen obligaretur ad perpetuas preces fundendas pro salute amittentis.

CAPVT CXXI.

De Falsis.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. Cap. 121.

1 *Rem falsitate corrumpere, furti genus est.*

Rem adulterans, committit crimen falsi.

Falsi crimen committitur { *Consensu. Verbis. Scriptis. Abusu. Silentio.*

1 Subdolum † & occultum furandi genus est, rem aliquam falso, malitioso, & excogitato animo corrumpere, atque ita simplicis falsitatis fuco decipere. † Quisquis igitur tales res externo quodam & apparenti amictu adulterat & ad deceptionem corrumpit; is dicitur committere crimen falsi, vt colligitur ex l. Quid sit falsum, ff. eod. ad l. Cornel. de fals. & ex c. Tua nobis, ext. de offic. vica. faciunt quæ habentur in can.
3 Super literis, ext. de rescript. † Quod ferè quinque modis committere conspicimus, nempe consensu, verbis, scriptis, abusu, & silentio.

CAPVT CXXII.

De Falsitate per consensum.

Summæ rerum tractatarum in Comment. Cap. 122.

Falsitas per consensum fit: in contractibus.

Falsitas per consensum punitur & { *Criminaliter. Mulcta pecuniaria. Restitutione damni.*

Falsitas † autem per consensum fit, quoties aliquem circumuenimus & fallimus per contractus, aut compacta fœdera. Veluti quando rem vnam bis diuendimus, iis quæ diuersis; aut quando rem aut fundum vendimus vni, & eundem rursum alteri in solutionem damus, aut hypothecamus, l. Qui duobus, ff. ad l. Cornel. de fals. gloss. in l. Stellionatus, ff. de cri. stellio. l. Si quis ex pignore, §. Sed etsi quis, ff. de pign. act.
2 † Istiusmodi autem falsitas, quæ contractibus committitur, aut consensu, punienda est criminaliter, cum mulcta. & cum restitutione damni & interesse ex eo orti, ad arbitrium Iudicis, per lecta & notata in l. Stellio, §. Pœna, ff de crim. stellionatus.

CAPVT CXXIII.

De falsitate in verbis.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. Cap. 123.

Falsitas verborum committitur quinque modis, falsa { *Suggestione. Denunciatione. Accusatione. Depositione. Condemnatione.*

Falsa impetratio, subreptitia est & nulla.
Falsa accusans, tenetur restitutione damni.
Falsus testis punitur ciuiliter, vel criminaliter.

5 *Falsus testis ad mortem alterius, punitur capitaliter.*
6 *Falsus testis coram commissario punitur arbitrarie.*
7 *Falsus testis offendit { Deum, Iudicem, Proximum, } ob quem punitur { Pœnitentia. Infamia. Varie.*
8 *Falso iudicans & { Declaratur falsarius pub. Punitur pœna arbitraria.*

ALtera falsitatis species est, quæ verbis
seu dictis cōmittitur dolosis, & ad frau-
dem & circumuentionem alterius. Cōmit-
1 titur † autem huiusmodi verborum falsitas
fere quinque modis: nempe falsa suggestio-
ne: falsa denunciatione: falsa accusatione:
falsa depositione seu falso testimonio & fal-
2 sa iudicatione, vel condemnatione. † Quis-
quis à Principe aut Iudice impetrat quippiā
falsa suggestione, aut declaratione, illius im-
petratio & subreptitia & obreptitia est, dolo-
sa, falsa: atque ob id nulla, impetratumque
ipsius fit irritum: siue id sit remissio crimi-
nis, siue alterius cuiuspiam beneficii, aut of-
ficii impetratio, potissimū quum ex ea sug-
gestione ac persuasione fiat iniustitia parti,
contra quam persuadetur, l. Si quis obrepse-
rit. ff. ad l. Cor. de fals. cum iurib. per gloss. in
ea allegatis, & l. Maiorem, & l. Vbi falsi. C.
3 eod. tit. † Quisquis item falso aliquem ac-
cusat crimine, quod certa probatione stabi-
lire nō potest: is quoque à sua cadit accusa-
tione, quę tā fit irrita, vt ob eam nō probatā,
damnādus sit ad reparationē & restitutionē
detrimētorum, nō solum parti accusatę, sed
etiam fisco, ad discretionem & arbitriū Iu-
dicis. Similiter à sua falsa denunciatione ca-
dit, qui falsa denunciat: veluti executor, aut
commissarius, qui falsa exequitur, aut falsa
renunciat, vt in l. Lege Cornelia cauetur, §.
fin. ff eod. ad l. Corn. de falsis. Huc faciunt
quæ traduntur per Doct. in l. 1. §. Incidit, ff.
4 ad S C. Turpilianum. Testis † vero qui fal-
sa testatur seu dicit, vel tacet veritatem. vel
aliquid accepit ne ferret testimonium, pu-
nitur aut criminaliter aut ciuiliter, iuxta
qualitatem facti, l. 1 in princ. & § 1. & l. Fal-
si pœna, ff. ad l. Corn. de fals. etiam si fal...
suum depositum nullum sortiatur ef...
per lecta & notata in c. 1. extr. de crim...
5 Sin † ob falsum ipsius testimonium re...
ducatur ad actum, adeo vt ob fidem...
quis condemnetur ad mortem, istu...
sarius testis non solum puniendus est, ...
nunciator, vel testis falsus, sed vt prod...
vt homicida, vti supra memoratum d...
6 de homicidio. Pari † ratione testis qu...
commissario aliter deposuit quam re...
git, & quam publice in plateis notum...
mo secus, & contrario modo, quam p...
plateis & corā se producturo locutus...
fessus ac testatus est: is non solum p...
dus est vt testis falsus, sed etiam vt de...
& vt mētitor noxius, ad discretionem...
bitrium Iudicis, pro qualitate facti...
7 ea signa † ex his quæ diximus pœna...
testis esse triplicem, quia tres lædit...
Deum: pro quo imponitur pœnite...
cundo Iudicem: propterea fit infamis...
tio proximum, contra quem testifica...
8 punitur pro modo læsionis, d. c. 1. † N...
mo quisquis falso iudicat & ex mali...
munere corruptus falsam fert senten...
is puniendus est de crimine falsi, & fal...
declarandus, atque ampliori pœna in...
multādus, iuxta qualitatem & circu...
tiam personæ Iudicis offendentis, & ...
næ offensæ, atque etiam magnitu...
damni ex ea falsa sententia consecuti...
Sed et si quis. vers. Et qui Iudicem, ff. ...
de falsis: teneturq; homicidii, si hom...
sequatur, quemadmodum supra me...
mus in cap. de homicidio.

CAPVT CXXIV.

De Falsitate scriptorum.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis Cap. 124.

...lsitas in scriptis committitur, falsa { *Minutatione.* / *In mundum redactione.* / *Conscriptione* { *Instrumentorum.* / *Literarum.* / *Librorum.* } / *Litura, vel rasura.* / *Subscriptione* }

...sitas in scriptis committitur, falsa { *Sigillatione.* / *Enarratione scriptorum.* }

...ando falsitas in scripto dicenda est.

...larius { *Scriptor* / *Sigillator* / *Chirographi effictor* } *punitur exilio, infamia.*

...ipta vitians in perniciem Ecclesiæ, punitur perpetuo exilio.

...ibi ad Principem scribere iussus & non faciens, punitur amputatione manus, aut exilio perpetuo.

...scribens { *Ex malitia* / *Ex ignorantia* / *Inualida* } *punitur* { *Amputatione manus.* / *Confiscatione bonorum.* / *Nunquam.* }

...ni falsitate plectenda requiritur offensio, & damnum proximi.

...arius licet non nocens, punitur aliquando arbitrariè.

...sigillum effingens, punitur amputatione manus.

...a falsitatis crimen est.

...ra maxime lædit in { *Datis* / *Summis* / *Numeris* / *Locis* / *Nominibus* } *commutandis.*

...sura / *...latinitas* / *...ingua peregrina* } *innoxia, nullum falsitatis crimen agnoscit.*

...sura / *...latinitas* / *...ingua alia* } *aut* { *Veritatem corrumpens* / *Sensum mutans* / *Substantialia* } *falsitatem habet.*

...ficans lite-...Principum { *Ex Cancellaria* / *Ex alio Concil.* } *punitur* { *Hic per magnum Concilium.* / *Hic per idem Concilium.* }

...rum aperiens literas, punitur arbitrarie.

...m... tas literas non deferens, falsitatem committit.

ALia prætereà falsitatis species est, quæ
ad scripta adulteranda & corrumpen-
1 da progreditur. In † scriptis enim falsitatis
crimen committitur variis modis: veluti
falsa componendo, minutando, in mun-
dum (vt loquuntur) redigendo. Item, in-
strumenta, registra, rationes, acta, libellos,
contestationes, cautiones, chirographa, e-
pistolas, scienter & dolo malo in fraudem
alterius lædendo, corrumpendo, mutãdo,
adiiciendo, demendo, radendo, delendo,
abolendo, falsè subscribendo, falsa sigilla
appendendo, aut dolosè aliorum chirogra-
pha effictè imitando, aut certè scripto com-
missa falsè enarrando: quæ omnia puniun-
tur l. Cornel. de fals. vt in l. 1. Qui testamen-
tum, l. Paulus, & l. Quid sit falsum, cum a-
liis, ff. ad l. Cor. de fals. In quibus omni-
2 bus † tum rem scriptam dicimus falsò vi-
tiatam esse, quando ea contra veritatem est
confecta, aut quando aliter se scriptum vel
sigillatum habet quam veritas requirit, ita
vt ob talem falsitatem aliquis detrimẽtum
3 patiatur. Hoc † crimen grauiter iura pu-
niunt. Nam quisquis notarius, tabellarius,
secretarius, scriba, graphiarius, commissa-
rius, aliqua instrumenta, edicta pronuncia-
ta, sententias, aut scripta, perperam, & ma-
lè falsoque scribit, exscribit aut mutat, aut
adiicit aliquid, aut aliquid demit, idq; stu-
dio & ex industria, ita vt ob eam falsitatem
aliquis detrimentum patiatur: is falsarius
quisquis fuerit, plectendus est exilio, & de-
clarandus infamis, & indignus postea o-
mni publico munere, & dignitate publica
fungi, cum publicatione bonorum, si liber
est: si seruus, vltimo supplicio, l. 1 §. fin. & ibi
Bart. & Hipp. ff. ad l. Cornel de fals. & §. I-
tem lex Cornelia, Institut. de public. iudic.
4 Eadem † quoque pœna mulctandus est,
quisquis suo Chirographo aut sigillo ali-
quid falsi cõfirmasse probatur, l. Lege Cor-
nelia testamentaria, ff. ad legem Corneliam
de fals. Nec vllũ est constituendũ discrimẽ,
an ea scripta sic adulterata publica sint, an

priuata: quum de vtrisque dicta falsific[...]
æquè intelligatur, per lecta & notata [...]
Damus licentiam, C. ad l. Cornel de f[...]
5 Quisquis autem Scriba, † aut Notari[...]
la scripta falsitate vitiat in perniciem & [...]
mnum Ecclesiæ, is damnandus est e[...]
6 perpetuo, vt suprà. Quisquis porrò † [...]
tarius, Secretarius Scriba, aut similis, [...]
opera & ex malitia cessat ad Principem [...]
bere, quæ à Magistratu aut superiori [...]
mandatis habebat scribenda: ita vt ob [...]
malitiosam obliuionem & negligen[...]
Princeps damnum aut interesse pati[...]
aut iacturam aliquam faciat: is negl[...]
seu potiùs contemptor suæ commiss[...]
puniendus est amputatione pugni se[...]
nus, vt multi autumant: Alii verò [...]
qui eundem puniri volunt generali p[...]
tione falsitatis, nempe perpetuo exili[...]
pœna irreuocabilis exilii, cum confis[...]
ne omnium bonorum, d. l. 1. §. fin. & [...]
bemus 2. §. His tabellionibus, in fin. [...]
7 sacrosanct. Ecclesia. † Si verò falsa qu[...]
conscripserit, è quibus Princeps aliqu[...]
sequeretur incommodi, & præiudicii [...]
talis falsitatis, & incommodi prima[...]
casionem dederit & author fuerit) [...]
endus est amputatione manus, per c[...]
perialem, §. Scriba de prohib. alien. f[...]
Feder. quod sic habet: Scriba verò, q[...]
instrumentum sciens conscripserit, [...]
missionem officii cum infamiæ pœ[...]
manum amittat: aut (vt multi cens[...]
8 cendio. Sin † falsa iam dicta quis co[...]
pserit ignoranter, illius falsitatis [...]
caussam, prębens, nec eam primò au[...]
niens aut excogitans, aut primam oc[...]
nem præbens: sed ob instantiam & g[...]
alicuius tantum conscribens, quasi [...]
aut pręmio, aut fauore cõductus & p[...]
tus: is tum non punitur modis supra[...]
moratis, sed tantùm confiscatione b[...]
rum. Sic Notarius, Scriba, aut Gr[...]
rius, qui ex imprudentia, negligenti[...]
inertia (non ex malitia) falsitate scri[...]

ræ vllum in damnū aliquod deducit, cu-
us negligentia sua in culpa est: is non puni-
ur criminaliter, sed tantum ciuiliter, hoc
st, tanti damni restitutione, & reparatione
mnium detrimentorum indè orientium.
dde † si ex sua authoritate tantum literas
ut instrumenta conficiat, quæ nihili nul-
usque sunt valoris, quęque in formalibus
t substantialibus peccant & deficiunt: is
uoniã culpa vacat) indemnis est, & nul-
modo puniendus: nulli enim tales literæ
besse possunt, glossa ordinaria & ibi Doct.
l Damus, C. ad l. Cornel de fals. Barto. in
§. Qui in rationibus, eo. tit. quibus ser-
t quod voluit Bald. in l. vnica, in 8 colum.
de confess. Quocirca hîc † notanda est in
ateriis falsitatis regula certissima: quod
nquam vlla punitur falsitas (in quacun-
ue etiam specie committatur) nisi indè a-
uod consurgat damnum, præiudicium,
iuria, aut dedecus alterius, Bal in consilio
014. incip. Filius fa. in 3. volu. Potest ta-
ipse † patrator & author falsitatis extra-
dinariè puniri, ob suam malitiam & fal-
atem commissam, quæ natura talis est,
ex ea detrimenti, infamiæ, aut iniuriæ
id oriri potuisset, tametsi non euenerit:
enim non sibi suæque prudentiæ aut bo-
tati asscribendū fuerit, sed fortunæ, imò
eo, omnia suo arbitratu disponēte. Quis
is † porrò alienum chirographum aut si-
lum callidè & dolosè effingit, ita vt hinc
quis vllum patiatur incommodum, ac
trimētum, vel corporis, vel vitæ aut bo-
rum: is multorum iudicio puniendus est
putatione manus seu pugni: Secundum
nsuetudinem verò palam ac publicè in-
llandus est, & subrigendus in pelorinum
in meastrum: ac indè extra ditionem
territorium aut etiam prouinciam eii-
ndus, id est, exilio damnandus aut aliàs
ta conditionem qualitatemque delicti

13 plectendus. † Quin & rasura præiudicat, ac
falsitatis crimen in se complectitur, potissi-
mum quoties ob eam subuertitur aut con-
14 funditur veritas, quod facilè fit † in datis,
in summis, in numeris, in locis, in nomini-
bus commutandis, vnde alicui detrimen-
15 tum aliquod consurgit. Verùm † ea ra-
sura, aut literarum syllabarumve in literis,
aut libris omissio (idem censendum est de
illatinitate, & alia quauis barbara lingua)
16 nullam efficit falsitatem, nisi † cum tali ra-
sura, omissione, aut illatinitate, aut cum ac-
cita alia lingua, veritas prior, hoc est substã-
tia prioris rationis & sensus ipse prior, cor-
rumperetur, & in malum verteretur. Sic
etiam rasura illa quæ commissa est in nar-
ratione factorum reddit instrumentum &
literas falsitatis suspectas, quod non efficit
ea rasura, quæ fit in narratione Iuris. Quis-
quis rasuram admittit in literis Principum,
17 easque † corrumpit aut falsificat, quæ ex i-
psius promanant Cancellaria: is puniendus
est per magnum suum Concilium, & mul-
ctæ omnes inde manantes ipsius sunt Can-
18 cellarii. Si verò illæ † Principum literæ pro-
ueniant rasuris adulteratæ, aut aliàs falsifi-
catæ ex aliis suis Conciliis, idem hoc Con-
cilium talis falsitatis ac rasurę notitiam, in-
quisitionem, & punitionem sibi assumeret,
19 & mulctæ ipsius essent Principis. † Quis-
quis prætereà alterius resignat aut recludit
improbè literas, eas legit, aut legendas tra-
dit, contentaque aliis prodit, ob quod vel
scriptor, vel is ad quem scribuntur literæ,
aliquid detrimenti, damni, aut verecundię
patitur: is certè falsitatem committit, &
20 puniendus est arbitrariè. Qui † item ta-
bellas alicui deferendas assumpsit, nec eas
fideliter reddit, aut non reddit, falsum in-
dubiè etiam committit, l. Titio, ff. ad mu-
nicipal. & l. 1, ff. ad l, Cornel. de fals. & ibi
Bartol.

CAPVT CXXV.

De falsitate per abusum.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 125.

1 *Falsitas per abusum fit in falsis* { *Mensuris. Ponderibus. Mercibus. Nominibus. Titulis. Dignitatibus. Pecuniis, monetis.* } { *Aureis. Argenteis. Literis Syngraphis. Releuationibus. Puerorum suppositionibus.* }

2 6 *Falsitas* { *Mensurarum, Ponderum, Mercium,* } *punitur &* { *Restitutione dupli. Exilio. Ieiunio 30. dierum, Canonice.* }

3 *Cereales cur apud Romanos creati.*

4 *Cerealium officium & vtilitas.*

5 *Ex* { *Falsis Propolis* } { *Ponderibus, Mensuris, Mercibus,* } *magnum accrescit Reip. dispendium.*

7 *Scienter aut* { *Emens Vendens* } { *quicquam iniustum, aut* { *Mensura, Pondere,* } *punitur &* { *Dupli restitutione. Relegatione.* }

8 *Commodans iniquas vel* { *Mensuras, Pondera,* } *tenetur restitutione damni.*

9 *Iniquas mensuras aut pondera* { *Faciens, Locans, Conducens, Vendens,* } *tenetur restitutione damni.*

10 *Assumpto, falsoque dignitatis titulo fallens, punitur vt falsarius arbitrariè.*

11 *Nomen suum mutans aut* { *Ioco, Vt se liberet, Amicum defendat, Hostem fallat,* } *extra crimen est.*

12 *Argentarius argentea sua vitians, mouendus est suo opificio.*

13 13 14 *Vendens* { *Aurichalcum pro auro. Electrum pro argento, Falsificatos pannos,* } *monendus est suo opificio, & merce priuandus.*

15 17. *Principis monetam falsificans, punitur vt falsarius & vt traditor.*

16 *Falsi monetarii puniuntur extremo supplicio.*

18 *Moneta Principis est, & Reip.*

19 *Secreta iuridicè commissa reuelans, punitur pœna falsi.*

20 *Falsis se defendens literis, punitur pœna falsi.*

...spectis se defendent literis, nantizare debet.

Falsos supponens pueros, punitur { *Pœna falsi.* / *Pelorino.* / *Sententia arbitraria.*

Falsitas sæpe iterata punitur grauius.

FAlsitas per abusum † fere fit in mensurando, ponderando, & mercando. Quisquis igitur falsitatem committit, malitiose fraudulenter abutendo falsis mensuris, ...bris, ponderibus, stateris, bilancibus adul...rinis, speciebus, aut aliis mercibus depra...tis seu corruptis, eaque ceu iusta vsurpan...o, & exponendo: is iuxta leges ciuiles pu...endus † est duplo, ac relegatione siue exi...o, l. penult. ff. ad l. Corn. de fal. vbi Modesti...s I C ait; Si venditor mensuras publice ...obatas frumenti, vini, vel cuiuslibet rei, ...t emptor corruperit, dolove malo frau...m fecerit: quanti ea res est, eius duplo cō...mnatur; Decretoque Diui Adriani præ...tum est, in insulam eos relegari, qui pō...a & mensuras falsificassent, & in l. An...nam, § Finali, ff. de extraordinar. crimi...bus. Salomon in Prouerbiis inquit; Pon...s & statera iudicia Domini sunt. Aduer...igitur Dei ordinationem, ac iuxta ciui...n Magistratum delinquit, qui pondere & ...tera abutitur. Quocirca † ne hac in re fa...us peccaretur, duo olim Ædiles apud ...p. Roman. à Iulio Cæsare creati sunt, qui ...reales appellabantur. Hi cibariorum & ...ensurarum habebant rationem, authori...Fenestellâ & Halicarnasseo; Deinde of...ium ipsorum erat (vt scribit Satyricus) ...mensura ius dicere, vasa minora fran...e, &c. Considerabant enim † hanc curam ...iticam (& certe res ita se habet) & ista...m rerum diligentem obseruantiam, plu...um vtilitatis ad Rempubl. augendam ...onseruandam conferre. Eam vero curam ...glectam, Reipub. bono plurimum offi...e & detrimento esse. Quocirca optarim ...nc curam (Romanorū exemplo) omni...s nostris Magistratibus inprimis esse cordi, & curæ; vt in his ponderibus, ac mensuris, paulo omnes essent oculatiores. Nam

5 † quum in his æquo plus videamus eorum torpere diligentiam, passim etiam conspicimus in nūdinis publicis, apud cauponas, & myropolas grandem ponderum & mensurarum abusum, sine fronte & metu legū, callidum talibus abusum cōmittentes furtum. Atque hinc præterea propolæ suum quæstum venantur, aliisq; mille similibus technis & excogitatis modis Remp. opprimunt, & rerum omnium carissimam annonā per magistratuū somnolentiam inferūt, sicut l. C. Paulus ait in Dardanarios, propter falsum mensurarum modum, ob vtilitatē popularis annonæ, pro modo admissi, extra ordinem vindicari, l. In Dardanarios, ff. de pœn. & facit l. Annonam attentare, per totum, ff. de extraord. criminib. l. Si mensor, in fin. ff Si mens. fals. mod. dixer. Secun-

6 dum Iura vero Canonica † punitur inedia & ieiunio, spacio triginta dierum, in pane & aqua, c. Vt mensuræ, ext. de empt. & vendit. Ex consuetudine vero punitur ea mulcta, quam leges municipales ad hoc crimē

7 statuerunt. Quisquis † autem emit aut vendit quicquam sciens volensq; iniqua mensura, aut iniusto pondere; is crimen furti committit, & punitur restitutione dupli, necnō relegatione, seu exilio, l. pen. & l. An-

8 nonam, §. fin. præcitatis. Sic qui † sciens volensque commodato alteri dat iniquam mensuram, aut pondera iniqua, siue adulterina, ad aliquem fraudādum tenetur & obligatur ad reparationē damni personæ fraudatæ. Ideoque damnandus est restitutione omnium damnorum ex iis factorum. Simi-

9 li † quoque reparatione tenetur, quisquis iniquas mensuras, stateres, bilāces aut pon-

dera conficit, vendit, aut locat, siue ipsi de
iniquitate constiterit, siue non. De mensu-
rarum enim suarum & æquitate & iniqui-
tate prius cognoscere debet, antequam eas
aliis tribuat. Paria enim sunt in Iure scire,
& scire debere, vel scire posse, l. Quod te, ff.
Si cert. peta. notatur per gloss. in l. Qui cum
alio contrahit, ff. de reg. iur. in fin. in verb.
eius, dum dicit parem esse culpā scire & scire
debere, & ibi Phil. Decius. Quin etiam pu-
niēdus est de falsitate, supra citatis iuribus.
Falsa enim mensura non est mensura, ac fal-
sum pondus nullum censendum est pōdus,
sicut adulterinus numus, aut falsus, nullus
est numus. Paria enim sunt non soluere &
soluere reprobos numos, l. Eleganter §. Qui
reprobos, ff. de pignor. actio quemadmo-
dum paria sunt, non satisdare, vel non ido-
nee satisdare, l. Quotiens, ff. Qui satisdar.
cogant. & paria sunt non facere, & non de-
bite facere. Pro his videbis tractatum eximii
Doctoris Ioannis Regnaudi, de mensuris, &
cuius authoritate possint fieri. Alium quo-
que hic falsitatis abusum attende, qui fere
10 in officiis vsu venit. Quisquis † enim sese
abutitur in falsis ac mentitis officiis, aut si-
biipsi alios titulos dignitatum, & officio-
rum assumit quam habet: aut qui se gerit
pro alio commissario: aut se certa quædam
in mandatis habere iactat à Principe, atque
hæc omnia falsè & contra veritatem, vt hac
mentita fide, imo falsitate excogitata, alios
facilius fallat: is crimen falsi committit &
puniendus est, vt mentitor extraordinarie,
cum reparatione damni, l. Eos. § fin. ff. ad
l. Cornel. de fals. Si autem hæc fecisset mu-
nere, pecunia, aut precio corruptus, puni-
endus esset vt falsarius pœna falsi, l. 1 §. Sed
etsi quis ob renunciandum, ff. ad l. Cornel.
de Fals. Si quis præterea falso abutatur, &
arroget sibi falso titulum militis, aut eque-
stris ordinis, aut Doctoris, aut Notarii: is
falsitatis crimen committit, d. l. Eos, §. fi-
nal. Sicut. Item ii, qui aliorum insignia,
arma aut titulos pro suis vsurpant: qui o-

mnes plectendi sunt pœna falsi, d. l. Eos, §
fin. Quisquis nomen, cognomen, aut præ-
nomen suum mentitur, aliudque falsò si-
bi vsurpat, vt hoc nomine, cognomine, v
prænomine alium circumueniat & fall
atque ex eo sequatur proximi detrime
tum vel impedimentum: is puniendus
pœna falsi, aut arbitrarie, iuxta quali
tem & circumstantiam facti, & ad pruden
tiam & discretionem Iudicis, l. Falsi no
nis, ff. Ad l. Cornel. de fals. & l. vnica, Co
11 de mutat. nominis. † Sed hanc cen
ram non meretur, quoties nomen su
commutat, aut ioco, aut vt sese ita tu
ex aliquo periculo liberet, aut sibi cit
terius detrimentum prosit, non autem
malitia, & lædendi libidine: vnicuique
nim permissum est suum nomen comm
tare pro suo arbitratu, sine fraude, hoc
si hinc nemo vllum detrimentum pa
tur, d. leg. vnica, Cod. de mutat. nom
Quandoquidem (vt dictum est) aut
defensione propria, aut pro defensione
micorum, aut ad fallendos hostes, aut
to ioco aliud nomen falso assumere lice
tra vllum crimen, aut culpam: sicut q
theatris stultorum, morionum, aut a
rum personarum nomina sibi assum
12 Argentarius † autem qui aurea seu arg
tea sua peiori valore & precio & subst
vitiat, & non æquat iuxta statuta seu
dinationes Principis sui vel ciuitatis
is puniendus est vt falsarius, & suo mo
dus opificio, veluti eo tractando & c
13 cendo indignus. Similem quoque †
nam subeat necesse est, quisquis aur
cum vendit pro auro, aut electrum pro
14 gento. Simili ratione textor † aut m
tor pannarius, qui falsa sigilla suis ap
dit pānis, aut falsam panni tincturam
dit pro bona, aut aliam quamuis fal
tem in panno dolose immittit contr
ramentum suum, contra leges, regul
statuta sui opificii & ciuitatis, in qua
artem exercet: is puniendus est vt falsa

& sua priuandus negotiatione ac opificio: & ipsi panni præfati ita falsificati nonnunquam igni consumuntur: aliquando in varias diuersasque partes dissecantur, & scinduntur. Nummularii seu † monetarii ac monetales, aut quicunq; etiam argentarii, Principis monetam falsificantes, & adulterantes, non solum vt falsarii, sed etiam vt traditores puniendi sunt: vti sunt illi quoque qui nummos aut rasura, aut circuncisione, aut tinctura, vel aqua forti viliant & leuiores reddunt. Hi si liberi sunt, bestiis subiiciuntur: &, si serui, vltimo supplicio damnantur. Idemque de iis † qui falsam monetam percusserint, l. Qui falsam, ff. ad le. Cornel. de fals. vel adulterinos nummos conflauerint & fecerint, puta plumbeos vel stanneos, d. l. Qui falsam, & l. Quicunque, & l. Lege Cornel. testamentaria, ff. eodem titulo, ad l. Cornel de fals. Huius criminis pœna abundantius etiam nobis explicata est superius, in capite de monetæ adulteratoribus. Nec absimili ratione † censendum etiam est de iis nummulariis, atque etiam de illis pestiferis mercatoribus (verius hac nostra tempestate vsurariis) quos nunc communi vocabulo bancarios vocant: qui studio & ex auaritia iusti ponderis nummos supponunt: eos clam circuncidunt, radunt, tingunt & effingunt: & postea eos leuiores seu falsos effectos, in vulgus emittunt, crimen falsi etiam committunt, & puniendi sunt admodum grauiter, quoniam Rempublicam deprædantur, ac furantur; Impossibile enim est nummos omnes cudere eiusdem ponderis. † Et moneta spectat ad populum generaliter, & ad nullos particulariter, id est, nummi leuiores applicandi sunt prælo aurario siue argentario, quod est fisci, & totius est Reipubl. aut Principis; non autem nummulariorum, aut alicuius particularis personæ. Item † Aduocati, Procuratores, Tutores, Curatores, Oratores, Secretarii, Scribæ, Graphiarii, atque id genus similes, qui secreta dominorum, pupillorum, adultorum, magistrorum suorum pandunt & propalant: aut qui instrumenta, literas, aut informationes ostendunt partibus aduersariis, ii puniendi sunt (quia falsarii) pœna falsi, l. 1. §. Is qui deposita: & ibi Bartolus & Scribentes, ff. ad l. Cornel. de fals. le. Si quis aliquid, §. Instrumenta, ff. de pœn. Præterea † quisquis sciens & volens vtitur, & se defendit falsis literis, & instrumentis in iudicio: is quoque puniendus est pœna falsi: sed non tam enormiter, atque is qui eas literas confecit ac falsificauit, argument. l. Falsi, §. Ordine, ff. ad l. Cornel. de fals. Dominus Hippolyt. de Marsil in l. Eiusdem, in princip. & in l. fin. ff. ad l Cornel. de sicar. Nota, Si quis † Reus à creditore pertractus in iudicium, se defenderet & expurgare niteretur syngraphis, vel obligationibus falsitatis suspectis: Iudex eundem Reum, eo casu constringeret consignare seu (vulgo) nantizare: atque tum de falsitate cognosceret, & inquisitionem faceret, idque iuxta stylum quarundam curiarum, atque omnes literas & omnia instrumenta, quæ ipse certo comperit esse falsa, sibi assumit & seruat, ignique tradit. † Præterea mulier quæ falsitatem committit in suppositione vel commutatione partuum, siue puerorum, vnum partum aut puerum supponendo, alterius partus seu pueri loco: ea punienda est pœna falsi, & statuenda in pelorino siue meastro, hoc est, in loco aliquo editiori; vbi infamiæ, & dedecoris gratia, omnibus deridenda deponatur: deinde alia pœna Iudicis arbitraria, l. Qui falsam, & l. Lege Cornelia testamentaria, ff. ad l. Corn. de fals. Postremo vbi † frequens huiusmodi deprauatio & falsitas incresceret, augereturque, vel morte etiam mulctari posset: frequentatio enim delictum auget, iuxta vulgatiss. ac tritiss. l. Aut facta, § Nonnunquam. ff. de pœn. vbi Claudianus dicit, nonnunquam euenire vt ali-

(Margin numbers in right column: 20 at "strumenta, ff. de pœn. Præterea"; 21 at "ta, Si quis † Reus"; 22 at "seruat, ignique tradit. † Præterea"; 30 at "ad l. Corn. de fals. Postremo")

quorum maleficiorum supplicia exacerbētur, quoties nimium multis personis grassantibus exemplo opus sit. Quod quidem etiam ideo faciendum est authore Vlpiano I.C. l. Si quis forte, §. Si quos, ad fin. ff de pœn. vt exemplo deterriti, minus de[...] quant cæteri, l. Si quis seruo, in fin. C[...] furt. & l. 1. C. ad l. Iul. repetund. vbi sic[...] xtus habet, vt vnius pœna, metus posse[...] se multorum.

CAPVT CXXVI.

De falsitate per silentium.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 126.

1 *Non obsistentes malo, crimen incurrunt.*

2 *Testamenta vel codicillos {Comburens, Supprimens, Occultans.} punitur & {Pœna falsi. Exilio. Restitutione damnorum.}*

3 *Aliorum literas supprimens, punitur reparatione damnorum omnium.*

4 *Libros mercatorum {Falsificans, Comburens, Radens, Lacerans,} punitur & {Pœna falsi. Restitutione damnorum.}*

5 *Testis veritatem rogatam subticens, punitur pœna falsi.*

6 *Actio falsi nulli intenditur post viginti annos.*

7 *Omnis falsitas ex Iur. {Olim puniebatur exilio, & confiscatione bonorum. Hodie punitur tantum exilio.}*

8 *Falsitatis punitio ex quorundam consuetudine.*

9 *Punitio in facie detestabilis.*

10 *Principis generalis remissio omnem excludit falsitatem.*

11 *Falsariis negatur remissio cum ingressu Principis.*

12 *In falsitatis crimine iudicando, magna habenda est obseruatio.*

13 *In falsitate, tam Reo, quam Actori permittenda est probatio.*

SIcut in foro conscientiæ non solum peccant, qui actu rem vetitam & illicitam perficiunt, sed etiam ii, qui aut factoribus consentiunt aut vllum subsidium præbent:
1 imo qui † iniquis factoribus non omnibus modis, quibus debent, obsistunt: & nefariū ausum, quantum in se est, non voce, ac delatione impediunt: Ita in foro quoque ciuili criminis Reus est, qui falsitatem celat, premit, abscondit, ac tacet, & crimini sit obnoxius. Quisquis igitur † alicuius testamen-
2 tum aut codicillos, aliasque literas similes testamentarias comburit, supprimit, & occultat, ita vt ob hoc veritas testamen[...] dicillorum vim patiatur, & in apertu[...] veniant: cuius causa aliquis detrim[...] patiatur, is falsum committit, punie[...] que est pœna falsi, & exilio & restitu[...] interesse in conscientia, l. Eum qui, C[...] Cor. de fals. l. Qui testamentum, l. P[...] & l. Impuberem, § Qui codicillos, [...]
3 tit. Id non est intelligendum de iis, q[...] lias quasuis literas, aut instrument[...] uant & occultant: hi enim tantum a[...] tutionem damni puniendi sunt, non [...] criminaliter: nisi certe ex destinata [...]

huiusmodi literas occultarent, ne scilicet
veritas vnquam emergeret: in hoc enim ca-
su falsitatem committeret, & puniendus es-
set pœna falsi, l. Eum qui, l. Qui testamen-
tum, & l. Paulus prænarratis. † Quisquis i-
tem vitiat, corrũpit, & falsificat libros mer-
catorum, aut eos comburit, aut ex iis pagi-
nas vel quaterniones excipit, aut quædam
substantialia litura quadam vel rasura tol-
lit, & veritatem obscurat, ne fides mercato-
ris, & veritas aliis innotesceret: is crimen
falsi committit, & plectẽdus est & falsi pœ-
na, & restitutione omnium damnorum, &
argu. d. l. Paulus. Testis item in iudicium
aut † apud Cõmissarium accitus, ibique ve-
ritatem quæsitam non clarè & plenè iuxta
interrogationem factam deponens & con-
stans, aut eam tacens: is quoque crimen
falsi committit, ob quod similiter pœna
falsi puniendus est, l. 1. §. Sed & si quis ob
renuntiandum, ff. ad l. Cor. de fals. Bart &
Bald. in l. Presbyteri, C. de Episcopis & cler.
& Hippo. de Marsi. in l. Si in rixa, numero 9.
ff. ad l. Cor. de sicar. Hanc autem † actio-
nem falsi, de qua iura loquuntur, intelligas
oportet, non durare vltra viginti annos, ita
vt nemo eam alteri intendere posset post
annos viginti, singulari l. Querela, ff. ad l.
Cor. de fal. Atque hoc summopere obser-
uandum est, quod amicis aliquando libel-
landis esset tam accommodum. Hactenus
de quinque falsitatis speciebus satis dictum
est. In quibus † generalem punitionem
obserues velim, & nunc recentem, & con-
suetudinariam. Generaliter enim olim
omnis falsitas iuxta antiqua iura puniceba-
tur perpetua deportatione siue exilio, &
præterea omnium bonorum confiscatio-
ne, l. 1. §. Pœna falsi, ff. ad l. Cor. de fals. Se-
cundum verò iura recentia, falsitas tantum
punitur deportatione siue exilio nulla au-
tem bonorum proscriptione, vt in Auth. vt
nulli iudicum, collat. 9 § fin. Sed hic con-
siderandæ sunt (vt in dictis quoque capi-
tibus demonstraui) variarum ciuitatum
variæ de falsitate punienda rationes. Nam
8 † Gandenses, Brugenses, Hyprenses, & alii
falsitatem puniunt pelorino, & claue can-
denti in faciem inusta, & deinde exilio. Sed
9 hanc † faciei commaculationem iura ad-
modum abhorrent & detestantur: quòd fa-
cies humana ad formam & imaginem Dei
expressa sit & cõdita, & quam Christus ser-
uator noster pro nostra salute assumere di-
gnatus sit, vti superiùs etiam capite 110. la-
tiùs ostendimus. Aliæ prętera sunt aliis
ciuitatibus falsitatem puniendi rationes,
quas hic prudens prætereo, ne omnia hic
recensere velle videar: hoc tantum in fine
materiæ de falsitate adiungere libuit: Falsi-
10 tatem † crimen esse enorme, habens in se
plus malitiæ quàm multi arbitrentur, vt
vel hinc patet, quòd falsitatem Princeps in
suis generalibus remissionibus non absol-
uat: Imò etsi remissionem condonasset, ac
postea constaret de falsitate impetrantis,
11 remissio esset inualida & nulla. † Deinde
etiam hinc enormitas constat, quòd falsa-
riis negatur remissio cum ingressu Princi-
pum, quam tamen alii malefici & crimino-
si in talibus solennibus ingressibus faciliùs
impetrare solent. Bart. in l. Lucius, in fine,
ff. ad Turpilia. Hippo. de Marsi. in l. Si in ri-
xa, numeris 12 & 13. ff. ad l. Cornel. de sicar.
Et Boërius in suis decisionibus aureis, quę-
stione 217. numero 23. folio 37. parte 2. qui
12 contrariæ tamen parti inniti videtur. † Po-
stremò (cum isthoc enim caput absoluero)
in quæstione falsitatis (vt scribit Olden-
dorp. regula 20. de probationibus crimina-
liter accusando mota) acerrimam oportet
fieri indagationem, & argumentis, & testi-
bus, & scripturarum collationibus, & aliis
idem similibus vestigiis ad veritatem com-
13 modè perducentibus. Non enim † accu-
satori tantum probationis necessitas indi-
cẽda est, sed etiã Reo tota sua probatio per-
mittitur, vt iudex constituatur medius Sed
hoc inter vtranq; personam in talibus pro-
bationibus seruandum est, vt eę iusto & de-

bito ordine fiant, hoc est. vt actor, & primò
scripturam producens: deinde Reus, & eam
falsam arguens, ad probandum admitta-
tur, l. Vt falsi, C. ad l. Cornel. de fals. &
ff. eod. titulo.

CAPVT CXXVII.

De Diffamatione per Libellos.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 127.

1. *Furtum spirituale, est diffamatio.*
2. *Famosorum libellorum authores, puniendi sunt capitaliter.*
3. *Famosos libellos reperiens, vix tutus est à damnatione capitis.*
4. *Famosos libellos euulgans de rebus capitalibus & veris, est innoxius.*
5. *Extra iudicium non licet aliquem accusare.*
6. *Author libelli de re non capitali, puniendus est compensatione iniuriæ & famæ.*
7. *Parum interest, an quis libellos famosos ediderit per se, an ex alio.*
8. *Libelli famosi de { Principib. / Repub. / Officiariis. } deferendi sunt ad Magistratum.*
9. *Famosorum libellorum authores, iure Pontificio flagellandi.*

QVum superiùs de furto reali ac mate-
riali abundè tractassemus, furtum ibi-
dem spirituale prorsus omissum esse, hic
demum occurrit: quare illud inutili silētio
præterire nolui, putans equidem præstare
ipsum vel indigno loco vtcunque explana-
re, quam vbiuis locorum omittere. Est ita-
1 que † quoddam furtum spirituale, quo al-
terius famam malitioso & infami scripto,
aut per sparsas literas siue chartulas diffa-
matorias, aut per cantilenas odiosas nefa-
riè furamur, quas literas, aut scripta Latini
2 libellos vocant famosos. † Hoc crimen iu-
ra admodum detestabile habent & exo-
sum, adeò vt omnes qui famosos libellos,
hoc est, schedulas dictas detractorias vel cā-
tilenas aut dictant aut componunt, aut vs-
piam ad valuas affigunt, aut plateatim vel
spargunt, vel cantant, quibus alterius no-
men bonum & famam conuellunt, lacerāt,
& nequiter, iniquè præterque culpam, eri-
piunt, & quibus falsa spargunt, aut saltem
talia quæ stabili veritate nunquam probare
potuerūt: Omnes (inquam) tales diffama-
tores publici, puniendi sunt capitaliter, &
vltore gladio, conuicti secundum leg. v-
nica, C de famos. libel. l. Ob carmen, ff
testib. Nec dissimilis fuit sententiæ Co
3 Tacitus, lib 1. historiarū. † Quin & co
crimine reus tenetur, quicunque tales li
ras inuentas, aut diu seruatas, non la
aut cōburit, sed eas profert in publicū.
contra ipsum suspicio est, quòd ipse ea
literarū sit author, quodque eas, aut c
posuerit, aut componi iusserit, aut ipse
sparserit, quas mox dissimulanter inue
voluerit: Aut quod in huiusmodi diffa
tionibus publicis, magnam voluptatē
piat d. l. vnica, C de famos. libel. si tamē
ab hac suspicione eluere non posset, & s
innocentiā testib. fide dignis comprob
nō posset, qui iuramēto adstruerēt eum
dem schedulas, aut chartulas in consp
ipsorū reperisse, atq; ita repertas ipsis c
spicientibus, & præsentibus commonst
4 se Quisquis autem † famosos libellos
componit aut euulgat aut spargit de re
capitalibus & veris, aut quas veras esse p
bare cupit: is non est in crimine. modò
probandi præsentationem faciat in iud

iam extra iudicium nulli † fas est, alterum iniuriis & accusationibus vel diffamationibus impetere. In iis porrò literis quæ nihil habent capitale, scriptor & dictator, & diuulgator puniendus est de iniuria, compensatione famę, ad tantā summam quantum diffamatus iurabit se cum nominis integri laceratione commutare nolle; deinde reparatione famæ cum contraria diuulgatione, hoc modo, vt qui priùs diffamatione alterius læserat nomen, nunc contra eiusdem nomen laudibus efferat, prædicet commender, & per alios libellos contrarios, vel sua conficta testetur mendacia, vel offensi testetur innocentiam. Nec multum curandum est in famosis †libellis, imo nullum discrimen ponendum, an is tales libellos, aut composuerit, vel ediderit sua propria authoritate: aut instinctu vel persuasu alterius. Deinde an fictis nominibus diffamationem peregerit, an veris: modò per ea ficta nomina, persona diffamata innotescere, & lædi possit. Deinde non excusat, siue dicat se diffamatum nouisse, siue non nouisse. Hæc enim, cum substantialia perstant, parum habent discriminis. Cæ-

8 terum † quisquis famosos libellos reperit, aut acquirit, qui sunt de rebus Principum, aut Reipub. in generali, aut de rebus Officiariorum, aliorumque gubernatorum in particulari: optimè fecerit (nedum peccabit) si eos famosos libellos repertos prudenter, & secretò deferat ad Magistratum, vel Iustitiam, aut ipsius Officiarios, & nulli al-

9 teri: quanquam † ius Pontificium verberari tantum seu flagellari iubet, c. Qui in alterius, 5. quæst. 1. facit l. Diffamari, C. de ingenu. manumiss.

CAPVT CXXVIII.

De falsis aleis.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis Cap. 128.

...a nulli non perniciosissima.

...pueris indigna.

...i falsis ludens, committit crimen { *Falsi.* / *&* / *Furti.* }

...ator falsarius vt { *Falsarius* / *&* / *Fur* } *puniendus est.*

...n falsis aleis { *Perdens,* / *Lucrans,* } *ius suum* { *Repetendi habet.* / *Seruandi amittit.* }

...is aleator perdit ius { *De reparatione* { *Iniuriarum* / *Damnorum.* } / *Omnium contractuum, scilicet* { *Emptionis* / *Venditionis,* / *Locationis* / *Conductionis* / *Mutui,* / *Permutationis,* } *qui contigerunt in ludo.* }

...mus aleatoria debetur fisco.

11 *Et* { *Lusores* / *Collusores* / *Adstantes participes* / *Pecuniam* } *dantes,* / *Tabulam* } *dantes,* } *pari pœna plectendi.*

12 *Iuuenes ad ludum pellicens, grauiter plectendus est.*
13 *Quando iuuenes dicendi sunt ad ludum pertrahi.*
14 15. *Alearum mala & pericula.*
16 *Alea quatenus viris honestis permissa.*

17 *Omnes lusores pro graui pecunia, aut* { *Extraordinariè* / *Exilio* / *Mulcta pecuniaria* / *Arbitrariè* } *plectendi sunt.*

18 *Actio de bonis repetendis per aleam perditis, est perpetua, saltem, &c.*

19 *Restitutio facienda est* { *Victo, si is cognoscatur.* / *Fisco indignius,* / *Pauperi melius,* } *si ignoretur victus.*

20 *Alearum vsus antiquissimus.*
21 *Aleator pernicies & pestis est reipub.*
22
23 *Lusor 3. legis præcepta violat, scilicet* { *De honesta vita.* / *De nullo lædendo.* / *De vnicuique tribuendo sua.* }

24 *Ludus permittitur* { *Viris honestis.* / *Recreationis gratia.* / *Si sine dolo, & crimine,* }

25 *Ad Aleatorum correctionem vtilis admonitio.*

26 { *Voluptuari* / *Ignaui* } *ciues, sunt telluris inutile pondus.*

27 *Veterum seueritas in pellendis ciuibus inutilibus.*
28 *Alea, &c. per Regem Franciæ coercita.*
29 *Ludi sagittarii quando in Francia priuilegiati.*

ANimaduerti, pii Lectores, inter varias illecebras, quibus multi potissimum adolescentes illaqueari consueuere, principatum obtinere lusum, præcipuè alearum.
1 Quam enim alea † sit vorax, ac bonis moribus inimica, multorũ id proditum est præclaris testimoniis, & nostris (proh dolor) satis conspicimus oculis. Ex ea enim videmus, multos diuites, & re lauta bene natos, peruenire ad summam rerum omnium penuriam & egestatem: à rebus lætissi[mis] extremum luctum: à gloria, ad ignomi[niam] & dedecora: à pietate & mente catholi[ca] reprobum sensum, & tãdem in blasphe[...] à fidelitate & iustitia, ad furtum & rap[...] Quocirca non abs re me facturum esse p[...] ui, si hoc caput de ludo aliquanto ac[...] tius pertractarem: cum sit ludus hic [...] rum & frequentissimus, & in Repub. p[...] ciosissimus: tametsi sint qui aleã ex[...]

...eidem indulgendum esse velint, recrea-
...ionis animorum gratia: vtvt enim eam ex-
...usent, plus tamen dedecoris, impietatis, &
...erniciei secum confert, quam gloriæ, pie-
...tatis, ac vtilitatis. Quod cernens Censorius
Cato, † pueris ilico alearum vsu interdixit;
quiduis potius illis permittens, ac trochorũ
vsum prius commendans, vt tali initio à
malo seminario sese temperarent: sperans i-
psos tãto fore in senectute à corruptis mori-
bus alieniores, si iuuentutem aleis nũquam
contaminassent. Quum igitur hic alearum
...sum abominamur, maximè de falsis aleis
...ic nobis loquẽdum est, quibus plani mul- 6
...ac impostores hoc tempore maxime gau-
...ent & se exercent. Poterat, hoc caput (fa-
...teor) ad superiora de falsitate non incom-
...mode referri, sed quoniam tam generale &
...rium, ideo seorsum hic suo loco digessi-
...mus. His igitur † falsis aleis quisquis vtitur,
...dit, & fallit, geminum crimen cõmittit,
...crimẽ falsi, & crimen furti; crimen qui-
...falsi cõmittit, quod re falsa vtatur, arg. l.
...rbitrio, §. De eo, & quod ibi not. ff. de do-
... Crimen vero furti committit, quod ni-
...l interfit inter lucrum dolosum, & lucrum
...iuum: in neutro enim licet pecuniam
...quisitam & lucratam sibi tenere & reser-
...are, arg. l. Falsus, in princ. ff de furt. Quo-
...rca hic falsus aleator † duplici quoque pœ-
...plectendus est, & vt falsarius, & vt fur, ad
...bitrium iudicis; semper cum restitutione
...usdem falsi lucri, talibus aleis falsis com-
...rati: quod solius vincentis semper sit tur-
...tudo Bart. in rubr. Cod. de condi. ob tur-
...m caus. teneturq; crimine stellionatus,
...m certum criminis nomen non sit, l. 2 ff.
...cri. stellionat. Quam † ob causam, qui
...iusmodi falsis imo etiã æquis aleis quic-
...am perdidit, ei ius manet, idem perditũ
...lucrante collusore reposcendi; imo ab i-
...us collusoris hæredibus vsque ad quin-
...aginta annos, idem repetendi ius perdẽ-
& perdentis hæredibus manet. Nam in
...c crimine nulla temporis præscriptio, ni-

si quinquaginta annorum locum habet, sa-
lubri & sancta Authent. Alearum vsus, ibi,
sed solutum reddatur, &c. & ibi, nõ obstan-
te nisi quinquaginta annorum præscriptio-
ne, C. de religios. & sumptib. funer. Porro
si nec lusor perdens, nec hæredes ipsius vel-
lent vnquam talem perditam pecuniã, aut
opes à fraudulolo aleatore, aut ipsius hære-
dib. reposcere: ipse fiscus (qui in omni cri-
mine, malè partarum opum se hæredẽ con-
stituit) contra aleatorem ex officio ageret,
& perditas opes cum mulcta debita reposce-
ret, d. Authent. Alearũ vsus, ad finem. Quin
9 tam abominabilem iura habent † aleã (e-
10 tiam si æquis, iustis, ac idoneis aleis aleator
vtatur, d. Authent. Alearum vsus, & ibi no-
tat. & in Authent. Interdicimus, C. de Epi-
scop. & cler. & in corpore vnde sumitur, in
Authent. de sanctiss. Episcop. §. Interdici-
mus, collat. 9. constitut. finali) & similes
ludos prohibitos, vt in ea lusoribus nullam
potestatem faciant ab sese mutuo iniuriarũ
illatarũ, aut quorumuis etiam damnorum
illatorum vindictam & reparationem posse
requirere, l. 1. ff. de aleæ lusu, & aleato. De-
7 inde omnes † cõtractus, vt venditionis, em-
ptionis, locationis, conductionis, mutui,
permutationis, transactionis, aut similes in
eo lusu volunt esse irritos, inualidos, & nul-
los; notat Bart. in l. Si quis cum sciret, in fi.
ff. de vsucap. pro empt. Nec lusor vendens
in ludo, tenetur emptori de euictione: nec
etiam lusor perdens, victori, quia ambo si-
mul delinquũt, l. Si filiosamilias, § Si in a-
lea, ff. quarum rer. act. nõ datur, & per Doct.
in d. l. Si quis cum sciret. Ipsa quoque do-
8 mus, vbi falsæ † tractantur aleæ, imo vbi
quæuis exercentur ex consuetudine aleæ, ex
iure cedit fisco: modo ea domus fuerit ipsi*
aleatoris; similiter etiam si domus alterius
fuerit, sciatque tamen, quod in ea huius-
modi ludi exerceantur, d. Authent. Aleatũ
vsus, in versic. Et si quis, ibi, domib. eorum
publicatis, &c. Nisi illa domus fuisset cuius-
dam pupilli vel viduę, argum. l. 1. C. de fals.

mone. & ibi hoc in simili vult Cynus, & idem censendum est de omnibus domibus personarum miserabilium, arg. not. per Cyn. in l. 1. C. quando Imper. inter pup & vid. Et si ex eadē domo quippiam ipsi aleatori, durante lusu ereptum fuerit, id perit, & aleatori negatur reposcendi actio, notabili l. 1. §. 1. ibi, impune fit, &c. ff de aleæ lusu, & aleato. Et si aleatori vlla inferretur iniuria, aut damnum (vt dictum est) aut ipse cæderetur: sublata esset ei omnis de reparatione petendi actio, d. l. 1 § Item notandum. Quin & o-
11 mnibus † adstantibus, qui aut colludunt, aut certe se participes faciunt periculi, & lucri vel amissionis, eadem infligenda est punitio seu pœna, etiam si non colludant, d. Auth. Alearum vsus, §. Cōmodis. Qui ludens, aut ludum retinens, pecuniā in alearū ludo aleatori dat mutuo, eam Iure reposcere nōpotest: quod sua mutuatione alteri criminis occasionem dederit, gl est ordinaria in d. l. 1. in princ. & in l fi. in gl super verb. acceperit pecuniam, ff. de aleæ lusu, & aleato. Secus si ab alio aleator, qui ignorabat eum velle aleis ludere, mutuo accepisset; imo ipsi adstantes & spectantes, etiam si non colludant, nec pecunia alios iuuēt, aut se participes faciant; sunt tamen puniēdi vt ipsi principales lusores, d. Auth. Alearum vsus, & d. Auth. Interdicimus. Iure enim vetitum est omnibus huiusmodi aleis aut aleatorū inspectione, tempus suum transigere ac terere, forsan ob hoc, quod ex tali auida ac vsitata inspectione, plerunque ipsi aleatores e-
12 uadant. † Quicunque simplices ac incautos iuuenes & adolescentes, suasionibus, blanditiis, malitiis, ac similibus illecebris, ad alearum frequentationem pertrahunt, ii nō vt aleatores simplices, sed multo grauius plectendi sunt ad arbitrium Iudicis, ob illatum offendiculum, & læsam alterius inno-
13 centiam. Sed tum oportet † intelligas iuuenes & adolescentes pertrahi ad ludos aleatorios, quando ipsis suppeditantur aleæ, incenditur ignis, subministrantur mensæ, tabulæ, & candelę, cum reliquis commoditatibus, quibus iuuentus & adolescentia inaffectibus vehemens, & se, per suos iuueniles calores cupidini deditos, moderari ac refrenare nescia, ad hoc malum (vti ad cætera omnia facilis est & cætera) cito perducitur, l. fin § Melius enim, C de bo. quę liber. quo-
14 niam ludum † tenentes, & lusores suscipientes, caussa sunt multorum inde emergentium
15 † malorum, sc. blasphemiæ, periurii, furtorum, sacrilegiorum, depauperationum, homicidii, nec non aliorum plurimorum, d. Auth. Alearum vsus: vti etiam ipsa docet experientia: nisi enim tales essent aleatores, & tam multi, non tam frequenter aleis passim luderetur, maxime à iuuenibus, nec orirentur pericula & mala; sicut dicimus de lenonibus, qui nisi essent, adulterium non ita frequenter committeretur, l. 2. § 2. ff. ad l. Iul. de adulter. Monet ergo sanctus vir Cyrillus iuuenes, vt bonis morib. se informent, abstinentes à prauis, maxime ludis, quia, Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu; & quod nouæ chartæ inscribitur, non facile inde delebitur: monet igitur Cyrillus parentes ad eruditionem & verbera filiorum, & alearum abstinentiam, ne flendi eis succedat euentus. Hæc autem verba tene perpetuo, & bene audies. Atque hactenus habita, de quouis ludorum genere intelligas oportet, qui iure prohibiti sunt, veluti de ludis alearum, chartarum, fritillorum, tabularum, atque id genus similium, qui partim fortuna, partim industria geruntur. Huiusmodi enim omnia ludorum genera Iure sunt prohibita: non tā ob malum quod in se habent, quam ob mala vitia & peccata capitalia, quæ huiusmodi ludos comitari soleant, quæ his sequentibus contenta sunt versiculis;

Hæc cum taxillis ludendo crimina fiunt:
Ecclesiæ spretus, vsuraq; rixa, rapina,
Scandala, tū nugæ, blasphemia, tū facinus,
Furti doctrina, violentia, copia falsi,
Et mortis caussa, deceptio, perditioque

Temporis, & desiderium, corruptioq; ingēs:
Istis prædictis adulatio, vitaque turpis.

Quos versus Hostiensis in summa, de excessibus prælato. declarat, quorum declarationem, quia facilis est, lõgius prosequi nolui. Illicitaq; ludus censetur turpis ratione consequentiæ & accidentium sibi; ob id etiam forsan, quod omnia fortuita, & inexpectatò prouenientia, mentē humanam nō mediocriter quoq; turbare soleāt, pręcipue virorū, rationis vsu pene carentiū. Quocirca etiam licitè † ludi non prorsus interdicuntur viris honestis, ratione satis vtentibus, ac animi gratia & recreationis caussa tantum ludentibus, & non ex ardenti cupiditate & auaritia, quę tanquam radix omnium malorum, est reprobata, c. Bonorum 47. distinct. sed tantum causa societatis & solatii, pro vino aut cereuisia potanda, aut pro pullis gallinaceis, aut caponibus, aut leporibus, aut cuniculis, aut rebus similibus in conuiuium sumendis, l. fin. ff. de aleæ lusu & aleatoribus, & pro exigua pecunia, idque tempore & loco licitis, cōgruis, & honestis. Paruam autem pecuniā intellige hic iuxta conditionem, qualitates & opulentiam, ac potentiam personarū, c. Et si quæstiones, extr. de simonia, in l. Sed etsi susceperit, ff de iu... nempe talem, quæ ipsum victum non multum lædere seu grauare posset, vtpote solidum, secundum quod leges appellant, quorum septuaginta duo vnum libram auri efficiunt, l. 2. C. de susceptoribus & arc. ...to. etiam si multum diues sit & opulentus. Si pauper, egenus inops, vnum aut alterum grossum aut stuferum: ita vt non multum curet an vincat, an perdat, saltem obesse ac grauare nullo modo potest d. Authent. Alearum vsus, § Sed nec permittitur. Omnes igitur lusores † in ludis vetitis, & pro graui pecunia ludentes vbi procul dubio nequaquam deesse potest cupiditas puniendi sunt extraordinarie, aut exilio aut mulcta pecuniaria, aut aliter, secundum iudicis arbitrium, cum de iure non sit

pœna ordinaria expressa. Iudicis enim est curare, ne in sua prouincia sint, qui suam pecuniam (qua Reipub. prodesse possint) male insumant & profundant, aut ea certe inutiliter abutantur, l. Illicitas, ff. de offic. præsid. l. Si cum dotem, § Sin autem dissi-
18 pet. ff. solut. matrim. Atque actio † & punitio isthæc de vetito ludo durat perpetuo, ad quinquaginta saltem annos, & si nescia-
19 tur † cui facienda sit restitutio, adiudicanda est vel fisco, d. Authent. Alearum vsus, ibi; in opus metallum conuertatur, vel potius pauperibus, c. Qui habetis, & c. Non sane, 14 q. 5. Quando autem scitur is, à quo victum & comparatum sit, hoc est, cui facienda sit restitutio; tunc ilico illi victo restituetur, vt ibi habetur, & ibi per Bald. nota. A-
20 learum tamen ludus † antiquissimus est ab Alea milite Troiano sic dictus, vt testatur constitutio Græca, qui ante Romam conditam fuisse traditur; imo vt refert Vgutio, fuit tempore belli Troiani. Et de hac sorte ludi habetur Exodi 34. vbi dicitur; Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere, de qua etiam potest intelligi quod habetur Genesis 16. Vidit Sara Ismaelem ludentem cum Isaac, & eum decipientem; de quibus verbis in c. Reuocet, in vers. Sequitur 3. q. 1. Et de ea etiam potest intelligi,
21 quod † dicit Philosophus in 4. Ethicorum, vbi affirmat lusores esse deterioris cōditionis, quam latrones. Et aleator, hoc est tam ludens, quam receptor ludi, est velut hostis ac pestis Reipub. quia hoc cupit & optat, vt homines ludant & efficiantur pauperes; & ideo etiam fures sunt, & falsarii, quia vt plu-
22 rimum † interserunt lusores falsas aleas seu taxillos, & mutuant pecuniam, dando malam, & retinendo bonam, & semper in ludo iudicant contra extraneum cum ipsis ludentem, secundum Odoffre. in l. 1 ff. de aleę lusu & aleatoribus. Et Hostiens. in c. Quo-
23 rundam 34. distinct. † Ideo præcauendum ait à ludo, quod lusor agat turpem vitam, illa tria præcepta legis & iustitiæ transgre-

diatur, scilicet, Honestè viuere, Alterũ non
lædere, & Ius suum vnicuique tribuere: de-
inde ob animi inquietudinē & ardētem cu-
piditatem, quam radicem omnium malo-
rum esse diximus, §. 1. Auth. vt Iudices si-
24 ne quoquo suffragio. † Quocirca omnis lu-
dus, qui virtutis vel recreationis ocii teren-
di gratia tantum fit, & sine cupiditate & si-
ne auaritia, is est permissus, l. Solent. § 1. ff.
de aleæ lus. & aleator. secundum Canones.
dummodo non immisceatur fraus, dolus,
blasphemia, aut aliud delictum: & fiat ho-
ris debitis & congruis. Sed ludus omnis, qui
fieret causa cupiditatis aut auaritię, cum ad-
mixtione alicuius delicti, est prohibitus, d.
25 Authent. Alearum vsus. Quum igitur †
tam damnosa sit Reip. alea, optarem omni-
bus prouinciarum & ciuitatum Rectorib.
acriorem in aleatores animaduersionem, vt
nobilium aut ciuium diuitum, aut merca-
torum filios, aleis, lusibusque dedititissimos,
ad saniorem Reip. frugem præstandā com-
pellerent: vt eas opes (quas alea vorat) ad
verum sui Principis ministerium, cum glo-
ria impenderent: aut si ciues essent, ad mer-
caturam, ad fœnus, ad omnem deniq; Rei-
pub. vtilitatem impenderent, potius quam
vt aleis inseruirent, aut equos, canesve ale-
rent, aut aliis luxibus absumerent: quibus
tamen nostrorum ciuium iuuentutem flo-
rentissimam coinquinari conspicimus, & in
omne voluptatū genus potius resolui, quā
vt suis (imo Dei) opib. vlla in re, bono Rei-
pub. prodesse velint, aut optent, quasi iis
voluptatibus & vitiis plane nati sint, & non
26 potius iuuandis aliis. Illi † igitur ignaui vo-
luptuarii & sibi tantum viuentes, mihi tan-
tum inutilia pondera terræ vidētur, & quos
27 Romana † seueritas nunquam passa fuisset,
tam inertes, suam Rempub. coinquinare:
sed eos sine vlla dissimulatione è ciuitatibus
vt membra inutilia imo perniciosa pepulis-
28 sent. Quos † imitatus optimus Rex Fran-
corum Carolus VII. in suis diplomatis, an-
ni 1369. omne genus ludorum prohibuit,

quod tractant inhonesti isti circum[...]
veluti aleas, tabulas, fritilla, kegulas, gl[...]
&c. quæ nulli corporali exercitio cond[...]
nec ad suorum nobilium palæstram c[...]
cendam sunt instituta, aut ad defensio[...]
regni. Illis enim inertibus lusibus p[...]
indixit 40. solidorum Parisiensium p[...]
fisco, quoties reperti fuissent huiusmo[...]
29 dos tractasse. † Sed vti ipsis vtilius d[...]
ludendi exercitium, ludos sagittario[...]
bique instituit, confirmauit, & priu[...]
nobilitauit. Hos sagittarios ob simile[...]
casionem secuti sunt Balistarii, qui i[...]
nunc plurimum sunt vsui. Qui plur[...]
arum ratione, pernicie, & detestatio[...]
derat, is legat D. Angel. Aretin. in s[...]
gulari tractat. maleficiorum in glo[...]
verb. *Metidore de mali dati*: D. Troil[...]
uetium in suo vtili tractat. de sort[...]
Paridem à Puteo in suo aureo tract. [...]
teria ludi: D. Ioan. Baptistam Cacc[...]
in suo tract. vtilissimo, de ludo & ale[...]
D. Stephanū Constant. in suo eleg[...]
ctat. de ludo. Consulo interim p[...]
leatoribus (qui tamen raro illo lu[...]
solent) vt restituant, vel saltem la[...]
ant eleemosynas, non est tamen rig[...]
dicendum siue iniungendum qu[...]
simpliciter, de necessitate salutis. [...]
lusoribus bonis aleis ludentibus & [...]
quam falsis, censendum opinor, quo[...]
falsis lucratum est aleis, indubie p[...]
restitutioni obnoxium & subiectum[...]
ste artium & sacræ Theologię profe[...]
uiniq; verbi declamatore facundiss[...]
God scalco Rosemondo Endouiensi: [...]
libello modum confitendi pulcher[...]
plectente, de ludis taxillorum, & re[...]
ne lucri, fol lib. meo 77. versic. Ise[...]
dus est instar pestis, nostra in Repub. [...]
admodum enim pestis adimit vitam, [...]
dus ingens & grandis adimit pecuni[...]
cuatque bursam. Vnde infinita mal[...]
(proh dolor) in dies eernimus, quo[...]
moriam hic recensere ex causa omi[...]

CAPUT CXXIX.

De translatione Limitum.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 129.

- *Qui agrorum limites*
  - *Euellens, vtitur,* — *committit* — *Hic furtum.*
  - *Transponit tãtum,* — *committit* — *Hic furtum & falsitatem.*
- *Limites*
  - *Euellens & iis vtens, punitur arbitrariè vt fur.*
  - *Transponens*
    - *Iuuenis* — *punitur* — *Exilio longo.*
    - *Senex* — *punitur* — *Exilio breuiori.*
    - *Durante lite, litem perdit cum sumptibus.*
    - *Ex malitia, punitur mulcta 50. aureorum.*
    - *Ex dolo, & conductus, puniendus est virgis & exilio.*
    - *Non dolosè, sed ex ignorantia, puniendus est virgis tantum.*
- *ua limites intelligunt* *Saxa, Lapides, Arbores, Palos* — *agros ab agris dirimentes.*
- *crimine termini amoti, cuius licitum est accusare.*

Irca agrorum, aut viarum limites, seu terminos non leue crimen contingit, idque fere duobus modis, nempe limitum aut terminorum omnimoda ablatione, & eorundem transpositione. Quisquis † igitur aliorũ agrorum seu viarũ limites euellit, secum aufert, aut ad sua opera applicat, & vtitur: is se furto alligat, ob quod furti puniendus est ad arbitriũ Iudicis, etiam si eos abstulisset, nõ vt limites aut terminos mutaret, & aliis damnũ per hoc inferret: sed vt eis ad suum commodum vteretur, cuius meminimus sup. de furto. idque continet l. in fin. ff. de termino moto, dum dicit, sed pro conditione admittentium coërtione transigendum. Quisquis † verò limites agrorum transponit tantũ, vt suos agros dilatet & promoueat, is supra furtum cõmittit falsitatem, gloss. vltima, in l. fi. ff. eodem, de termino moto: ob quæ variè puniẽdus est. Nam si fuerit iuuenis, punietur exilio & relegatione in longissimas regiones ad tempus. Sin fuerit † senex, mulctandus est exilio ad discretionẽ & arbitrium Iudicis, l. 2. ibi, de pœna tamen, &c. ff. de termino moto.
4 Si cui contingeret † cum altero lite contendere de limitũ suorum differentiis, atq; alter ipsorum interim durãte lite & processu, eosdem limites seu terminos (de quibus esset quæstio) transponeret, vt hoc modo certius suũ processum & litem vinceret, is fraudẽ & falsitatem cõmittit, ob quã, litem perderet cum vniuersis sumptib & damnãdus est ad restitutionẽ tantidẽ agrorũ, quãtum alteri eripere per transpositionem conabatur. Et limites tum constituẽdi sunt tanto à priori locatione citeriùs: quanto ipse priùs promouerat vlterius. Et si tantum non habeat, tenetur tamen semper restitutione omnium damnorum & (vt vocant) interesse omniũ iuxta taxationem Iudicis, l. Diuus, in prin. & l. fin. in fin. ff. de termino moto.
5 Qui † præterea aliorũ limites ex malitia transmutat, vt vicinis negotiũ facessat, & sibi nullũ commodũ faciat: is secundum iura puniendus mulcta quinquaginta

aureorum, ad communem vtilitatem fisci, & restitutione omnium detrimentorum. l. Agraria ff. de termino moto. Qui autē do-
6 losè aliorum † fines & limites transponit ex iussu seu mandato alterius: is puniendus est virgis, & ad opus publicum biēnio dandus, aut loco illius per bienniū relegandus.
7 Si † autem id fecerit non dolosè, nec vt alteri vllū incommodū & fraudem inferret, sed tantùm ex ignorantia & fortuitò: tum puniendus est tantùm virgis & verberibus cædendus, nō exilio aut relegatione, l. Diuus, ibi, si verò, ff. de termino moto. Et li-
8 mites † intellige, quæuis signa siue subsignacula, quæ agros ab inuicē dirimunt, lapides, aut palos, aut arbores, hisq; simil.
9 In hoc † crimine cuiuis permissum accusare & deferre, l. fin. ibi, & eius actionis petitionem ei qui volet esse iubet, ff. de termino moto.

CAPVT CXXX.

De Calumnia.

Summæ rerum tractatarum in Comment. CAP. 130.

1 *Calumnia est* { *Scienter in iustitia sustinere falsa.* / *Scienter deferre falsa & non probabilia.* / *Scienter propositum crimen dissimulare.* }

2 *Pœna calumniatoris est arbitraria.*

3 *Calumnia semper includit in se scientiam iniuriæ alterius.*

4 *Iurare de calumnia, est iurare, quòd putet se habere causam optimam.*

1 CAlumniam iura † vocant, aliquē malitiosè & scienter in iustitia accusare & deferre, de rebus falsis & vanissimis & non probabilibus, quæque nunquam contigerunt. Aut in iustitia sustinere pro vero & ęquo, quod sciuit esse falsum & iniquū. Aut est dissimulare, subticere, & nolle proferre ad iustitiam crimen, quod punitioni subiectum est, l. 1. §. Incidit, ff. ad senatusconsul. Turpilia.
2 Pœna † autem calumniarum est arbitraria, ad discretionem Iudicis, pro qualitate personarū, & enormitate aut leuitate calumniæ, & rerum, sic vt videat quid calumniatorē mouerit, & induxerit, vt alteri talē inferret calumniam. Nam si ex simplicitate eā tantùm intenderit, putans sibi iuris potiora debere cedere, nō suo aduersario: eo casu certè nō est censendus calumniā
3 intulisse. Oportet † enim calumniā semper iunctam esse cū notitia iniurię alterius. Et autem notandū illud iuramentū, quod vocant iuramentū calumniæ, aut de calumnia.
4 † Est enim iuramentū præstare de calumnia, bona fide iurare, quòd sine fictione putet & arbitretur se habere bonā ac iustā caussam, & alterū iniquam, ob quam eū prouocet in iustitiā, &c l. Cum & Iudices, vers. Et a... C. de iureiuran. propter calum. dand.

CAPVT CXXXI.

De Concussione.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 131.

1 *Concussio, est cum altera partium, iustitiæ caussa componere.*

2 *Iudex partem vel* { *Minis* / *vel* / *Inductionib.* } *pecunia gratia pertrahens, vt vel* { *Citius iudicet,* / *tardius iudicet,* / *non iudicet,* / *malè iudicet,* } *concussionem committit.*

fficiarius ob pecuniam studens { *Capere, aut Non capere,* } *fit concussor.*

oncussio punitur arbitrariè, cum { *Restitutione principalis. Restitutione quadrupli. Exilio.*

omotor minis ab honestis matronis pecuniam extorquens, puniendus est grauiter.

dex concussor Iure Canonico puniendus vt calumniator.

uomodo puniendi qui fures suspendunt in marsupio.

HAbent iura crimen, quod concussionē vocant. † Est autem cōcussio, sub prætextu & titulo officii & dignitatis, cum aliquo de iustitia ferenda, aut non ferenda, aut malè ferenda componere, & cum eo fœdus aliquod pecuniarium hac caussa inire. Hoc crimen directè spectat ad ipsum Iudicem, qui partem litigantem concutit, & ad corruptionem aut persuadet, aut compellere studet. Iudex † qui alteram litigantem partem cōcutit, hoc est, vel minis, vel persuasionib. terret, & inducit, vt ab ea, aut munera, aut summam aliquam pecuniariā accipiat, ad eum finem, vt in gratiam eiusdem partis, aut citiùs, aut tardiùs iudicet, aut omnino non iudicet, aut certè vt aliter iudicet, quàm debet, aut quàm iuris regula constrat: is (inquam) Iudex, qui ita se corrumpi studet, crimen concussionis cōmittit. Idem crimen † cōmittit omnis Hostiarius, ac omnis deniq; Officiarius, qui partem in quā habet executionem vel cōmissionem adit, ipsiq; proponit quòd cōtra mā-datum suū sit illi parsurus, & quòd tardiùs, aut mitiùs suā in ipsum commissionē executurus sit, si ipsi tantum, aut tantū pecuniarum numerare velit: aut hoc, aut illud in gratiam ipsius efficere. Hoc crimen † committens puniendus est arbitrariè, ad discretionem Iudicis cum restitutione principalis & quadrupli, & exilio, vt falsarius & calumniator pro modo delicti, l 1 & ibi gloss. verb. Ablatum, & l. 2. ff. eod. titu. de concussionibus, & ibi Scrib. Et l. Si ab eo, & ibi Doct. ff. de calum. iatorib. Et in Authen. Nouo Iure, C de pœn. iudic. qui male iudic. desumpta ex Authent. vt litigantes in exordio litis iurent, §. Si quis autem ex litigatoribus, colla. 9. cōstit. 5. & l fin. C. eo. de pœn. iudic. qui mal. iudic. Prolixiùs D. Ioa. Berber. in suo iuris viatorio, rubr. de Concussionibus.

7 † Grauius autem puniendi sunt Prætores illi, qui fures, aut alios maleficos mortis damnationi obnoxios, non meritis suppliciis puniendos curant, sed ipsos ob munera liberos remittūt, aut ex aliquo affectus studio laxant. Paruos quidem furūculos in crucē abripientes: Maiores vero ac nocentiores studiose liberantes suspendūt in loculis. Iuxta illud; *Dat veniam coruis: vexat censura columbas.* De huiusmodi Pretoribus Diogenes rogatus, cur tam effuse cachinnos emitteret, respondit: Non riderem, inquit, quum tam aperte à maioribus furibus paruos furunculos ad suspendium duci conspiciam? Caueant igitur Iudices ne huiusmodi malo sese coinquinent: quod & si leges humanæ (quas sæpe corrūpunt, fallunt, aut occultant) non puniant, legem tamen Diuinā non corrumpent, neq; diuinā vltionem effugiēt.

5 Promotor † qui ad mulierem nuptam non diffamatam, dicit: Da mihi nobilem vnū, aut citabo te coram Officiali de commisso adulterio: atque ea eius criminis innocens, & nō Rea, metu tamen infamiæ (vt forsan sæpe fit) promotori petitū tribuit nobilem: is promotor cōmittit crimen cōcussionis & falsitatis & calumniç, ob quæ tria mala puniendus est, ad exemplum aliorum enormiter l. 2 ff. eod. titu. de

concussionibus. Iure autem Canonico, Iu-
6 dex † concussor punitur vt calumniator, per c. Militare, 23. quæst. 1. Sed Iure nouo plectitur pœnis, de quib. in c Cum æterni tribunal, de sent. & re iudicat. lib. 6. verum quia hac tempestate nulli, aut saltem pauci ita puniantur, tametsi nequaq pauci ita delinquant, ideo Principum scientiariis hanc pœnam relinque statui.

CAPVT CXXXII.

De Corruptione.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis Cap. 132.

1 *Concussio & corruptio ambo Iudicem afficiunt,*

2 { *Concussio & Corruptio* } *afficiunt &* { *Iudicem Officiarium Testem* } *sed* { *Hac internè. Hac externè.* }

3 *Iudicis corrupti*
4 *Officiarii corrupti*
4 *Testis corrupti*
} *punitio* { *In ciuilibus est restitutio principalis cum quadruplo. In capitalibus est vel* { *Mors. Exilium. Qualibet pœna.* } }

5 *Restitutio in corruptione, facienda est fisco.*
6 *Corruptori nulla debetur restitutio.*
7 *Fiscus bonorum criminal um hares est.*
8 *Iura corruptionem prohibent.*
9 *Iura qualia munera Iudicibus permittant.*
10 *In Francia qua munera Iudici permissa.*

EXplicato crimine concussionis, proxime sequitur crimen corruptionis, quod à concussione nō admodum natura distin-
1 ctum est, & dissimile. † Ambo enim isthęc crimina vsuuenire conspicies in Iudice, in officiario, & in testibus, licèt diuersimode;
2 † Quandoquidem Concussio his inest actiue: Corruptio vero passiue. Hoc est, Cōcussio Iudicem, Officiarium, & testem cōcutit, & ad propriam corruptionē solicitat, id est, ipsos subagitat, ita vt Iudex à parte aduersa munera captet, quorum gratia inique iudicet, aut Officiarius inique exequatur, aut testis iniqua testetur. Corruptio vero à corruptore venit; in iudice tamen, Officiario, & testibus remanet, ipsosque nō minus afficit, ita vt Iudex munerum aut pecuniæ gratia quicquam inique iudicet, aut vt Officiarius inique exequatur, aut testis male testetur. Concusio itaque corrump det & quærit, & pro iniqua sententia da, munera & pecuniam quærit & a Corruptio (scilicet, Iudicis, Offic testium) etiam si munera & pecunia cipiat, illa tamen non quæsiuit nec danda partem coegit. Quocirca corr in tribus illis dictis personis, est conc ne leuior, nihilominus grauiter dam
3 da, grauiusq; punienda Ex his trib. † Iudex quiuis, qui sese à parte aduersa c pi sinit aut munera accipit, vt in mater uili quippiā aut citius, aut tardius iud aut nō iudicet, aut male iudicet, aut c nihil prorsus in eadem materia discer Iudex dependet quadruplum, cum re tione principalis, quod acceperat, q mnia adiicientur ad fiscum, l. 1. & 1. C l. Iul. repetund. Si autem ita corrupt

m sententiam proferat, vnde innocentis ors sit subsecuta: tum ipse puniendus est pitaliter & gladio, & omnia bona ipsius iudicanda fisco l. 1. in princip. in verb. iive magistratus. ff. ad l. Cornel. de sicar. t certe damnabitur perpetuo exilio, aut iter punietur iuxta mensuram & qualitatem facti seu corruptelæ ad aliorum exemplum, Authent. Nouo Iure, §. Si vero criminalis, C. de pœn. iudic. qui male iudic. promta ex Authent. vt litigantes in exordio litis iurent, §. Si quis autem ex litigatoribus, collat. 9 constit. 5. Atque ad hūc modum † censebis de corruptis testibus, & de ibusvis corruptis Officiariis, qui ob corruptiones aliter sese gerunt, testantur, aut exequuntur quam debeant, d l 1. Cæterū dicta restitutione † quadrupli, nolim putem restitutionem fieri ipsis corrumpētibus, aut actionem ad eam ipsis competere, sed fisco. Corruptori † enim nihil eo iure restituendum est, quæ iniquo animo & ad corrūpendū maligno tribuit. aut dici, aut Officiario, aut testibus Sed † hæc nia adiiciuntur fisco, quem iura verum redem constituunt omnium bonorum minalium, id est, crimine partorum: adde talia bona crimine parta, non solum repoſcat ab eo qui accepit (nam hic inm obire mortem posset) sed etiam ab i- us male accipientis hæredib. & successoris, l. 2. C. ad l. Iul. repetunda. Ratio au- , cur iura eam corruptionis pecuniam restitui fisco velint quadruplam, est, vt Iudices, Officiarii, ac testes hac pœna exterriti melius à corruptione sese abstineant. Nolunt enim iura † vllo modo permittere, vt
8 Iudices, Officiarii aut Cōmissarii quicquā amplius accipiant præter constituta stipendia, salaria, & præmia laboribus digna, can.
9 Militare, 23. q. 1. Nisi forte quædam † minutula & gratitudinis symbola quæq; talia sint, vt ob ea nihil magis, aut minus in iudicio aut executione facienda, valere possint: veluti cibaria aut potabilia, vt leporē, cuniculos capones, perdices, pauones, phasianos, haleca, mullum, lupum, luciū, murænam, sturionem, salmonem, & varia quidem vinorum, & cereuisiarum genera, aut similia leuicula, quæ intra breue tempus
10 perdi possint & concoqui. In Francia † nulli Iudici permissum est accipere vina, nisi in amphoris, œnophoris, ac fideliis: nulla autem in doliis, cupis, aut vasis. Sunt Doct. qui volunt concussiones ac corruptiones in Iudice, Officiario, Commissario, & in testibus fieri posse tribus modis: nempe, In corde propter affectum, & desiderium: In ore, ob gloriam & sui prædicationem: & in manibus vel operibus, munerum ac pecuniarum gratia: atque ab his tribus conuenit omnem Iudicem, Officiarium & testem esse liberum: vltimum puniunt iura: duo priora diuinæ punitioni subiecta remanēt. Horum trium meminit D. Ioan. Berber. in suo iuris directorio, sub rubr. De Concussionib.

CAPVT CXXXIII.

De emptione officiorum.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 133.

...nis potestas, & officium à Deo est.
...ia committenda dignissimis.
...ciorum { Committendorum & Impetrandorum } mirus abusus.
...ambitione omne malum in Remp. deriuatur.

5 *Officia non* { *Ambienda* / *Committenda* } *sunt indignis.*
6

7 *Fructus pulsæ ambitionis, gloria Christi non modica.*
8 *Officium quisquis ambit, eodem se indignum reddit.*
9 *Contractus ambitiosus per Principem confirmatus, est excusabilis.*
10 *In foro conscientiæ, omnis contractus ambitiosus est detestabilis.*
11 *Officia publica nunquam emenda, aut vendenda.*
12 *Ambitio in Iure damnatur, pro* { *Emptore, infamia publica.* / *Venditore, 100. aureis.* }

1 QVum omnia † officia publicæ sint functiones, & Dei sint administrationes, ad seruitium & ministerium Dominici gregis instituta, vt Deo, & gregi sibi commisso
2 per ea fideliter seruiatur; ideo talia † officia publica omnia meritò, summo cum delectu committenda essent iis, quos Magistratus & optimates ciuitatum ac regionum decernerent eis officiis administrandis esse aptissimos: non autem, quos fauor humanus, aut sanguinis affectus eligeret, dignos.
3 † Sed (proh dolor) hic passim peccatur, & apud seculares, & apud ecclesiasticos, apud quos plus valet in officiis delegandis, aut pecunia aut fauor, aut affectus, aut sanguis: quam dotes diuinæ, quam dignitas vera, & animorum vel corporum, aut morum commendationes certissimæ, adeo vt his neglectis dotibus, ac veris virtutibus, ac optimis prudentiæ, doctrinæ & pietatis testimoniis, tantum respiciatur ad eos, quos aut mundus, aut caro, aut affectus commendatione sua proferr, & officiis admini-
4 strandis dignos censet. Certe dum † ista præpostera Principum, & Episcoporum durabunt iudicia, vt in committendis suis officiis, affectibus seruiant magis, quam rationi, & digniores aut non requirant, aut non cogant, sed iis ineptiores semper præferant, aut citra electionem bonam commendationem vulgi propriis affectib. posthabent, infeliciter in Republica Christiana succedat oportet. Et contra, quam diu regnabit isthæc perniciosa ambitio, qua multi Simoniaci nō desinunt animos Principum & Episcoporum solicitare, & precibus & præmiis, & amicorum intercessionibus, & pecuniis: vt præ aliis assequantur officia, quibus se indignos sciunt, aut certe aliis multo indigniores: & hoc modo Dei ministeria & officia indignioribus contra ipsius Dei dispensationem & voluntatem præripiunt, & quasi inuito Deo, velit nolit, adipisci variis modis conantur: quamdiu (inquam) ista in dominicis officiis (sunt autem omnia officia aut mediate aut immediate ipsius Dei) grassari & libere impuneque vagari cernimus, quis est qui prosperum successum rerum humanarum, aut
5 Dei gloriam expectet? Quocirca † ardenter rogandus Deus, vt suorum omnium animos ita mutet, ita inflammet & dirigat, vt nemo ad officia sese indignus ingerat, vt nemo officia assequi à superioribus tentet, quibus se indignum iudicet, quamdiu alios multo digniores conspexerit. Deinde vt superiores ipsi ob vllum humanum affectum officia quamlibet humilia commit-
6 tant † indignis, aut certe minus dignis: sed ea potius delegent aptissimis, doctissimis & omnibus modis dignissimis, posthabitis semper ineptis, aut etiam ineptioribus. Dei enim ministerium est (si introspicias) quod in officiis geritur, non humanum. Ideoque in iis etiam humanus excludendus est affectus, & rationi obtemperandum est, & ra-
tio-

bonis rectæ dictamini. † Ita enim (meo iudicio) clarius illucesceret in suis Christus, & tranquillius cuncta gererentur. Sed de his satis superque, ne sutor (quod aiunt) vltra crepidam. Quæ nostro proposito seruiunt, hic vlterius persequamur iam cõuenit: nempe de Simoniaca ambitione, nõ quam exitialis sit Deo, & perniciosa Reipublicæ Christianæ; hoc enim Theologis committimus; sed quam pœnam mereantur, quos publica officia mercari non pudet. Quisquis igitur † per contractus, aut per vlla pacta pecuniaria, studet ad quæuis publica pertingere officia, idque clam, & nescio Principe; is se eodem officio indignum reddit, & priuat; sicut idem Plato quoque testatur, qui vult omnes, officiis esse indignos qui officia ambiunt. Verum si talis † contractus factus esset per ipsum Principem, vel per suos Officiarios, vel si eadem pecunia conueniret ad emolumentum Principis, in eo casu Iura Ciuilia volunt, contractum & emptionẽ talem in foro temporali esse excusabilem per l. vnicam, in princip. ff. ad l. Iuliam de ambit. In foro vero † conscientiæ, & secundum Iura Ecclesiastica, non vacat enormi crimine, cap Cum essent, & ibi Glossa extra de Simonia. Nullo enim modo pietas & sapientia Christiana permittit, vt quis vlla officia (iudicatoria præcipuè) mercetur, aut pecunia, vel contractu emetur. Atque ob hoc etiam per antiquas constitutiones regias in Francia vetitum est, officia iudicatoria posse coemere, aut vendere. Easdemque constitutiones confirmauit rex Ludouicus duodecimus in suis diplomatis anni 1499. nec iis vllo modo derogandum esse voluit, vel propter punitionem illius criminis, quod Iura vocant ambitionem, quam mulctari & damnari volunt 100. aureis pro venditore: & pro emptore, vel numeratore damnandam esse infamia publica, & perpetua inhabilitate ad quæuis officia publica, l. Si quenquam, fin. Cod. de Episcop. & Cleric. & d. l. vnica, ff ad l. Iuliam de ambit. Iura autem in dicta mulcta 100. aureorum volunt & taxant 72. aureos constituere vnam libram auri: vt superioribus capit. nonnunquam docuimus. Et in eandem † mulctam incidunt non solum emptor & venditor; sed etiam is cuius permissu omnia peraguntur, atque etiam qui easdem literas obsignat, & chirographo munit; omnesque eadem pœna damnandos ex æquo volunt, l. Si quenquam, Cod. de Episcop. & Cleric. Atque hæc de ambitione, ad quam ad extremas insulas deportandam, & prorsus exterminandam, optarem nostros Principes tam esse cordatos, & strenuos; quam illa sese nusquam non apud Principes ingerit, vt officia ab iis per munera, aut fauorem impetret. Ah quam cupiam Principes omnes eo pectoris robore, & firma prudentia præditos, vt Platonicum Iudicium secuti, officia captantes reiicerent, & à publicis officiis fugientes, solos ad eadem officia compellerent, eosque solos iis dignos (sicuti de D. Basilio & Chrysostomo legimus) crederent: præclarius in religione nostra Christiana ageretur. Nusquam terrarum tam prodigiosis hominum portentis, tanquam indignis officiariis occuparentur officia, qui sese pascunt & ornant, officia dedecorant, & Rempublicam vexant & perdunt. Nec contra, tot reperirentur viri docti pene ob sui neglectum mendicantes, fame, squallore, contemptuque sui, & penuria rerum sæpe pereuntes & intermorientes, qui tamen soli ad officia publica pertrahendi forent, quique soli suis naturæ diuinisque dotibus in Republica Christiana multum prodesse potuissent, nisi ab indignis ambitiosis inde fuissent remorati. Huic voto meo de ambitiosis repellendis, & fugientibus pertrahendis, adstipulatur theorica l. Si quenquam, Cod. de Episcop. & Cleric. & l. fin. Cod. ad l. Iul. repetund. Et eandem reiectionem in Ecclesiasticis quoque muneribus & dignitatibus

fieri debere confirmant lecta & notata, can. Valentinianus 63. distinct. Nullus quippe sumendus est ad honorem, nisi qui vocatus fuerit à Domino, tanquam Aaron, ad Hebræos 5 & c. In scripturis, 8. q. 1. quia (vt ibidem) sicut locus regiminis desiderantibus negandus est, ita fugientib. est offerendus, Ecclesiastic. 8 cap. Admonemus non quærere fieri Iudices, nisi virtute irrumpere valeamus iniquitates. Postremo nostræ (qualis qualis est) sententiæ vel ipsi Prin-cipes, tum spirituales, tum sæculares libenter subscriberent, si ipsis in mentem aliquando tot mala, totque incommodorum ... lia, quæ ex ambitione proueniunt, subire- rent: aut si quispiam pius & doctus, qui a- pud ipsos authoritate plurimū valeret, hu- iusmodi mala ex ambitione nascentia, ali- quando suggereret, & ea tollenda admo- neret.

CAPVT CXXXIV.

De Monopolio.

Summæ rerum tractatarum in Comment. CAP. 134.

1 *Monopolium quid?*

2.3 *Monopolium caritatis rerum omnium caussa est.*

15 *Monopolium directe pugnat cum charitate Christiana.*

Monopola damnantur, aut
- 3.14 *Confiscatione bonorum.*
- 5 *Priuatione negociationis.*
- 3 *Perpetuo exilio.*
- 5 *Mulcta 20. aureorum, cum restitutione damni.*
- 14 *Mulcta iuxta leges patriæ.*
- 14 *Iuxta diplomata Caroli V. Imperatoris.*

9 *Monopolium committunt*
- 2 *Qui comestibilia omnia in foro emunt, vt ea post carius pro... trio diuendant.*
- 2 *Qui quæuis vsibus nostris necessaria passim emunt, vt pro su... tratu postea diuendant.*
- 4.5 *Qui impediunt, ne victualia, aut alia res ad forum peruehantur.*
- *Qui in caritate annonæ ciuitatem frumento spoliant, idque ali... ferunt.*
- 10 *Opifices qui per clanculariās, & iniquas inter se constitutiones ... publ. grauant,*
- 11 *Medici, Chirurgi.* } *per clancularia & iniqua inter se pa...*
- 12 *Laniones,* }
- 13 *Pistores, œnopolæ, &c.* }

6 *Nemo cogendus est, vt res suas diuendat, quum placeat populo.*

7 *Tempore necessitatis omnes cogendi ad venditionem rerum necessariarum.*

8 *Victuarii exercitus*
- *Victum non ferentes,* } *puniuntur aut* { *Confiscatione.* *aut* *Exilio.*
- *Victum ferre differentes,* }
- *Victum aliò ferentes,* }
- *Aut,*
- *Victum ad hostes,* } *puniuntur, &* { *Capitaliter,* *&* *Confiscatione bonorum.*
- *Secreto, directe,* }
- *Vel indirecte ferentes,* }

14 *Monopolii pœna ex diplomatis Caroli V. Imper.*

Est aliud detestabile crimen, & nihilominus apud plerasque Respub. frequens & penè impunitum, quod monopolium vocatur: quasi singularis, ac penes vnum venditio. Est enim † Monopolium nihil aliud, quàm quando penes vnum aliquē, aut paucos solos tota alicuius rei vendendæ potestas est, hæc quā sit in Rep. perniciosa, quātumque † communi plebeculę detrimenti adferat, vel hinc manifestū est, quòd ex eo rerū omnium caritas in Remp. ilico erūpat. Ideoq; hoc malū iura grauiter puniendum statuerunt. Omnes enim mercatores aut negociatores, qui in negociatione sua ita se gerūt, & secretā intelligēriam inter sese habent, resq; suas ita instituūt, vt ad singularem vēditionem omnia contrahāt, hoc est, qui triticū, carnes, pisces, haleca, butyrum, caseum, oua, pullos, capones, brassicas, pyra, poma, vina, oleum, cereuisias, sal, saccarum, syrupum oliuas, capparas, vuas passas piper, zingiber, cinnamomum, crocum, granaq; id genus reliquorum aromatū, &c. comestibilia ac potabilia omnia, quantum licet, ab agricolis emunt, vt postea cōciues sui ab ipsis solis ista hæc singula carius redimant: Idem censendū est de aliis mercib. nempe lana, lino, ferro, alumine, corio, tapetis, pānis, variisq; & infinitis mercantiarū generib hic studio breuitatis omissis: hi (inquam) perniciosi monopolæ aut propolę, quoniā rerum multarum caritatis per monopoliū quod cōmittunt, sunt authores, & Rempub. plurimū grauant, puniendi sunt mulcta grauissima, cōfiscatione bonorū & etiā exilio vel priuatione suę negociationis & mercaturæ, iuxta qualitatē rerum & facti, ad discretionē Iudicis, l. vnica, §. Si quis autē monopoliū ausus fuerit exercere, bonis propriis expoliatus perpetuitate damnetur exilii. C. de monopoliis & conuētu negociatorū illicito. D. Franciscus Lucanus in suo tractatu celeberrimo, in secūda parte principali, de casib bonorum publicandorum, num. 5. & 6. de Fisco & eius priuilegiis. D. Iohan. Berber. in suo Iuris directorio in Rubric. de collegiis illicitis & monopoliis.
4 Monopolium † quoque committunt, qui astu quodam efficiunt, vt agricolę victualia necessaria ad forum non conferant, sed ipsi cò turmatim conuolent, & ab ipsis agricolis ibidem in villis omnia coëmant, quæ ipsi tum ad ædes suas conferunt, & paulatim tanti ferè communibus ciuibus vendunt, quanti velint.
5 Item † monopolium committunt, qui ex malitia efficiūt aut ex vafricie, ne vllæ merces vsui nostro necessariæ ad forum prorsus efferantur. Iura autem monopolis, aut propolis huiusmodi, pœnam statuunt 20. aureorū, cum restitutione totius damni, quod Resp. ex eo passa sit, l. 2. ff. ad l. Iul. de anno. Atq; ad huius criminis accusationē admittuntur singuli etiam si essent personæ in alio crimine accusando inhabiles.
6 † Verū enimuerò, cū nemo de iure cogatur suū vendere triticum, aut alia victualia (sicuti l. Inuitum, & per Scriben. ibidem, C. de contrahen. empt. & vēdit. & l. Nec emere, C de iure delib.) ideo in hoc monopolii crimine sanè ac cū multo sale omnia intelligas, oportet. Si enim mercator esset, apud quem vnius rei prostaret copia (aliis nempe mercatorib. omnib. easdem res diu diuendentibus) hunc iura non cogerent, vt res istas singulis diuēderet minoris, quam ipse emerit, aut quam prius alii easdem diuendidissent, aut quā actu vēdantur, l. Imperatores, in exordio, Digestis, ad l. Iul. de anno. Nam illi ex laboribus lucrandum esset, & foro accommodandum, nisi forsan ea ingrueret omnium rerum ac annonæ caritas, vt populus per inopiam subiaceret periculo vitæ Eo enim rerum
7 statu, † Princeps, aut magistratus, aut rector patriæ talibus rebus præcipuè victualibus, ex necessitate precia instituere posset certa & rationi consona, vt hoc modo Reipub. suæ consulat, ne aut fame aut rerum penuria aliqui moriantur, l. Annonam, & ibi Bart. ff de extraordin. criminib. & d. l. Impe-

ratores,&l. 1 §. Cura carnis,& ibi Docto. ff.
8 de offic. præfect. vrb. † Victuarii exercituū, qui tempore belli victualia sua non conferunt, aut conferre differunt, aut certè aliò conferunt, quàm ad exercitum sui Principis, vt pluris ea diuendant, aut alibi pluris vendant: illi puniendi sunt cōfiscatione bonorum aut exilio. Si verò ea victualia deferant secreto, directè aut indirectè ad hostes, vel castra aut ciuitates hostiū: plectendi sunt capitaliter cum confiscatione bonorum, veluti proditores & criminis læsę Ma-
9 iestatis Rei. Qui tempore † caritatis, studet pecunia aut aliàs callidè, è ciuitatibus ac regionibus efferre clam rem frumentariam aut victualem (non obstāte interdictione) vt eam alibi cariùs vendat: is monopolium committit & puniendus est arbitrariè: potissimùm, quum ex earū euectione & monopolio respublica magnum detrimētum
10 passa fuisset. Monopolium † etiam committunt opifices, qui inter sese quasdam leges statuunt, quibus cariùs conciuibus suis laborent: & pacta inter se ineunt, ne quis eorum minoris laboret, & opera perficiat, quàm precio inter ipsos constituto, idque precium sit iniquum, & nimis enorme, nec cum vicinis ciuitatibus consentiens, sed
11 suam Rempub admodum grauans. † Idem de medicis quoque & chirurgis censendum est, qui similibus iniquis contractibus inter se & enormibus preciis Remp. grauant, & ad iniusta precia dependenda hoc modo
12 suos ciues compellūt. † Monopolium item committunt laniones, qui coniunctis bursis omnia circum emunt, apud sese seruant, & ad certam tantùm quantitatem ad macellum deferunt, vt omnia cariusdiuendāt: deinde qui certas leges inter se constituunt, vt omnem carnem inflent, vt frusta grauiora & maiora, ac elegantiora tantum appareant: idque ea lege, vt omnia cariùs di-
13 uendant. Item Monopolium † committunt omnes pistores, coctores cereuisiarii, œnopolæ, caupones, & in genere omnes negociatores, qui clam & intra sese, mutuis collatis ad hoc consiliis, procurant & statuunt & ordinant quippiam, quod ad proprium cōmodum spectare videretur, & in præiudicium seu perniciem Reipublicę cense-
14 retur. Qui omnes & singuli † puniendi sunt mulctis pro suis facultatibus, & iuxta Constitutiones siue ordinationes ciuitatis, vbi ea monopolia tractantur, aut certè ad discretionem & arbitrium Iudicis. Nec hoc loco posthabenda sunt, quæ de hac materia tradita sunt per sacratissimam Cæsaream Maiestatem Caroli V. in diplomatibus annorum 31. & 40. In quibus prohibentur omnia monopolia & contractus monopoliales, constitutiones & ordinationes quas aut mercatores, aut rerum venditores, aut artifices inter se comminiscuntur, & statuunt in præiudicium & graue detrimentum suorum cōciuium: volens in illis diplomatis idem æquissimus Imperator, omnes tales constitutiones, per suum Præsidem & per generalem Officiarium esse rescindendas, abolendas, & nullas esse declarandas, & per sententiam (quāquam etiam hi statutis impetrassent aliquam confirmationem) definiendas esse vanas, noxias, & confirmationes impetratas infringendas, non seruandas. Atq; insuper volens, omnes dictos monopolas puniendos confiscatione bonorum per monopolium partorū & deinde alia pœna arbitraria ad discretionem Iudicis, vti clariùs patet in suis dictorum annorum edictis.
15 Considerauit † enim Imperator, imò ipsa iura cōsiderabant monopolii in Repub. perniciem, quòd tātum dispendium communi inferret plebeculæ, quodq; directè cum fraterna pugnaret charitate, quam Christus, omnibus virtutibus posthabitis, suis inculcat: quod proximè auaritię tantum ancillaretur, & in tenuium familias egestatem & famem immitteret. Ideo acriter & sine vlla dissimulatione, monopolia ilico punienda esse decreuerunt: adeò vt ipsos quoque Iudices, qui

...onopolis ad monopolia punienda dissimilant, grauiter puniendos esse statuerint 40. lib. auri, d. l. vnica, §. Cæterarum, C. de monopoliis.

CAPVT CXXXV.

De Coadiutoribus Criminum.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis Cap. 135.

...ccata aliena, iuxta Theologos sunt nouem.

Qui delinquentem iuuat, aut { Auxilio, Consilio, Mandato, } punitur vt principalis.

Cuius { Auxilium, Consilium, Mandatum, } non dat maleficio causam, punitur mitius.

Auxilium in crimine confertur: aut { Ante factum, si sciens volensque, aliqua ad crimen necessaria suppeditauerit. In facto: si quis simul cum delinquente cooperetur. Post factũ: si ad fugam vel occultationẽ malefici iuuet.

Consilio, & Mandato, } quando aliquis Reus efficitur alterius criminis.

Nemo coadiutor criminis, nisi prius de concepto crimine perpetrando fuerit conscius.

HAbent Theologi crimen & delictum, quod alienum vocant, hoc est, quod nemo per se, & ipso facto committit, sed cuius commissi qualicunque occasione, aut caussa est, aut caussam præbet, dum committentem, aut ante factum, aut in facto, aut post factum, quoquo modo coadiuuat: horum quidem delictorum † nouem ferunt esse species, de quibus omnibus hic singulatim percensere non est consilium, nisi de duobus: nempe de adiutorio criminum vnum hoc capite: & de criminosorum receptione, scilicet in proximè seq. capit. & de pœnis ipsorum. Quisquis † ergo auxilium, solatium, consilium, opem, suppetias, aut mandatum vllum contulit ad crimen aliquod peragendum: is puniendus est vt principalis perpetrator, l. vnica, C. de rap. Virgin. l. Vulgaris, §. pe. ff. de furt. Alexander de Imol. in consilio 15. incip. Viso processu, lib. 1. consiliorum. Fallit quantum ad l. Aquil. l. item Mela. §. Sed etsi seruum plures, ff ad l. Aquiliam: prædictis prætereà seruiunt l. Nihil interest, ff ad l. Cor de sicar. l. 1. ff. ad l. Pompe. de Parricid. l. 1. ff. de Receptatoribus, & l. Qui domum, ff. ad l. Iul. de adulter. & stup. Hactenus autem habitas authoritates de eo auxilio intelligas oportet, quod mali caussam dedit & ob quod auxilium, crimen commissum consecutum est, & sine quo non fuisset perpe-

3 tratum. Nam si † tale fuisset consilium, quod vel caussam maleficio non dedisset, aut sine quo alioqui malum fuisset per maleficum perpetratum: tũ hic auxiliator mitius puniendus esset, quàm principalis perpetrator, l. 1. 2. resp. C. de his qui latro. vel aliis criminibus Reos occult. Vbi occultans latronem post delictum commissum, nulla præcedente conuentione, punitur mitiùs d. l. vnica, ver. pœnas. C. de rap. virgin. l. vnica. C. de Nili agge. non rumpen. Plura de hac materia videbis apud Dom. Iacobum Boullenc Æbroicensem I. V. prolytam

in sua solenni repetitione, § Famosos, constituti. in l. Capitalium, ff. de pœnis. Auxi-
4 lium † autem confertur in crimine fere tribus modis: Ante factum; In facto; Et post factum, l. Raptores. & ibi Bart. in fin. C. de Episcop. & cleric. Ante factum quidem, si sciens & volens aliquis alteri suppeditet equum, arma, baculos, pecuniam, instrumēta, aut alia ad quæuis commoda, ad facinus peragendum idonea, l. Si pignore, § Cum furti, ver. Qui ferramēta, ff. de furt. & l. Qui domum, ff. ad l. Iul. de adult. & stup. l. 1. ad fin. ff. de extraordin. criminibus. In facto vero confertur auxiliū, si quis cū principali factore cooperetur, simul verberet, simul cædat, simul pungat, simul trahat, aut manibus aut pedibus, aut instrumentis, aut persuasionibus, aut acclamationibus, aut verbis dictisq; aliquibus coadiuuet, l. Raptores, in princ. in ver. Pœnas. C. de Episco. & cleric. & l. vnica, in ver. Pœnas, C. de rap. virgin. Post factum autem confertur auxilium, quoties post commissum malum, aliquis cum factore, tanquam auxiliaturus fugit: vel si ipsum in fuga iuuet, opem vllam conferat, ipsum occultet, aut hospitio excipiat, & ne capiatur, impediat, l. Is cuius ope, ff. ad l. Iul. de adulter. l. 1. C. de his qui latro. vel aliis crimin. reos occultant. Porro
5 † consilio aliquis fit alterius criminis Reus, quando consilium fuit iniquum, & fraudulentum, & perniciosum, & tale, vt perpetrator nunquam tale crimen perpetrasset, nisi
6 tali consilio fretus. Mandato † autem al-quis Reus efficitur alterius delicti, quando tale delictum perpetrandum alteri expre[ss]e mandauit; ob quod mandatum, crimen co[m]mittit, alioqui non commissurus; is enim tam eodem crimine deuincitur, quam ip[se] principalis factor. Addidi, nisi tali consil[io]
7 fretus. & ob quod † mandatum crimē co[m]mittit, &c. Nam si maleficus crimen desi[g]natum omnino perfecisset, etiamsi cōsulen[tis] consilio, aut mandato nūquam vsus fu[-]isset: tunc consultor ille nequaquam puni[-]endus esset, vti principalis committens; [sed] mitius cum eo agendum esset, vt in c. Si[cut] dignum, §. Qui vero, extra. de homicid. [l.] Non solum, § Si mandato, ver. Attilicin[us] ff. de iniur. Ita notat. Bart. in l. Sæpe. ff. [de] verbo. & rerum signifi. Bald. in l. Obh[...] colum. 2. ff. de his qui notant. infam[ia] Bald. in l. Data opera, in 17. colum. C. de [his] qui accusar. non possunt. & c. Querelam, [in]
8 fin. de elect. in antiq. Cæterum hîc † no[tan]dum est; Si aliquis cum principali fac[tore] simul in litem & pugnam contra alium [in]cidat, nō sciens quicquam de ipsorum [in]tentione, & concepto proposito; is nō c[en]sendus est, vt coadiutor, vt eiusdē crim[inis] Reus, nisi postea eundem factorem po[st fa]ctum foueat, iuuet, protegat, captui i[m]pediat, cum ipso fugiat, ac factum sibi [si]mul asscribat, dictis iurib. supra ad te[rtium] membrum allegatis.

CAPVT CXXXVI.

De receptione Delinquentium.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 136.

1 *Crimen receptionis in quo consistat.*
2 *Recipientes maleficos, maleficorum pœna plectendi.*
3 *Receptatorum pernicies.*
4 *Receptationem excusat sanguis & affinitas.*
5 *Qui à Iustitia admonitus* { *recipit, aut occultat* } *maleficum, is punitur* { *Exilio perpetuo, & Confiscatione.* }

ALtera delicti alieni species, & de † qua nos ante dicturos ꝓmisimus, in delinquentis defensione consistit, & potissimum in criminosorum receptione, qua multi seeodem alligant crimine. Quisquis enim criminosum † aliquem hospitio recipit, is & omnis eiusdem receptatoris sodalitas, de crimine conscia, punienda est propter receptionem, aut propter silentium, & permissionem, non secus quam ipse principalis criminosus de aliquo crimine diffamatus, & delatus. Pessimum enim † genus est receptatorū; sine ipsis enim malefici latere diu non possent; quare, quod diu regnant, multaq; mala diu perpetrant, nec ad Iustitiam perueniunt, ipsi receptatores in causa sunt, l. 1. ff. de Receptatoribus, l. 1. C. de his qui latro. vel aliis criminibus reos occulta. & l. § Non tantum, ff. de incend. rui. naufra. Verum † hæc regula (quoniam æquo seuerior est) in multis fallit. Non enim locum habet in matrimonii, aut cognationis, aut proximæ affinitatis fœdere: veluti fallit de patre, & matre & liberis, de auis, auiis, & nepotibus: fallit inter fratres & sorores, inter uxorem & maritum, & contra: & in similibus propinquitatis & affinitatis gradibus. Hi enim (sicuti & in præced. cap meminimus) non tam atrociter & rigide (ob receptum amicum) puniuntur, quam alii quiuis nullo sanguine & affinitate iuncti. In illis naturæ ratio dictat, talem receptionem ob sanguinis coniunctionem esse nonnihil excusandam, & arbitrarie tantum leuiusq; esse puniendam, ad discretionē Iudicis tantum, l. fin. ff de receptato. nisi certe isti criminosi amici, participes criminis essent. Imo sunt non pauci, qui volunt sanguinis & cognationis copulam, tantū debere in receptione amici valere, vt eos à tali receptione plane excuset, liberet, & expurget: adeo vt hac gratia criminaliter non peccent, nullibique etiam puniendi sint. Aut saltem si vllam pœnam ipsis deberi quidam contendant, eam leuem debere esse contendunt, scilicet breue exilium, vel mulctā pecuniariam, iuxta qualitatem facti, d. l. fin. ff. de
5 receptatoribus. Si † quis à iustitia admonitus, vt criminosum receptum Iustitiæ tradat & sistat, non ilico obtemperet nec receptum statim tradat, cum requisitus fuerat, & cum potuit, & pertinaciter eum domi cōtinet: is eandem domum suam cum adiuncta possessione perdet. Ea si sua non fuerit, nec alias possessiones habuerit: tum perpetuo damnādus est exilio, ac bonorum confiscatione, d. l. 1. & l. 2. C. de his qui latro. vel aliis crimin. reos occulta.

CAPVT CXXXVII.

De Iniuriis.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. Cap. 137.

Iniuria committitur
- *Verbis.*
- *Re & facto.*
- *Scriptis.*
- *Testibus.*

Iniuriato contra iniuriantem agere licet.

Iniurians quomodo puniendus.

QVum ante atque adeo hactenus de variis iniuriarum, criminib. peregimus, & post acturi simus, hic breuiusculo capitulo Iniuriarum naturam & varietatem paucis cognoscas oportet. Omnis igitur † in-
1 iuria, quadrifariam committitur, verbis, fa-

cto seu rescriptis, & gestu, l. 1. §. Iniuriã autem, ff. de iniur. & famos. libell. & §. Iniuria. Instit. de iniur. Quicquid enim fit animo & intentione iniuriandi alium que aut commouendi, aut lædendi: siue id fiat ex contemptu & fastidio (quod contumeliam vocant) aut animo damnum aut infamiam inferendi, aut iniusta alicui præstandi; atque iniuriatus talis huiusmodi rebus commouetur & lacessitur, & irascitur: omne
2 (inquam) † tale iniuria dici potest; de qua ipsi iniuriato corã iustitia cõtra iniuriatorẽ agere permittitur ciuiliter, & certo iuramẽto ad pœnam seu mulctam poscere. Hoc modo, si iniuriatus iniuriãtem in iustitiam prouocet, & iniuriæ restitutionẽ ac reparationem poscat iurans, se pro ducentis coronatis nolle talem iniuriam perpeti, aut amplius, aut malle ducẽtos perdidisse corona-
3 tos, quam talem pertulisse iniuriam: post tale iuramentum præstitum, non poterit iniurians minori pœna puniri, quam pro iuramento iniuriati, idque secundum nonnullos: licèt in tali æstimatione plerunque Iudicis taxatio attendatur, vt Iudex vel tanti Reum condemnet, quanti iniuriam passus æstimauerit, vel minoris, prout ei visum fuerit, §. Pœna autem. Instit. de iniuriis Iacobus de Bellouisu in sua solenni practica iudiciaria, in materiis criminalibus: Quis taxabit iniurias, &c. & Angel. Aretin. in d. §. Pœna autem, Instit. de iniur.

CAPVT CXXXIIX.

De iniuriis verborum.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 138.

1 *Iniurians verbis, cogitur ad reuocationem & reparationem.*
2 *Iniurians ex caussa in iudicio, crimine vacat.*
3 *Iniuriam non facit, qui iure suo vtitur.*

4 *Iniuria verbis* / 6 *committitur*
- 1 *In iudicio.*
- 2 *Extra iudicium.*
- *Exprobrando naturæ vitia.*
- *Obiciendo mendacia, vel dicendo: Mentiris.*
- 13 *Minis: quæ reparationem non exposcunt.*
- 19 *Blasphemia.*

5 *Iniuria non minus absenti dicitur, quam præsenti.*
6 *Iniuria verbalis fit leuior ex alterius prouocatione.*
7. 8 *Iniuria verbalis non committitur, animo iniuriandi cupido.*
9. 10. 12. *Ioci & leuia scommata, nulli iniuriantur.*

11 *Reparatio iniuriarum fit*
- *Verbis, id est, reuocatione.*
- *Peregrinatione.*
- *Honorabili emenda.*
- *Eleemosynarum largitione.*
- *Fenestris vitreis.*
- *Impendiis & donariis Ecclesiasticis.*
- *Mulctis pecuniariis.*
- *Compensatione.*

14 *Minæ reparationem non exposcunt, sed assecurationem.*
15 *Quæ verba sint hic blasphemia.*

De verbis blasphemis, rara est punitio.
Canones Ecclesiastici nullam verbali iniuria pœnam statuunt.
Potior est misericordia, quam victima.

Iniuriarum caussa cessat
- *Iniuriarum remissione.*
- *Iniuriarum dissimulatione.*
- *Signis, & indiciis de condonatione.*
- *Quando iniuriãs eodem loco & tempore reuocauit.*
- *Quando iniuratus ante litis contestationẽ moritur.*

Ex caussa iniuriam dissimulans, non perdit iniuriarum actionem.
Sortilegi furem commonstrantes, magis quam iniuriantur.

INiuria autem verborum ita punitur, vt quisquis alteri iniuriam verbis infert † extra iudicium vel iustitiam, etiam si vera diceret, l. vnica, & ibi not. Cod. de famos. libell. & in l. Eum qui, ff. de iniur. is (inquam) iniuriator puniendus est reparatione famæ, & eandem iniuriam reuocare tenetur ad discretionem Iudicis: modo iniuriatus obiecta verba iniuriatoria ad animũ suum reuocet, ægre ferat, & ob ea sese conturbet, l. 1. § Iniuriam autem fieri, ff. de iniur. l. Si non es, C. eod. tit de iniuriis, & † §. Iniuria autem committitur. Institut. de iniuriis. Dixi extra iudicium vel iustitiam: Nam si † quis alteri vera inferat in iustitia, atque talia verba dicat, quæ caussæ suæ proponendæ aut defendendæ seruiant: ea quidem obiecta procul ab omni iniuria censenda sunt, potissimum si expresse protestetur, se ea neutiquam dicere animo iniuriandi, sed tantum, vt per ea caussam suam probet, confirmet, & defendat, l. Si quidem, C. de iniur. l. Si quis de libertate ff. eod. de iniur. & l. Si tibi, Cod. de liberali caus. Nam † non videtur iniuriam facere, qui iure suo vtitur, & ordinaria actione experitur, l. Factum, §. Non videtur & l. Nullus, ff de reg. iur. & can. Cum Ecclesia extra de electione. Iuris enim executio non habet iniuriam, l. Iniuriarum, ff de iniur. Huius & eleganter & distincte meminit D. Oldradus, omnium ætatis suæ Iurisconsultorum primas tenens, in suis celeberrimis consiliis, consilio 53, incipiente: Consueuit
dubitari, an dicens alicui verbum contumeliosum, quod tamen est verum, teneatur actione iniuriarum, &c. quod quidem consilium in materia iniuriarum scitu ac notatu dignum est, potissimum aduocatis ac causidicis omnibus nimium loquacibus, plurima nonnunquam scommata atque iniuriosa in suis scriptis ac dictis effutientibus, ob hanc (vt aiunt) caussam, vt sese per talia dicta ab iniuriis excusent
4 & defendant. Iniuria quoq; † verbis com-
mittitur, quoties alteri sua naturæ vitia exprobrantur: veluti si quis dicat, vah tu spurie, tu nothe, tu gibbose, tu loripes, tu lusce, tu monocule, tu strabo, tu cœce, & his similia; Bartolus in l. Eum qui nocentem, ff. de iniur. vbi tamen vtitur distinctione, de spuriis, nothis, & mitratis (quibus vult licere sua vitia obiici) & aliis vitiosis, quibus non licet citra iniuriam illorum vitia obiicere. Illa enim nouisse ad Rempublicam pertinet. hæc vero minime, vt i-
5 bi. In dictis etiam † iniuriandi modis ni-
hil refert an iniuriatoria verba in præsentia iniuriati protuleris, an in ipsius absentia, l. Item apud Labeonem, § Conuicium autem, ff de iniuriis, & l Si quidem, Cod eodem, de iniuriis. Tantum enim peccat, qui absens rodit & mordet (imo etiam aliquanto nocentius) quam qui præsens lædit.
6 Præterea † qui alteri impingit mendacia,
dicendo Tu mentiris: is certe iniuriatur, D. Bartolus in d. l. Item apud Labeonem, §. Ait prætor, ff. de iniur. & famos. libell.

nisi ipse prior grauiter iniuriatus, ac ad con-
uiciorum talionem prior prouocatus fuis-
set: aut talia obiecta fuissent, quæ nominis
ac famæ suæ causam grauiter læderent. In
7 hoc enim † casu fere fit, vt quis ex bile &
commoto animo, alterum audacter in os
mentiri dicat, atq; hæc quidem iniuria ver-
balis si sit reciproca, & qua alter alterum of-
fendit, nequaquam punienda est, modo to-
lerabiles, & non enormes sint iniuriç, vt no-
tat Bart. in l. Quæ omnia, ver. Sed & si ad-
uersarius, ff. de procurato. Sed quid si dicat:
Tu mentiris saluo honore tuo, salua reuerē-
tia tua; quæritur, an tunc sit iniuria? Bart.
in l. Si quis extraneus, in princip. ff. de ac-
quir. hære. sustinet affirmatiuam partem:
quia verbum iniuriosum præcedens, decla-
rat se alterius honori non consulere; ideo
duo pugnantia coniungit, & quod nullam
habeat voluntatem ipsius seruandi honorē
aut reuerentiam, vt l. Si non conuicii, C de
8 iniur. Dictum quoque est supra, † si non a-
nimo iniuriandi dixerit: quandoquidem
nunquam iniuria verbalis committitur, ni
si verba animo ac proposito iniuriandi pro-
lata fuerint atque talia sint, vt iniuriatus ea
iniquè tulerit, adeo vt ex iis conturbetur.
9 Nam si ioco † ac ridendo tantum prolata
fuissent, tum ea verba nullo modo pro in-
iuria interpretanda essent, l. Illud, §. Sane,
versic. Quare, ff. de iniur. l. Obligationum
substantia, §. fin. cum ibi not. ff. de actioni-
bus & obligat. voluntate enim & propositis
distinguuntur maleficia, l. Quæ iniuriæ, ad
exordium, ff. de furt, &c. Cum voluntate,
10 extr. de sentent. excommuni. Neque † item
scommata, aut leuia festiuaq; dicteria sunt
proprie iniuriæ æstimanda, nisi talia sint vt
mordeant, lacerent, & is in quem ingerun-
tur, ob ea pudefiat, cōfundatur, & ipsius no-
11 men, & fama lædatur. Reparatio † autem
iniuriarum (qua iniuriantes puniendos es-
se diximus) fit multifariam, aut verbis, aut
peregrinatione, aut honorabili emenda, aut
eleemosynarū elargitione, fenestris vitreis,

aliisque impensis ac donariis Ecclesiasti-
& similibus emendationibus. Item mul-
pecuniariis, compensatione reali, hoc est
qui animum & famam læserit, eandem
sionem pecunia & munere penset, atq;
omnia ad arbitrium & prudentiam iudi-
12 Porro generalia † quædam, veluti non
tus religiosus es, præstare te meliorem
is es quem populus te iudicat, tu es qui
es, tu à tuo ingenio non dissides, nec
neras, & similia, sine vlla vitii, ac sceleris
pressa nomenclatura: ea (inquam) dicta
nullam iniuriam pariunt, nec talia sunt,
eorum gratia quisquam se mouere, aut
iniquè asscribere debeat. Verbalis itē co-
13 minatio † censenda est hîc etiam iniu-
maxime cum illa comminatio peric-
sit, & talis, vt non immerito timenda
minatio: nempe vel ob horrendas ac
minas, vel ob qualitatem & malitiam
minantis, vel ob qualitatem & nequ-
suorum vel parentum, vel amicorum
ob minas illatas & ob famosam ma-
metuit, ne minas re compleant, & præ-
14 † Eæ tamē, qualesquales minæ sunt, &
liscunque comminator fuerit cum sui
sunt tamen tales, vt reparationem
de minarum iniuriis: sed tamen tantu
lent, vt comminatorem cogant ad præ
dam assecurationem & fidem, de non
15 plendis minis. Blasphemia † vero o
pro iniuria quoque æstimanda est: H
tem blasphemiam intelligo, quando
mala ac diras imprecamur, veluti, Pre
bi crucem ac furcam: velim te suspen
videbo aliquando in rotam abreptum,
16 tamen de iis Iura, nullam aut † raro p
tionem decernunt: quod ea nihil aliud
quam leuia & futilia verba, quæ non ad
dum grauiter alterum lædunt. Quo
etiam si is taliter iniuriatus impingeret
iurianti alapam, atq; simul ex commo
ne aliud conuicium regereret: is cædens
cunque excusandus esset, ac certe leuius
17 niendus. † Canones (quibus etiam sub

iunt cõfessarii) in his nullam punitionem statuunt: imò suadent & volunt huiusmodi iniurias ilico ob amorem Christi esse remittendas, & ad fraternam reconciliationem redeundum, quod hinc multum lucri accedat animis, quodq; sit eleemosynarum species maxima. Deinde † quod Deo gratior, ac potior sit misericordia, quam victima: & melior spiritualis seu cordis, quam corporis siue pecuniæ eleemosyna, c. Et qui, c. Tria, & c. Duæ, 45. distinct. Atq; hinc Iudices magnam dant operam, vt omnes huiusmodi iniurias placent, & sopitas reddãt, maximè, quum tantum sint verbales, potius quam vt earum gratia lites ineant, & discordiis scindantur, atque istud verè est Christianum Iudicem agere. Cæterum hîc notandum est, tribus modis cessare causam iniuriarum, ex quibus nulli fas est alterum coram Iudice iniuriarum illatarum, reum peragere: nempe iniuriarum remissione, iniuriarum dissimulatione, & signis & indiciis, iniuriæ remissæ testibus, hoc est, familiari conuersatione. Remissione † autem perit iniuriarum actio, quoties ob preces & intercessiones iniuriantis, iniuriatus iniuriãti cõdonauit ac remisit, c. Si illic, 23. q. 4 & ibi gl. in verb. Recidiuo. Dissimulatione † vero perit actio, quoties vltra diem & annum differt iniuriantem corã Iudice accersere. §. fin. Instit. de iniuriis. & ibi gl. & Doct. ibi. Signis & indiciis verò iniuriarum † actio petit, quando iniuriatus iniuriantem comiter & amicè salutat, exosculatur, eo familiariter vtitur, colloquitur, cum eo motu proprio comedit aut potitat sine protestatione, ac omnia amicitiæ & pacis recõciliatæ
signa declarat, hic modus à Doctor. citatur,
mihi tamen videtur parum sapere Chri-
stum, ex cuius iussu nõ solum charitatis si-
gna, sed ipsammet charitatem & perpetuã
22 amicitiam debemus proximo. Dixi † mo-
tu proprio comederit, aut potauerit: quia si
iniuriatus cum iniuriante vspiãcomederit,
vbi simul ambo inuitati fuerant: tum ob
necessitatem, & honoris rationem esset in-
iuriato iniuria dissimulanda, & cum iniu-
riante simul prandendum aut cœnandum
esset, vel saltem prandere aut cœnare pos-
set, citra tamen suæ iniuriarum causæ de-
trimentum aut perditionem, vt habent Io-
han. Fab. & Ange. Areti. in § Hæc actio, In-
stit. de iniuriis. Sunt qui dicunt, tum quo-
23 que † iniuriato perire iniuriarum actionẽ,
quando iniurians eodem loco, vbi iniuria-
tio contigit, dixit se iniuriarum pœnitere,
adeo vt eodem loco & tempore illatam in-
iuriã reuocet, & se malè dixisse proclamet:
24 Actio † quoque iniuriarum perit quoties
iniuriatus intermoritur: Nec hæredibus
tunc relinquitur de eadem iniuria agẽdi a-
ctio, nisi processus prius per iniuriatum in-
tentatus fuisset, & lis contestata fuisset, l.
Si eum §. Qui iniuriarũ, ff. Si quis cautio-
nibus, & l. Iniuriarum actio, ff. de iniuriis
25 & famos. libel. † Astrologus aut sortilegus,
qui ex arte sua aut ex dæmonis indicio fu-
rem commonstrat: is nullam iniuriam cõ-
mittit (vt multi autumant) sed multo gra-
uius peccat. Nam ob eam superstitionem
aut sortilegium, puniendus est corporali-
ter, l. Item apud Labeonem, §. Si quis A-
strologus, ff. de iniur. & l. Nemo, C. de ma-
lefi. & mathe.

CAPVT CXXXIX.

De iniuriis factorum.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 139.

Iniuria factorum fit, { *Si quis alterius vestes conuellat.* / *Minatoriis gestibus per arma expedita.* }

Iactando.
3 *Verberando.*
aut *Pungendo.*
Ladendo.
6 *Iniuria factorum fit,* *Alium in ius sine caussa vocando.*
7 *Si debitum poscat, quod non debuit.*
8 *Pecora ex communibus pratis exigendo.*
9 *Si sordes in alienum fundum mittat.*

4 *Iniuriarum per facta emenda, sunt iuxta singularum ciuitatum constituta.*

5 *Euaginato cultro petens aut* *Ciuem Gandensem,* *aut* *Ciuem Brugensem,* *mulctatur 60. lib. Paris.*

10 *Actio iniuriarum conceditur &* *Iniuriato.* *&* *Iniuriati amicis.*

11 *Tot sunt iniuriæ reparandæ, quot fuere iniuriantes.*

12 *In Iniuriis non obligantur*
Persona ab iniuriato prouocata.
Impuberes & furiosi.
Potando admodum ebrii.
Dormientes.
Iocantes, & ridentes tantùm.
Salse monentes tantùm.
Cognati, & affines.
Ignoranter iniuriantes.
Volenti, & dissimulanti.

13 *Iuris executio non habet iniuriam.*
14 *Non infertur iniuria, nisi animo maligno.*
15 *Omne malum præsumitur animo malo perpetratum.*

16 *Mali facti suspicio ex malo animo, fallit in* *Consanguineis.* *Matrimonio.*

17 *Iniuriarum alia* *Enormes, id est, quæ fiunt cum læsione corporali.* *Leues, &c.*

18 *Iudicem suum cædens* *Capitaneo grauiter iurians.* *puniendus est corporaliter.*

19 *Enormitas iniuriæ perpenditur ex qualitate* *Temporis,* *Loci,* *Personarum.*

1 INiuriam factis † multis modis fieri conspicimus: nempe quum alter alterius cõuellit & trahit pileum, caputium, aut cappam: is enim non leuiùs offendit & peccat, quàm si eundẽ capite, citra læsionẽ corriperet, l 1. & l. Sed est, ff. de iniur. §. Iniuria autem, Inst. eod. de iniur. Item iniuriam facit
2 † qui alteri minatur gestib. quasi lapidem, baculum, cultrum, aut similia arma in eum vibraturus, etiam si minas opere non com-

pleue

pleuerit: ideoque de talibus minarum ter ronb puniēdus, l. Item apud Labeonem, §. Si quis pulsatus, ff. de iniuriis: si vero cæciderit, † iactauerit, & læserit, de verbere illo & cōtactu suppliciū ferat oportet. l. 1. §. Iniuriam autē, ff. de iniur. & §. Iniuria autem cōmittitur. Instit. eod tit. de iniuriis. Qualia autem sint iniuriarū † per facta, supplicia & emendæ, ea petēda sunt è singularum ciuitatū constitutionib. Nam singulis penè locis de his iniuriis puniēdis, suæ cōstitutæ sunt ordinationes. Iuxta priuilegia autem † Comitum Philippi Elzatii, & Guidonis, quisquis cultrū euaginat animo furioso in ciuē Gandēsem aut Brugensem, is mulctādus est 60 lib. Paris. etiamsi manū tēperans ipsum nō cæciderit. Quisquis itē † alterum in ius, vel ad tribunal vocauerit sine iusta ac rationabili, sed vexādi caussa: is iniuriā cōmittit, d. l. 1. & l. Iniuriarum actio, §. Si quis per iniuriā, ff. de iniur. Itē qui † debitum ab altero repóscit, quod nō debuit. Item † qui prohibet mea pecora depascere in communi prato. Prętereà qui in vicini aut † alterius domū aut fundū, stercora mittit, fimū aut alios pædores & sordes, l. Si inferiorū, ff. de iniuriis. Porrò actio † iniuriarū conceditur, non tantū ipsi iniuriato, sed etiā iniuriati amicis, parentib. heris, præceptoribus & dominis, & marito de iniuria vxoris: Sponso pro sponsa: Abbati pro monacho: & his similib. l. 1. in fin. cū seq. & l. Itē apud Labeonē, §. Sponsum quoq;, ff de iniur. l. 2. C eo. tit. & §. Patitur, cum seq Inst. de iniur. & ibi Ang. Aret. in quib. altero (scilicet inferiori) iniuriā remittēte remanet tamē alteri (scilicet superiori) eiusdem iniuriæ actio. Et si † plures fuerint iniuriātes, singuli ad iniuriarū reparationē obligātur. Tot enim sunt iniuriæ, quot sunt personæ iniuriātes. Et si vnus omnium pro se illatam iniuriam dependeret, non est quod cæteri se absolutos ab eadem iniuria putent: quum omnes ex æquo ad iniuriam eandem resarciendā obligati sint, l. Si plures, ad fi. ff. de iniur. In in-

12 iuriis † nō obligantur personæ iniuriantes, quādo ipsi iniuriati eundē iniuriantem ad iniurias proferēdas prouocarunt, & cōmouerunt. Ab iniuriis quoq; liberæ sunt variȩ personæ, nempe, impuberes & furiosi, qui nulli iniuriari valent, l. Illud, §. Sanè, ff. de iniur. quia doli mali capaces nō sunt. Namque hi pati iniuriā solent, non facere: cū iniuria ex affectu facientis cōsistat. Potatores quoq; egregiè poti, ab iniuriis (potissimum verbalibus) excusandi sunt: quum quid effutiant, nesciant, vt testatur hisce in partib. ipsa (proh dolor) quotidiana experientia: quia tales nō sunt domini sui, sicut nec furiosi, quibus æquiparantur, vt not. in Auth. quibus modis natur. effic. legi. § Illud quoque, colla. 6. super verb. vehementiùs, l. Omne delictum, §. Per vinum. ff. de re milita. l. Respiciendum. §. Delinquunt, ff de pœn. Idem censendum de dormientibus. qui cum non habeant animum, non possunt facere iniuriam, l. Illud, ff. de iniur. Item omnes qui iniuriam ioco, & ridendo proferunt, d. l. Illud. §. Sane, ad fin ff. de iniur. vel eo animo vt doceant, moneant, & alterius vitia corrigant: nisi hic iocus æquò frequentior contingeret, & admonitio æquò esset seuerior. Item excusantur ab iniuriæ illatione cognati omnes, propinqui, & proximè affines, qui liberiùs aliquantò in inuicem dictitant. Item qui iniuriam faciunt ex mandato Iudicis, strictim & fortiter ius secundum ius exequendo, excusantur ratione officii, vt si quis in magistratu constitutus quid exequitur, vel paulò durius quē alloquitur, siue iubet incarcerari, non videtur hoc facere caussa iniuriæ. Iuris

13 † enim executio non habet iniuriā, l. Iniuriarum actio, ff. de iniur. Ab iniuria similiter excusantur, qui alteri iniuriā inferūt ob gratiā sui Principis (tametsi hoc parū Christianum redoleat) aut certe suæ venerandæ reipub. gratia. Excusantur item qui ignoranter iniuriam faciunt: veluti quū iuuenis quispiā iuuenculā adoritur, dissolutis ami-

ctam vestibus (alioquì tamen honestam)
& eam comprimit, putans eam ob vestium
leuitatem & loci suspicionem esse meretri-
culam, l. Item apud Labeonem, §. Si quis
14 virgines, ff. de iniur. Nulli infertur † facto
iniuria, qui eam sibi nec asscribit, nec eam
reparari cupit. Volenti enim non fit iniu-
ria, d. l. 1. §. Vsque adeo, ff de iniur c. Sci-
enti, de reg. Iur lib. 6. & l. Nemo fraudare,
ff. de reg Iul. & ibi Ph lip. Decius. Attamen
si ea iniuria propalam facta esset etiã remit-
tenti, aut per iustitiam persequi nolenti: fi-
scus nih l remittet, sed ex officio procedet
pro iure suo, & pro interesse publ co seu iu-
stitiæ; vt not. Bart in d l. 1. §. Vsq; adeo, per
l. Qui cœtu, § Qui vocantem, ff. de vi pub.
Hic enim sciendum est: In quocunque in-
iuriarum genere facta est iniuria, ius perpe-
tuo præsumit eam iniuriam malo animo
factam esse, studio & voluntate maligna:
quod omnis iniuria per se mala sit & dete-
15 stabilis. Sicut † omne malum præsumitur
ex malo animo potius commissum, quam
aut ex ignorantia, aut studio bono. Fallit
16 † hoc tamen in personis sanguinis propa-
gine coniunctis, inter quas nulla habenda
est iniuriarum suspicio. Fallit quoque inter
maritum & vxorẽ, inter quos quoq; (quod
duo sint in carne vna, Genes. 2 cap.) nulla
17 iniuriarum cadit suspicio. Iniuriarum †
autem quæ facto peraguntur, aliæ enormes
sunt, aliæ leuiores. Enormes seu atroces
sunt, quæ fiunt simul cum effusione san-
guinis abundanti, ita vt offensus magno-
pere egeat curatione læsionis, per emplast...
& inunctiones, atque alia chirurgorum...
medicorum officia: aut si inhumaniter...
tusus ac cæsus sit fustibus, § Atrox, Insti...
de iniur. aut si iniuria illata sit personis...
diciariis, ac publ. officiariis, aut aliquib...
è Senatu vel Concilio, aut Episcopis, aut sa...
cerdotibus ad sacrificia facienda vestitis,...
18 §. Atrox: Si quispiam suo Iudici † impin-
geret alapam animo maligno, is puniend...
esset capitaliter, sicut & eques qui suo ca...
taneo irreuerenter iniuriatur Enormitas...
ue atrocitas iniuriæ quoque attenditur...
temporis vel loci qualitate: nempe si fa...
esset die Paschæ, diebus Dominicis aut...
stis solennibus, tempore summi sacri...
tempore cõsecrationis in missa, aut in te...
plo, in cæmeterio, theatro, vel in foro,...
in plateis publicis, in domo senatoria...
ria Principis, in consistorio, aut in præse...
Iudicis, Prętoris, Magistratus, aut alio...
tempore & loco veritis, l. Prætor, §. At...
cem, l. Vulneris, & l. Sed est, ff. de iniur...
§. Atrox, Instit. eod. tit. de iniur. Atroc...
19 † autem iniuriam aut pro personę, aut te...
poris vel loci qualitate, aut reipsa fieri...
perspicuum est, hoc est, vel ex facto, vel...
loco, vel ex tempore, vel ex persona, adeo...
ex his facile colligi & intelligi possit, quę...
cantur leues iniuriæ, & quæ atroces.

CAPVT CXL.

De iniuriis per scripta.

[illegible]æ rerum tractatarum in Comment. Cap. 140.

1 *Scriptorum iniuria fit*
- *Malitiosa compositione.*
- *Cantilenis* } *famosis.*
- *Libellis* } *famosis.*
- *Rhythmis* } *famosis.*
- *Actionibus* } *famosis.*
- *Inuectionibus publicis.*

2 *Maledica lingua ferro nocentior.*

[S]cripto non minus iniuriam facit permissor, quam scriptor.
Scriptorum iniuria per quo suis accusanda.

SCriptis vero non raro fit alteri iniuria; quoties, scil. dolose ac malitiose com[p]onuntur,† ac scribuntur cantilenę, rhythmi, libelli, comœdiolæ, aut actiúculæ pu[b]licæ: quibus alterius laceratur nomen & [fa]ma; idque totum præter æquum & ve[r]um; de quo crimine supra quoque dictum [e]st, in cap. 117 De diffamatione per libellos. [V]ah quanta hîc impunita scribẽdi ac inue[h]endi libertas? Vtinam ab hinc multis an[n]isea per Principes fuisset coercita, melius [c]redo successissent res humanę; vti quoque [n]on minus veraciter, quam prolixe nobis [c]ommonstrat D. Eras. in vere aureo suo li[b]ello cui tit. præscripsit, Lingua; in quo a[n]imi me in laxas easque perniciosas linguæ [h]abenas inuehitur, & damnat. Quod idem [q]uoq; fecit in symbolo suo, famosos quos[q]ue libellos damnans, & execrans: vt qui [n]on minus innocentes sæpe lædant, lapi[de], & stricto calamo perimant, † imo aliquando crudelius & nocentius, quam si gladio conficerent: est enim maledica lin-
3 gua, & famosus libellus, † quouis ferro nocentior, & aspide quauis formidolosior. In hac quoque scriptorum iniuria, nil refert, an quis ipsemet tale carmen, historiam, aut librum ad alterius infamiam scripserit, ediderit: an per alios scribi, edi, aut publice diuendi curauerit, aut ipse vendiderit. Neque refert an suo præscripto nomine ediderit, an alieno. Imo nil refert, an nomen i[l]lius expresserit in quem inuehitur & scribit; an illud suppresserit: modo talis sit scriptura, ex qua alterius infamia per se nascatur, & ad alterius notitiam peruenire possit. Hæc au-
4 tem scriptorum† & famosorum libellorum iniuria, per quoslibet accusari, & ad Iudicem traduci potest. Nam ob eam de Iure imponenda esset pœna capitalis, l. vnica, Cod. de famos. libel.

CAPVT CXLI.

De iniuriis per gestus.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 141.

[In]iuria gestuum fit
- *Nutibus.*
- *Signis.*
- *Indiciis.*
- *Commonstrationibus.*
- *[I]mprecatoriis signis.*
- *Distortionibus.*
- *Inuestitionibus.*
- *Abusibus.*

[G]Estu item aliquando † fit iniuria, velu[t] si quis vtatur veste lugubri, vel squa[lore] ad iniuriam alicuius: vel barbam ca[pill]osque demittat, vel alioqui faciem quis [dis]tort, siue linguam in contumeliam ali[cui]us exerat, aut oculos distorqueat, infor[m]ia indiciis exprobret, malam crucem nutu aliquo & indicio venturam, aut dignã commonstret: aut religiosorum vestibus, in ordinum infamiam abutatur: aut similia quędam contumeliosis signis obiiciat & exprobret, quę quidem punienda venit discretione Iudicis. Et in hac quoque requiritur, quod actor probet reum animo iniu-

riandi fecisse: in aliis enim speciebus iniuriarum regulariter probatio imponitur reo, sed negatiue, videlicet vt probet se non animo iniuriandi fecisse.

CAPVT CXLII.

De læsione & mutilatione.

Summæ rerum tractatarum in Comment. CAP. 142.

1 *Læsio fit* { *Verbis,* / *Verberibus* } { *Cum* / *Sine* } *mutilatione.*

2 *Læsio faciei grauior est, quam in alia corporis parte.*

3 *Læsio cum* { *Mutilatione,* / *Dislocatione,* / *Diffiguratione,* } *punienda est arbitrarie ad iuramentum* { *Medicorum,* / *aut* / *Chirurgorum.* }

4 *Contusio non est vulneratio, nisi post apertionem.*

1 LÆsio bifariam discriminatur, † nempe verbis: & sine verbis, sed facto, verberibus, atque simili alia corporali læsione, quam rursus bifariam scindimus: est enim talis læsio corporalis, aut coniuncta cum mutilatione, aut sine omni mutilatione facta. Atque de singulis his læsionibus variæ sunt vbique constitutæ leges, &
2 impositæ pœnæ. Læsio in facie grauior † est & enormior, quam in alia quauis corporis parte: eoque dupla mulcta etiam condemnari solet, l. Prætor, ad fin. l. Vulneris, ff. de iniur. & §. Atrox, versic. nonnunquã, Institut. eodem titulo de iniur. Si vero tam
3 fuerit † enormis ac atrox læsio, vt aut mutilationem aut dislocationem, aut diffigurationem pariat: multo grauius tum punienda erit ad discretionem ac arbitrium iudicis: qui hac in re vtetur medicorum chirurgorum consilio: quibus iurato in arte credẽdum ac standum procul dubio est, c. Significasti, §. et. 1. 2. extra de homicid. vbi Panorm. Ioan. Andr. & Felin. l. mel, Cod. de re militar. libro 12. Porro o-
4 mnis contusio, † quæ in tumorem erumpit, non est vt vulneratio punienda: nisi ta-lis sit ac tam enormis, vt tumor ille in vulnus per apertionem & scissuram chirurgi necessario ducendus sit: atque eo casu contusio talis pro vulneratione damnanda est, l. Prætor, ad fin. & ibi Bartolus, & seq. ff. de iniur. Eleganter Dominus Nicolaus Boerius in suis decisionib. aureis, quæstione 323.

CAPVT CXLIII.

De Correctione.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 143.

1 *Castigans* { *Filium,* / *Pupillum,* / *Vxorem,* / *Consanguineum,* } *Non peccat, si castigandi limitem non transiliat.*

…stigans { *Nepotem, …amulum, Ancillam, Discipulum, Suum subditum,* } *Non peccat, si castigandi limitem non transiliat.*

…is inhumaniter corrigens, puniendus est arbitrio Iudicis.
…riori non conceditur ius castigandi superiores.
…iuriam filiorum in parentes, magistratus ipse subinde corrigit.
…marito humanam tantum castigationem vxoris permittunt.
…em enormiter castigans à magistratu puniendus.

…Ontingit sæpenumero læsionem fieri
…corporalem in castigãdis suis subditis:
…um tamen non dicimus perpetuo con-
…ctam esse cum iniuria; imo hanc raro
…iuriam vocamus, sed potius virtutem ac
…utarem (licèt acrem) ad bonos mores,
…d honestam disciplinam, correptionem.
…hac igitur † castigatione hoc notandum
… Si pater filium verbis, ac verberib. acri-
…corripiat, & cædat, etiam ad sanguinis
…fluxionem; aut tutor, pupillum; aut ma-
…s, vxorem; consanguineus, consangui-
…m; aut auus, nepotem; aut herus ac dò-
…nus, famulum siue seruum; aut matro-
… ancillam; aut ludimagister, discipulum;
… quiuis superior, suum subditum, eo ani-
… tantum, vt de admissis supplicium su-
…t, vt ipsum corrigat & emendet, vt ipsum
…que ab omni scelere, & peccandi effre-
…a libidine coerceat: & hoc modo ad vir-
…uriam, & ad obedientiam asperis stimu-
… instiget; is certe corrector talis, nullam
…recto iniuriam facit, sed virtutis mate-
…m suppeditat, & animi vitiis salubriter
…detur, l 3. & ibi Bald. C. de patria potesta.
…Sicut alterius, 7. q. 1. iuncta gloss. in verb.
…dicari, l. Congruit, §. Furiosi. & ibi Bald.
…de offic. præsid. l. Serui & filii, ff. de furt.
…Respiciendum, §. Furta domestica, ff. de
…nis, l. Prætor, §. Præterea, ff de iniur. &
…in. Institit. de his qui sunt sui vel alieni
… & l. 2. §. fin. ff. eod. tit. de his qui sunt
…vel alieni iuris, c. Duo ista nomina, 23. q.

4. Nisi certe sub castigationis titulo, modũ
& castigandi licitos limites enormiter exce-
deret, atque furore percitus, suũ subditum
perderet potius, quam corrigeret. In quo
2 casu, Iudici † diligenter examinanda esset
ea correctionis ratio, modus, & enormitas,
vt hinc iustam de illata iniuria censurã fer-
3 ret. Et quamuis correctionis † ius diximus
esse superiori in inferiorem, natura tamen
secus fieri denegat: non enim æquum est,
filio ius competat castigãdi patrem, aut ne-
poti ius cõcedatur castigandi auum suum.
Quod tamen si aliquando scelerate facere
præsumerent, tum licet patribus, ac auis
suos subditos filios, & nepotes grauiter cæ-
dere, & ob sceleratam malitiam grauiter in
eos paternali iure animaduertere: aut si i-
psi ad hęc dissimularent, tum ipse Magistra-
4 tus † (ne tantum malum relinqueretur im-
punitum) de filiorum talium ac nepotum
5 iniuria acre supplicium sumeret. Sic † ma-
rito quoq; Iura permittunt castigationem
& correctionem & punitionem vxoris, citra
vllam mulctam, aut pœnam iudiciariam:
modo ea correctio humana sit, & debitum
modum non excedens: vxor enim de fami-
lia mariti est, c. Hæc imago, 33. quæst. 5. &
glos. in verb. Iudicari, in c. Sicut alterius, 7.
6 quæst. 1. Si enim enormem † cum punitio-
ne committeret excessum, castigandus ac
puniendus esset ipse maritus à magistratu,
propter enormitatem castigationis vxo-
riæ.

CAPVT CXLIV.

De damno pecuario.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 144.

Bestia lædens
- 1 *Ex interna malitia, ipsa punienda est, non dominus, non famulus, nisi* [...] *uare sibi velint.*
- 2 4. 6 *Instigata per aliquem, tum solus instigator puniendus est restitutione* [...] *damnorum.*
- 3. 5 *Ex iniuria, aut malitia custodientis vel seruantis: tum ipse custodiens pu*[...] *est, non dominus.*
- *Aliam bestiam*
  - *Sed prior ab ipsa commota: sic ea bestia non est punienda*, [...] *dominus.*
  - 7 *Ex propria malitia: sic bestia damnanda, aut possessor* [...] *uans.*
  - 8 *Ex alterius instigatione, sic puniendus est tantum insti*[...]
  - *Sine notitia, vtra prior læserit vel commouerit alteram,* [...] *gulis sua ferenda incommoda.*

9 *Alens domi* { *Canem, Verrem, Aprum, Vulpem, Vrsum, Leonem, Lupum, Aut similem feram* } *lædentem alium, is dominus tenetur ad restitutionem damni.*

10 *Nulli licet alere bestias cum alterius detrimento.*

11 *Bestia post fugam à domino lædens, dominum à culpa liberat.*

FIt vt non semper homo lædatur actualiter ab altero homine, sed potius per ipsi' negligentiam, & incuriam, veluti si ipsius bestiæ alteri detrimentum vllum inferant.
1 †In quo notandum est, si cuiuspiam equus, asinus, porcus, vacca, bos, canis, aut simile domesticum animal, alteri ex propria naturali malitia & non ex alicuius instigatione damnum inferret, læderet, aut eum occideret; is animantis lædentis possessor nullo modo in culpam caderet, nec puniendus esset, nisi ipsemet vellet. Nam eo casu deberet bestiam suam renunciare, & reiicere, dareque id quod nocuit, id est, id animal, quod noxiam commisit aut certe mulctam [...] nis ferre, & damnum illatum resarcire, [...] æstimationem noxæ offerre, l. 1. in pri[...] ff. si quadrupes paup. fecisse dicatur, &[...]
2 Instit. eod. tit. Dixi citra alterius † insti[...] tionem, & ex propria, & vltronea ma[...] Nam si animalia & bestię alteri vim, au[...] mnum, aut læsionem, aut mortem in[...] rent, ex alicuius instigatione, is instig[...] Reus esset omnium damnorum, læsio[...] & totius criminis, nec absolueretur sola[...] daque animalis & bestiæ renunciatione[...]
3 cut dicendum est, si canis, † aut simili[...] quæuis bestia côcredita fuisset, & ad ser[...]

dum & custodiendum seruo tradita: isque seruus eundem canem aut vltro solueret, & ex malitia effugere sineret: aut certè ob famuli crassam incuriam effugeret, tumque alium læderet: is seruus tunc aut sua malitia, aut incuria in culpa esset, & nullo modo dominus, aut possessor, d l. 1. §. Ait Prætor, & §. Sed & si canis. Si verò † is canis per alterum commotus, & instigatus fuisset, adeoque tum fureret, vt à seruo contineri nō posset: tum & dominus & seruus extra omnem culpam essent, & damnandus ipse instigator, d. l. 1. § Sed & si canis, versic. Sed & si instigatu. Similiter censendum † est de hippocomis & equorum institutoribus, & eorum seruis, qui dominorum suorum equos in stadiis ad cursum arte edocent, aut adaquandos ducunt: hic enim si quid incommodi ab equis nascatur per incuriam seruorum, aut ipsorum malitiam, damnādi sunt ipsi famuli, & non domini, l fin. ff ad l. Aquil. Si verò † incommodum contingat ex alterius instigatione, tum instigator ipse condemnandus fuerit, vti prædictum est. Ad hunc † modum si equus tuus equum meum, aut aliam bestiam meā irritauerit, commouerit, adeò vt ex hac commotione equus meus tuum læderet, aut occideret, aut etiam aliorū bestias ob hoc læderet, aut occideret: In hoc casu, omne damnum tibi ferendum esset, & resarciendum etiam damnum alterius, & non mihi, nisi certè damnum esset tantum, vt equum tuum reiicere malis & renunciare: quia renunciatione tum absolui, & expurgari posses. Quod autē ego nō essem in culpa, caussa est quòd primum malum atque ratio læsionis & damni primaria, profecta sit ab equo tuo, & nō

8 à meo. Si autem † ignoretur, vtrius bestia alteram prior inuaserit, altera tamen ab altera conspicitur læsa: tum neuter dominorū in alterius culpā cadit: sed vtriq; sua sunt

9 ferēda incōmoda. Porrò † si quis domi suæ aleret canem, verrē, aprum, vulpem, vrsum, leonem, lupum, aut similem ferā bestiam, quæ alteri esset incōmodo, aut certè morderet, aut læderet: tum is possessor damnādus esset ad reparationē dānorū ad discre-

10 tionem Iudicis: nulli. n. fas est huiusmodi † bestias in detrimentū alterius, aut alere, aut cōseruare, §. Cæterum, Inst. eo. Si quadrup.

11 paupe. fecis. dicatur. Si tamē † talis fera bestia à me, aut tā procul è septis meis effugisset, vt nec insequi possem, nec scirē quò tandem fugisset: atq; interim tamen ita elapsa alicui damnum inferret & læderet: in eo casu nullum mihi damnū reparandum esset, vt qui omni culpa vacarem. Cum enim à me procul fugerat, tum mea esse desierat, & facta est illius, qui eam aut capere, aut occidere poterit, d. l. 1. §. In bestiis, & § Cæterum, versic. Denique si visus, Instit. Si quadrup. paup. fecis. dicatur.

CAPVT CXLV.

De damno per eiecta.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 145.

...rdes eiiciens {
In viam publicam, quibus transeuntem offendit, punitur duplo.
In viam priuatam, non est puniendus.
}

...onsiderato eiectu aut { *Lædens, & occidens* / *Lædens, & nō occidens* } *punitur* { *Hic 50. aureis.* / *Hic cōpensatione dānorum dupla.* }

...ectore non comperto, damnantur omnes in cubiculo præsentes.

...ecta è cauponis, damno primò sunt cauponi.

...ectio noxia semper imputanda illi, è cuius fenestris contigit.

6. *Eiectorum damna semper imputanda sunt, aut* { *Dominis, Heris, Praeceptoribus, Conuiuatoribus,* } *non* { *Seruis. Domesticis. Discipulis. Conuiuis.* }

SI quis è fenestris suis, aut ex ostiis suis, aut alterius, sordes, lotium, stercora, aut alia quæuis eiiceret, aut immunda, aut no-
1 xia, in plateā aut viam publicam, † quibus pileū transeuntis, aut togam aliamve vestem laceret, contaminet aut corrumpat: is transiens ita læsus, bono Iure damni sui reparationem duplam reposcere potest. Sed hæc dupla compensatio non addiceretur, si via nō fuisset publica, aut si priùs seriò, & sine fraude proclamasset aquam eiiciendam, fugito, (vulgò) *Garde l'eau*, l. 1. ad exordiū. ff. de his qui deiecerunt, vel effuderunt. Si
2 quispiam † domo eiiceret os, aut lignum, aut simile quippiam, non ex malitia, sed ex inaduertētia, in viam aut in plateā publicā: ex qua eiectione quispiam lęderetur & moreretur: tum is eiector condemnandus esset ciuiliter mulcta quinquaginta aureorum. Si verò tantum læsio citra mortē secuta fuisset: tum eam læsionem duplo impēdio omnium detrimentorum resarciat, oportet,
3 d. l. 1 in princ. Si autē in eadē domo † multi essent, nec sciretur quis eiecisset: tum omnes in domo pręsentes in eandē mulctam & reparationem incidunt. Si tamen v[...] omnium plenè & in solidùm soluisset[...] qui liberi essent & immunes à mulcta[...] si ad fin. cum duabus ll. seq. ff. de his qui
4 iecer. vel effuder. Cæterùm si talis † eie[...] contigisset in publicis cauponis, ac cœno[...] liis: tum solus caupo ac hospes in culp[...] set, & ad reparationem damnādus: inte[...] tamen actionem haberet idē damnum petendi, & resarciendi à suis potorib. & h[...]
5 spitibus d. l. 1. § si versic. Sed is. † Si præ[...] in eadem domo duæ essent diuersę fam[...] atque ea domus distincta esset in dua[...] tes inhabitantium: tum ob eiectio[...] lædentē ea pars & familia damnanda [...] ad dāni reparationē, vnde cōstaret eie[...] nem esse factā, l. Si verò, ff. de his qui de[...]
6 vel effuder. Sic † ad superiorē modū, [...] cōuictor, aut discipulus, aut operarius[...] piam eiiceret. vnde aliquis damnū con[...] queretur: tū puniēdus esset ad resarci[...] damnū præceptor, herus, & dominus o[...] rarii operam conducens: sed ipsi ius in[...] seruatur resarciendi idem damnum [...] conuictore, discipulo, aut operario.

CAPVT CXLVI.

De Damno generaliter.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 146.

1 *Malitiosè alteri damnum inferens, tenetur ad restitutionem omnium detrimentorum.*

2 *Ad damna vel* { *Consilium vel Auxilium* } *conferens, punitur vt principalis.*

1 IN genere † quisquis alteri vllum infert detrimentum, aut damnum, in corpore, aut rebus ac fructibus, idque malitiose, ex fraude, neglgētia, siue directè, siue indirectè, quocunq. modo id faciat: is tenetur ad restitutionē siue restaurationē omniū damnorum & detrimentorum. Atque adeò
1 † etiam omnes qui ad hoc damnum [...] contulerunt subsidium, cōsilium, & op[...] aut qui hoc ipsum facere mandauerun[...] In nostra, & c. Si culpa tua, cum glos[...] ext. de iniur. & dāno dato. Atq; in hoc [...] mine sunt qui statuant, vt confitent[...] simplū, inficiantes verò puniātur in d[...]

CAPUT CXLVII.

De Pace componenda.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis Cap. 147.

...cum parte læsa, permissa est pacis compositio.
...cuique licet redimere sanguinem suum.
...licitum est, suos ad recõciliationem mutuam compellere.
...partes procaces ad G'silationem constringit.
...inter partes composita, Iudici suum seruatur integrum.
...tor Gandensis non agit in reum, nisi conquerente parte.
...compositam inter partes pacem, partium posteris ademptum est ius querelæ.
...ex audita partium pace composita, criminis confessionem arguit: ex qua ad punitionem (procedit.
...mutuam pacis concordiam Iudicem celant.
...illus paciscitur de morte patris per consensum tutorum, &c.
...minis pacis reconcilianda fœdus adimitur.
...conciliatio homicidii fieri debet cum { *Omnibus hæredibus.* / *Maximo numero stante pro omnibus.*
...gitimatio à parte matris in Flandria nunquam

- *Omnib. regionibus, nec*
  - *Pater, Mater, Horum cognati,* } *reconciliat de morte filii illegitimi.*
  - *Filius, Filii hæres, Filii cognati,* } *reconciliat de morte* { *Patris, aut Matris.* } *illeg.*
- *Flãdria.*
  - *Nec*
    - *Pater, Cognati,* } *reconciliat de morte filii illeg.*
    - *Filius, Filii hæredes, Filii cognati,* } *reconciliant de morte patris illegitimi.*
  - *Et*
    - *Mater. & Matris hæredes* } *reconciliant de morte filii.*
    - *Filius, & Filii hæres,* } *recõciliat de morte matris.*

} *Sed* { *Rex, Princeps, Dominus.* — non { *Rex. Princeps. Dominus.*

Hactenus pie lector, de variis criminibus (quæ ad communem Reipub. vtilitatem spectare videbantur) quam potuimus diligentissimè tibi tradidimus: superest vt pauca de iis agamus, quæ nihil cum crimine cõmune habent, sed tantũ aut post crimina commissa sequi solent, aut indè manare, ac postremò omnium, de vario criminũ executione. Ac primò sese offert transactio, hoc est, cum parte læsa, vel

1 aduersa pacis compositio. In omni † igitur crimine publico, cuius gratia inferenda esset pœna sanguinis lædentibus & delinquentibus, iura permittunt, vt cum suo aduersario læso, pacis fœdera ineãt, absq; vllo damno & mulcta, l. Transigere, C. de transact.
2 Cuius rationem hanc censeo, † quod licitum sit, imò natura hoc suadeat, & eo quemlibet impellat, vt sanguinem suum quã potest tutissimè, redimat, & caput suũ

ab omni periculo coerceat, l. 1. ff. de bon. eo. qui ante sentent. sibi mor. consci. Quin ipse Iudex aliquando ex officio compellere potest alteram partium, nempe læsam, vt cum lædente in gratiam redeat, & cum ipso pacem componat, ipsumque sibi reconciliari sinat, l. Congruit, ff. de offic. præsid.
3 Suntque hæc † Iudicum munia multo pręstantissima, nec minus Christiano Iudice digna & salutaria, quam ipsi decora & magnifica; vt cuius maxime refert, se & commissum sibi populum in pacis cócordia viuere, & vt hoc maxime curet & studeat, satis suum admonet officium. Porro si aliquando ei res esset cum duabus personis contentiosis ac procacibus, quæ haud facile ad pacis beneficia auscultarent: tum Iudex † v-
4 tramque personam constringere potest & damnare (barbari Gisilare dicerent) in certum locum, vt inde neutra se recipiat, nisi pace simul composita concordes fuerint, & ex hoc fideiussio siue cautio confecta sit, quod neutra alteram sit læsura, sed vtrobique omnis via facti sit apertè prohibita. Hic tamē
5 pie lector † non est quod putes, post hāc reconciliationem, crimen plene absolutū esse, aut pœna cassum: nam vt vt pax inter partes est composita, Iudex tamen semper ex officio ad criminis punitionem procedit; etiam si nullam habeat partem aduersam coram se conquerentem, l. Iurisgentium, § Si paciscar, ff. de pact. Nisi certe publicis statutis secus ordinatum esset, l. Constitutionibus, ff. ad municip. hoc modo: Quisquis pacem habet cum suo aduersario, is quoque pacem habeat cum officiario & iustitia. Si enim tale fuisset promulgatum statutū, Iudex supersederet ab vlterius ex officio pro-
6 cedendo; sicuti † Ganden. Prętorem ex inolita consuetudine, & ex statuto lato facere conspicimus cui tali statuto vetitum est, vt nunquam reum aliquē arcessere posśit, nisi conquerente parte aduersa. Fit, vt subinde pacem & concordiam confirmari cernamus per ipsos procuratores; veruntamen omnino necessum est, vt ii procuratores specia-le ad hoc procuratorium habeant, l. Man-
7 dato, ff. de procuratoribus. Porro, † quoties pax composita est inter duos aduersarios, quorum alter alterum læserit, atque læsus lædenti noxam plane remiserit, ... post talem pacem confirmatam, nulla est (scilicet ratione partis læsæ) qui quempiam, amplius lædentem exigere, aut possit, aut debeat; adeo enim hęc firma pax habetur & rata, vt si post eam reconciliationem & pacem contingeret læsum postea mori, pax quoque rata esset, & inuiolabilis, ... læsor mortis reus non fuerit, nisi in reconciliatione, conceptis verbis, & expresse ... ceptum fuisset de morte, hoc est, caeterum pacem esse validā, quatenus ex læsione ...
8 la mors consequeretur. † Cæterum, quoties duæ partes inter sese contendunt de iniuriis, postea tamen fiat, vt de iis iniuriis inter se pacem confirment, & concordes fiant ac reconcilietur altera alteri; Iudex tamen isthæc audiēs, colligit & autumat ex tali reconciliatione & confessione, crimen ... esse confessum; ita vt hac confessionis ... titia procedere posset ad criminum & iniuriarum punitionem, absque vlla alia ampliori, ac latiori inquisitione faciēda aut in-
9 formatione. Quocirca † callidi quique, ... Iudicem hic circumueniāt, & ne certi quippiam ex cōposita pace percipere posśit, efficiunt, vt factum ac delictum constanter coram Iudice pernegent; & in pacis compositione curant, vt Notarius scribat pacem confirmatam inter ipsos tantum de iis læsionibus ac iniuriis, quib. alter alterum ... petierat, siue quarum gratia, alter de altero dolere & conqueri posset, aut in iustitia aduocare, sine vllius criminis nominatione; hac enim generali confessione nullum certum delictum confessi sunt, sed vaga & incerta est confessio. Verum si Notarius scripsisset duas partes in pacis fœdere conuenisse, de istis, aut istis læsionibus (rem ipsam nominando) & quarum gratia altera ...

m pertraxit vel pertrahere voluit in iudi-
um,& quas omnibus aperuit: tunc Iudici
rta,confessa, nominataq; iniuria, & læsio
nfirmata esset, vt omnibus modis proce-
re hinc posset, tanquam ex confesso ad
iminis punitionē. Aliud pupillo permit-
ur † pacisci, & pacem conciliare de mor-
sui parentis, sed non nisi per consensum
authoritatem suorum tutorum,& ex or-
inatione,& decreto senatus, & sui Iudicis,
que talis pax ita constituta firma est,& ra-
, nec violari potest ab vllo, ne ab ipso qui-
m postea adulto pupillo: potissimum si
pax donario aliquo fuisset constabilita,
ocest si dona vlla in symbolum ratæ ac re-
nciliatæ pacis de morte parentis accepis-
, ita dixit Speculator, in tit de homicid.
D. Anton. Corset. in suo tractatu priuile-
orum, siue de priuilegiis pacis, numer. 15.
eminæ † tamen nullo modo pacis fœde-
componere, neque donaria accipere pos-
nt. Si post † commissum homicidiū con-
geret homicidam, pacem ac reconcilia-
nem facere cum vno hęredum, vbi multi
redes essent, non est satis efficax & valida,
m tunc eam fieri oportet consensu,& au-
oritate omnium hęredum simul,aut sal-
n cum consensu maioris numeri, & eo-
n; quib. huiusmodi reconciliationis fa-
ndæ conuenit & obtigit actio, quiq; re-
uorum suffragia, & consensum in se re-
rent, c. Quod omnes, de reg. iur. libr. 6.
fin. C. de autori. præstand. Atq; ita ha-
nus de reconciliatione facienda in gene-
& in legitimo toro. In illegitimo verò
o plus contingit perplexitatis, tum ex
te parentum, tum ex parte liberorū il-
itimorum: atq; hoc ob diuersitatem re-
onum: in quarum aliis illegitimi ab v-
que parte sunt illegitimi: In aliis † vero
ionibus illegitimatio tantum à parte pa-
descendit: à parte vero matris (vti in

14 Flandria) nunquam. In illis † igitur regio-
nibus, vbi illegitimatio ab vtraque parte, id
est, à patre & matre constituitur, ibi nec pa-
ter, nec mater, nec horum cognati consan-
guinei vllo modo reconciliationem aut fa-
cere, aut accipere possunt de occisione &
morte sui filii illegitimi: sed tantum Rex,
Princeps, aut Dominus loci illius: qui ille-
gitimorum omnium verum hęredē se con-
stituit. Item contra, nec filius illegitimus,
nec ipsius posteri vllo modo accipere aut fa-
cere possunt reconciliationem de cæde ac
morte sui patris ac matris; sed occisi paren-
tis legitimi ac proximi cognati. Qui si nulli
fuerint tum solus aut Rex, aut Princeps aut
Dominus loci, reconciliationem & facit &
accipit. In iis vero regionibus, vbi illegiti-
matio tantum à parte patris succrescit (si-
cuti in nostra Flandria, atque ita omnium
æquissime) à parte vero matris nunquam,
in his (inquam) regionibus hoc obserua,
quod nec pater sui illegitimi filii cædem ac
mortem reconciliare potest. & contra, filius
illegitimus de patris sui cæde reconciliatio-
nem nec facere nec accipere potest (quoniā
vtrinque concernitur illegitimatio) sed so-
lus Princeps aut dominus loci, vt suprà. Ma-
ter vero quæ nullam agnoscit ex sese illegi-
timationem productam, potest (nō quidem
per se, quum hoc fœminæ diximus esse ne-
gatum) per proximos amicos, consangui-
neos, aut affines reconciliationem de cæde
ac morte filii sui & facere & accipere. Et con-
tra filius etiam de matris suæ morte & occi-
sione semper reconciliationem (si is sit aut
solus, aut natu maximus) & facere & acci-
pere potest: quod ea mater ipsi semper sit le-
gitima: & ob hoc etiam matris semper hæ-
res, vt alibi quoque constituitur. Princeps
vero ex hac parte, & dominus loci, de recō-
ciliatione aut facienda, aut accipienda, ni-
hil sibi iuris asscribunt.

CAPVT CXLVIII.

De Abolitionibus.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 148.

1 *Abolitio est instituta actionis peremptio.*

Abolitio est triplex:
- 2 *Generalis, qua soli Principi conuenit.*
- 6 *Specialis, qua accusanti competit.*
- 9 *Legalis, qua à legibus conceditur.*

3 *Princeps crimen abolet, ob:*
- *Insignem natalem filii.*
- *Victoriam partam.*
- *Festiuam populi aggratulationem.*
- *Consecrationem templi.*
- *Latum ingressum in ciuitatem.*
- *Latum rerum euentum.*

4 *Princeps abolitione ius partis non abolet.*

5 *Princeps ius partis abolet ob pacẽ publicam.*

7 *In abolitione speciali obseruanda sunt multa.*

8 *Abolitio specialis tantum fit intra 30. dies.*

Morte:
- 10 *Accusantis accusatio*
- 11 *Accusati crimen*

extinguitur.

12 *Specialis abolitio non tollit crimen:*
- *Læsæ Maiestatis.*
- *Peculatus.*
- *Repetundarum.*
- *Falsi.*

EStitem alia criminum leuatio, quam non inconcinnè abolitionem vocant, nempe, qua ipsa crimina realiter abolentur.
1 Est † enim abolitio (vti definiunt) actionis institutæ peremptio vel absolutio. Quam
2 tribus modis fieri conspicimus. Prima † enim abolitio generalis est, & quā Princeps suo arbitrio, & propria authoritate conficit. Hæc extinguit & cassas facit omnes accusationes, quibus accusatus premebatur, vel quibus postea grauari & accusari potuisset: non autem extinguit caussam accusantis. Nam hæc potest repetere accusatum intra 30. dies vtiles, supputando ab illo die quo generales abolitiones sunt finitæ, l. 1. C. de genera. abolit. Et fiet hæc repetitio eo-
3 dem iure, quo priùs accusabatur. Fit † autem hæc generalis abolitio à Principe ob multas variasq; caussas: quandoq; ob diem insignem natalis sui vel filii, quandoque ob rem prosperè gestam, vt cum profligauerit hostes: quandoque propter publicam gratulationem, qua voluit diem aliquem festiuum esse cunctis, & vt singuli pari gaudio congratularentur secum: vel ob partam victoriam: vel ob templum recèns consecratum: vel ob triumphalem aliquem lætumque ingressum: regionis aut ciuitatis: aut ob alium similem prosperum lætumque rerum euentum, ob quem iure Senatus censere posset abolitionẽ reorum fieri. Probantur hæc, l. Cum eo tẽpore, C. de genera. abolit. l. Si quis repetere, & l. Si interueniente, ff. ad S. C. Turpilia. idque de Iure. Sed
4 de † consuetudine pars semper est in suo integro, ad petendum suas reparationes & inter-

interesse & damna, qualemqualem aboli-
tionem Princeps inde tulerit, nisi in contra-
standa pace Principis: Tum enim † Princeps
ius partis in se recipere potest, & crimen ex-
tinctione ac remissione abolere, in fauorem
publicæ pacis. Hinc vulgatum hoc axioma:
Princeps ius priuati auferre potest pro bono
pacis. Bart. in l. Quæcunque, in fin. C. de fi-
de instrum. & iure hast. fisca libr. 10. Cor-
set. Sicul. in suo tract. priuilegiorum pacis,
num. 24. vbi multos citat. Secunda † abo-
litio fit per accusatorem, hanc ipsam ex se
postulantem: & dicitur priuata seu specia-
lis. Quæ fit, quando accusator abolitionem
petit priuatim à Principe, aut ab alio Iudi-
ce, qui habet cognitionem meri & mixti
imperii: hæc autem abolitio aliquando cō-
ceditur; aliquando ex caussa negatur. Quo-
circa in ea † vel admittenda vel deneganda,
opus est summa rerum cognitione. Et pri-
mo obseruandum, quod ea cognitio dele-
gari alteri non posset: deinde videndum an
accusauerit vere, an per errorem, vel teme-
ritatem: Adhæc an accusauerit pro sua in-
iuria, vel iniuria suorum. Nam quando ac-
cusauit cognatum, conceditur hæc specia-
lis abolitio, potissimum si hic cognatus ac-
cusatus iam inde passus sit iniuriam, vel i-
deo etiam affirmante qui accusauit. In hoc
enim casu dabitur, sed non nisi per accusan-
tis consensum. Si autem non sit passus iniu-
riam, dabitur accusato etiam accusante in-
uito. Debet † autem peti hæc abolitio in-
tra 30. dies numerandos à die institutæ a-
ctionis, intra quos accusatus habet spacium
ad componendos mæstos penates. Post
dies vero 30. non dabitur hæc specialis abo-
litio, nisi accusato Reo volente & consen-
tiente, l. Fallaciter, §. Post hoc vero tempus,
9 C. eod. tit. de abolitionibus. † Tertia aboli-
tio legalis est, vt quæ à lege conceditur, sci-
licet quando accusator est mortuus, vel ali-
qua iusta caussa impeditus, ita vt in accusa-
tione procedere non posset, l. Aut priuatim,
10 ff. ad S C. † Turpilia. Hoc enim casu fini-
ta est accusatio, quoad accusantem, non ta-
men ob hoc Reus est liberatus, quin possit
rursum ab alio (etiam de eodem crimine)
accusari, c. Prohibentur, versic. Ab alio, 2.
quæst. 1. l. 1. Cod. si Reus vel accusat. mort.
fuer. & l. Defuncto, §. 1. ff. de publicat. iu-
dic. Si ergo eximitur Reus ab accusatione,
abolitione interueniente, d. l. Si interueni-
ente: Nec accusator incidit in Turpilianum.
Et cum accusator mortuus vel iusta caussa
impeditus fuerit, vel forte impetrauit spe-
cialem: tunc Reus poterit ab alio accusari
11 intra 30. dies vtiles: Aut † si accusatus mor-
tuus fuerit, finitur accusatio. Morte enim
accusati, crimen extinguitur, l. fin. Cod. si
12 Reus vel accusat. mort. fuer. Fallit † hoc in
sequentibus criminibus, in quibus nequa-
quam permittitur hæc specialis abolitio,
nempe in crimine læsæ Maiestatis, pecula-
tus, repetundarum, & falsi; vbi ex vtraque
parte acerrima fit indagatio, l. 1. 2. & fin.
Cod. de abolit. quia illa crimina morte ac-
cusati haud quaquam abolentur; vide ple-
nius Speculato, Nobis hic paucula ostendis-
se sufficiat.

CAPVT CXLIX.

De Remissione.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 149.

...missionem largiri, solius est Principis.

...æstor in Flandria,
...idam domini, & officiarii,
...mini de Concilio Flandriæ, } *cum Reo transigere possunt, remittere non possunt.*

4 *Transigentium vis est efficax, vt remissio.*
5 *Princeps tantum remittit capitalia, &c.*

6 *Princeps non remittit* { *Crimen læsæ Maiestatis,* / *Constuprationem violentam,* / *Sodomitica,* / *Monetarios falsos,* / *Latrocinia,* / *Incendia,* / *Prædationes.* } *nisi extraordinariè.*

7 *Princeps remittit aut* { *Plenariè,* *veluti* { *Die passionis Dominicæ.* / *Die noui lætique introitus in ciuitatem.* }
8 *Non plenariè: sed cum emenda, veluti quouis tempore non prædi[...]* }

9 *In plenaria remissione, remissum consequetur confiscatio debita.*
10 *In Francia omnis remissio Regis est plenaria.*
11 *In remissionibus largiendis, obseruanda sunt multa.*
12 *In supplicatione quid subticens, subreptitiè remissionem impetrat.*

13 *Remissio includit* { *Reconciliationem partis cum satisfactione.* / *&*
14 *Interinationem faciendam.* }

Interinaturus {
15 *Literas exhibeat intra annum & diem.*
16 *Se captiuum præbeat.*
17 *Procuratorem generalem,*
17 *Quæstorem in Flandria,*
17 *Prætorem loci,*
17 *Partem aduersam,* } *contra se citet.*

18 *In* { *Supplicationibus* / *aut* / *Interinatione* } *mentiens, virtute remissionis se priuat.*

19 *Remissio intra annum non exhibita perit, nisi releuetur.*
20 *Remissio exhiberi neglecta, grauatur emenda.*
21 *Interinatio in Flandria committitur dominis de Concilio.*
22 *Differentia inter remissionem & absolutionem vel indulgentiam.*
23 *Variæ quæstiones circa remissionem.*

QVandoquidem remissiones seu gratiæ multum (proh dolor) hoc calamitoso ac infelici sæculo in vsu sint, ac frequentius quam par est vbilibet locorum practicētur; ideo remissionū naturam, vsum, & circunstantias hîc vtcunque examinare constitui, cum modo & forma interinandi post remissionem impetratam. Vt autem è remissio-
1 ne † auspicemur, sciendum est hanc criminis remissionem neminē largiri posse, quā solum Principem, l. 3. C. de Episc. audi[...] l. Cum indulgentia, l. fin. C. de sent. [...] & l. fin. C. de gener. abolit. Bald. in l. [...]
2 ff. de offic. præsid. Quæstor † autem p[...] cidiarius in Flandria, ac præterea mult[...] uati domini & officiarii, ex commiss[...] suæ virtute possunt cum Reo de delicto [...] petrato componere seu transigere: veru[...] iusdem criminis remissionem nullo m[...] largiri possunt, quum (vt supra dictum[...]

solius sit Principis. Eadem † ratione Domini concilii Flandriæ possunt & valent virtute instructionis Cameræ, cum Reo de delicto commisso componere ac transigere; possunt scilicet, quum Reus sese submittit & quum negotium reperitur anceps, ac dubium: attamen delictum ipsum nequaquã remittere queunt, ob eandem scilicet supra narratam rationem. † Atque dicta officiariorum compositio tã est efficax, & valida, ut ob eam solam Reus liberatus sit à delicto, & absolutus: non secus, quam si Princeps ipse remisisset. Largitur autem Princeps † remissionem non de delictis ciuilibus, & per compositionem remissibilibus: hoc est, quę ciuiliter puniri possunt, aut componi: sed tantum de iis delictis, quorum punitio esset capitalis, aut corporalis: nempe, de homicidio aut mutilatione, de quib. plane necessarium est, vt Reus Principis imploret indulgentiam & absolutionem, quamlibet infelici fato, & innocenter in crimen factor inciderit. Sunt tamẽ crimina tam enormia, & fœda, vt de iis princeps ex sua virtute ac potestate ordinaria nullam remissionẽ aut indulgentiam largiri velit: veluti de crimine læsæ Maiestatis, de violatione mulierum violenta, de Sodomiticis, de monetariis falsis, de latrocinio, de incendiis, de prædationibus, atque his similibus. Dixi ex potestate sua ordinaria; Nam ex sua potestate extraordinaria & absolula, crimina istiusmodi omnino remittere potest omnia, quoties ipsi visum fuerit. Quando autem placet ipsi ex sua hac potestate extraordinaria remissionem largiri, tunc Secretarius in literis remissionis tantum subscribit; Per Comitem, aut per Ducem, aut per Regem, aut per Imperatorem; sine ampliori additamento, nec addit: ex relatione Concilii aut Cancellariæ. Atque post sigilli munitionem & appensionem ad literas remissionum extraordinariarum iubet Secretario, vt super plica scribat hoc modo; Sigillata per expressum mandatum domini Regis, aut Imperatoris.

7 Remissiones autem † Principum sunt bifariæ; Aliæ enim largiuntur plenariè: Aliæ cum mulcta ciuili. Nam remissiones, quas Princeps elargitur ipso bono die Veneris, hora passionis Dominicæ, illæ omnes regulariter expediuntur & donantur plenarie, sine vllo additamento ciuilis mulctæ. Item omnes eæ, quas Princeps confert in triumphali aliquo lætoque nouo suo ingressu in regionem ac ciuitatem suam. Nam tum omnia remittit ciuilia, corporalia, ac capitalia, quatenus sunt suę Maiestati remissibilia. Idem censendum est, quando Principes fœminæ remissiones largiuntur in lætis suis ingressibus: hoc tantum interest, quod ipsę fœminæ remissionum literas non expediunt, sed eorum mariti Principes. Aliæ vero remissiones quas Princeps † concedit
8 alio quouis tempore, ferè restrictæ ac grauatæ sunt ciuili emenda, siquidem ciuilis aliqua emenda inciderit. † Si quando autem
9 Principi placet crimẽ aut corporale, aut criminale, aut ciuile plane remittere, & absoluere: tum impetranti Reo restituit, reddit, aut certe cõsequi permittit confiscationem bonorum, in quam suo delicto inciderat, modo de ea necdum sit pronũciata sententia, & adiudicata fisco. Nam si fisco adiudicata fuisset, tum ad bonorum recuperationem peruenire posset nunquam, nisi ea lege, qua id in remissionis literis aperte excepisset, ac iis literis hoc iussisset inseri (de
10 confiscatione scilicet sequenda.) † Porro in Francia hac bifaria remissionum distinctione non vtuntur, siquidem eæ leges etiamnum durent, quarum vsum ego meo studiorum tempore in Francia cõspexi, sed ibi Rex & Principes omnes remissiones suas expediunt plenariè, sine vllo additamento pœnæ ciuilis seu mulctæ: sed de iis delictis remissionem tantum elargiuntur, quę sunt
11 remissibilia. † Quum hic remissionum naturam tractemus, velim piè lector intelligas, quod circa remissionem expediendam & largiendam, multa sint obseruãda: nem-

pe facti propositum & voluntas delinquentis, euentus & finis facti, quidque inde euenit, vel euenturum sit, facti modus & circunstantia, qualitas personæ, tempus, locus & similes circumstantiæ. Deinde an factor priùs alio crimine sit grauatus: nam idipsum in supplicatione notificet oportet, & de nouo repetat, etiamsi eiusdem aliàs impetrasset remissionem, & partibus
12 aduersis fecisset satis. Nam † si hoc subticeret, ipsius impetratio seu remissio haberetur subreptitia, obreptitia clandestina, & nulla: Ita Baldus in l. Nemo, in 1. colla. Cod. de Episc. audien. Ex quo dicit And. Sicu. in c. Super literis, in 24 col. extr. de rescript. quòd in ciuitate Bononiensi fuerit maleficus decapitatus, qui impetrauerat gratiam & remissionem secundi homicidii, nulla facta mentione de primo, ac eius impetrata gratia: Ita refert & sequitur D. Iason in l. Nec damnosa, Cod. de precibus Imperat.
13 offerend. † Hoc præterea in remissionibus obserues oportet, quod omnis remissio impetrata præsupponit & includit pacem & reconciliationem Partis, cum satisfactione, si ea facta non fuerit: ideo (vt videmus) communiter Principes solent apponere in gratiis hanc clausulam (satisfactione parti læsæ facta) quæ est etiam consona iuri, & ob quam Principes possunt remittere pœnam corporalem, aut pecuniariam applicandam fisco, sed non pœnam pecuniariam applicandam parti: faciunt quæ dicit Anget. in l. Si docueris, Cod. ad l. Cornel. de fals. Panorm. in suis consiliis, consilio 6. in 2. volu. in 2. dubio. Item includit inte-
14 rinationem † postea faciendam esse: sed
15 antequam interinatio fiat, oportet † vt literæ remissoriæ priùs exhibeantur ad interinationem peragendam commisso, ad illas interinandum, atque hoc intra annum & diem ab impetratione consecuta: alioqui impetrata remissio Reo impetranti nullo modo patrocinari posset, nec vllius esset ef-
16 ficaciæ. Deinde † necessum est, vt impetrans cum remissionis præsentatione sese simul captiuum offerat, & captiuus permaneat donec ipsius remissio interinata fuerit: tum enim personaliter abire licebit, si priùs tamen promiserit & stipulatus fuerit, datis ad hoc fideiussoribus, comparere quouis tempore, & toties, quoties citatus aut admonitus fuerit, vel ipse, vel ipsius constitutus Procurator, & præterea soluere iudicata. Et post hanc promissionem, & stipulationem factam, oportet vt Reus die quo citabitur, omnino compareat & iudicatis obediat. Nam si post talem promissionem, & durante adhuc huiusmodi interinatione remissionis & gratiæ, Reus citatus ampliùs non redeat, nec compareat, plectendus erit ipse fideiussor, sed leuiùs & ciuiliter, vti videre fuerit apud Bartholomæum Chassanæum in suis commentariis super Consuetudinibus Burgundiæ, tit. *Des Iustices & droictz d'icelles*, §. 5. Ex quo loco etiam notandum est, ventilari dubium: An criminosus sic per se captiuus oblatus, relaxari posset cum dicta cautione, annon? cuius dubii solutionem loco su-
17 periori videre licebit. Ad hæc, † quando Rei remissio ad interinationem erit producenda, & ipse denuo citatus fuerit, oportet vt ipse impetrans, Procuratorem generalem, & Quæstorē parricidiarium in Flandria contra se in Iudicium, ad videndum procedere ad verificationem & interinationem prædictam, prouocet & citet: atque etiam Prætorem loci, vbi factum contigit, simul cum parte aduersa, etiam si priùs pacem cum ea habeat; vt omnes ii conspiciant processum & interinationem faciendam intra annum & diem: ne si tacita fieret huiusmodi interinatio, quispiam hinc læderetur, & in alicuius graue præiudicium, aut damnum fieri posset, arg. l. Nam ita diuus, ff. de adopti. l. De vnoquoque, ff. de re iudica. Ideoque si non citarētur, quorum interest interinationem literarū Principis conspicere, præsumeretur ea remissio

clau-

clandestina, fraudulosa, & parti læsæ, vel al-
teri iudici detrimẽtosa, l. fin. C. Si per vim
vel alio modo. fa. in arg. c. Si episcopus, de
præbend. libro sexto. Atque ob hanc cau-
sam prænominati personaliter citandi e-
runt, quod hi quoque remissionibus Rei
contradicere possunt, aut eam accuratè pro
contradictione discutere, an sit subrepti-
tia, hoc est, veritate tacita: & an obreptitia,
hoc est, falsitate expressa, impetrata: & quæ
impetranti diligenter † obseruanda fue-
rint, ne aut in supplicationibus remissio-
nis, aut in interinatione vllum committa-
tur mendacium, aut falsum exprimatur,
cum falsus precator carere debeat impetra-
tis, l. Etsi legibus, Cod si contra ius vel vtil.
publ. Si tamen Princeps concedat alicui
gratiam aut remissionem de plenitudine
potestatis, vel ex certa scientia (quod idem
est) tum non requiritur citatio illorum,
quorum interest: ita tenet Lodouicus Ro-
man in suis consiliis, consilio 369 incipi-
en. Circa principum, in 10 colum. in ver-
sicul. Et huius est ratio. de quo plenè per
Franciscum de Curte iuniorem, in suis con-
siliis feudalibus consilio primo, in 12. co-
lumn. Porrò † si factor & impetrans per
negligentiam oblitus sit intra annum &
diem, suam remissionem verificare, & ad
interinationem exequi, perit tum remissio-
nis seu gratiæ vis, nisi curet sese ab ea negli-
gentia restitui & releuari, quod tum illi fa-
cere licebit. Verum in hoc casu per Can-
cellarios, † Præsidentes, aut similes inue-
ctum introductumque est, vt literas remis-
sionis grauent emenda, qua non erãt one-
ratæ prius, tantum vt talem pœnam seu e-
mendam pro crassa, & supina negligentia
inferant. Similem quoque pœnam aut e-
mendam adiiciunt, quando impetrãtes re-
deunt declaraturi se aliquid per obliuio-
nem subticuisse, aut certè minus omnia se-
se confessos esse, & ampliorem de oblitis
seu omissis remissionem & indulgentiam
21 à Principe de nouo postulant. Omnis † au-
tem verificatio & interinatio remissionum
& gratiarum in Flandria committitur Do-
minis de Concilio: quòd talis omnis in-
terinatio sit Principis, & sic pro verificatio-
ne contentorum in remissione seu gratia,
dirigitur seu delegatur cognitio ipsis (vt di-
xi) Dominis de Concilio, qui habent illam
22 verificationem interinare. † Antequam
hoc caput finitem, explicare volui discri-
men inter remissionem, indulgentiam vel
gratiam. Nam remissiones expediuntur
tantum de homicidiis & aliis capitalibus.
Absolutiones verò seu indulgentiæ in re-
bus vbi nullum defertur homicidium, aut
capitale aliud. Rursum (si externa notare
libet) remissionum literæ expediuntur, &
donãtur cũ chordis sericis, & sigillo viridi:
Indulgentiæ verò cum simplicibus caudis
& sigillo rubro. Deinde ante capitis hu-
23 ius finem, animus erat varias † discutere
quæstiones, non minus vtiles quàm vsu
frequentes: nempe, an Principis introitu li-
berentur qui crimina geminarunt? falsa-
rii, an habeant remissionem in ingressu
Principis? Restitutus gratia Principis an
recuperet officium? Gratia an morte Prin-
cipis expiret? Princeps an gratiam datam
per se possit reuocare? An Princeps possit
eam interpretari? Sed quoniam has D. Ni-
col. Boër. in suis decisi. aureis q. 217. nume.
21. & 22 & D. Barthol. Chassan. in Comm.
suis in Consuetudines Burgundiæ. Rubr.
Des Iustices & droictz d'scelles, §. 5. abun-
dè explicarunt, ideo de his prudens ipse su-
persedeo.

CAPVT CL.

De Reuocatione Exilii.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 150.

1 *Rappella expediuntur in* { *Chordis sericis, vt cera viridi, si exilium fuerat 50. annorum & vltra.* / *Caudis dupl. & cera rubra: si exilium fuerit vltra decem annos vsq; ad 50.* / *Caudis sim. & cera rubra, si exilium fuerit infra decem annos.* }

2 *Exilium pronũciatum* { *Ad instantiam partis, requirit in rappellis interinationem & satisfactionem partis.*
3 *Ad instantiam Fisci, nõ requirit rappellationem grauari debere interinatione.* }

4 *Exules Gandenses Princeps* { *Ciuitate & Patria* } *donat, cum consensu Senatus.*

5 *Exules* { *Brugensium* / *Hyprensium* } *ad certum tempus, Princeps tantum patria donat vsq; ad terminum bannitionis binatus.*

6 *Exules* { *Brugensium* / *Hyprensium* } *sine certo tempore, Princeps absolute liberat, reddens eos & patriæ & ciuitati.*

7 *Volens Brugis rappellas suas interinatas ostendere, cogitur ad limites scabinatus subsistere, donec cum ciuitate conuenerit.*

8 *Cætera exilia Flandriæ Princeps absolutè reuocat, donans exules &* { *Patria, & Ciuitate.* }

9 *Rappellæ exiliorum Gãdensium, nulla* { *Interinatione, aut Satisfactione,* } *grauantur.*

POst promulgatũ alicuius ob condignum meritum exilium, sæpe fit, vt per instãtiam exulis, & ex causa Princeps (cui duntaxat competit, l. Relegati, in fin. ff. de pœ.) exilium remittat, relaxet, liberet, & extincto exilii iure exulantem in priorem statum restituat. Quam Principis gratiam Iura consuetudinaria rappellas vocant. In quib. triplex est varietas, sed ea varietas tantum ab externis oritur. Hæc igitur reuocationũ aut
1 rappellarum literæ tribus † modis expediuntur: nempe, in sericis chordis, & cera viridi: In ligatura siue cauda duplici: Et in simplici cauda: Atque hæc iuxta diuersitatem exiliorum. Omnia enim exilia 50. annorum & vltra, expediũtur in cera viridi & in chordis sericis: Exilia vero 10. annorum & suprà, vsque ad annum 50. expediuntur in caudis duplicibus, & cera rubra: Et exilia infra 10. annos expediuntur in caudis simplicibus,
2 & cera quoque rubra. Atque † in his ai[...] aduertendum est, quum exilium pron[...]ciatum fuerit ad instantiam & persecuti[...] alicuius partis læsæ & grauatæ, tum re[...]cationem exiliorum literæ, interina[...] & satisfactione parti læsæ & grauatæ fa[...]da onerantur, si ea facta nõ fuerit, & in q[...]tum aliqua satisfactio facienda cadat. Si [...]
3 ro † exilium pronunciatũ sit ad instan[...] & petitionem fisci tantum, tunc reuoca[...]num seu rappellarum literæ non gra[...] impetrantem ad interinationem. Cæte[...] hîc nota varietatem exiliorum seu ba[...]rum, iuxta varias ciuitates. Nam de e[...]
4 † Gandaui per Magistratum Gande[...] pronunciatis, Princeps exules sua pat[...] etiam ciuitate donat, quatenus Magi[...]
5 tus hæc consensu suo confirmet. De [...]liis verò, aut Brugis, aut Hypris per M[...]stratum Brugensium & Hyprensium ad[...]

...m tempus & annos edictis, Princeps nul-...s literas reuocatorias seu rappellas largi-...r, nec ab exilio liberat absolute, sed tãtum ...iles patria donat vsque ad terminos ac li-...ites, hoc est, vsque ad Scabinatum ciuita-...is. Cum verò † in iisdem ciuitatibus exi-...a proclamantur citra vllam certi temporis ...istinctionem, absolute absoluit, & ciuita-...e exules donat & patria. Brugenses tamen ...ic expressum habent priuilegium quoad ...uc hodie pacifica possessione fruũtur: Ni-...irum † quotiens impetrans, Flandriã in-...ressus, curat suarum rappellarũ interina-...ionem, tum eandem interinationẽ eidem ...oncedunt, quoad patriam: Nam ciuitatis ...urisdictionem & limites ingredi non lici-...um est, priusquam tempus exilii finitum ...uerit: nisi de hoc cum ciuitate conuenerit, ...uod & Concilium ipsum ita quoque quo-...idie confirmat, sicuti multis exemplis id ...onfirmari ac comprobari posset, nisi bre-...itas temporis nos alio vocaret. † Cætera ...ero exilia in aliis ciuitatibus Flandriæ pro-...unciata, siue ad certum tempus, siue incer-...o tempore definita, Princeps ea remittit, rappellas confert, dulciq; patria donat, & ciuitati restituit, sicut & quoties ipsi libuerit. Hîc illud obiter quoque notandũ est, quod
9 † Gandenses aliquando magno studio impetrare contenderint, ne ipsorum bãnorum rappellæ vlla interinatione grauarẽtur, hoc habentes pro causa, quod casus seu res satis per se manifesta sit, & constet per literas exilii priores, quas vulgo titulum banni vocamus: Deinde, quod ex causa vrgente, & ex inolita hoc habeant consuetudine, vt nulli vnquam exuli ciuitatis priorem libertatem restituant nisi prius satisfacta parte. Atque in hoc studio tantum promouerunt, vt votorum facti sint compotes, & tale impetrarint priuilegium, quo posthac bannorum suorum rappellę amplius nulla interinatione grauantur, sed quoties rappellarum impetrãs, denuo sua patria & ciuitate frui gaudet, ac sese iterum in ciuitatem asserere studet: tum plane necessum erit vt sese submittat Senatui, & fideiussionem statuat de implendo, quicquid per Magistratum de ipsius rappellis arbitrarie decernetur: Atque de his (ne nimius videar) plus satis superque.

CAPVT CLI.

De Appellatione.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 151.

Ex { Propria confessione, / Non propria confessione, } criminaliter damnatus, appellare { Hic non potest. / Hic potest.

In { Concilio Flandriæ, sed / Aliis Senatibus Flandriæ, } in criminalibus { Nulla recipitur appellatio. / Recipitur appellatio sine propria confessione.

In Flandria nulla est reformatio sententiæ criminalis, sed bene exilii.
Concilium Flandriæ largitur exuli literas reformatorias.
In Francia semper obeditur appellationi criminali.
Quæstiones variæ de appellationibus.

Fit sæpenumero, vt Reus in crimine à sen-
1 tentia per se, aut per procuratorem appellet ad alium Iudicem, de cuius clementia forsan melius speret, aut certe cui magis caussam suam fidat. In † quo casu hoc notandum est, quod ex Iure nemo Reus crimi-

naliter conuictus, & damnatus ex propria cōfessione, ab ea sententia appellare potest, sed sentētia prolata, illico pducitur ad actū, & ad executionem, quantumlibet etiam verbis ac clamoribus ad aliud tribunal appellitet, l. 2. & ibi Bald. C. Quorum appel-
2 la. non recip. Si vero ex propria † confessione non fuerit conuictus, & pœna infligenda corporalis foret, tum ipsi Reo appellare permittitur, & sententiæ executio differtur, donec per Iudicem appellationis iterum definitum ac decisum fuerit: atq; hæc ita ex iure, d. l. 2. ad fin. Concilium Flandriæ etiam nullam audit appellationem, vel appellationi non defert, hoc est, neque ob eam vnquam sententiæ executionem differt, quando ea fuit diffinitiua, etiam si proprio ore nil confessi sint, modo probata, legitima, digna certaque probatione conuicti fuerint. Sicut multis exemplis id confirmare possem, & potissimum hoc vno, de
3 Ioanne quodam Faillant captiuo † in Concilio Flandriæ, qui proprio ore nil confessus fuerat, ex legitimo tantum certoque multorum testimonio condemnatus & adiudicatus morti fuit, appellando non deferebatur appellationi. Quod idem etiamnum hodie in eodem Concilio obseruatur, vbi in similibus casibus appellationi non de-
4 fertur. In Flandriæ † vero aliis Senatibus, nequaquam obediunt aut deferant appellationi in materiis criminalibus, maxime in diffinitiuis: quod in iis neminem corporaliter puniri possint, nisi ex sua propria cō-
5 fessione conuictum. Nec etiam † admittunt reformationem huiusmodi diffinitiuarum, ob eandem rationem: quod tamen subinde permittunt in sententiis exiliorum.
6 Nam hoc casu domini † de Concilio largiuntur & expediunt Reo exulanti literas reformatorias, quibus ei potestatem faciunt se tuto & libere posse recipere, & ire per totam Flandriam, excepto tantum loco, vbi
7 exilii sententiam accepit. Porro † in Fran-cia vbilibet locorum, in re criminali post primam sententiam Reo permittitur appellatio, secundum quam Rex vult processum, & personam Ream in Parlamentum perferri, atque ibidem omnia peragi, examinari, expendi & confirmari, vel reformari, vel grauari, vel minui. Atque iuxta hanc sententiam in facto (remissis persona & processu ad priorem Senatum) procedendum esse, vt debet. Omitto interim plures quæstiones, breuitatis studio, quæ hic discuti & examinari suis quibusque locis commo-
8 de potuissent: nempe, Qualiter † appellatio fieri posset in criminali: & à quo posset interponi: & an posset appellationi renunciari? Deinde an quilibet ex populo posset pro absente appellare? Iterum, an in crimine læsæ Maiestatis posset appellari? Et hęc, qualiter Iudex non admittens appellationem, teneatur? Deinde, an valeat statutum, quod in criminali tollit appellationem? Præterea, Si sententia confirmetur per Iudicē appellationis, quis eam mandabit executioni? Item, an Syndicus communis sit citandus, cum appellatur à sententia in criminali? Deinceps, si appellatur in criminali, & appellatio non recipiatur, quid sit faciendum? Insuper, qualiter puniatur Iudex, qui non recipit appellationem, quam recipere debebat, sed sententiam exequitur? Rursum, an appellatione interposita ab vno, & illa pendente, possit contra alios fieri executio? An deniq; Reo moriente interposita appellatione extinguantur omnia? Postremo, an Reo moriente intra decem dies datos ad appellandum crimen extinguatur, & etiam confiscatio bonorum? Quarum abundè meminit Angel. Aretin. in suo tractatu maleficiorum sub gloss. Præsente Caio, quem data occasione videre poteritis.

CAPVT CLII.

De confessione maleficorum.

Summæ rerum tractatarum in Comment. Cap. 152.

nsultatio Magistratuum de capitali pœna malefici.

ntentia capitalis profertur { *Pridie executionis,* *aut* *Eodem die executionis.*

pitaliter exequendo { *Doctor* *aut* *Confessor* } *Ecclesiasticus est concedendus.*

pitaliter exequendo non est neganda Eucharistia.

pitaliter exequendus, non est inebriandus.

nfessorum abusus apud capitaliter plectendos.

confessor reuelare debeat confessionem malefici.

uid faciendum confessori si cogatur ad reuelationem confessionis.

emplum de Parocho qui ex confessione futura exitia præmonuit.

uomodo mala ex confessione sacramentali cognita arcenda erunt.

ob accusationem Confessoris maleficus capi posset.

Ostquam maleficorum facta Magistratui aut per propriam confessionem, aut certa & explorata indicia satis innotuerit & constiterit, tunc Prætor iustitiæ † inister, cum Magistratu consultat aut reiit iuxta admissa, confessa, & perspecta lera (de capitalibus loquor) iustitiam i, & mala secũdum leges patrias ex mano Dei, & Principis puniri, & de factore dinatum supplicium sumi. Cuius requione, & petitione audita, totus Magistra-legibus parere coactus, certa hora conit: facta, personam, causam, finem, occonem, tempus, locum qualitatem, ac nem denique circunstantiam expendit, deliberationem ponit: & de malefici scepuniendo, maturo, graui. luctuosoq; silio consultat, & pro commerito flagipœnam statuit, & de ea, post singulorũ itas opiniones sententiam pronunciat. æ quidem sententia † in aliis locis proiciatur pridie quam maleficus sit puniius, aut certe pridie inter Magistratus ipsos decernitur & confirmatur: atq; postridie (quum plectendus capitaliter erit) ipsi malefico Reo in consessum Magistratus producto, aut publice, aut priuatim eadem sententia pronunciatur. In aliis locis tantum eodem die supplicii sumendi sententia profertur: atq; in hoc nil certi, sed spectandus est vsus regionis, & loci.
3 In hoc † aũt pene omnes conueniunt, vt reum, quem sua vita corporali priuabunt, eundem ad vitam spirituale promoueant & ad resipiscentiam & ad commissorum pœnitentiam & in spem veniæ erigant. Ideo pridie quam patietur, hanc habet laudabilem consuetudinem, vt ad ipsum mittãt parochum, aut alium bonum sacrificum, aut monachũ quempiam cui confiteri possit, & qui ipsius animũ ad cõtritionem permoueat, ad misericordiam diuinam accedat, & ad satisfactionem corporali pœna persuadeat, qui denique Rei pectus sacra admonitione, concione, & piis verbis emolliat, ad dolorem compungat, & Christi facilitatem in remittendo

persuadeat, atque ita ad supplicii locum eundem pie perducat. Ad quem cum venerit totus in hoc sit, vt ipsius animum ad veram contritionem permoueat: deinde ad synceram, puram, minimeq; fucatam suorum scelerum exomologesim & confessionem. Quod vt facilius fiat: scelerum quæ commisit multitudinem & enormitatem ei proponat: & maximam ipsius in Deum ingratitudinem, qui tam potentissimum Deum, tamque pientissimum patrem de nobis omnibus optime meritum ausus sit offendere. Persuadeatque illi opus esse summæ misericordiæ diuinæ, quod in manus & potestatem iustitiæ deuenerit: & nō permiserit Deus illum vel pugna vel alio quouis subitaneo perire periculo: hocque modo Deum habuisse rationem salutis ipsius, vt hac scilicet temporali confusione, tristitia, & dolore, rediret ad cor, mentisque oculos aperiret pœna, quos prius culpa clauserat, vnde & illum moueat vt pro tanto beneficio Deo ex corde gratias agat. Deinde proponat illi Dei misericordiam, qui non vult æternam peccatoris mortem, sed potius vt conuertatur & viuat in æternum, Ezech. 18. qui nullum vere cōtritum ac resipiscentem vnquam despexit, sed benigne recepit reuertentem semperq; consolatus est: paratus omnibus vere resipiscentibus remittere peccata, vt patet in Manasse Rege, in parabola filii prodigi, in Petro, Paulo, Magdalena, Samaritana, Latrone. Et quomodo Christus orauerit pro suis crucifixoribus, quod fuit signum nullos velle perdere si reuertantur ad cor, & in ipso confidant. Testimonia quoque verbi Dei diligenter ei inculcet: vt illud Christi: Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam, Matthęi 9. Et, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis & ego reficiam vos. Matthæi 11. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam. Ioannis 3. Et Paulus: Deus proprio filio non pepercit, sed pro nobis tradidit illum, q[uo]modo non etiam cum illo omnia nobis d[o]nauit, Rom. 8. Et rursus, Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quoniā Dom[inus] Iesus venit in hūc mundum peccatores s[al]uos facere, 1. Timoth. 1. Et Ioannes. Ad[uo]catum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, qui est propitiatio pro pecc[atis] nostris, & non tantum pro nostris, sed et[iam] pro totius mundi. Et quoniam satisfa[ctio] vna est ex partibus pœnitentiæ, persua[deat] illi confessor, vt patienti, libentiq; a[nimo] propter Deum & peccata, quę admisit, te[m]poralem hanc pœnam, mortemque su[sti]neat: dicens ex corde illud Iob 33. Pecca[ui] & vere deliqui, & vt eram dignus non re[ce]pi: Et, quod nihil interest apud Deum, aut quo genere mortis quis moriatur. C[um] ipse Christus innocentissimus acerbi[ssimo] eodemq; ignominiosissimo crucis pa[tibu]lo, pro nobis fuerit interemptus, & la[tro] eodem supplicio crucifragioque sit ad[emptus] vita: qui tamen, quia in cruce pend[ens] morti proximus, scelera sua recogno[uit] confessus est fidens in Christum: mel[ius] illam vocem consolatio[nis] plenam m[eruit]. Hodie mecum eris in paradiso. [De]inde fidei articulos illi reducat in mem[oriam] & præcipue quatuor, videlicet de Ecc[lesia] sancta Catholica, quæ est corpus Chri[sti, cu]ius ipse est saluator & redemptor. In [hac] fide qui moritur, pie moritur. 2, De re[mis]sione peccatorum: quam obtinent vere p[œ]nitentes merito passionis Christi. 3, De [re]surrectione carnis, quod videlicet om[nes] Christi fide morientes: siue flammis a[bsum]pti fuerint, siue aquis præfocati, siue in [rota] aut cruce à volucribus comesti, glorios[o ta]men corpore resurgent, vt cum Christo [re]gnent in perpetuū. 4, De vita æterna, q[uam] promisit Christus in se vere credentib[us &] à suis peccatis resipiscentibus, Pœnite[ntiam] (inquit) & credite Euangelio, Marci [1. Et] rursus, Pœnitentiam agite, appropin[qua]uit enim regnum cælorum. Matth. 10.

atque quoque illum ne mortem metuat quam Christus deuicit, nec posse quenquam mortalium ad vitam introire æternã, quin prius corpore moriatur, atque ita Rei pectus sacra admonitione, concione, piis verbis emolliat, & ad veram in Christo fiduciam inducat, & sic eum ad supplicii locum perducat: vbi cum venerit, admoneat eum vt meliori qua possit voce roget Deum omnipotentem veniam pro illis quos læsit re vel in corpore, siue præsentes sint, siue absentes, denique Iustitiam ipsam, nec putet illum hoc facere, quia cedit ei in maximam satisfactionis partem. Deinde imploret preces & suffragia astantium: quo facto paret se ad mortem, recitando orationem Dominicam cum salutatione Angelica, & fidei symbolo: & inuocata Diua Virgine, Angelo custode, & sanctis omnibus, commendet animam suam Deo, dicens: In manus tuas Domine commendo spiritum meum. Vel: Domine Iesu accipe spiritum meum. Quæ omnia vt faciat felicius ac ocilius imaginem aut statuam paruam Christi crucifixi ipsius manibus inserunt, ad eiusdem Christi acerbam, atque ignominiosam passionem assiduè erigunt, & ad felicem statum animam emigraturã præparare, & Christo lucrifacere contendunt, adeò vt ipsum Reum non deserant priùs, quàm mortis supplicium vita persoluerit. Hanc laudabilem & piam consuetudinem, summa cum diligentia ipse semper obseruari conspexi in nostra ciuitate Brugensi, in multis annis à consiliis immeritus fui. Quæri autem hoc loco solet, an misero Reo, Eucharistiæ sacramentum aut sacra Synaxis, si petierit, largienda sit? Quæ quidem quæstio Augustissimi Imperatoris Caroli Quinti de Capitalibus iudiciis, benigna & Christiana constitutione, soluta est 79. articulo: vbi Reo misero & plectendo petenti & desideranti Eucharistia conceditur: quam etiam indulgent Canonica iura, c. quæsitum, 13. quæst. 2. c. 2. & ibi Panorm. & Scribent. extr. de furt. & in c. Si quis, de pœnitent. Distinct. 7. Quem morem laudabilem quidem & probandum sequuntur hodie pleræque Romani Imperii ciuitates, aliique pii deuotique Magistratus: Atque has dictas consuetudines probatiores, puto, & Magistratibus Christianis digniores, quam illas, quibus Reus plusquam militari ritu ad supplicium producitur. E

5 quibus maximè † mihi videtur improbanda illorum consuetudo, qui Reum longo vini potu ad ebrietatem penè afficiunt, quò minùs sentiat mortis imminentis pauorem & memoriam. Sed hunc abusum sustulit clementissimus Imperator noster, Carolus V. articulo 79. qui idem multa alia absurda, mala consuetudine inuecta sua prudentia aut deleuit aut restituit. Qui etiam articulo † 103. taxat & abrogat quos-

6 dam cõfessorum abusus, qui improba quadam & superstitiosa pietate, ne dicam impietate, confessos Reos ad negandum reuocandumque facinus patratum adducũt, quum intersit Reipublic. vt delicta non remaneant impunita. Fit enim eiusmodi insipientium confessorum importuna pietate, & indulgentia, cæteris ad liberius peccandum liberior occasio. In leuioribus autem criminibus, hoc æquiùs dissimulandum esset, in quibus omnes proniores ad liberandum absoluendumque esse debemus, quam ad condemnandum, l. Respiciendum, § 1. & l. Hodie, ff. de pœn. In grauioribus verò & enormibus atrocioribusque, secùs, l. Si Præses, ff. eo. Nam graue dictum Stratoclis obseruandum est: Ignoscẽdo nocentibus, innocentium salutem custodiri non posse. Et Lycurgus, Nocentium remissio (inquit) improborum studia ad peccandum excitat. Posset hoc loco item moueri quæstio, An sacerdos (quisquis ille fuerit) qui alicuius malefici confessionem audiuit, aut in carcere (vbi captus est) aut extra carcerem (antequam capitur) aut sub patibulo, aut alio loco supplicii, ex quo

quidem confitente percepit ipsum enorme
aliquod facinus destinasse aut certe com-
misisse. Nempe Principis intoxicationem.
Patriæ aut Ciuitatis proditionem. Tem-
plorum aut Ciuitatum incendium, aut to-
7 tius Magistratus inuasionem aut his simi-
lia: An, inquam, † hic sacerdos confessor te-
neatur, aut saltem possit huiusmodi con-
fessionem reuelare Iudici, ipsumque male-
ficum, aut suos complices prodere. Ad
hanc quæstionem omissis longioribus dis
putationibus dico, talem sacerdotem nul-
lo modo posse aut debere reuelare ea, quæ
ipsi in secreta confessione commissa sunt,
nec ante mortem, nec post mortem male-
8 fici, nec vllos complices prodere: † Et si for-
tassis per improbitatem Iudicis ad proden-
dam confessionem cogeretur, nullum non
supplicii genus potius subiret, quam se-
cretum confessionis (quod est de substan-
tia sacramenti confessionis) vlli mortalium
aut verbo, aut indicio proderet. Et si ad
iuramentum veritatis adigatur, tutò iura-
re poterit se nihil eorum scire quæ Iudex
interrogat, & de quibus fieri cupit certior.
Atque ita iurando non peccat. Quod e-
nim scit nescit Nam quod scit vt Dei Vi
carius, nescit vt homo. Atque huiusmo-
di leui inficiatione prudens & minimè san-
guinarius Iudex contentus esse deberet. Et
sacerdos huiusmodi cōfessione audita ante
incarcerationem non deberet esse tam scru-
pulosus, vt suum confitentem nomine aut
indicio proderet aut maleficum accusaret.
Contigit itaque meo tempore Brugis huic
quæstioni non admodum dissimile exem-
9 plum. † Vbi Parochus quidam audiuerat
confessionem cuiusdam malefici, qui non
ita pridem ob sua scelera publicè in eadem
ciuitate correptus fuerat, quique confes-
sus fuit ob talem punitionem passam, se
cum quinque aut sex aliis nefariis nebulo-
nibus coniuratis proposuisse certo die se-
ptem aut octo totius ciuitatis ædes maxi-
mas incendere, & sic totam ciuitatem flam-
mis, & ignibus perdere. Parochus hac con-
fessione percepta, vnum Pensionarium
hoc est, vnum ex consiliariis Magistratus
adit, confessa ipsi (citra vllius nomencla-
ram) explicat, nempe se scire ægrotum
ius confessionem audisset, qui prædictum
facinus cum suis coniuratis certo die p
10 petrare destinasset. Idcirco † iubet vt Ma-
gistratum præmoneat, vt huic malo,
fiat, repagulum obiiciat, & remedia pro
deat. Pensionarius his auditis Paroch
obseruat, quam domum frequentet, i
uestigat. Videt tandem ipsum frequen
adire domum cuiusdam tonsoris chirurg
Pensionarius capillorum præcidendorum
gratia eodem se recipit, quis ibi ægrot
famulo tonsoris cognoscit, qui nullius
ci suspiciosus ait, ibi esse quendam vulne
tum, quem pastor subinde quoque vis
ret, & simul nomen edidit. Pensiona
us his perceptis, & viro cognito de quo
ta tunc erat suspicio ipsum esse, de quo
rochus commemorasset, eundem ad Ma
stratum defert: confessa, comperta, ac su
11 ciosum Reum exponit Disputatur † an
huiusmodi confessionem & ob secuta i
dicia is ægrotus comprehendi posset. I
multum diuque disputata, etiam à Iu
peritis doctissimis tandem in hanc se
tentiam descenderunt, vt ob reuerenti
sacramenti confessionis, dictus Paroch
non amplius rogaretur, & quod ob ge
ralem ipsius accusationem (quæ tam
erat de crimine concepto & non comple
talis ægrotus capi non posset, nedum t
queri, aut executioni mandari: Cum
nim secretum sit de substantia confess
nis: talis Parochi imprudens & temera
proditio, & quæcunque inde cōsecuta s
censenda sunt esse nulla. Quum sac
dos nihil reuelare debuisset, vt in c. Om
in §. Caueat, de pœn. & remis. & in c. Si
cerdos, de offic. ordi. & in cap Sacerdos
pœnit distinct 6. Interim tamen Magis
tus non fuit ociosus, sed ne quid tale p
cul

[pe]rilum suæ ciuitati contingeret, diligenti accura & opera repressit vt per varia compita & vicos disponerent, qui peruigiles agerent circa illa tempora excubias, deinde qui dictum ægrotum diligenter obseruarent, quid ageret, quid moliretur, quibus studiis sese à morbo leuatus addiceret, quibus sociis se adiungeret. Quæ omnia diligenter curata fuerant, ob quæ haud dubie nihil ab illis maleuolis tentatum aut certe perpetratum fuit mali. Porrò si quis plura de hac quæstione cupiat, is legat D. Io. Lupi in suo tractatu De Matrimonio & legitimatione, & M. Godscalcum in suo confessionali. c. de Sigillo confessionis.

CAPVT CLIII.

De Relegatione ad ergastula seu vincula nautica.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 153.

Errabundi damnandi sunt ad ergastula nautica.
Triremium varia nomenclatura.
Nauigandi, remigandique primi institutores seu inuentores.
Nonnunquam pœnæ corporales cõmutantur in relegationẽ ad ergastula nautica.
Relegatio ad ergastula nautica duplex { Perpetua. & Temporalis.
Temporalis non minor sexennio.
Exemplum malæ damnationis ad triremes.
Non est iudicum commutare pœnas ad ergastula nautica, nisi de expressa licentia Principis.
Causa cur & quando mittantur ad ergastula nautica.
13 *Qui ad triremes damnandi sunt.*
Commutantur solum pœnæ criminales in ergastula nautica.
Aliquando Principes concedunt aliis ius ergastulorum nauticorum.
Ad ergastula nautica condemnati, quomodo tractandi, & cuius expensis.
Iudicum officium in transmissione condemnatorum ad ergastula nautica.
Exemplum damnatorum ad ergastula, & eorundem ereptorum.
Pœna eorum, qui damnatos eripiunt.
Cur, & quando agri passim opplentur vagabundis nebulonibus.
Condemnatio ad ergast. nautica, duobus maximè temporibus contingit.
Bella omnium malorum causa.
Præcipua caussa emissionis edicti de ergast. nauticis.
Reipub. interest prouincias à malis hominibus purgari.
Quæ debeant præcedere ante condemnationem ad ergast. nautica.
29. 30 31. *Diuersa malefactorum genera, qui ad ergastula nautica condemnandi sunt.*
Qualificata crimina exemplari punitione plectenda.
Publicæ punitiones, quantum remedii præstent.
Filiorum relegatio ad ergast. nautica per parentes facta.
Miserrima ergastulorum, & vagabundorum vita.
Exemplum cuiusdam validi mendicantis.
Multi relegationem nauticam magis timent, quàm mortis supplicium.
Malefici sese mutuo in syluis exercent perferendis tormentis.

39 *Iudices nostri temporis neminem corporali pœna afficiunt, nisi confessum, & co*
40 *In confessum non sunt aliæ partes iudicis, quam in condemnando.*
41 *Multi malefici, torturas pro ludis habent.*
42 *Supplicii genus apud Germanos non infrequens dictum* Rabraecken.
43 *Exemplum cuiusdam ossifragati.*
44 *Exemplum aliud.*
45 *Condemnatio ad ergast. nautica morte naturali est terribilior.*
46 *Quidam ad nautica ergastula damnati illinc liberari recusant.*
47 *Quidam ad perpetuos carceres damnati, illinc liberari recusant.*
48 53. *An iudicis authoritas per noua edicta Principum tolli possit.*
49 50. *Quædam edicta Caroli V. Imper. in vagabundos.*
51 *Punitio eorum Iudicum, qui Principum edicta negligenter administrant.*
52 *Edictum Imperatoris de validis mendicantibus in violentos extortores, non in mendicantes necessitate, promulgatum est.*
54 *Vbi est certa pœna à lege aut consuetudine statuta, non potest eam iudex augere, aut minuere.*
55 *Facti quæstio in arbitrio est Iudicis, pœna persecutio legis autoritati reseruatur.*
56 *Duplici ratione impeditur Iudex, vt reum à pœna in iure statuta liberet.*
57 *Iudex rei pœnam aut minuens, aut remittens, reddit se suspectum & conscium eiusdem crimi*
58 *Edicta Regia stricte obseruanda.*
59 *Edictorum Regiorum vim in dubium vocantes, inobedientiæ notam incurrunt.*
60 *Consilium autoris de edicto promulgando in opifices vagabundos.*
61 *Opificii prætextus mala multa tegit.*
62 *Consilium autoris ad impedienda mala & delicta nostri seculi.*
63 *Edictum Regis Philippi de commutanda pœna corporali in relegationem ad triremes.*
64 *Idem edictum R. P. extensum ad hæreticos.*
65 *Ab edicto excipiuntur, qui atrocia delicta patrarunt.*
66 *Qui sint condemnandi ad ergast. nautica ad tempus.*
67 *Interpretatio ad eam superioris edicti partem, quæ de hæreticis adiecta est.*
68 *Hæretici pertinaces rei sunt criminis læsæ Maiestatis.*
69 *Amictus seu vestiendi ratio, qua vtuntur condemnati ad ergastula nautica.*
70 *Modus catenandi.*
71 *Victus seu alimenta nautica.*
72 *Dormiendi seu quietis ratio.*
73 *Quare remiges* Forsaires *vocentur Italis.*
74 *Exercitia remigum cum à remigando sunt immunes.*
75 *Qualibet triremis peculiarem habet popinam.*
76 *Peculium nauticum.*
77 *Delicta, quæ in triremibus committuntur.*
78 *Crimen traditionis.*
79 *Pœna seu supplicia in triremibus vsitata.*
80 *Instrumenta quibus coercentur remiges.*
81 *Extraordinaria supplicia.*
82 *Aegrorum curatio in triremibus.*
83 *Mortuorum sepultura.*
84 *Libertas seu emissio, ad tempus condemnatorum.*

...retium pro emissione.
Triirarchus emittere recusans, quibus modis cogatur.
Qui raro difficillimeque emittantur.
Eadem omnium condemnatorum conditio.
Triirarchi indulgentia, qua in nobiles diuitesque pro arbitrio vtitur.

POstquam doctorum quorundam virorum mihi amicissimorum atque perfamiliarium quotidianis interpellationibus sollicitarer ad nouam rursus huius libri editionem, tum ob plurium exemplarium defectum, tum ob sui desiderium, quo à multis denuo desiderari videbatur: Nolui amicorum precibus tam honestis, nec studiosorum æquissimis votis, non morem gerere. Verum priusquã ad hanc editionem me accingerẽ; eundẽ librum noua lectione recognoscere statui. Quod cũ succisiuis horis, per temporis, ocijq; inopiam vtcunq; me perfecisse, existimassem, ac plærisq; in locis tũ quæ superflua videbantur, aut non satis ardebant resecando; tum quæ primis illis editionibus, non inutilia, sed tamen festina, & præcipiti acceleratione omissa videbantur, addendo, lambendo, limandoq; recognouissem: Venit mihi (nescio quomodo ...) in mentem nouæ cuiusdam punitionis criminalis alia præterea quędam species, à nobis in hoc opere prętermissa interim tamen ad praxim hanc nostram criminalem apprimè accommoda & subseruiens. Ea † autem punitionis species est per quã homines nihili, erratici siue errones, sine lare & sine fide viuentes, incertisq; sedibus oberrantes, aut alioqui perditi, noxii ac deplorati, & nefarii nebulones, & Reipublicæ pestes condemnantur ad ergastula, seu vincula (vt vocant) nautica, aut ad triremes. Sed priusquam hanc materiam ingrediamur, operæpretium fore duximus, prius pro clariori istius intellectũ discutere, ac aperire ipsum vocabulum, qui vocentur, & quales sint eæ naues (vulgo *Galeyen*) ad quas nebulones passim condemnari conspicimus. Has autem † naues reperio vocari Latinè à quibusdam, actuarias naues, vt quę non solum velis, sed & remis facillime huc atque illuc flecterentur, & agerentur. Marcellus l. 2. ff. de capt. Alii easdem vocant naues lõgas. Galli vero ex suo idiomate, *Gallees* seu *Galleres* vocant, fortassis à lingua Hebraica, quia *Galal* (vti Hebræi mihi narrarunt) tantum valet quãtum inuoluere. Inde *Gal*, cuius plurale est *Gallim*, id est aceruus, fons, fluctus, vndarũ inuolutio, inundatio. *Galleres* igitur dici videntur, quod ab inundationibus feruent. A b hac materia nostra nõ alienum fore arbitror, si prius aperuero, vnde nauigandi, remigandique ars & principium nobis defluxerũt, quibusve nominibus tũ naues illas appellauerint.
3 † Nauium itaque primum vsum alii Danao tribuunt, qui primus ex Ægypto in Gręciam traiecit. Alii Iasoni tribuũt, qui primus in Ægypto longas naues ædificauerit, quibus postea vsi sunt, cum prius fuissent vsi papyraceis, ac scirpeis, sicut in Danubio lyntribus tãtum. Ego vero Nauium vsum primum referendum puto ad Noam, qui ob futurum diluuium iussus fuerat fabricare Arcam, quæ nauis quandam formam præ se tulit; Quã quidem formam, quodque inuentum, alii postea imitati sunt, ac varias sibi construxerũt nauiũ formas, iuxta varietatem aquarumq; marium aut fluminum adiacentiũ, æstus, turbationes, aut sedationes, deinde pro materiarum parabilitae. Vnde factum videmus, vt alia regio alias naues habeat pro vario vsu, & etiam varias nomenclaturas, vt Cyrenenses primo lembum, Phœnices cymbam, Rhodii celocem, Cyprii circerum, Illyrii scaphas, &c. Successu vero temporum hic nauiũ vsus multum auctus est, & cõmodiores paulatim consabricatæ na-

ues, quibus Dædalus malos, & Icarus vela
attribuerunt. Copas vero remos adiecit. A
quorum remorum distinctis ordinibus di-
stincta sunt & Nauium nomina. Dicuntur
enim Biremes, triremes, quadriremes, &
quinqueremes. Ab ingenti autem onere fe-
rendo, aliæ dictæ sunt naues onerariæ. De
his vide Plinium libr. 7. cap. 56. & Polydo-
rum Virg. lib 3 cap. 15. Porro aut triremes,
aut quadriremes plærunque sunt ad quas
damnari solent validi, inertesq; mendican-
tes, errones, & vagabundi, & quicunque alii
nefarii malefici, de quorum punitione hîc
potissimum agere decreuimus. Vt autem
reuertamur vnde digressi sumus, & nucleũ
rei aperiamus: Sciendum est igitur quoties-
cunque aliquis pro suo delicto merebatur
capitaliter & corporaliter, ita vt mors sequi
4 debebat, corrigi & puniri, licere iudicibus
eundem maleficum vita naturali donare,
5 & † commutare pœnam corporalem mor-
tis, seu vltimi supplicii, in perpetuam, aut
temporalem relegationẽ, in ergastula nau-
tica, idque secundum exigentiam delicti,
aut secundum merita caussæ. Tempora-
6 lem † quidem, sed non minorem quam ad
sexennium. Ne scilicet accidat talis aut si-
7 milis diffi ultas † qualis non ita pridem cõ-
tigit in hisce nostris regionibus de quibus-
dã ad ergastula nautica damnatis, qui quo-
niam non satis cõmeruerant, imo qui non
tam enormia perpetrauerant, vt ad vincula
nautica perpetuo condemnandi forent, ad
ergastula nihilominus naualia condemna-
ti fuerant ad tempus duorum, triũ, aut qua-
tuor annorum, & ad triremes vincti mit-
tebantur. Verum postquam eò peruene-
rant, Monarcha, siue patronus nauium co-
gnoscens sententiam duorum, ac trium
annorum tantum datam, eosdem conde-
mnatos recusabat atq; ad ipsorum Iudices
remittebat. Quod pro mancipatione tam
paucorum annorum nõ poterat satis resar-
cire damnum, & sumptus, quos ferre debe-
bat pro aduehendis, & auehendis iisdem
damnatis. Quocirca ne quando tam perdi-
ti sumptus oriretur, aut ne huiusmodi sen-
tentiæ redderentur illusoriç, statutum fuit
edictis Caroli Quinti Imperatoris, & Re-
gis Philippi euulgatis annis 1554, 1556 &
1561. ne vlli amplius condemnarentur ad
vincula nautica minori tempore, quam sex
annorum. Et vbi delicti enormitas non es-
set tãta, vt relegationem sex annorum non
posceret, voluerunt eosdem potius tunc pu-
niri alia corporali seu exemplari punitione,
quam per prædictam coercitionem ad vin-
8 cula aut ergastula nautica. † Sed interim
sciendum est Iudices non solere huiusmodi
ferre sententias, aut vti tali pœnarum com-
mutatione, nisi expresso edicto, aut diplo-
mate Imperatorum, Regum, Principum
& similium, ipsis mandatum fuerit, vt pœ-
nas capitales seu vltimi supplicii in dictas
9 pœnas nauticas, conuerterent. Idque fere
fere accidere solet, quoties Principibus vi-
sum est comparare & instruere certum ali-
quem numerum triremium ad expeditio-
nem bellicam. Ad quas triremes instruen-
das, & agendas opus est validis atque robu-
stis remigibus, quales in illis locis mancipi-
mis non tam facile comparantur, vt saltem
in iis locis nõ suppetit tanta mancipiorum
copia, aut multitudo, quanta replendę clas-
si sufficiat. Diplomata igitur tunc emit-
tunt, quibus ad omnes passim Iudices, &
officiarios supiores, ac principaliores litteras
dimitti edicunt (qui postea scribant ad o-
mnes alios iudices & Officiarios subalter-
nos, siue illorum iurisdictioni subiectos)
eisdemque Iudicibus, autoritate sua in-
terposita, atque licentia iniungunt, vt sta-
tim & sine mora cum summa diligentia cu-
10 rent corporaliter apprehendi, realiterque
citari omnes & quoscunque vagabundos,
vagos, errones, & sine certis sedibus passim
vagantes, nec non ganeones, nebulones,
mendicosque validos, sine pudore vicatim
mendicantes, & similes Reipublicæ fæces,
11 inutiliaque pondera terræ. Itemque † m
Lit

ites exauthoratos, & post missionem diu per agros, & rusticos grassantes. Hos, inquam, omnes ocius comprehendi, tutoque carceri committi iubent, & vt actionem coram Iudicibus competentibus, & contra illos secundum Cæsareæ, Regiæque Maiestatum & edicta, & diplomata procedant. 15
Idq; summariè, & sine strepitu iudicii, id est, sine formali iudicio. Et vt † pœnas vltimi supplicii commutent in prædictam relegationis pœnam: nisi delicti aut criminis enormitas desideraret exemplarem coercitionem, legalem, ordinariam, extraordinariam, aut statutariam pœnam. Verum hic opus est prudentia, ne Iudex secundum tale diploma Principis quosvis præter delictum ad talem relegationem condemnet, sed † tantum robustos ac fortissimos quosque triremium laboribus aptos, & idoneos. Nullo modo autem infirmos, debiles, mutilos, mancos, decrepitos, insanos, phreneticos, aut similes, quique ob ætatem, aut corporis infirmitatem, atque vitium aliquod nauticis laboribus vsui esse ac sufficere non possint: quemadmodum enim non omne lignum ad ædificandum, aut ad ædificationem est aptum: ita non omne genus hominum deploratorum, siue maleficorum, aptum aut idoneum est ad cōdemnātum ad ergastula aut vincula nautica. Quocirca tales inutiles condemnandi sunt non in relegationem nauticam, sed alia pœna, secundum delictorum rationem, & secundum id quod ius postulat & requirit, & iuxta leges scriptas, aut iuxta locorum consuetudines, aut Principum edicta, siue capitaliter, vt mors sequatur, siue citra mortem. Contingit tamen aliquando, quod Principes huiusmodi biremibus, aut triremibus nō indigeant ad instructionem classis: † ex alia tamen causa, aut ex gratia speciali beneficiariis, aut suis, aut exteris, aut etiam mercatoribus, tam exteris quam suis permittant certum mancipiorum numerum conquirere, quæ ipsis in vinculis & laboribus nauticis, aut ad certos annos, aut ad mortem vsque seruiant, sine vlla liberationis, aut reditus in patriam spe. De his quoque idem faciendum est, quod de superioribus. Nempe vt qui ad tempus ibidem condemnantur, ad sexennium duntaxat condemnentur & condemnati † statim sunt tradendi arctæ custodiæ, vbi secundum Iudicum & Officiariorum discretionem frugaliter erunt alendi. Postea statuetur certus dies, quo transmittendi erunt viriliter vestiti ad certum aliquem portum, in vincula nautica, cum formula condemnationis authentica. Sed in hac transmissione requiritur summa Iudicum diligentia, vt tuto ad eum destinatum portum perducantur. Quô postquam peruenerint, excipiendi sunt ab iis, quibus eius rei commissum est negotium, nempe à classis præfecto, siue patrono, & mox ducentur ad naues, vt inde vehantur ad destinatas biremes, triremes, aut quadriremes. Atq; tum iidem isti commissarii iudicibus nostris, aut ipsorum commissariis tunc præsentibus exoluent omnes vestimētorum & ferramentorum sumptus. Item expensas pro deductione à loco carceris vsque ad locum destinatum, portum seu nauem, exoluent, nempe singulis diebus vnicuique satellitum quinq; stuferos. Et pro vnoquoq; captiuorum singulis dieb. duos stuferos. Reliquos vero sumptus, quos Iudices pro iisdem vagabundis prius expenderunt, eos recuperabunt super executionibus sententiarum officii, & in computum rationalem
16 referent. His omnibus peractis † debent officiarii statim Principi siue Curiæ significare totum rei gestæ ordinem, atque diligentiam in eo negotio adhibitam, simulque præscribere numerum condemnatorum cum ipsorum nominibus & cognominibus. Dixi autem paulo ante huiusmodi cōdemnatos cum summa diligentia, ac tuto ad destinatum portum esse perducēdos, ob exemplum, quod nostra memoria con-

17 tigit, scilicet. † Nonnulli vagabundi ad vincula nautica condemnati, producebantur à satellitib. ad portum destinatum, illinc vlterius mittendi in ergastula præparata: in Ciuitate autem quadam, per quam forte illis iter erat, per maleuolos quosdam vi, atque armata manu fuerunt intercepti, è satellitum manibus extracti, atque in libertatem, seu fugam potius emissi. Vnde factum est vt sententiæ in dictos ergastularios latæ executio fuerit impedita, ipsaq; condemnatio reddita illusoria, summa cum magistratus, iuris, iustitiæque contemptu.
18 De † hoc facto autem quæri posset, qua pœna, quove supplicio huiusmodi violenti extractores sint afficiendi? Omissis itaque tam delictorum, quam pœnarum exaggerationibus, ego eosdem extractores existimo capitaliter esse puniendos, argum. l. 1. ff. de effractorib. & expilat. & l. Ad commentariensem, Cod. de custo. reor. atque glossa singulari ibidem. in verbo, qui fugerit.
19 † Aut certe si quis eos mitius punire velit, ego eos puniendos esse puto iisdem pœnis & suppliciis, quibus iisdem fugitiui fuissent affecti, si ipsos nō eripuissent, nempe eadem ipsorum relegatione in eadem ergastula seu vincula nautica. dicta l. Ad Commentariensem, cum d. glos. in verbo, qui fugerit. Sicut puniendi sunt Commentarienses aut Carcerarii, qui captiuum crimine notatum, sua vel suorum incuria, negligentia aut ebrietate carceribus effractis sinunt effugere, obnoxii enim fiūt tales carcerarii iisdē pœnis, mulctis, & suppliciis, quibus ipse fugitiuus; siue capitalibus, siue ciuilibus, idq; ad arbitrium Iudicis, sicuti & supra meminimus cap. 17. titu. de Carcerariis.
20 † Cæterum hic libet explicare tempora, caussas, ob quas huiusmodi vagabundis agri passim oppleātur, quos ad triremes relegari conspicimus.
21 Tanta † igitur vagabundorum, erronum, perditorūque hominum colluuies primo abundare conspicitur temporib. felicissimis, post longam & tranquillam pacem, & rerū omnium

vbertatem, annonæ fertilitatem. Tu
nim populus licentiore vita, delitiis ac
mni voluptatum genere eneruatus ac p
dissolutus, ad ocia, & ad inertem vitam
uertitur, labores aspernatur & honesta
que exercitia (quibus vita humana fir
tur, & vegetior redditur) fugit, & exo
bet, sese delitiis, compotationibus, po
choreis, reliquisque voluptatibus toto
dunt. Abliguritis vero pecuniis, ad fu
rapinas, & ad latrocinia se conuertunt,
se honestis studiis dare non possunt. I
illud Ouidii: *Luxuriant homines rebu
runque secundis, Nec facile est aquà com
mente pati.* Hinc fit vt multi huiusmod
centia, atque rerum omnium volupta
varietate soluti, & à laboribus auocat
currant, & vagentur regionatim, opp
tim, atq; ostiatim emendicent, rapin
trociniisque sese exercent, non secus,
si principum edicta & Iura passim torp
22 rent. † Secundo vero tantam vagab
rum ac erronum colluuiē per agros pa
grassari conspicimus post bellorum co
ctionem, post pactas inducias, aut post
clamatam pacem. Soluta enim milit
pauci milites à stipendiis militaribus
runque præter spem exauthorati, cu
domum ad labores, opificium suum
cituri referre deberent quo coniugib
beris, familiæ, & amicis victum pa
passim errabundi oberrant, miseros ru
grauant, & opprimunt, quotidianis f
cædibus, latrociniis, adulteriis, lenoc
stupris, rapinis, incendiis, sacrilegiis,
similibusque nefariis ausis sese conta
23 ac potius perdunt, ita † vt non putem
scelus excogitari posse quod bella nost
execranda non pariant. Hæc dum m
pensiculatius mente pertracto, mira
non possum, quid mentis habeant n
Principes nostri Christiani, qui inte
res tam leues, & tolerabiles, tam dira
furiosa in fratrem Christianum non v
tur suscipere bella, vnde tantorum

m oceanus in felicissima regna plerunq;
undatione perrumpit. Profectò de hu-
usmodi Principibus (penè perniciebus di-
eram) nil aliud diuinare possum, quā eos
e aut stolidos, aut insensatos, aut atheos
licèt titulo, verboq; tenus Christianissimi
stissimique haberi velint) qui suis morib.
stentur, se non credere Deum nusquam
on præsentem esse suarum actionum in-
pectorem. Aut certè crediderim Deum eos
radidisse in reprobum sensum, vt tam ob-
inatè contra fraternam Christianamque
oncordiam militare, & infesta signa ferre
on reuereantur sesèque obcæcatis animis
rebere flagella, quibus Deus ad suorum
robationem aut correptionē prorsus abu-
i videtur. Quam execranda autem sint hu-
ismodi Christianorū bella, quamq; fœda,
uamq; indigna Christianis Principibus &
andalosa illis, qui à nostra religione, ac fi-
e sunt alienissimi, luculentissimè nobis de-
amauit ter maximus ille noster Erasmus
oterodam. in libello suo de Querela pacis.
d & nos quoque nonnulla mala, quæ
bellis oriuntur, supra capite 82. de bello
eminimus, & singulorum maleficio-
m punitiones sparsim expressimus. Sed
intermissa redeo. † Quod Principes in-
dū edicta euulgant, quib. vagabundos, &
aleficos ad ergastula nautica condemnari
lunt, præcipua causa hinc oritur, quod †
eipublicæ intersit regiones seu prouincias
ssim purgari maleficis, nempe vt boni ci-
s, & agricolæ quietā, & securam vitam v-
que tutò peragant. in signi l. Congruit ff.
offic. præsid. l. 2. C. quando licet vni sine
d se vindi. vti meminimus supra in no-
o procemio. Vt autem Iudicib. atq; Of-
ariis omnib. ad hanc condemnationem
uticā certa prius præparetur via: † sciant
em Officiarii sibi opus esse certis inquisi-
nib. & obseruationib. potius, quibus v-
ntur ad hāc nauticam missionē. Primò i-
s obseruandum est, quales oporteat esse,
os comprehendi, quosque ad triremes
mitti dignos existiment. Hi autem sunt va-
27 rii. Principio † comprehendi, ac ad nautica
vincula mitti possunt omnes vagabundi,
errones, & quibus nulla certa habitationis
sedes est, quique validi sunt mendicantes,
fortes, robusti, & ad victum & amictum in-
28 terim parandū habiles & idonei. Sunt † his
& alii aliquantò peiores: Nempe, quos vul-
go vocamus Verloren Cremers / verloren
Schoeulappers / ende Ketelaers. Qui sub
prætextu opificii sui & ex consuetudine in-
trant in villas & ædes, quærētes ibi quod a-
gāt seu operētur. Cūq; nihil operis ipsis tra-
ditur, mēsę nihilominus nō secus quàm fa-
miliares ac domestici accūbūt, nolētes illinc
abscedere, neq; ædibus egredi, nisi egregie
pasti. & probe poti: habentes nō rarò sibi ad-
iunctam meretricem aliquam, aut concu-
binam vnam aut alteram. Atq; his non cō-
tenti oblata occasione in absentia patrisfa-
miliâs, aut matrisfamiliâs, famularū oppu-
gnant pudicitiā, & quæ possunt clam surri-
piunt, aut per sua scorta auferri satagunt, ita
vt illinc nemine aut obseruante, aut nō ob-
sistente sæpe exeant alienis bonis onustio-
29 res, quàm intrauerant. Sunt † præterea &
alii superioribus non parū nocentiores, ac
deteriores, nempe exauthorati milites, qui
armati vicatim, & ostiatim mendicātes ob-
errant, sesèq; pro militib. gerunt, eoq; præ-
textu sese in quorumlibet ædes ingerūt, ci-
bum sibi potumq; apponi postulant. Post-
eaq; probe refecti exigunt præterea in via-
ticum nummum, quo inde vlterius scilicet
progrediantur, agricolis & monasteriis in-
festissimi, qui quidē ad vnum omnes, apti
sunt & digni, qui ad ergastula seu vincula
30 nautica, condemnentur Sunt † item & alii,
quos non inepte Mercuriales fures appella-
ueris, qui cum noctu, tum interdiu frumē-
tum, triticum, hordeum, auenā, linum id-
que genus alias fruges ac segetes in agris
hortisque dextero Mercurio deprædantur.
31 Sunt † alii, qui in nemoribus atque etiam
pascuis, ac salub. nouellas & adhuc crescen-

tes plantulas, vimina, aut vetulas, atq; virgulta, & arbores succidunt. Hi omnes, hisque persimiles, veluti inutilia Reipublicæ membra passim comprehendi, & ad ergastula nautica damnari, & exterminari pos-
32 sunt. Cæterum † sceleratissimos quosque fures, latrones, raptores, homicidas incendiarios, parricidas, patriæ proditores, falsos monetarios, hisque similes, ego ergastulis nauticis indignos censuerim, sed eosdem potius in exemplum aliorum (quod de maleficis sumere pœnas, maximi mali sit euitatio, teste Platone de Repub.) plectendos esse secundum leges, secũdum iura scripta, iuxta edicta Principum, aut secundum cõsuetudines locorũ in quibus capti sunt, aut captiui detinentur, de quibus punitionib. capitulatim supra aperte meminimus. Pu-
33 blicæ † enim huiusmodi punitiones nocẽtiores interdum resipiscere cogunt, à maleficiis cohibent, & sceleribus alioqui committendis præsentaneum antidotum prębent. Neminem enim mortalium (sanæ mentis) vnquã fuisse puto, qui asseruerit maleficia non esse plectenda, neque à noxiis vnquam sumenda supplicia. Castigare enim noxam oportet non ob præteritum delictum, cum id corrigi nequeat, sed ne iterum licentius peccet, tum ne ipsius exemplo cæteri quoque peccent liberius. Punienda ergo sunt maleficia, vt vnius pœna metus possit esse multorum, memoratu digna l. 1. C. ad l. Iul. repetund. & notabi l. Capita-
34 lium. §. Famosos, ff. de pœnis. Sunt † præterea & alii Triremibus digni: Nempe quorundam proborum parentum perditi filii, parum morigeri, rerum suarum profusissimi, aleatores, scortatores temerariique pugnatores, qui & parentes, & seipsos tot tantisque implicant & impediunt curis & miseriis, vt suis peruersis morib. præmaturam nõ raro parentib. mortẽ accelerent, aut certe si mortis occasionẽ non prębeant, saltem post omnes paternas correctiones, admonitiones, atq; castigationes salutares frustra susceptas, tandem ad hoc seuerius & extre-mum correctionis & animaduersionis ge-nus inuiti cogantur descendere: suorum liberorum salutem, quasi fortunæ arbitrio committere, nempe, vt cũ Trierarcho certo pacto conueniant de mittendis suis filiis in vincula nautica ad biennium, triennium, aut quadriennium, certumq; pro ipsorum expensis persoluãt pretium, vt vel hoc correptionis remedio corrigantur, & resipiscere discant, ad saniorem mentem, & ad mores meliores redeant, qui sese prius incorrigibiles præbuerant. Atque hoc remedium tam seuerũ à mititate tamen paterna profectũ aliquando tã præsentaneum, & salutare fuisse certa experientia didicimus, vt quidam qui ad annos aliquot huiusmodi pœnæ genere fuerunt coerciti, tãdem facti sunt nõ modo meliores, verumetiã ad maximas atq; præcipuas dignitates euaserint. Quod profectò diuinæ prouidentiæ Christiq; clementiæ ferendũ est acceptum, quia plærique alii in nauticis ergastulis non solum non sint redditi meliores, vt etiam effecti sint decuplò nequiores. Quod nulli mirum videri debet, qui in tam prauorum contubernio tot annos conuersati fuerint. Verissimum enim est illud Dauidis Psalm. 17 Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. Et, Corrumpunt bonos mores, cõuersationes pra-
35 uæ. † Miserrima igitur & omnium deploratissima est isthæc ergastularia vita, vbi tam ægrè emendantur nebulones nefarii: Neque minus, misera vagabundorum, & validorum mendicantium vita, ex qua ad ergastulariam vitam merito eripiuntur, tametsi ipsis vagabundis longe secus videatur, vt suam vitam regalem, ac Sardanapalicam
36 potius existiment. † Referam hac de causa exemplum memorabile: Iuuenis quidam magnam florentis suæ ætatis partẽ in misera atque calamitosa mendicitate cõsumpsit, qui cum pauper & inops per omnes terrarum

...rum angulos peruagatus diu oberrasset, ...ndem in relicta patria opimam satis hæ...reditatē adeptus fuit, scilicet hæreditatem ...is mille aureorū, quæ ad ipsum pro parte ...ta, lege, atq; successionis iure redibat: Ac...citus itaque ex Italia, vbi tum temporis tur...pem, atq; inopē vitā traduxerat, ab iis, qui...bus à defuncto testamenti, voluntatisque ...iæ cura, atq; executio erat commissa, atq; ...n patriam reuersus, honestis continuo (pro ...mutatæ fortunæ facultatibus) vestibus in...duitur, ad proborum virorū consortia per...ducitur, inque tanto fortunæ splendore tri...umphat, & passim dominum agit locuple...tissimū, cōuiuia instruit, ludit aleā, potitat ...strenuè, scortatur, & verè Acolastum agit, o...mniq; voluptatū genere sese contaminans, ...non destitit prius quàm omne patrimoniū ...ligurièdo absumpsisset: Rebus itaq; suis ...omnib. ad hūc modū turpiter intra annum ...profusis, ad pānosas suas vestes priores, & ad ...intermissam suā mendicitatem redit, lætus ...gestillabat, nullaq; nō hilaritatis signa ex...hibebat: quod sibi tanta libertas atq; copia ...esset data, redeūdi ad pristinas solitæ suę vi...tæ sordes & miserias, à quibus, diuitiarum ...pondere grauatus, prius fuerat abductus & ...impeditus. Postquā autem hoc ipsius stolti...tiæ factum multi probi atq; honesti viri gra...uiter culparēt & reprehenderēt, eiusq; pro...digam & deploratā vitam prudēter taxarēt, ...referti milli, qui eū ex Italia euocarāt, hilari ...admodū facie incūctanter respōdit: Felicio...rem potius atque beatiorem tunc se esse ex...istimandum, qui vitæ genus longe secu...rius atque commodius (nempe curis æru...mnisque huius vitæ maximè vacuum) ele...gisset, cum quo nō sit aliud vllum viuendi ...institutū vlla ex parte conferendū. In quo ...(inquit) mendicitatis sectatores totū ter...rarum orbē læti, securi, atq; nullo suo sum...ptu aut incōmodo perlustrant, quiq; cōte...nti modo in hoc, modo in illud sese hospi...tale cōiiciunt, vbi gratis delicatè nutriūtur, ...vbi etiā ad omnē explendā libidinē omnis generis scorta reperiūt: adeò vt nihil eis desit, quod ad voluptatē (in qua summū huius vitæ bonū constituunt) pertinere videretur. Qui postquam tali encomio, vitæ suę genus, eiusq; sectatores extulisset atq; beasset: ad eandē mendicitatem redit, nō secus quā canis ad vomitū aut sus ad cœni volutabrum. Qui si hodie in ea ætate, & robore corporis, quo tum temporis erat, adhuc superesset, is non vnis ergastulis dignus esset. Quæ ipsi tales mēdici nō secus quàm mortem habent exosa,

37 † adeo vt plerunq; decollationē ergastulis nauticis præferāt. Ratio, & causa hæc assignari potest, quod multis leuior videatur, (ob moriēdi necessitatem) mors quæuis subita, quàm illa nautica tam diuturna, totq; suppliciis assiduis excarnificata. Et si diuersum sentiāt qui nō ita diu vagabundorum consortia frequentarunt, quiq; in ipso impuræ huius vitæ limine in Iudicis manus potestatemq;, gladio, furca, igne, aut alio huiusmodi supplicio plectendi, deuenerunt. Istis.n. cor nondū est obfirmatū, neq; induratus animus ad extrema vitæ supplicia sine metu & timore perferēda. Sunt tamen alii innumeri, qui diutino huius generis erronū seu nequā & flagitiosorum hominū congressu, vsu, & familiaritate quandā sibi malefaciendi assuefactionē atq; habitū cōpararūt. Qui quoties ipsis est aliquid temporis vacui à depredationib. atque à latrociniis, (ne nihil agāt, neve à scelerib. vacent aut ferientur) nō abstinent. Et interim cū cōsortib. suis siue nequitię sociis,

38 aut potius magistris & pręfectis, † in syluis, locisq; ab hominum frequētia secretis sese mutuo exercēt virgis, cordellis, aqua, idque genus aliis tormentorum modis, vt cōprehensi aduersus torquēdi quæq; genera sint confirmatiores, ac obstinatiores. Hinc sæpe fit, vt dum torquentur, taciti, & immoti, nō secus quam Marpesia cautes, torturas omnes, quæstionesq; sufferāt, éque iudicum manibus sontes sæpe ita torti elabantur: ferè enim pro more habent huius nostri tem-

39 poris in inferiori Germania tribunalia, † vt neminē afficiant corporali pœna, nisi prius, aut vltro ante tormenta, aut inter quæstiones delictum confiteatur, & in eadem confessione à quæstionibus libere remotus permaneat. Qua quidem iterata confessione peracta, nulla amplius cadit appellatio. In

40 confessum † .n. (quod in iure pro maxima obseruatur) nō sunt aliæ partes iudicis, quā in condemnando, l. Proinde, ff. ad l. Aquil. l. finali, 1. responso, ff. de custod. reor. & l. Cum reis, C. de pœnis, de quo supra latius memini, cap. 34. tit. De respondendo pede ligato, num. 5. Huiusmodi autem deploratorum hominum Principes, siue potius archididascali efficiuntur illi, qui sępius comprehensi, atq; post varia torturarum genera fortiter & constanter tolerata, tandem tamen ob præfractum, obstinatumq; silentiū

41 euaserunt. † Nam huiusmodi torturas pro ludis, & iocis tandem habentes, iterū se pessimo vitæ generi dedunt. Hi itaq; fidentes animis, atque in vtrunque parati, Seu versare dolos, seu certæ occumbere morti, vt ait Poeta. Hi, inquam, vbi sunt comprehensi mortem pro nihilo ducunt. Si enim gladiis colla præbenda sunt, alacres ad mortē tam momentaneam accedunt, atque ventum chalybeum ioco appellitant. Si vero suspendio vita terminanda fuerit, iugulum sacculi instar constringi ridendo dicunt, atq; momento vitā extingui. Si vero igne puniendi sint, aut prius strangulantur, quam flamma immittatur (quod suspēdio vix est grauius,) aut viui exuruntur. (quod maxime formidandum esse videtur) parum tamē hoc supplicio terrentur, quod ipsorum memoria fumo. flammaq; superueniente statim deficiat, spiritusque suffocetur: eaque de causa mali totius sensum breui tēporis spacio, vnà cum vita amittunt. Porro si qui propter delictorum atrocitatē ferrea catena ad palum religentur, paruo lentoq; igne circum extructo, aut ferreę cauęę, subiectis flammis includantur, vt pœnæ magnitudo metum mortis & ipsis, & aliis adaugeat, ne ... quidem supplicii seueritas ipsis tam ... midabilis, quam est ergastulorum ... rum durabilis & perpetua calamitas. ... pliciorum enim grauitas temporis bre... te statim finitur, ergastulorum plus ... est diuturnior. Quod si meruerint ill...

42 rendum & fere † inhumanum supplici... nus, dictum Germanicè Radbraech... nè ossifragium, vel rotifragium, vt ipsi... ossa membratim (quod fit in brachiis, ... pulis, pectore, dorso, collo, femore, ... luxatis) confringantur, rotæq; imposi... altum sufferantur, vt ibi vino & pane ... sito (quibus tamen vti non possunt) ... lerabiliori pœna, siti videlicet & inedi... dem intereant, & conficiantur, ne ho... dem suppliciorū genere perterrentur ... per ea suis miseriis cito finem impo... iri credant, quod tamen supplicii ge... pœnæ enormitatem atq; inhumani... supra modū humano ingenio terribile ... detur atque extimescendum: superui... enim nonnunquam, 5, 10, 15, 20. inte... 24. horis, vt nonnulli latrunculatore... tiscii & experti nobis aliquando nam...

43 Et simile † exemplum recitare solebat ... mes Nassouius Henricus, Caroli V. Im... Archicubicularius de Iudæo quodam ... gustę hoc supplicii modo ob grauissim... licta affecto: cui cum non poterat persu... ri, vt præuia peccatorum cōfessione se ... ti, iamiam imminenti præpararet, rotę ... impositus Postquam autem aliquot h... ibi moriens consedisset, conspiciens ... mercatores aliquot ad vrbem propera... continua pluuia & imbre madefactos, ... dem ad sese conuocans, orabat vrbis A... stiti vt nunciarent, paratum se esse pec... (vti hominem decebat Christianum) ... fiteri. Cumque ad locum Antistes reu... set cum magna populi caterua, ad ... nouitatem, tum spectaculum excitata, ... dere aduenientes multo maxime cœpit, ... ludificare, inque proposito pertinacius ...

ma...

ansit. Rogatus vero, cur tandem illuc eos
ocasset: Nimis, inquit, commode ageba-
s vestris in ædibus, ego vero in maximis
corpora defunctorum non debent rem-
re insepulta. c. Ebron. 13. q. 2. Facit l. S-
ptus hæres, in vers. finge enim, ff. de reli-
sumptibus funerum. Propterea argu-
tantur, Corpora (maxime Christianoru-
minime debere in patibulo, in rota, au-
13 furca relinqui. His † tamen non obsta-
bus, contrarium est censendum & sustin-
dum. Corpora debere relinqui in patib-
in rota, aut in furca, per textum in c. D-
que quam sit inseparabile 7. q. 1. iuncta
dem bona glossa in verbo, memoriale.
enim quę generant materiam mali, iub-
tur publicè exponi vt aliis terror incut-
& c. Mãdamus, 9. quęst. 3. quibus capit-
notatur quod aliqua affiguntur publicè
in d. c. Denique, ibi lamiæ ductiles in al-
ad

ad terrorem oculorum: ne similia perpetrent: vt videmus oculata fide corpora suspensorum patulo remanere in patibulo, in furca, ac etiam capite truncatos velut truncos ad patibulum deferri: & hoc vt publicè omnibus illac commeantibus in memoriā cōmissorum pateāt, vt pœna vnius sit multorum metus, aurea l. 1. C. ad l. Iul. repetun. l. Capitaliũ, § Famosos, ff. de pœnis. His conformis est glossa in verbo Pertimescat, in c. Sicut. ext. de iureiur. vti memini supra in procemio, numero 9. ad hæc vide D. Abbatem Panor. in c licet, in principio & fine eiusdem columnæ, extra de elect. Licet videatur obstare c. Mulier 15. q. 1. Quod habet, Mulier quę accesserit ad omne pecus, & vult ascendi ab eo, interficietis mulierem, & pecus morte moriatur: rei enim sunt. Quæritur quomodo sit reum pecus, cum sit irrationabile, nec vllo modo capax legis est, Idem pecora inde credendum est iussa interfici: quia tali flagitio contaminata, indignam refricant facti memoriam. Vide ad plenum & abunde huius quæstionis solutionem, quam posui supra Cap. 96. De peccato contra naturam, numeris 14. & 15. & causa breuitatis omisi.

CAPVT CLVI.

Casus in quibus pœna mortis specificè à lege est imposita.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 156.

Lapidans Christianum in Christi contemptum, est morte puniendus, vt infra sequitur.

Virginem rapiens, idolis sacrificans, officia turbans diuina, contra naturam luxurians, scienter rebaptizans, & qui in lapide crucem sculpit, morti debent tradi.

Muricem emens, & purpuram tingens, muros violans, ciuitatis & proditor principis, puniuntur pœna mortis.

Parricida, homicida, pacis violator, seditiosus, domini proditor, dominam adulterans, adulter, condemnandum emittens, morte plectendi sunt.

Carcerem priuatum tenens, furcas erigens, commilitonem feriens, & in bello fugiens, morti addicuntur.

Sacrilegus, depradator, moneta falsificator, bruto subiecta & incendiarius est morte puniendus.

Hostes adiens, seditioni fauens, patriam prodens, viarum aggressor, & pupillæ corruptor, morti traduntur.

Turbator pacis, hostibus arma prabens, leno carcerem frangens & captiuum dimittens, morte plectuntur.

Prægnantem necans, cædis auctor, malandrinorum receptator, debilitatem fingens & ripas destruens, morti subduntur.

Iudex matremfam. in publicum vocans, falsum instrumentum immunitatis conscribens, plebei, liberi, & humiles persona, & serui saluti dominorum insidiantes, pueros alienos furantes, Castra & ciuitates inuadentes, permittentes venire hostes, quos prohibere debuerunt, facientes vastum in campis de nocte, abstrahentes aliquem de religione, extremo supplicio afficiuntur.

AT quia diuersitas factorũ exigit diuersitatem pœnarum, l. Si seruus, ff. ad l. Aquil. ideo colligendi sunt casus, in quibus per legem imponitur pœna mortis, & casus quibus citra ademptionē vitæ pœnę veniunt infligendæ. Præmittendum est igitur quod delicta quatuor modis cōmittuntur, scilicet facto, dicto, consilio & scriptura, vt l.

Ex maleficiis, ff de actio. & oblig. & l. Aut facta, ff. de pœnis, & in quolibet reperiuntur casus mortis, vt patet.

1 Qui Christianum odio nominis Christiani lapidat, mox flammis dedendus est, & cum omnibus suis participib. concremandus, l. 2. C. de Iudæis & cælicolis.

2 Qui virginem, maxime Deo dicatam, vel vxorem alterius rapit, & qui ei auxilium, inuasionis tẽpore, præbuerit, mortis damnatur supplicio, l. vnica, C. de rapt. virg. seu viduarum nec non sanctimonialium. Huius meminimus supra tit. de raptu, cap. 95. in omnibus fere numeris, eò studiosus lector recurrat.

3 Qui idolis sacrificat, gladio vltore sternitur, facultates perempti vendicantur fisco, vt l. 1. C. De paga. & sacrificiis, & templis eorum.

4 Qui officia diuina dolose turbauit, capitali supplicio punitur, vt l. Si quis in hoc genus sacrilegii, C de episcop. & cleric.

5 Qui contra naturam luxuriatur, gladio vltore exquisitis subditur pœnis, l. Fœdissimam, & l. cum vir nubit in fœminam, C. ad l. Iul. de adulter. & stupro. quemadmodum supra prolixe meminimus, tit. De peccato contra naturam, cap 96 per totum.

6 Qui scienter rebaptisauit, tam rebaptisans, quam rebaptisatus vltimo supplicio percellatur, vt l. 2. C ne sanct. Baptis. iteret.

7 Qui in silice signum Crucis, in vilipendium diuini Numinis sculpit, pœna mortis mulctatur, l. vnica, C Nemini licere signum saluatoris Christi humo vel in silice seu marmore aut insculpere, aut impingere.

8 Qui emit muricem, & tingit purpuram, fortunarum suarum, & capitis subibit discrimen, l. 1. C. Quæ res vendi non possunt: & qui vendere vel mercari vetantur.

9 Qui muros ciuitatis violat, capite punitur, vt l. finali, ff. de rerum diuisione.

10 Proditor principis vel conspirans in eum, vel in dominum suum, temporalem, vel spiritualem iurisdictionem habentem, puto Comitem, Episcopum, vel Baronem ... subest, vt maiestatis reus vel quasi, gl... feritur, omnibus eius bonis fisco addit... eadem seueritate voluntatem sceleris, ... effectum puniri iura voluerunt, vt l. Q... quis, C ad l. Iul. Maiest. prout late tra... uimus supra titulo, De crimine læsæ Ma... statis temporalis. cap. 62. num. 1.

11 Parricida, seu homicida parentum, ins... tus culeo, cum cane, & gallo gallinaceo, ... vipera, & simia, & inter eas ferales angu... comprehensus serpentum cõtuberniis ... sceatur, vel in vicinum mare, vel in amne... proiiciatur, vt omni elementorum vsu vi... carere incipiat: & ei cælum superstiti, te... mortuo, auferatur, l. Vnica, C. de his qui ... rentes, vel liberos occiderunt: vti late d... ximus supra tit. de Parricidio, cap. 87. nu... 1, 2, 3, &c.

12 Homicida quicunq; quod fecit exp... l. Nemo deinceps, C de ẽpisc. audient... eiusdem, §. legis, versic. sed solent. ff. ad l. Cornel. de sicar. & Apocalyp. 13. cap. de ... satis abunde tetigimus supra tit. De cæde ... homicidio, cap. 67. numeris 1, 2, 3, 4, 5, 6, ... 8, 9, & 10.

13 Qui pacem iuramento firmatam fra... occidendo vel vulnerando, capitalem ... ire debet sententiam, vt c. 1 §. Si quis ho... nem, de pace tenenda & eius violat. in v... feudo. Tetigi supra cap. 108 tit. De p... ac induciarum violatione, num. 2 3, 6, 7.

14 Qui prouocat tumultum & clamore... in populo, dicendo, Viuat vel Moriatur, d... bet mori pœna seditionis, vt l 1. & 2. C. D... seditiosis, & de his qui plebem contra Re... publicam audent colligere. & l. Qui co... ff. ad l. Iul. de vi public. vti ad sacietatẽ m... minimus supra titu. De seditionib. cap. ... num 5, 6, &c.

15 Si seruus Dominum prodit, id est, si sa... ti domini sui insidiatur, igni crematur, ... Capitalium, §. Igni, ff de pœnis.

16 Seruus dominam vitians, id est, qui cu... domina concubuit, debet comburi, & ...

...ina decapitari, vt l. Vnica, C. de mulier. ...e seruis propr. se iunxerunt.

Adulter, siue qui adulterium committit, ...s est mortis, nam sacrilegus nuptiarum ...adio puniri oportet, l. Quamuis adulterii C. ad l. Iul. de adulter. & stupro, vt licet ...dere supra, tit. De adulterio. cap. 89. numero 48.

Commentariensis, qui reum mortis eua...re permisit, subit supplicium, quod qui ...git esset subiturus, vt l. ad Commentari...sem, Cod. de custod. reo. huius memini...us satis abundanter, tit. De carcerariis si...commentariensibus, cap. 17. num 7.

Qui priuatum carcerem facit, tanquam ...sus maiestatis violator, vltimo subiun...ndus est supplicio, l. Vnica, in fine, C. de ...iuat. carcer. inhibēd. vt sufficienter tradi...mus supra tit. De priuatis carceribus faci...dis, cap. 64. num. 1.

Qui sua auctoritate erigit furcas, vel cum ...priuatus vtitur imperio, vel insignia, seu ...præsentātia magistratum gerit, quia istud ...crimen læsæ maiestatis, capite punitur, ...3, ad finem, ff. ad l. Iuliam Maiest. & l. ...§. Qui se, ff. ad l. Corn. de fals.

Miles qui sociū, commilitonē ferit, id est, ...percutit: (nam ferire proprie est cum ...) caput amittit, l. Omne delictum, §. ...uis, ff. de re militar.

Qui Præposito, vel duci, vel potestati, vel ...pitaneo illius terræ manus intulit, capi...puniendus est, d. l. Omne delictum, §. ...i manus.

Iudex qui substraxit publicā pecuniam, ...itali animaduersione plectitur, vt §. I... lex Iulia peculatus. Institut. de public. ...ic.

Miles qui fugit in bello integra acie, capite ...tendus est, d. l. Omne delictum, §. Qui ...cie, ff. de re militar.

Qui maius sacrilegium faciunt, aut viui ...runtur, aut in furcas suspenduntur, vt l. ...rilegii, ff. ad l. Iul. peculat.

Qui actor rerum priuatarum, vel castal... dio, vel procurator Cæsaris subiectum deprædauit, viuus publicè concrematur, vt l. Vniuersi. C. vbi causæ fisca. agantur.

27 Qui monetam adulterauit, seu falsificauit, flammarum exustionibus mancipatur, l. Si quis nummos, C. de fals. monet. & l. 1. eodem tit. sicuti satis deduximus supra tit. De monetæ adulteratoribus, c. 65. nume. 1. vsq; ad numerum 11.

28 Mulier quę se animali bruto subiecit, interficitur vnà cum bruto, vt c. Mulier. 15. q. 1. cuius supra mentionem fecimus, cap. 96. tit. De peccato contra naturam, numeris 7. 10. 13. &c.

29 Qui in ciuitate vel oppido incendium facit, vinctus, verberat⁹ igni necari iubetur, si modo sciens prudensque id commiserit. Si vero casu, id est, negligentia, aut noxam sarcire iubetur, aut si minus idoneus sit, leuius castigatur, vt l. Qui ædes, ff. de incend. rui. & naufrag. & l. Capitalium, & §§. sequentibus, ff. de pœnis. meminimus supra Cap. 103. tit. De incendiariis, n. 8. vti percium videre poteritis.

30 Qui ad hostes confugit & eis consilium manifestat, aut viuus exuritur aut furca suspenditur, vt l. Si quis aliquid, §. 1. ff. de pœnis, & l. Penultima, §. sunt quidam, ff. de extraord. criminib.

31 Qui fautores seditionis fuerint, in furcā tolluntur, aut bestiis subiiciuntur, aut pro qualitate dignitatis in insulam deportātur, vt d. l. Si quis, §. Auctores, ff. de pœnis.

Qui proditor fuerit patriæ, capitali supplicio animaduertitur, vt l. Fallaciter, §. finali, ad finem, C De abolit.

32 Latro in insula, vel nemore, vel infrequentatis itineribus deprędans, capite punietur, vt l. Capitalium, §. Grassatores, ff. de pœnis. vnde supra cap. 86. tit. De Latrociniis, num. 8. &c.

33 Publicus & famosus fur, in illo loco in quo furatus est, furca figendus est, vt d. l. Capitalium, §. Famosus, ff. De pœnis. Et Bald. in c. 1. §. iniuria, versic. Seu furtum.

De pace iuramento firmanda. in vsib. feud. vbi etiam enumerat alios casus, quib. quis venit laqueo seu furca suspendendus.

35 Qui eam cuius tutor est, corrumpit, deportatur, & eius bona fisco cōfiscantur: quāuis eam pœnam debuerit sustinere, quam Raptori leges imponunt l. Vnica, C. Si quis eam cuius tutor fuerit corruperit. Hanc materiā satis amplè tractauimus in nostro *Pupillorum patrocinio, tit. De tuto, & Curato munere, cap. 10*, num 71, 72.

36 Qui manus sibi infert, nec factum peregit (nisi impatientia, tędio vitæ, furore, aut morbi, luctusve alicuius, vel alia causa fuerit) capite puniendus est, l. Si quis, §. finali ff. de pœnis, & l. Omne delictum, §. Qui se vulnerauerit, ff. de re militar. Vide supra cap. 88. titulo De homicidio suiipsius, n. 1.

37 Miles turbator pacis, capite punitur, l. finali, § Finali, ff. de re militar.

38 Qui fulcit hostes, vel vendit eis arma, capitalem pœnam subire debet, bonis eius vniuersis fisco adiectis, l. nemo alienigenis, C. quæ res export. non debeant.

39 Puellam tenens in prostibulo seu lupanari, nouissimum sustinebit supplicium vt occidatur, vt in Authent. de Leno. §. Præconizamus, collat. 3.

40 Qui homines castrat, capite punitur, vt l. 1. C. de Eunuchis.

41 Qui effracto carcere fugit capite punitur, vt l. Milites agrum, §. eius fugam, ver. eum tamen qui carcere, ff. de re militar. & l. 1. ff. de effractor. & expilator. quod si per negligentiam custodum euaserint, mitius puniuntur, vt ibidem tractauimus supra, cap. 18. tit De effractione carceris: num 1.

42 Miles custos, qui captiuum dimisit, capite punitur: Eadem pœna tenetur. qui eum quem custodiebat deseruit, & d. l. Si quis aliquid ex metallo, §. Miles. ff. de pœnis.

43 Qui prægnantem mulierem necat, summo supplicio afficitur, d. l. Si quis aliquid, §. Qui abortionis, ff. de pœnis.

44 Aggressuræ & violentiæ auctor vbi cędes facta est, capitale supplicium excipiet, [...] Quoniam multa facinora, C. ad l. Iul. [...] vi public. vel priuat.

45 Malandrini, & musellantes, vel rec[...] tes buccellarios, scilicet latrones qui a[...] mis incœperunt, puta a bucella panis, [...] rius, quia ponunt in ore captorum lig[...] pilam, aut quid huiuscemodi, vt mo[...] ment, capitali supplicio ferientur, vt l. [...] nali, eod. tit C. ad l. Iul. de vi publ. vel pr[...] uat. & l. 1. & 2. C. de his qui latro. occul[...]

46 Miles qui, ne pugnet. languorem [...] lat, & debilem se fingit, contumacia [...] in milite capite punitur, d. l. Omne, §. co[...] tumacia, ff de re militari.

47 Iudex qui matrem familias in publi[...] vocat, capitali pœna plectetur, vt l. [...] C. de offic. diuers. iudic.

48 Qui Nili aggeres, id est, ripas destru[...] in ciuitatib. maris vt Ianuæ & Veneti[...] sas publicas destruit: quia idem [...] sequitur, qui in Ægypto de aggeribus [...] flammis consumitur & concrematur, [...] ius participes sine spe veniæ deportan[...] Vnica, C. de Nili aggeribus non rump[...] Hanc tetigi materiam supra cap. 5. titulo [...] aggerum ruptoribus, num. 3.

49 Qui falsum instrumentum immuni[...] conscripserit igne est comburendus, l. [...] De immunitat. nemi. conced lib. 10 [...] supra cap. 122. tit De falsitate scripto[...] num. 1, 2, &c. vbi satis, reperire haud [...] lector poterit. Infinita suppeditabunt [...] quentes lectiones supradictorum & al[...] torum capitum.

50 Plebeii, liberi & humiles personæ, [...] quoq;, qui saluti dominorum suorum [...] diati fuerint, igni cōcremantur, vt d. l. [...] pitalium, §. Igni, ff. de pœnis.

51 Qui furantur pueros alienos, gladio [...] sumūtur, vt l. fi. C. ad l. Flauiam de pla[...]

52 Qui inuadunt castra, ciuitates vel [...] da, vt rei maiestatis decapitantur, vt l. [...] Quo armati, & in ver. loca ve occupe[...] ff. ad l. Iul. maiestat. & l. Eorum, in glos[...]

Qui permittit venire hostes quos ratione officii debet prohibere, viuus comburitur, l. Si quis barbaris, de re militar. lib. 12. C.

Qui facit vastum in vineis vel campis de nocte, à quolibet impune occiditur, l. 1. C. Quando liceat vnicuiq; sine iudic. se vindic.

Qui abstrahit aliquem de religione, puta rapientes nouitios à fratribus, capite punitur, vt l. Eum, C. de apostatis. Et vt tandem cum illo Virgilii loquar in cæteris delictis & pœnis:

Non mihi si lingua centū sint, oraq; centū,
Ferrea vox, omnes scelerū cōprēhēdere formas,
Omnia pœnarū percurrere nomina possem.

Iure autem diuino casus quibus quis condemnetur ad mortem, Leuitici 21. cap.

CAPVT CLVII.

Casus in quibus pœna citra mortem specificè à lege est imposita.

Summæ rerum tractatarum in Commentar. CAP. 157.

[Pœ]nœ citra mortem [s]unt, quæ aut
- *Seruitutem iniungunt, id est. libertatem adimunt, vt est*
  - *[C]ondemnatio in metallum: vel*
  - *In opus metalli, cuius pœna loco solent hodie de cōsuetudine damnari in perpetuū remigium marinum, vel ad tempus.*
- *Ciuitatem auferunt, vt proximis casibus sequitur*
- *Exilium dicitur triplex: scilicet aut*
  - *Ceterorum locorum interdictio.*
  - *Lata fuga, vt omnium locorum interdictio præter certum locum.*
  - *Insulæ vinculum, id est, relegatio in insulam, vbi non stat cum hominibus.*
- *[C]orporis coerctionem continent, & cætera pœna pecuniaria, ad æstimationem spectabilium Iudicum, erga eorum personas, quos culpa reddit obnoxios, vsq; ad tres auri vncias spectant.*
- *Veluti aut*
  - 4
    - *Fustium admotio.*
    - *Flagellorum castigatio.*
  - 5 *Vinculorum verberatio.*
  - 6 *Damnum pecuniarium cum infamia.*
  - 7 *Dignitatis alicuius depositio.*
  - 8
    - *Alicuius actus prohibitio.*
    - *Deportatio, & omnium bonorum publicatio.*

Præter pœnarum supradicta genera, sunt nonnulla alia quib. citra ademptionem [vi]tæ magistratus aut præsides afficere quēq; [s]uū possūt. Et sunt pœnę quidē quę seruitutē iniungūt aut ciuitatē auferūt, aut exi[lium], aut corporis coertionē continent, veluti [fus]tiū admotio, flagellorum castigatio, vin[cul]orū verberatio, aut damnū pecuniariū cū [inf]amia, aut dignitatis alicui' depositionē, [aut] alicuius actus prohibitionē cōtinent, vt [si] quis forte § finali. cū duab. legib. seq ff. [de] pœnis. Et nota quod pœnę, psonales, sc. [ab]sisiones vitę & membri requirūt actum [con]summatū: Sed pœnę minores, vt hę quæ [seq]uūtur, nō requirūt actum cōsummatū, sed inchoatum, vt l. 1. §. qui puero, ff. De extraordin. crimin. vbi dicitur, perfecto flagitio punitur capite, imperfecto deportatur vt supradictum est.

1 Prima pœna, † est seruitutis iniūctio, quæ adimit libertatem, vt puta si quis in metallum, vel in opus metalli damnetur, vt l. Aut damnum, § est pœnæ, ff. de pœnitent. Cuius pœnę loco soleat hodie de consuetudine damnari in perpetuum remigium marinum, vel ad tempus, secundum criminum qualitatem, vt solent illi qui nōdum viri potentes virgines corrūpūt, aut qui abortionis aut amatoriū poculum dant, aut qui viui testamētum aperuit, recitauerit, aut si quis instrumētū litis àpro-

curatore aduersario proditum esse conuicerit, aut quicunque instrumenta penes se deposita alteri altero absente reddiderit, vel aduersario prodiderit. Humiliores enim ad metallum damnantur, honestiores vero deportantur, l. Si quis aliquid, §. qui nondum, vsq; ad §. Iudices, ff de pœnis. Huius meminimus supra, cap. 151. tit. de Relegatione ad ergastula seu vincula nautica, num. 5. &
2 seq. Secunda pœna, scilicet ablatio † ciuitatis consistit his proximis casibus supradictis, vt d. l. Si quis aliquid, & l. Quidam, ff.
3 De pœnis. Tertia pœna † est exilium, qua damnantur hi, qui vulgo se iuuenes appellantes in quibusdam ciuitatibus turbulentis acclamationibus sese accommodant, si semel correcti in eisdem deprehendātur, vt l. Capitalium, §. Solent, ff de pœnis, & l. Exilium, ff. de interdict. & releg. vbi dicitur quod triplex est exilium: scilicet aut cæterorum locorum interdictio; aut lata fuga, vt omnium locorū interdictio, præter certum locum; aut insulæ vinculum, id est, relegatio in insulam, vbi non stat cum hominibus. Sed exilium proprie dicitur deportatio, improprie autem relegatio, vt glos. in d. l. Exilium. Et sic est capitalis damnatio, vbi mors vel ciuitatis amissio, vel seruitutis impositio sequitur, vt l. rei capitalis, ff. De pœnis. Et videre poteritis supra cap. 108. tit.
4 De Exiliis siue Bannis. Quarta pœna est coertio corporis, qua coercentur hi qui semel tantum se turbulentis acclamationibus accommodarunt; nam fustibus cæsi dimittuntur, vt d. l. Capitalium, §. solent. ff. de pœnis. Fures etiam pro primo furto fustib. castigantur, vt in Authent. Sed nouo iure, C. de seruis fugit. Aut cuius negligentia incendium factum fuerit, fustibus castigatur, l. Qui ædes, ff de incend. rui. & naufrag. Si quis iniuria commiserit aliquid. Nam serui flagellis cæsi dominis restituuntur, liberi vero humiliores quidem loci fustibus subiiciuntur, cæteri vero vel exilio temporali, vel interdictione rei certæ coercentur, vt l.

finali, ff. de iniur. Et generaliter ii qui
iiciuntur leuia delicta, si liberi, fustibu
stigantur, si serui, flagellis, vt l. Leuia,
accusat. Dicuntur autem leuia crimina
sunt priuata, vt gloss. ibidem. sicuti cr
legis Iuliæ de Annona, & crimen de
submersis, vt l. De submersis, C. de nau
& crimen abigeatus, & C. De abigeis,
gnitio custodum, l. Vnius, §. finali, de q
stio. & de his criminib. potest iudex co
scere & discutere summariè & de plano,
sedendo pro tribunali, vt gloss. in d. l. Le
& l. Vnius, §. fin. ff. de quæstio. & in Au
de mandat. princip. §. sit tibi, & Ext
5 Quinta pœna est vinculorum verbe
quæ imponitur ei qui imaginem Cæsa
inuidiam alterius prætulit: in vincul
publica coerceri diuus Pius rescripsit,
Capitalium, §. eumque qui, ff. De p
6 Sexta pœna est damnum pecuniaru
infamia, quod quis incurrit, quādo c
demnatus actione famosa, scilicet ini
rum, vt l. Decuriones, §. verum, C. ex
caus. infa. irrogat. & ff. eodem, de his
not. infa. l. 1. Nam condemnatus cri
iniuriarum, incurrit infamiam, vt glos
d. §. verum, allegat le. Infamem, ff. de p
blic. iudic. vbi dicitur, quod ex eo cri
quod publici iudicii non fuit, damnati
famia non sequitur: nisi id crimen ex
ctione fuit, quæ etiam in priuato iu
infamiam condemnato importat,
furti, vi bonorum raptorum, & iniuriar
Sed quærit gloss. ibi, an condemnatus
minaliter de crimine priuato sit infam
Et dicit, si est ciuilis actio quæ ex eo cri
descendit, infamat: vt furti ciuilis, & vi
norum raptorum, & de dolo, quæ infam
vt §. ex quibusdam, Instit. de pœna te
litig. vbi dicit textus, quod his non sol
damnati notantur infamia, sed & is qu
ctus fuerit precio æris sine iussu prætor
l. in actionib. ff. de his qui not. infa. & l
ti, §. Pactus, eod. titulo: quoniam int
gitur confiteri crimen qui paciscitur,

thletas. §. finali, & l. seq. ff de his qui not. infa. Si autem agitur criminaliter, infamatus condemnatur d. l. Infamem. ff. de publ. iudic. Si autem ciuilis actio, non infamat, vt contraria pignoratitia: nam nulla contrarietas infamat. vt l. furti, §. Contraria, ff. de his qui notant. infamia. Ratione autem calumniæ nō erroris, pœna infamiæ imponitur, vt l. Ea quæ, & l. seq ff de his qui notantur infa. Septima pœna est, alicuius dignitatis depositio, quam patiuntur iudices, qui se furtis & sceleribus maculasse cōuicti fuerint, ablatione codicillorum, insignib. & honore exuti, inter pessimos quosque & plebeios habentur: nec sibi de eo honore posthac blandiri possunt, quo seipsos dignos esse iudicauerunt, vt l. Iudices, de dignitate lib. 12. C. Pedanei etiam iudices ordinarii si pecunia esse corrupti dicantur, plerumq; à præside à curia submouentur, aut in exilium mittuntur, aut ad tempus relegantur, vt l. Si quis aliquid, §. iudices, ff. de pœnis. Similiter qui iudicem corrupit corrumpendumve curauerit, iudex etiam qui constitutiones principum neglexerit, pœna legis Corneliæ de falsis tenetur, vt l. prima. §. & qui iudicē, ff. ad l. Cor. de fals. Cuius pœna est deportatio & omnium bonorum publicatio, vt d. l. 1. §. finali. Nec etiam toleranda, quæ ab insolentia iudicum sunt reperta, vel à peruersis aut iniquis iudicibus sunt acta, leg. Nemo carcerem, de exacto. tribut. lib. 10. C maximè vbi contemptus legum vel iudiciorum superiorum, vt c. 1. extra. de postulat. prælat. & penultima, & finali. & l. Vellera, de vestibus oloberis, libr. 11. C. Octaua pœna † est prohibitio alicuius actus, quæ solet fieri quando præsides aduocationibus interdicunt, aut in perpetuum, aut ad tempus, vel ad annum. Solet ita viris studiosis iuridici vel aduocatis vel tabellionibus, siue pragmaticis, vt l. Moris, ff. de pœnis. maximè quando sunt præuaricatores, scilicet, qui diuersam partem adiuuant prodita causa sua. Et etiam extraordinariè puniuntur, vt l. 1. & 2. ff. de prevaricat. Sunt etiam alii quibus negotiatio interdicitur & eis prohibetur ad conductionem eorum quæ publicè locantur accedere, vt d. l. Moris. §. Sunt autem. ff. de pœnis. Sicut solet fieri his qui coemptas merces supprimunt, vel qui locupletiores sunt, qui fructus suos æquis pretiis vendere nolunt, dum minus vberes prouentus expectant; vt annona oneretur, & his aut negotiatio tantum interdicitur, aut interdum relegantur, vt l. annonam, ff de extraord. criminibus. Pœna autem extraordinaria dicitur ideo, quia à iure non est introducta, sed iudex ex æquo & bono arbitratur quid facto opus sit vsque ad pœnam capitis, vt l. Saccularii, § sunt quędam, ff de extraord. criminibus. Interdicitur etiam alicui ne certis personis adsit, vt d. l. Moris, in principio. Vtputa si quis ei quem suspectum habet de sua vxore ter in scriptis denunciauerit sub præsentia triū testium fide dignorum. Et, si post inueniat eum conuenientem vxori suæ in domo sua, vel vxoris vel adulteri, vel in popina, siue in prouincia, aut in suburbanis, sine periculo eum perimet, vel potest eum tradere iudici, qui nulla alia ratione quæsita habet puniendi licentiam, secundum pœnam à lege impositā vel extraordinariam, vt in Authentic. Si quis, C. ad l. Iul. de adult. De vi autem denunciationis sunt tex. in l. Si fundum, C de rei vendic. & l. Ait prætor, §. Si quis, ff quæ in fraud. credit. Ceteræ autem pœnæ pecuniariæ ad æstimationem spectabilium iudicum erga eorum personas, quos culpa reddit obnoxios, vsque ad tres auri vncias spectant. Nec putent iudices facile esse, vt aut præcipiti persuasione condemnent, quem culpa non ingrauat, aut erubescenda varietate iudici pro arbitrio proprio immutandū esse quod lex iusserit, nisi paupertas condemnati hoc persuaserit, vt l. finali, Cod de modo mulct. Nullus autem ignoret mulctarum seuera

compendia protinus ærario principis esse quærenda, nisi ipse Iudex id quod ad pœnam admissi facinoris exculpetur, vel publicis opibus vel cursui publico, vel aliis necessariis specialiter deputauerit, l. Mulctarum, Cod. eodem. Si qui autem comprehensi fuerint in peculatibus aut manubiis, id est deprędationibus, cõcussionibus, furtis, atque aliis flagitiis, quę coerceri seuerius cõuenit, ad pœnæ supradictæ mode[...] pertinere se non credant, cum maior[...] cta quam supradicta posset à Iudice i[...] vt d. l. finali. § Nec tamen, C. de modo[...] ctarum. Sapiens igitur fiet in pœna, [...] stultus fuit in culpa, vt 38 distinct. c. Q[...] & gloss. in c. finali, extra. de accusat. in [...] Pro meritis recepturus.

CAPVT CLVIII.

De Iustitia.

Fauor, Cognatus.	Despectus, Miseria.
Argentum.	Paupertas.
Causidicus, Aduocatus.	Innocentia, Veritas.
Tutor, Receptor.	Vidua, Pupillus.

Vnusquisque
Popellus, aut
Communitas.

Infernus.	Paradisus.

Summæ rerum tractatarum in Comment. Cap. 158.

1 *Iustitia mundana explicatio.*
2 *Iustitia proprietates, & insignia.*
3 *Iustitia mundana cur bifrons, & biformis.*
4 *Iustitia mundana à variis oppugnatur.*
5 *Fauor Iustitiam falso corrumpere studet.*
6 *Despectus, & Miseria, Iustitia fauorem ambiunt.*
7 *Scriptura, vt Iudex miserorum causas iustè iudicet.*
8 *Miseri à mundana Iustitia reiecti.*
9 *Argentum, id est, opulenti Iustitia æquitatem oppugnant.*
10 *Paupertas Iustitia fauorem ambit.*
11 *Paupertas cum Iustitia mundana scripturis agit.*
12 *Mundana Iustitia Argento fauet.*
13 *Aduocati Iustitia falsa obtrudunt, falsaque defendunt.*
14 *Innocentia, & Veritas sese apud Iustitiam purgant.*

riptura ſacra pro Innocentibus.
utor & Receptor Iuſtitiam falſis labefactant.
idua cum pupillis, Iuſtitia patrocinium implorat.
riptura ſacra pro Viduis, & Pupillis.
idua cum Pupillis à mundana Iuſtitia neglecti.
nuſquiſque calamitatem ſuam Iuſtitia commendat.
ommuni pereunte populo, pereunt & potentes.
riptura ſacra pro iuuanda communi plebecula.
lebs à mundana Iuſtitia deſpicitur.
x æquo iudicantem cæleſtia manent præmia.
udicem iniquum, hians abſorbet Infernus.
dmonitio pia ad omnem Iuſtitiæ adminiſtratorem.

EXplicatis hactenus ſingulorum criminum ſæcularibus punitionibus, quas ob Reipubl. tranquillitatem Iuſtitiæ meritò decernit, non abs re hîc me facturum eſtimo, ſi coronidis vice, hic ipſius Iuſtitiæ ſecularis vſum, rationem, commodum pariter & incommodum, piorum lectorum oculis ſubiecero. Commodum quidem, ſi oculata Iuſtitiam adminiſtret. Incommodum verò, ſi cæca cenſuram ferre præſumat. Hæc vt plenius cognoſcas, pie Lector, en ob oculos tuos graphicè ipſius Iuſtitiæ effigiem tibi proponimus, cũ iis perſonis, quæ ipſam Iuſtitiam vario modo ſibi conciliatam cupiunt. Atq; hoc aliꝗ quidem iuſtiſſimis ex cauſis, quibus Iuſtitia ſubinde cæca eſt & ſurda. Aliæ iniquiſſimis rationibus, quibus fere Iuſtitia oculata eſt, attenta eſt, benigna eſt, & facilis Sed vę illis qui huiuſmodi Iuſtitiæ perſonam induunt, vti tũ authoritatib. tum exemplis tibi mox cum ſingularũ perſonarum explicatione debita patefecerimus. Principio † igitur hic cernis Iuſtitiã bifrontem, altera nempe parte oculatã, altera verò faſciola obuinctam, & cæcam, ſolio ſuo, tanquam pro tribunali inſidentẽ: dextera diſtrictum vibrantem gladium, ſiniſtra autẽ expẽdentem bilancem. Porrò à dextra (vbi oculata depingitur) vides perſonas applauſibiles, & gratas, nempe Fauorem, Amicos, Cognatos, Affines, beneficos, & opulentos, & id genus alios, qui omnes Iuſtitiæ faciem in ſuas partes inclinant, ſibi conciliant, & in ſuam (quam volunt) ſententiã protrahunt. A ſiniſtra verò (qua cæca eſt & obuincta faſcia) aliꝗ ſiſtuntur perſonæ à ſuperiorib. multum diuerſæ, nempe, Odiũ, Paupertas, Egeſtas, Innocentia, Viduarũ tenuitas, Pupillorũ debilitas, & quicquid deniq; per ſe infirmũ eſt, & miſerũ nulloq; patrocinio fultũ, niſi ſola ſpe Iuſtitiæ, quæ tamen ipſis oculos clementiæ claudit. Potentiorib. verò, diuitib. & fautoribus quibuſuis aperit. Sub Iuſtitię pedibus ſubſtratã vides, ſub perſona ruſtici, miſerã, calamitoſamq; plebeculam, cui Vnuſquiſq; nomen imponitur. Huic cum cæteris calamitoſis hominib. appictus eſt cæleſtis paradiſus, cuius hi omnes poſt has ęrumnas, poſt multa iniuſta durè quidem, ſed patienti animo perpeſſa, cum fide bona, & ſpe æquioris Iuſtitiæ percipiendę, in futura eaque vita vera, ſeſe fore participes ſperant. Atq; has omnes perſonas cum Iuſtitia colloquẽtes dabimus, ipſiuſq; Iuſtitiæ clemẽtiam, gratiam, & beneuolentiam implorãtes.
2 Sed prius ipſius † Iuſtitiæ proprietates oſtenderimus. Iuſtitia itaque in ſolio reſidẽs indicat omnem Iuſtitiæ adminiſtratorem debere ſedere, argumento l. Quiſquis, in fine C. de poſtul. l. A procedente, C. de dilat. & in Authentic. Vt ab Illuſtrib. §. Sancimus, colla. 5. Hoc eſt, debere inferri cẽſuram animo quieto, libero, & ab humanis affe-

ſtibus defæcato. Quod etiam confirmant ſacræ Scripturæ multis in locis, præcipuè Exodi 18. vbi legimus: Moyſen à mane vſque ad veſperam ſedentem, vt iudicaret populũ. Et Ioan. 19. Pilatus legitur ſediſſe pro tribunali, vt ſententiam (quamuis iniuſtã) aduerſus Ieſum pronũciaret. Et rectè ſedendo, debet Iudex ſententiam pronunciare. In quieſcendo enim & ſedẽdo anima fit ſciens & prudens, Ariſtotele teſte 7. Phyſicorum lib. Bifrons, ſignat Iuſtitiæ gubernatores non ſolum vni partium debere præbere aſpectum amicum, aut intentos oculos, ſed vtrique partium ex æquo debere intendere, vtriusque partiũ cauſſas æquè benigne cognoſcere, & citra vllius perſonæ delectum, quod res eſt, fideliter & incorrupte iudicare, vt Deus monet, Leuit. 19. Non conſideres perſonam pauperis, neque honores vultum potentis, ſed iuſtè iudica proximo tuo. Et rurſum: Deuteronom. 1. Nulla erit diſtãtia perſonarum. Ita paruum audietis, vt magnum. Nec excipietis cuiusquam perſonã,
3 quia Dei iudicium eſt. † Quod autem hic Iuſtitiam bifrontem exhibemus, altera parte oculatam, altera cæcam, Iuſtitiæ mundanæ effigiem damus, corruptæ quidem, & parum æquæ, idque ad ſummam infamiã, & probrum eorum Iudicum, qui talem bifrontem Iuſtitiam iniquam, & Deo (cuius perſonam in Iudiciis ſuſtinent) execrabilem aſſumere non verentur. Non autem hic bifrontem damus, vtpote ab vtraque parte æquè blãdam, æque oculatam, æquè attẽtam & æque percupidam. Nam hæc Iuſtitia ſolius Dei eſt & eorum qui Dei Iuſtitiã hic æmulantur, quod ab omnibus quidem fieri conuenit. Sed Iuſtitiam mundanam exhibemus, quæ affectibus eſt obnoxia, & vt nunc ſunt mores hominum, ſubinde aut eſt corrupta, aut non perinde æqua. Sunt nihilominus qui Iuſtitiam vna tantum facie pictam oſtentant, verum eandem plane cæcam, & vtrosque oculos faſcia obuinctos exhibent, vtpote quod Iuſtitiæ ſit, ad vtramque partem cæcutire, neutriq; fauoris, aut odii aſpectum præbere. Porro bilanx (qu[am] in Iuſtitiæ ſiniſtra conſpicis) Iudicis acc[ura]tam, cauſarum, & partium indagatio[nem &] obſeruationem, cum plena earundẽ co[gni]tione ſignificat, ſic vt de cauſarum diffe[ren]tia & veritate prius cognoſcat, quam ad [iu]dicandum ſeſe accingat. Vides præ[terea] Iuſtitiam dextra diſtrictum tenentem g[la]dium, quo nobis ſignificatur æquum Iu[di]cem poſt cauſſas plene cognitas debere a[ſſu]mere gladium, quo cauſſam iniquam a[b æ]qua diſſecet, quo innocentem defenſ[um,] tutum, & tranquillum reddat. Nocen[tem] vero abſque diſſimulatione iuſte pu[niat.] Quemadmodum Paulus affirmat, ad Ro[m.] 13 cap. de Iudice loquens. Dei (inquit) [mi]niſter tibi in bonum: Si autem malu[m fe]ceris time, non enim ſine cauſa gladi[um por]tat. Dei enim miniſter eſt, vindex i[n iram] ei, qui malum agit. Et beatus Petrus a[it ip]ſos Iudices ad vindictam malefactor[um, lau]dem vero bonorum, 1. Pet. 2. Cæterum [hu]iusmodi æquis verisque Iudicibus b[o]ma quæque à Domino pollicentur, [ve]l Pſalmo 105. Beati qui faciunt Iudiciũ & [iu]ſtitiam in omni tempore. Et Pſal. 40. [Bea]tus qui intelligit ſuper egenum & paup[erem.] In die enim mala liberabit eum Domi[nus.] Contra vero mala quæque & infauſta [comi]natur iniquis Iudicibus, veluti Deut[er.] 27. Maledictus qui peruertit iudicium [ad]uenæ, pupilli, & viduæ, &c. † Verum q[uo]- 4
niam à variis rectitudo Iuſtitiæ oppug[na]tur, qui omnes Iuſtitiæ integritatem co[rrum]pere ſtudent, vt ſunt fautores, amici, cõ[ſan]guinei, familiares, diuites, &c. quibus [Iu]ſtitia cedit, oculatum blandumque v[ul]tum exhibet: ab aliis vero fruſtra ſollic[ita]tur, inuocatur, ſiue potius imploratur, [qui] ſunt deſpectus odium, innocentia, paup[erta]tas, &c. quibus ſe obdurat, quibus fac[iem] nubiloſam, inuitã, procacẽ & aduerſan[tem] exhibet: idcirco has perſonas oẽs (vt & [ante] diximus) cũ ipſa Iuſtitia colloquẽtes int[ro]duximus. Ac primo ſeſe Iuſtitiæ ſiſtit Eau[...]

Cognatus. Fauor.

Cognata Iuſtitia, eademque amica dul- ſſima, lis nobis eſt coram tuo tribunali, m Deſpectu, & Miſeria, hoſtibus noſtris ertinaciſſimis, qui neſcio quibus logis iu- s æquitatem nobis præripere tentant. Ro- amus igitur, vt memor veteris ac ſtabilis amicitiæ noſtræ, adhæc cognationis noſtræ firmiſſimæ nobis (quantum amicitiæ iura permittunt) Iuſtitiæ fauorem concedas, & ab his pannoſis hoſtibus noſtris nos defen- das, & amicé liberes.

Deſpectus. Miſeria.

Iuſtitia rerum Domina æquiſſima, ne vi- m quæſumus habitum noſtrum, neque rſonas noſtras deſpicabiles intuearis, ſed qua lance quod res eſt perpendito. Verum dica, noſque miſellos ab omnibus deſpe- os, reiectos, & odio grauiſſimo preſſos, re- pe, defende, & patrocinium præbe, potiſ- mum contra fautores, cognatos, & affines s, qui hoc tuo Fauore freti nos ærumno- s faſtidioſe deprimunt, & quicquid æquū , nobis indigniſſime eripere ſtudent. Ne- e in noſtram perſonam, ſed ad Dei volū- tem oculos rogamus conuerte, qui inten- ſſime ad te apud Eccleſiaſticum 11 clamat, m, (inquit) † Non laudes hominem in a ſua, neq; ſpernas hominem in viſu ſuo, i Deus non vult æquum iudicem animū uertere ad ea quæ ſenſibus externis, & ctibus adblandiuntur, neque ea conte- nere quæ ſpecie ᵫnus miſeranda viden- . Quin potius vult his omnem commi- ationem impendi, præ cæteris omnibus, o, vt per D. Iacobum 2. tam immites dices his verbis terreat Iudicium ſine mi- icordia fiet ei qui miſero miſericordiam n fecerit, Idem 4. Qui amicitiam huius ndi diligit, is inimicitiam apud Deum perit. Et Chriſtus Apoſtolos ſuos eate- s amicos ſuos agnoſcit, quatenus quæ ecepit diligenter exequantur. Ioann. 15. q; vllam cognationē agnoſcit quā eorum i faciunt patris ſui cæleſtis voluntatem. tth: 12. volūtas autem cæleſtis patris eſt, Iudex abſque vllo reſpectu perſonarum ndum æquitatem iudicet omnes. Noli igitur, mi Iudex, eſſe perſonarum acceptor, Iac. 2. Neque iudicare ſecundum faciem, Ioan. 7. & Prouerb. 24. Sed ſi amicis temet accommodare libet, id fiat vsque ad aras, vt ait Pericles Athenienſis. MISERIA. Quid fruſtra, mi frater, ſurdo authoritates occi- nis? quid cæcæ Iuſtitiæ veritatem aperis? teque clamando, flectendo, lachrimando- que coram ſuperancilioſa Iuſtitia defatigare pergis? Caſſa ſunt quæ clamitas inuitum- que irritas potius quā in tuas partes flectis. Vide vt oculos à nobis auerſos ad ſuos ami- cos, & cognatos aduerterit. Quocirca hinc ſecedamus, & cauſam noſtram Deo miſe- rorum omnium patrono blādiſſimo com- mendemus. DESPECTVS. Placet conſi- lium, ſed prius Iuſtitiæ verba patienter au- diamus. Nam ſuis locutura conuertitur IV- STITIA. Vos cognati fautoreſque candi- diſſimi, ſcitote nihil eſſe quod in gratiā ve- ſtram ſim recuſaturus. Quocirca craſtino die hîc preſentes eſtote, non iniquam veſtris optatis à nobis feretis ſententiam. MISE-
8 RIA. † Dixin nos eſſe reiiciendos? Ad Deū
igitur aſylum noſtrum tutiſſimum confu-
giamus. Sed eccum. Quodnam mōſtrum
hucad Iuſtitiȩ ædes anhelum ſudabūdum-
9 que proruit? Vah, † Argentum eſt, mon-
ſtrum auaritia tumidum, pecunia differtū,
& Iuſtitiæ reginæ cōmendatiſſimum. DE-
SPECTVS. Hem, Video quoq; eôdem pro-
10 perantem Paupertatem. † Eſt fortaſſis ſua
vtrique coram eadē Iudice explicanda cau-
ſa, nos igitur deſpecti recedamus, ipſiſque
perorandi locum permittamus.

Argentum.

Quantis laboribus, quantisque sudoribus ad tuum tribunal Iustitia regina clementissima properauerim, ex hac mea deformitate conspicere licet. Ideoque te æquiorem meæ causæ futuram spero, quæ hic apud tuum tribunal versatur & discutitur contra aridam hanc (quam conspicis) Paupertatem, quæ contra bonum & æquum mihi tantum facessit negotium. A qua si me ... sensum curaueris, causæq; meæ faueris ... benignitati me nunquam experieris ing... tum. Habeo hos loculos, qui tuo fauori ... se largiter effuderint Equos prætereà ... & duo Cretici vini dolia in gratitud... symbolum tibi promittimus. Tantum ... stræ causæ faueas oro.

Paupertas.

Tenuis fortunæ pauperculus, inopia & rerum omnium egestate grauis, humanaque ope prorsus destitutus, ad tuam clementiā confugio, ô Iustitia benignissima, tuam humanitatem obtestans quam possum amanter, ne vel tua irrefragabilis æquitas me deserat, causamque meam negligat, vultumque à me pannoso retrahat, sed eum potius amicum, benignum, & gratum præbeat. Quod mea paupertas non compensauerit, id diuina misericordia abunde ditauerit. Res est mihi cum nummoso, infartoque diuite, qui opibus suis cōfisus, causam meā labefactare studet, idq; haud dubie faciet, nisi iustitiæ tuæ æquitas me fulserit, & Deū potius quam humanas illecebras curauerit, qui Iudices optat, in quibus sit veritas,
11 & qui oderunt auaritiam, Exod. 18. † Quique officium tuum his verbis admonet. Ita paruum audietis vt magnum, nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei Iudicium est, Deuteronom. 1. cap. Nouit, extra de Iudic. & c. vltim. 3. quæst. 9. Rursum Iusto iudicio iudica populum, nec in alteram partem declines, Deuter. 16. Item, qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur, Prouerb. 29. Item, Nō accipies personā nec munera, quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum. Exo. 23. Iterum: Væ, qui iustificatis impium pro muneribus & iustitiam iusti aufertis ab eo, Isa. 5. Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iustificate. Eripite pauperem, & egen... manu peccatoris liberate, Psal. 81. Postre... ait, Xenia, & dona excæcare oculos ... cum, Eccles. 20. Noli igitur quæso ... æquissima imitari filios Samuelis, qui ... uerterunt Iudicia, sequentes auaritia... accipientes munera, 1. Regum 8. Non ... proderunt tibi thesauri impietatis, ... stitia liberabit te à morte Prouerb. ... mo. Neque secteris iniustum Achab ... ob auaritiam occidi iussit innocente... both, 3. Reg. 21. Sed me miserum! ... ciem tuam auertis à me misello pa... Ah, non pluris facis tot authoritat... grauissimas, cuius vices in iudicando ... sustines? Cur quæso argento vultum ... amicum exhibes, quod te intra pau... annos (nisi resipiscas) in profunda ... get tartara? cap. pauper. 11. quæstio. ... Abs te itaque spretus & auersatus ad D... ipsum certissimum causæ meæ patro... & Iudicem meum profugio, apud ... causę meę veritatem depositurus au... petam, teq; cum exitiali tuo argento
12 relinquo. IVSTITIA. † Mihi ... gratissimum Argētum, causam tuam ... tum diuque discussam, tandem exper... rio, eamq; comperio talem, cui neutiq... refragari possum. Promissis igitur ... respondeas, teque cras meo tribunali ... præsentem sistas, sententiam auditur... tuis votis minimè ingratam. Sed quo... aduentantes conspicio? hem Caus...

meus est, & malarum causarum Patronus, quos sequitur (nescio) quæ turba simplex.

Rursum in solium meum resideo, & quid hi dicturi sint cognouero.

Causidicus. Aduocatus.

Æquissima Iustitia in causarum cognitionibus nostram fidem iamdudum abunde sibi perspectam arbitramur Sumus nunc à consiliis & à causis nobili & opulento viro Domino Socrati Phylargyro, qui conqueritur se grauiter offensum, & læsum. Interim & sibi plurimum negotii fieri ab ea quam cominus aduentantem spectas turba, specie quidem simplici, & innoxia, re tamen (nobis fide) nocentissima, vt quæ nulli nō modulis maleficii genus infert, quos & nos ex certo multorum relatu didicimus. Et quod communis fama fert, id verissimum esse conuenit. Cicero Rhetoric. nouorum lib. 2. & lib. Topic. Necnon Aristoteles lib. 7. Ethic. Nos igitur (quorum probitatem & fidem certo certius nosti) tuam æquitatem rogamus, vt nos audias, nobis credas, nobilem Dominum defendas & tranquillum reddas, atq; hanc turbam stupidam & insolentem à maleficiis prudenter coerceas.

Innocentia. Veritas.

Æquissima Iustitia, nos nullo alio patrocinio, quam (quod dicitur) simplici Innocentia, & nuda veritate fulti ad tuum tribunal confugimus. Nullum vnquam læsimus, nulli maleficium intulimus, nihil corripimus, sed quantum in nobis est, de omnibus belle mereri sategimus. Interim tamen D. Socrates Phylargyrus nobilitatis titulo fretus, suorumque Causidicorum protectionibus fisus, nos opprimit, nobis passim incommodat, in rebus & nominis integritate nusquam nō lædit, famam nostram proscindit, de quouis maleficii genere nos traducit, & prorsus perdere studet, & veretur interim nos iniquè apud tuum tribunal quasi maleficos nocentissimos accusare, multisque criminibus alligatos detinere. Externa specie rumore falso, & seductione iniqua videbimur fortassis nocentes, si nos tamen propius agnoscere non pigeat, comperies certo nostram innocentiam, & veritatem simplicem, quas contra oppressores nostros defendere, recepturus à Deo Iustitiæ tuæ administrationis mercedem dignissimam. Caue igitur ne Herodis innocentes puerulos Matthæi 2. capite, impie trucidantis truculentiam imiteris, ne ipsum quidem Dauid, qui innocentem Vriam occidi iussit, 2. Regum 11. † Quin potius (si nos exaudiri parum digni videbimur) ipsum Deum (cuius hic vicarium agis) libenter audi, & sanè monenti libentius obtempera. Iudicium (inquit) & iustitiam facite, & liberate vi oppressos de manu calumniatoris. Hieremiæ 22. cap. Rursum, Mendacium fugies, innocentem & iustum non occides. Exodi cap. 23. Et à tribunali tuo procul facessat ea truculenta immitias, quam Deus insectatur apud Ecclesiast. cap. 4. Vidi (inquit) calumnias quæ sub sole geruntur, & lachrymas innocentum, & neminem consolatorem, & auxilio destitutos eorum violentiæ non posse resistere. Hos tam immites Iudices Deus maledictos pronunciat, quique munera accipiunt, vt percutiant animam sanguinis innocentis. Deuteronom. capite vigesimo septimo, Sed proh dolor, me miserum innocentem! Cur quæso, Iudex Dei in iudicando vicarie, nos vere innocentes tam indigne auersaris? nostris clamoribus obsurdescis? causamque veritatis tam impudenter negligis? Quæ quidem innocentia, & veritas licèt in mun-

do sæpe premamur, nunquam tamen nos opprimi sinet Deus, vt cui nostrum patrocinium perpetuo fuerit curæ, dicente Propheta: Iustus Dominus, Iustitias diligit, æquitatem videt vultus eius, Psalm. 10 coque à tuo tribunali appellantes ad defendendæ confugimus.

Tutor. Receptor.

16 † Æquissime Iudex, ad tuam Iustitiam ego Tutor fidelis, & Receptor propero. Res istarum viduarum, & pupillorum multos annos fideliter rexi, curaui, & ipsorum vsibus, quum res poscebat vtiliter expedi, (teste conscientia propria) & rationē ipsorum fideliter subductam, fidelius reddidi. Interim tamen non desinunt istorum patroni me falsis traductionibus proscindere, ac infidelitatis apud quosvis malitiose deferre. Quum tamē tua æquitas me noscat vt cuius conscientia mentiri timeat, hominum vel minimam iniuriolam re formidet. Quare tuam Iustitiam teri necessitudine rogo, vt ab ipsorum tibus meam integritatem defendat, rumque petulantes linguas æquitatis virga coerceat. Rem mihi amico tuo dissimo, multo gratissimā præstiteris beneficio tuo amplis. pręmia repor

Vidua. Pupillus.

17 † Patronus Viduarum, & Pupillorum nomine loquitur. Iudex æquissime, in nos quæsumus tuæ clementiæ oculos conuerte, nostras lachrymas nostros que singultus clementer aspice. Viduæ istæ sunt, suis orbatæ maritis, qui ipsarum causas, qui necessitatem, qui inopiam earum dum vixerant, ex amore coniugali tutari non destiterant, nunc ipsarum maritali patrocinio viduatæ omnique humano destitutæ præsidio, nihil ipsis factum est reliquū præter hos, quos manibus complectuntur misellos pupillulos, quos vnà cum suis matribus in tuæ Iustitiæ clementia commendamus plurimū, vt ipsorum misertus causæ eorum patrocinium libenter assumas, defensionem præstes, veriq; tutoris vices subeas, potissimum contra hos subdolos atque imaginarios potius Tutores suos, contra Receptores suos iniquos, contra denique creditores earum quoslibet, qui eas misere contristant, mundana astutia circumueniunt: nihil non fallaciæ struunt, ac plane opprimere student: Gratitudinem tuis beneficiis rependere curabunt, sicubi fortuna aliquando responderit. Interim quod ipsarum tenuitas exoluere nequiuerit, id post hanc vitam abunde pensauerit Deus, qui nullum op irremuneratum sinet, & certe apud tua virtus Iustitiæ tuæ merces erit Quod si tu nos despicis, si oppressori stris fauens nos auerseris, ad tutissim
18 tronum nostrum confugimus Deum, pupillo, & viduæ iudicium faciet, Deu Cui & propheta dicit Psal 9. Tibi dere est pauper, orphano tu eris adiutor. interim maledictus eris qui aduenæ, li, & viduæ iudicium peruertis, Deut Quam maledictionem, vt certo effug variis in locis commonefacit, quidqu bis abs te fieri velit, aperte clamitat, temque suam his verbis aperit: Adue pupillum & viduam nolite contristare, que opprimatis iniquè. Hierem. 22. xod. 22. Opprimit autem, quisquis op soris iniuriam, quum potest ac debet propulsar. Rursus: In iudicando esto pillis misericors vt pater, & pro viro illorum, & eris tunc velut filius altis obediens, & miserebitur tui magis, mater, Ecclesi. 4. iterum, Viduæ & pup non nocebitis. Si læseritis eos, vociferab tur ad me, & ego audiam clamorem & indignabitur furor meus, percutiam

...gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filii vestri pupilli: Exod. 22. Quorũ lachrymosi clamores quã sint Deo odibiles, quã-que seuerè eorum neglectores puniat, clarè demonstrat, cum ait: Nonne lachrymę viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt in cælum, & Dominus exauditor non delectabitur in eis, Eccles. 35. Rursum per Isa. increpat Dominus opprimentes pupillos & viduas, dicens: Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos, Isa 1. Propter oppressionem præterea pupillorum & viduarum in exilium & captiuitatẽ missi sunt filii Israel. Ezechiel. 22. Causam viduæ, non iudicarunt, causam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt, nunquid super his non visitabo: Dicit Dominus? aut super gentem huiuscemodi non vlciscetur anima mea? Hier. 5. Authoritates tot tantæque Iudex æquissime te rogo moueant, vt nostri misertus, quod bonum est,
19 & æquum iudices. Verum ah & nos quoque misellos, qui cum nostri similibus surdo videmur occinere, & cæco claram ipsique odiosam lucẽ obtrudere. Proinde hinc recedentes ad Deum Patrem misericordiarum, & Deum totius consolationis cum certa fiducia accedimus.

Vnusquisque. Popellus. Communitas.

Quisquis suos patimur manes. Quisque potentioribus infirmamur, & concidimus, ô Iustitia mundi regina fortissima. Causam nostram tuæ Iustitiæ committimus. Vnusquisque necessitatem, inopiam, debilitatem, ac nostram miserandam Vniuscuiusque calamitatem (in qua tam misere computrescimus) coram te expandimus, tuæque clementiæ suppliciter commendamus, vt tantæ nostræ necessitatis misertа, nos Vnumquemque erigas, iuues, confirmes, laboribus stabilias, decoribus necessariis ornes & munias. Ita fiet, vt & † ipsi potentes, (qui sine Vniuscuiusque opera simul existere nequeunt, sed cũ ipso concidente simul & ipsi concidant oportet) potentiores euadant, mutuis operis firmẽtur, viribus coalescant, opibus, lætaque pace & tranquillitate floreant, splendidisque virtutibus perpetuò triumphent. Porrò si nos Vnumquemq;, humilemque POPELLVM. despicis, nostramque causam indefensam negligas, nosque ęrumnosos miserè contabescere sinas, futurum est, vt Respub. una nobiscum simul contabescat, & quæ per tua in nos auxilia floruerat, nostro neglectu squalleat ac tandem pereat. Agri debita cultura fraudati obsyluescent, nulla officia constabunt, sed ad miserandam rerum faciem cuncta labescent, florẽtissima quęque marcescent, & Potentiores ipsi tandem Vniuscuiusque vices & seruilia officia apprehendere cogentur, si sese in viuis conseruatos velint: Proinde Iustitia mundi rectrix fortissima, hæc iterum atque iterum æquitatis tuæ bilance trutina, diligenter considera, & Vniuscuiusque causam & inopiam tutandam libenter amplectere, ne tanta rerum incommoda in tuam Remp. latenter subrepta, tandem cum dolore percipias. Quod si ne hæc quidem Reipubl. mala te satis permoueant, saltem te propriæ salutis ratio expergefaciat, aut exitii futuri causa solicitet. Terreat te præterea diuina Iustitia, teque ab ipsa doceri permitte, quid abs te Vnicuique fieri postulet, qualemque te misello Popello præbere conue-
22 niat. Audite (inquit) illos, † quod iustum est iudicate, siue sit ciuis ille, siue peregrinus, nulla erit distantia personarum. Deut. 1. Atque iterum: Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis, sed iustè iudica proximo tuo. Non stabis contra sanguinem proximi. Leuit,

19 Non facies violētiam pauperi, quia pauper est: neque conteras egenum in porta, quia iudicabit Dominus causam eius, & configet eos qui confixerunt animam eius. Prouerb. 22. Et recte iudicate filii hominū. Psalm. 57. Vsquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis? Psalm. 81. Væ qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Isa. 5. Qui iustificat impium & iustum condemnat, vterque abominabilis est apud Deum. Prouerb. 17. Sed vt video, Vnusquisque pro
23 oportet. † Nam, surdo diuina verba sonat, & cæco lumen veritatis ostendit, nec rationibus flectitur, nec minis ter diuinis. Ad Deum igitur properam iniuriarum nostrarum vindicem acerrim & opitulatorem egestatis nostræ clem tissimum.

Infernus. Paradisus.

Superiori hac imagine conspecta Iudex æquissime, imo hisce veris, atque diuinis edoctus authoritatibus, Iustitiæ tuæ admi-
24 nistratæ, præmia certò cognosce. † Si rectam æquitatis virgam seruaueris, si citra vllius personæ exceptionem, quod verum, quodque iustum fuerit, iudicaueris, en regni cælestis amœna optataque felicitas te
25 exceptura proponitur. † Sin iniquè à rectitudinis tramite deuiaueris si personas consideres, si affectibus in iudicando obsequi libeat magis, quàm veritati, en manet te hians Infernus, cum vniuersis suis suppli-
26 ciis, & tormentis. † Proinde te rogo Iudex quisquis es, vt Officii tui, imò diuinæ voluntatis (cuius vices in iudicando sustines) memor, Iustitiæ integritatem perpetuò inuiolabilem serues, æquitatis virgam nusquam non rectam gestes, humanos affectus omnes prorsus exuas, partium causas penitus, vereque cognoscas, tardè iudices, atque in iudicando veritatem ipsam quodque bonum erit & æquum, tanquam ex iusti iudicis Dei ore iudica, & veluti non tuam, sed Dei sententiam pronuncia. Quod vt syncerius efficias, in causis rei veritatem, non odium spectes, aut gratiam: quæ duo Iustitiæ corrumpendæ consultores sunt pessimi, c. Ipse, c. Iudicare c. Qui rectè, & c. Quatuor, cum multis aliis, huic materiæ congruentibus, 11. quæst. tertia, c. Omnis 45. distinct. Debet enim Iudex considerare omni in negotio, quid liceat secundum æquitatem, quid deceat secundum hones tem, & quid secundum vtilitatem exp at, vt inquit text. in c. Magnæ deuotio extra, de voto. Postremò omnibus consideratis, debet Iudex moderatè, au soluere, aut condemnare, nullo mo Reos excandescere, furiose clamare, a prudenter obiurgare, sed potius in a condemnans plorare, vultuque verum mi mœrorem ostendere. Vnde text. i Obseruandum, ff. de offic. præsid. cong proposito nostro ibi. Sed & in cognoscen neque excandescere aduersus eos, quos m los putat: neque precibus calamitosor illachrymari oportet, id enim non c stantis & recti Iudicis, cuius animi mot vultus detegit. Et vt summatim dicam ius reddi conuenit, vt authoritatem dig tatis ingenio suo augeat. Alibi text. i Est iniusta. 24 q. 4. Ait Iudicem nō de mouere filiorum suorū preces, nec la mæ coniugis delinquentis. Vnde fons Romanæ eloquentiæ Cicero, Iustitiam manæ societatis, vitæque communit seruatricem meritò prędicauit, si ita mo ratè ex bono & æquo citra humanos a ctus cuncta iudicentur. Et hæc omnia stri temporis Iudicibus perpetuò sunt seruanda. Qui quam sint aliquando rupti, lippis & tonsoribus est notissim qui quod Pilatus fecit semel, id ipsi qu die (metuo) faciunt: qui peruersa vol te, aut odio, aut amicitiæ gratia, aut sang

…guinitatis, vel affinitatis affectione, aut (…deteriora taceam) pecuniarum cupidi…e corrupti, iustitiam (vt ita dixerim) ita …taminatam reddunt & pronunciant, …am rectæ rationis libramine perpensam, …iustissimam pronunciare deberent. Vnde …inc. 1 de re iudic. libro 6 grauiter dixe… Caueant igitur Iudices, (vt iterum i…sadmoneam) & prudenter attendant: …in causarum processibus nullum grasse…rodium: fauor nullus vsurpetur: timor …terea omnis exulet: premium aut expe…tio præmii iustitiam non auertat: sed bi…cem gestent semper in manibus, state… …æquo perpendant libramine: vt in o…nibus quæ in causis agenda fuerint: præ…tim in concipiendis sententiis & ferendis …oculis habeant solum Deum Ne Pila…imitentur, qui in causa Christi iniquis…iudicis specimen exhibuit, non solum …Deum peccans, sed etiam contra leges …manas, idcoque & grauissimo supplicio, …per Cæsarias leges meritò puniri debuisset. De hoc vide D. Lud. Montaltum Syracusium, super reprobatione sententiæ Pilati. Poteram interim (fateor) multo plura per varia capita inspergere, quæ ipse longa experientia comperi, quæque ad purgationem maleficiorum è Repub. conducere videbantur, eaque multo latius, multoque testatius, & firmius, si hunc librum ad Officiariorum manus tantum peruenturum existimassem. Verùm metuens ne (quod fortassis fieri solet) ad alios quoque hic libellus perueniat, quibus huiusmodi comprobationes & expositiones nocumento potius essent, & offendiculo, idcirco satius esse duxi ab amplioribus demonstrationibus prudenter supersedere, quàm imprudenter indigna quæque leui commonstratione simplices quosque docere. Non enim tutum est hoc corruptissimo sæculo, præter Iudicium omnia chartis illinire. Quisquis hodie in Iure quippiam meditatur, is inter sacrum (vt aiunt) & saxum sese constituit, &c.

CAPVT CLIX. ET VLTIMVM.

Adhortatio ad obseruationem Æquitatis.

Summæ rerum tractatarum in Commentariis CAP. 159.

…t virtutes sua præmia habent, ita vitia suas pœnas, quas infert Deus.
…as pœnas vel præmia infert natura.
…agistratus quia gladio vtitur & occidit, præmia, non pœnas, meretur: & docetur quare.
…uitas excusat magistratum, quod gladio percutiens, non pœnas, sed præmia meretur.
…uius magistratus propter iniquitatem punitur.
…stitia cum misericordia sit iuncta.
…quitas præferenda rigori iustitiæ.
…quitas quæ bona & ornamenta præstet magistratui.
…i transgreditur æquitatem, punitur: vt patet exemplo Pilati.
…mia delata naturaliter magistratui seruanti æquitatem.
…quitas seruanda est, quia hæc à Deo commendatur, & Deo placet.
…are potius lenitate, quàm rigore sit vtendum in obseruanda æquitate.
…ssi defendere se, si alium lædant, tametsi à natura non puniantur apertè, sentiunt tamen facti in se remorsum quendam.
…gibus pœnæ infliguntur criminibus, & præmia dantur virtuti.
…æ crimina legibus non puniuntur vbicunque locorum sit, ea tamen à natura puniuntur.
…nscientia delicti est instar multorum tormentorum.

17 *Scelera nunquam manent impunita.*
18 *Voluntas delicti sine pœna quidem caret.*
19 *Perpetrata scelera qua pœna etiam sine legibus sequantur.*
20 *Diabolus propter scelera punitur.*
21 *Æquum est vt magistratus puniat crimina.*
22 *Vt exemplo à malis deterreantur homines, ideo aquum est vt magistratus puniat scelera,* [...] *bus pœna constituta sunt arcendis criminibus.*
23 *Æquum est, vt diuersis criminibus diuersa quoque supplicia adhibeantur.*
24 *Æquitatis est potius leni supplicio quàm rigore vti, in puniendis criminibus iuxta legum* [...] *tiones.*
25 *Rigor legum in puniendis criminibus nonnunquam obseruandus est.*
26 *Iniquus magistratus est qui conniuet criminibus, nec id impunè fert.*
27 *Orandus Deus vt efficiat quo iudices & magistratus in omnibus seruent aquitatem.*

1 QVemadmodum virtutum præmia à Deo naturaliter, & Legum cōstitutione obseruantur: ita scelerum, criminumque supplicia etiam irrogantur, de Deo dicit Propheta, quod Iudex iustus est, patiens, longanimis nimis, nunquid irascitur per singulos dies: nisi conuersi fueritis vibrabit gladium suum: & quæ sequuntur paucis hoc distichon comprehendit ea, quæ huc faciunt:

Ergo etiam scelerum pœnas hic exiget vltor,
Virtutumq; dabit præmia grata piis.

2 Naturaliter autem, vt † verum esse illud D. Augustinus dixit, Per quæ quis peccat, per eadem punitur, non desunt Authores, qui exemplis plurimis verisque hoc demonstrant. Quotidiana hoc quoque rerum obseruatione certum declaratur. vulgo & morale dici solet, Ab altero expectes, alteri quod feceris. Qui suo proximo bene fecerit, à proximo bona recipiet: qui contra profecto etiam læditur, & punitur. Matth. 26. Qui gladio ferit, gladio perit. In Euangelio igitur sic Christus proloquutus est, & præcepit: Conuerte gladium tuum in locum suum: Omnes enim qui acceperint
3 gladium, gladio peribunt. Iudex † verò vtpotè à Deo ordinata potestas, gladium iustitiæ gestat ad defensionem bonorum, &
4 vindictam malorum. Oportet † igitur ne hoc gladio Iudex, vel Princeps, vel vllus magistratus abutatur, sed æquabili[...] tur & obseruet rigorem, non imme[...] misericordiæ. Æquitatem, quæ [...] est antè omnia colat, nā iuxta paro[...] æquitas non parit bellum. Quod si [...] cretione processerit magistratus, & [...] vibrauerit, quando & vbi opus est, [...] lædit, nec alium quenquam imme[...] percutit, nam qui nocentes sunt, ipsi si[...] bi causæ & authores cur percutiantur [...] gistratu, sua enim sententia facti [...] mnant & feriunt. Quamobrem tali[...] gistratus nunquam punitur propter [...] tem maleficis illatam ad defensionem [...] norū, & piæ congregationis, & Reipub[...] quillitatem, sed etiam honoratur, & [...] miis afficitur, triumphūq; meretur, & [...]
5 riā. † At iniquus magistratus, vel qui [...] crudelis est, vel nimis lenis dum in[...] nō satisfacit, plerunq; punitur ille, v[...] rannus, de quo illud Iuuenalis memi[...] conuenit:

Ad generum Cereris sine cade, & v[...]
pauci
Descendunt Reges, & sicca morte Ty[...]

Hic vt præuaricator, aut corruptor, a[...] midus perniciem sibi ipsi creat, & a[...] cui præter leges indulsit, læditur, a[...] ciditur haud raro. Cicero habita orat[...] vinctū traditumque sibi à magistratu [...] rium, quum punire deberet, dimisit, & [...]

po

...a ab Antonio ipsi Ciceroni proscripto ...gulum praecidit, vt, Plutarchus in vita il...s narrat, si rectè memini. Non declinet ...que bonus Iudex ad dextram, aut sini...am, sed recto tramite progrediatur. In † ...nis vero magistratus nouerit, quod vt Ioannes Chrysostomus habet super Mat...eum, Iustitia sine misericordia non est ...stitia, sed crudelitas: sic contra misericor...a sine iustitia non est misericordia, sed fa...itas, & iustitia cum misericordia coam...bulent, vt Ioannes de Terra Rubea contra ...belles sui Regis, in gloss. super verbo, in...mittere, folio 41. tradit latius. Hinc Poë...ae affingunt Herculi clauum, oleique coro...m: vt feriat quidem, sed ita, vt oleo mise...cordiae ictum leniat. Decet Principes vt ...ne Herculis formam in exemplum sibi ...nant, hac de causa Principes & Magistra... consequentur virtutem aequitatis, vt po...que benigna est hocque sibi proprium & ...culiare habet epitheton, vnde benigne o...nia moderatur. † Etenim aequitas prae...enda est rigori iustitiae, nam aequitas est ...mperata iustitia cum dulcedine & mise...cordia facta consideratione diligenti, & ...cretione circunstantiarum. Salomon di...optime quidem Prouerbiorum 30. Non ...nimium iustus, ne pereas in propria iu...tia, & qui nimium emungit, elicit san...inem. Vnde praecipitur quoque, quod ...omnia iura obseruāda sunt iuxta rigo...m: nec omnia praecepta rigorem volunt, ...nulla exceptionem patiuntur, cūcta ve... secundum aequitatem sunt agenda, defi...enda, & dirigenda. Haec † aequitas efficit, ...Iudex sordibus careat, munera non curet, ...nocentem nō opprimat; melius est enim ...ntum nocentes absoluere, quam vnū in...centem condemnare, vulga. l. Arianus, ...bi glossa in verbo: Vt faciliores simus, & ...am scribentes ff. de actionib. & obligat. ...l. Fauorabiliores, ff. de reg. iur. & l. Fina... §. Sed cum aliquid, ff. de iureiuran. Con...d. text. in Canone, Veniam nunc, & ibi etiam gloss. in verb. Si faciendum, 35. q. 9. in cuius signum ad poenalem sentētiam lauacrum manuum ex pura aqua praeberi solet Iudici, vt & illo Epigrammate testatum est:

Marmorea in tumulis vna stat parte columna
Vrceus, ex alia cernere malluuium est.
Ius hac forma monet, dictum sine sordibus esse
Defunctum puras atq; habuisse manus.

Huc pertinet quoq; factum Pilati lauantis coram populo manus suas & dicentis: Innocens ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis. quid enim aliud voluit demōstrare, quam sequendam esse aequitatē, ipsamq; innocentiam nullo modo esse opprimendam. Quanquam ipse mox in eo facto deliquit tradendo innocentem inimico populo, ne Pilatus quidē hoc impune tulit. Nam in exilium relegatus, paulo post deuenit Viennam Allobrogum, & à canibus in campo prope Rhodanum, vbi nunc locus nūcupatur Vinea Pilati, dilaniatus est iusto iudicio, nimirū sicut crudeli populo, factioso & malo, tanquam canibus voracibus & clamanti: Sit sanguis eius super nos & filios nostros, sitienti sanguinem Christi, dilaniandum contra aequitatem Christum tradidit: ita ipse à canibus laceratus, distractus, deuoratusq; est. Crimina igitur considerate perpēdenda, pensiculatè in iudicium vocanda, atque punienda sunt: innocentia semper defendenda, in omnibus seruanda est aequitas, tanquam aequilibrium iustitiae, ne rigor iustitiam superet, aut violet, ne nimia lenitas eam perdat, & obruat, haud dubie magistratus hac regia via procedens laudem merebitur, nec naturaliter vllam poenam, sed praemia vere obtinebit, nam apud Ethnicos honorata fuit aequitas, & magistratus tali modo procedens laudabilis extitit. Anne Dionysius Areopagita videri potest ex iudicib. Areopagi propter aequitatem à Deo electus, vt ex infideli fidelis, ex Iudice secularium,

Iudex ſpiritualis, ex prophano magiſtratu ſacer fieret, & Epiſcopus Athenienſium. Salomon æquitate iudicii celebratus fuit, &
11 honoratus ineffabiliter. † Ita enim à patre ſuo Propheta inſtitutus erat, vt ſciret quod iniquitatem odio haberet, & abominaretur. Nam ipſe Dauid ſic ait Pſalm. 118. Pronunciabit lingua mea eloquium tuũ: quia omnia mandata tua æquitas. & paulo ante: Æquitas teſtimonia tua in æternum, intellectum da mihi, & viuam. Apud Xenophõtem in Cyropędia legitur Cyrus à ſuo præceptore inſtitutus, vt in omnibus iudiciis ſeruaret æquitatem, cuius quidem inſtitutionis memor Cyrus ſumma cũ laude Rex factus præfuit, & honoratus eſt: ſed enim huius generis plurima exempla paſſim ob uia ſunt, quibus magiſtratus ad obſeruandam æquitatem commoueri poteſt. Ante omnia illud prophetæ (Pſalm. 10.) dictũ in pectore geſtandum eſt bono magiſtratui, quo dicit: Quoniam iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius. & paulo ante in eodem Pſalmo: Qui diligit iniquitatem, odit animã ſuam. Princeps verò Dei imaginem refert, & ad hanc iudices, omneſque boni magiſtratus accedunt, quare imitari Deum debent, & æquitatem in omnibus retinere, ſic enim viuent recte, & laudabiliter, nec à naturali vlla impreſſione incommodum ſentiẽt: quicquid vero accidit aliunde eſt, & violenter infertur, ſicut æquitatem amanti omnia ſunt æqua: ita contra, iniquos odit Deus, odit vir bonus, odit ipſa natura, & punit. Diuus Paulus in epiſtola ad Galatas, qui ait: inſtituitur ei, à quo inſtituitur, communicet in omnibus bonis. Nolite errare. Deus non irridetur, quę enim ſeminauerit homo, hæc & metet: Inferri poteſt haud inepte qui ſeminat æquitatem, metet eam: qui iniquitatem, ab hac conficietur. Leuitici decimo nono præceptũ legitur datum: Non facies, quod iniquum eſt, nec iniuſte iudicabis. & mox inde: Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in ponde menſura, ſtatera iuſta, & æqua ſint po ra, iuſtus modius, æquuſque ſextari bi ipſa æquitas præualet, ibi conte materia, ac fomentum ſubtrahitur, no ficit miſericordia, non diſcretio, non
12 iuſtitiæ, aut ſufficiens rigor. † Princep gitur, omniſque magiſtratus etiam in niendis criminibus, Iudex in ferendi tentia ſtudeat eſſe æquus, ſic ſibi & ſuis ne conſulet, nec male vtetur poteſtate. de nulla redundat iniquitas: & peccator timori erit, bonis autem honori, quod ſi libi contrarietas inciderit, aut anxieta dam de inferẽda pœna, ſemper pars m eſt præferenda, iuxta ſententiam om Theologorum & Iureconſultorum: m enim delinquitur in lenitate, quam gore: illi mederi licet, huic nequaqua caret ratione lenitatis, quod quadrag plagas minus vna ex lege Moſayca (D 25.) Reo Iudæi infligebant. Nam pro ſura peccati, ſtatuebatur modus plag ita tamen vt quadragenarium num non excedant, ne fœde laceratus ante los tuos abeat frater tuus. Hæc eſt obiter nunc commemorata ratio co qui non ſolum impune, ſed & etiam
13 laude vtuntur gladio, gladio feriunt. alios iuxta carnalem oculum lædunt, tiam ſe defendunt, neceſsitateque in ctum percutiendi proximum fratrem currunt, tametſi non aperte à natura antur, quod legis naturalis proprium ſetur eſſe, vt liceat vim vi repellere: ta horrent ad facti mentionem, dolentque geſta, & haud raro maligniorem erga turam ipſam experiuntur. Serpens ſi q do hominem necarit, aut lethaliter vu rauerit ab ipſa terra non amplius recip ſed perit, nimirum ipſa natura vindic factum. Ita ipſa natura homines hom das, maleficos, & iniquos rurſus æqu me punit: (Cain quia occidit Abel fratr rurſus à Lamech occiſus fuit.) contra

nam bonos exaltat: crimina non finit
ita: virtutem præmiis recōpensat. Hæc
c † legum, quæ crimina puniunt, ori-
est. In veteri Lege constant supplicia, vt
hominem voluerit occidere, & ideo per-
erit, morte moriatur, qui percussit per
dias, vel de industria occidens, vt morte
riatur, etiam si de altari Dei euellatur,
percussit aut maledixit patri aut matri,
te moriatur. Qui furatus fuerit homi-
m & vendiderit eum, noxæ conuictus
te moriatur, Exod. 21. Reddet animam
anima, oculum pro oculo: dentem pro
te: manum pro manu, pedem pro pede,
stionem pro adustione, vulnus pro vul-
, liuorem pro liuore, & quæ Lex talio-
hinc iure ciuili confirmata manet. †
ro vt crimina varia, ita illorum diuersa
q; supplicia apud diuersas nationes fue-
t vbicunque nullis legibus punita fue-
imina: ibi ipsa natura pœnas sumpsit,
eliusque authores vexauit & puniuit,
m si latis leg bus pœnæ infl ctæ fuis-
. Haud raro † ipsa conscientia in leuis-
is etiam peccatis tormento continuo
pliciū facti infert vt est apud Iuuenalem.

mplo quodcunque malo committitur ipsi
licet authori, prima est hac vltio, quod se
nemo nocens absoluitur, improba quam-
uis
tia fallacis prætoris vicerit vrnam.

Hinc est quod multi quum ante scelus &
en tutum vident refugium, & sui de-
sionem, imo hæc sæpe præparata habēt,
ibus se post admissum crimen liberatum
perant, mox perpetrato scelere omnem
viam effugiendi, defendendi, iuuandi-
sese offendunt præclusam, & infinita
riuntur incommoda ac impedimenta,
tatim in pœnas semetipsos præcipites
oluant, in manus eorum deueniant à
bus iure puniri debent & vt salua sint
tra omnia, tamen tot aduersitatibus af-
untur, vt etiam tectissima crimina dete-
t, & se publicis suppliciis exponant, vt-
troq; manibus magistratus offerant, vt luant dignas meritis pœnas. Nonnulli semet-
ipsos conficiunt, addentes sceleri scelus, &
in desperatione pereunt, malumque exem-
17 plum relinquunt. † Nemo autem crimini-
bus oneratus impune tulit admissa, vnde
verè Ethnicus ille Poëta Satyricus sic pro-
dit, Satyr. 13.

——Cur tamen hos tu
Euasisse putes, quos diri conscia facti
Mens habet attonitos, & surdo verbere cædit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum.
Pœna autem vehemens, ac multo sæuior illis,
Quas & Caditius grauis inuenit, aut Rhada-
manthus:
Nocte dieque suum gestare in pectore testem.
Spartano cuidam respondit Pythia vates,
Haud impunitū quondā fore, quod dubitaret
Depositum detinere, & fraudem iure tueri
Iurando, quærebat enim quæ numinis esset
Mens, & an hoc illi facinus suaderet. Apollo.
Reddidit ergo metu, non moribus, & tamen o-
mnem
Vocem adyti dignam templo, veramq; probauit,
Extinctus tota pariter cum prole, domoq;.

Hanc vero historiam prolixe Herodotus
narrat de Glauco Lacedęmonio libro sexto.
18 eô candidus Lector recurrat. † Atqui adeo
etiam crimina puniuntur, vt vel voluisse
deteriora sequi, mox suum habeat suppli-
cium, quod idem Poëta expressit luculēter.

Et quamuis longa deductis gente propinquis,
Has patitur pœnas peccandi sola voluntas.
Nā scelus intra se tacitum qui cogitat vllum,
Facti crimen habet, cedo si conata peregit.

Sicut in magnis voluisse pulchrum aliquid est laus: ita contra voluisse malum, vel
turpe, improbum. Nam huic pœnæ, inde
præmia confestim sequuntur. Quod si perpetrata sunt scelera, horum statim pro foribus sunt pœnæ. Iudicium enim suum secū
portant, vt ait Christus: Conscientia vnumquemque arguit, vt Paulus dixit, nec malè
ea Iuuenalis recenset, quæ factum scelus
comitantur: vt,

Perpetua anxietas, nec mensa tempore cessat,
Faucibus & morbo siccis, interq; molares
Difficili crescente cibo: sed vina misellus
Expuit, Albani veteris pretiosa senectus
Displicet: Ostendas melius, densissima ruga
Cogitur in frontem, velut acri ducta Falerno.
Nocte breuem si forte indulsit cura soporem,
Et toto versata thoro iam membra quiescunt,
Continuo templum, & violati numinis aras:
Et quod præcipuis mentem sudoribus vrget,
Te videt in somnis tua sacra; & maior imago
Humana turbat pauidum, cogitque fateri.
Hi sunt qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent.
Cum tonat, exanimes primo quoq; murmure cæli,
Non quasi fortuitu, nec ventorum rabie, sed
Iratus cadat in terras, & vindicet ignis.
Ille nihil nocuit, cura grauiore timetur
Proxima tempestas, velut hoc dilata sereno.
Præterea lateris vigili cum febre dolorem
Si cœpere pati, missum ad sua corpora morbum
Infesto credunt à numine. Saxa deorum,
Hæc & tela putant, pecudem spondere sacello
Balantē, & laribus cristam promittere galli
Non audent: quid enim sperare nocentib. ægris
Concessum? vel quæ non dignior hostia vita?
Mobilis, & varia est ferme natura malorum.
Cum scelus admittunt, superest constantia, quid fas
Atque nefas, tandem incipiūt sentire peractis
Criminibus, tamen ad mores natura recurrit
Damnatos, fixa & mutari nescia. Nam quis
Peccandi finem posuit sibi? quando recepit
Eiectum semel attrita de fronte ruborem?
Quisnam hominum est, quem tu contentum videris vno
Flagitio? dabit in laqueum vestigia noster
Perfidus, & nigri patietur carceris vncum,
Aut maris Aegæi rupem, scopulosque frequentes
Exulibus magnis, pœna gaudebis amara
Nominis inuisi, tandemque fatebere lætus
Nec surdum, nec Tiresiam quemquam esse deorum.

Idem prima Satyra huc respexit, quum sic canit,

Ense velut stricto quoties Lucilius ardens
Infremuit, rubet auditor, cui frigida mens est
Criminibus, tacita sudant præcordia culpa.
Inde ira & lachryma —

Adeo verum est quod ipsis criminibus præsentia semper sunt, moxque cuncta supplicia, vt id vulgò notissimum sit, dicique solet teste Iuuenale Satyra prima:

Aude aliquid breuibus Gyaris, & carcere dignum
Si vis esse aliquis: probitas laudatur & alget.
Criminibus debent hortos, prætoria, mensas,
Argentum vetus & stantem extra pocula Caprum.

Quod si nunc exitus vitæ eorum perstringerentur, qui criminibus peperere hortos, prætoria, mensas, & cætera his similia haud dubie omnia tragica, & luctuosissima pœnarum genera occurrerent. Quamobrem Virgilius sexto Æneid. sceleribus subuertit pœnas, & tandem infert sic:

Non mihi si centū linguæ sint, oraq; centum,
Ferrea vox omnes scelerum comprendere formas
Omnia pœnarū percurrere nomina possim.

Valerius Maximus rectè aliquando pœnam differri quidem, sed non auferri hac sententia insinuauit. Diuina, ait, ira lento gradu ad vindictam procedit, sed tarditatem sup-
20 plicii grauitate recompensat. † Et Dauid de hoste humani generis, & de peccatoribus [...] in Psalmo 7. scripsit: Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit, & conuertetur dolor eius in caput ipsius, & nequitia in verticem descendit: Diabolus itaque author omnis criminis, iuste omni genere suppliciorum torquetur, tum [...]
21 angeli, & asseclæ ac peccatores prout † delinquunt, castigantur. Quia igitur Deus, & natura non sinunt inulta esse scelera: quomodo homines in magistratu constituti

Dei personam referentes, non animaduertant in peccata? Et si sæpe nolunt, & inuiti ad supplicia de criminibus sumenda impelluntur: tamen vt maleficis hæc irrogent, & innocentiam tueantur bonorū, ipsi maleficos incitāt, qui clara voce se latrones, homicidas, adulteros & improbos sceleratosque clamant, & ipsi magistratui aliquando apertè, aliquando clam vim non modo intentant, sed etiam se insidiari fatentur, nisi puniantur, nimirum ipsa natura peccatorum pœnas exigente. † Tum exempli dandi ratio haud exigua est, vt mali deterreantur ab improbitate, & boni sint in virtute constantes, cur sumendorum suppliciorum de criminibus alibi consuetudines, alibi leges sint introductæ & confirmatæ. Nec inepte huc detorqueri potest: quod dicitur, Ex malis moribus bonæ leges natæ sunt. Nam propter maleficiorum depulsionem utiles, atque optimæ leges sunt promulgatæ & approbatæ. Cæterum sicut † crimina sunt diuersa, ita ex illis diuersa quoque supplicia inferuntur, & hęc apud varias nationes haud parua quoque recipiunt discrimina: quemadmodū de hac æquitate pœnarum in multis locis huius commentarii demonstratum est, quare his longius inhærere tædiosum nec operæprecium videtur. † Sed illud repetiuisse haud obfuerit, quod æquitati in primis studendum est, præstatque mitiore pœna crimina punire, quàm rigore extremo procedere. In morborum curatione, imò etiam in ipsa sanitatis conseruatione medici statuūt omne nimium esse noxium. Sed in ciuilibus & criminalib. rigor iustitiæ formam eius, quod nimium dicitur, repræsentat. Esset † igitur rigor formidandus in multis, nisi sicut extremis morbis extrema exquisitè remedia optima sunt. Ita maximis & enormibus criminibus ipsa quoque extrema supplicia essent conuenientia, nimirum quæ nullam misericordiam admittunt. Haud raro incurrunt flagitia, & vulnera immedicabilia, quæ ense recidēda sunt, ne pars syncera trahatur. Quamobrem bonus magistratus, grauis Iudex, & lectus Senatus seruantissimus æqui, dignus est omni laude, & gloriam inueniet. Ita iniquus affligetur & plurima mala experietur.
26 † Nam conniuens cum flagitiosis, & improbis tanquam cernens furem & currens cum eo, se participem facit criminis alieni, & huius quoque pœnam sibi accersit. Qui autem malitiem punit, pœnam à se & suis, omnibusque bonis abigit, præmium consequetur, quod quidem vniuersum paucis comprehensum est à Regio propheta in Psalmo octuagesimo primo, canente in hanc sententiam: Deus stetit in Synagoga, in congregatione Deorum, nimirum Principum & Iudicum, in medio autem illorum diiudicat qualescunque alios magistratus, & in illis hęc loquitur: Vsquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis? Iudicate & iudicio defendite probitatem, egenum pupillum, humilem & pauperem iustificate, eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Cæterum magistratus illi nesciuerunt, neque intellexerunt hæc, in tenebris ambulant. Quare omnia fundamenta terræ mouebuntur, regna mutabuntur, tituli & honores talibus magistratibus adimentur, iterum varias vexationes illis notum Deus facit, quod Dii sunt, illis loquitur, ego dixi, Vos Dii estis, & filii excelsi omnes. Quia verò hoc necdum intellexerunt, nec æquitatem obseruant, ideo infert Deus: Vos autem sicut homines, sicut iniqui, & vt peccatores moriemini.

Vos ignota eritis contemptaq; funera, sicut
Obscura vulgus morte perire solet.

Vos, & sicut vnus de Principibus cadetis, sicut Lucifer cecidit in pœnam æternam, pręcipitabimini cum eo, & cruciabimini:
27 † Quare orandus est Deus, vt surgat in cordibus iudicum, omnisque magistratus, vt per hoc iudicet terrā, & homines terrenos,

bonos defendendo, malos puniendo pro meritis. Quoniam ipse Deus hæreditabit in omnibus gentibus, namque æquitas præualebit. quoniam de sceleribus supplicia sicut debet fieri, sumuntur: & multa crimina non sinuntur à Deo, aut à natura. Elegans est Psalmus ille Iudici necessarius, memori mente recitandus, atq; obseruandus, cuius graui pleraque elocutione, grauissimaque condemnatione finem argumento imponere, & hoc loco desinere, verum & æquum est.

Quid sunt sine Iustitia Regna, nisi Latrocinia magna?

Humanum est peccare
Angelicum emendare
Diabolicum perseuerare } *pro quo facit glossa in l. Consentaneum, in verb. perseuerauit. C. quomodo & quando Iudex.*

Veritatem super omnia debet quærere iudex.

Veritatem inuenire difficile est, vbi sapientes discordant.

Ecclesia est auctrix iustitiæ.

Deus irascitur ex negligentia correctionis delictorum.

Mali male omnibus vtuntur, digni qui malè pereant.

Malitiis non est indulgendum.

Nō potest dolo carere, qui imperio magistratus non obtemperat.

Inobedientia est maximum delictorum.

Mala omnia quis potius debet pati, quam malo consentire.

Mundi conseruatio est in pace & tranquillitate viuere.

Sapientiæ 1.

Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.

Consuetudo in delinquendo aggrauat pœnam.

FINIS.

APPENDIX CVM ELENCHO DE PROPRIIS LIBRIS HACTENVS A ME EDITIS, TAM in Iure, quam aliis professionibus, & nonnullis adhuc scriptis mox imprimendis in gratiam studiosorum.

CERTA consuetudo fuit veterum authorum, qui in aliquo genere scientiæ multas lucubrationes, aut diuersa scripta in lucem emiserunt, tandem aliquando omnium illorum rationem, ordinem & catalogum cõtexere: vt suos partus ab alienis discernerẽt, & legitima illegitimis anteferrent. Sic Hippocrates ille suorum librorum subinde meminit, vt ad eos lectorem remittat. Plato alibi diuersa sua scripta enumerat, & eorum methodum prodidit publicè, vt apud Diogenem Laertium in vitis Philosophorum legere licet. Aristoteles quoq; ad Alexandrum Magnum suorum Hypomnematon vel commentariorum distinctionem facit, teste Aulo Gellio Noctium Atticarum, id plurimi Philosophi maximè polygraphi fecerunt. Galenus medicus non vnum modo, sed plures commentarios de propriis libris edidit, idẽ deinceps alii doctissimi viri secuti sunt, vt neotericos omittã. quorum multi etiam suis exemplis ad hoc præsens inceptum instimulauerũt, rationes pluri mæ impulerunt illos, eædem me mouent. ante omnia hunc meorum librorum catalogum conscribere placuit, quod viderẽ eos in diuersis vrbib. typis & linguis imprimi. vnde assertorem propriũ me esse haud iniuria meorum librorum profiteri possum, antequã ex mei nominis dominio in alienum ius transeant. Res autem in hunc modum se habet, cum animaduerterem quam plurimos iureconsultos & causidicos nostræ ætatis grauiter subinde in variis causis, maximè pupillorum, minorũ & prodigorũ allucinari, imo non debitã diligentiã præstare. Vnde innocentia sępe obrueretur, nolui deesse professioni iuris iusticiæ erga afflictam & teneram ætatem. legeram, imo animo reuoluebam continuo, illud Prophetæ, *Vidua, & orphano tu eris adiutor:* Rursus illud eiusdem, *nec circumscribi pupillos fraude sinatis.* Idcirco vt errores multorum corrigerem & pupillorũ, minorum, & prodigorum causam defenderem quod in foro sedulus pręstiti, impulsus sum etiã scriptis priuatis procurare. quid igitur? scripsi *Patrociniũ pupillorum, minorum, & prodigorum.* totam materiam vno opere complexus: quam multis probis & doctis communicaui, & gratam in lucem adhortãtib. omnibus emisi. reiterantib. impressionem huius operis multis typographis, adduxi aliud opus inscriptum *Subhastationum compendiosa exegesi.* forte amplissimæ Ciuitatis Brugensis politiam multis aliis oppidis necessariam & imitabilem, tanquã bonam Reipublicæ ideam, & exemplar consyderans conscripseram multa ad rem notatu digna. tandem integrum libellum absolui,

&gratitudinis ergo destinaui perpetuę memoriæ patriæ meæ, sic & hic libellus in publicum prodiit, continuæ, & variæ multorum, qui in lingua Latina non satis versati essent, preces & flagitationes extorserunt operis mei De patrocinio pupillorum, minorum, & prodigorum, & alterius De subhastatione Gallicam interpretationem. Itaq; ambo illi libri in Gallicam linguā à me conuersi & mox typis impressi sunt. Porro rerum criminalium in foro multiplices quæstiones & obscurus vsus vel praxis occurrere cœpit. Hic committere nequiui quin in hūc campum per omne genus authorum in iure vtroque exspaciarer, sic accidit vt iustum volumen, res à me collectæ implerent, inuigilaui attētius toti negotio, & expoliui scriptum, quod non solum mihi, sed etiam omnibus iuris studiosis mirum in modum breuitatis causa & ordinis placuit, res necessaria & vtilis supprimi sine cōtrouersia non potuit, ecce & hic liber mihi extortus est, & typographis traditus meruit publicam lectionem, materia huic affinis successit, *Praxis rerum ciuilium*. Pertractaui igitur hanc & edidi non minorib. auspiciis & applausu quam illam de criminalibus, talibus modis duo commentarii, vnus *De praxi rerum criminalium*, & alter *De praxi ciuilium*, impressi sunt ab initio: qui quum à studiosis, & causidicis vehementer desiderarentur, operam nauaui vt rudem editionem subinde expolirem, augerem, & formando perficerem, secutus sum in hoc multorum exempla doctorum; qui, sicut vrsæ rudē massam lambendo in perfectum vsque animal conformant, neque prius cessant, quam omnia mēbra absoluta vident. Interea sparsim annotaueram multa paria, similia, dissimiliaque in vtroque iure, quæ forum sequentibus ex vsu essent. Scripsi igitur de his farraginem & enchiridium confeci, quod mox in lucem emisi: ne quid mearum lucubrationum quod prodesset, temere interiret. Postquam causa religionis in Belgio,

magis, quam antea vnquam promi-
populo illotis (quod aiunt) manibus
dibusque tractaretur, continuisque q-
stionibus & altercationibus mensæ pe-
perēt, nec scirem cum qua vtilitate: su-
dium Theologicum delibare volui, ex-
plo multorum iureconsultorū, qui vt-
que iuris tractationem connexerunt c-
Theologia. Qua de causa *Paræneses C-
stianas*, siue *locos communes ad religion-
pietatem Christianam pertinentes*, ex v-
testamento desumptos collegi, & his q-
dam vtilia ac noua de pecuniis & peregri-
tione Christiani hominis ac morte cō-
atque in lucem producere, multis su-
tibus, non sum veritus, quamuis plu-
de causis hac in re quid facerem subd-
uerim. Scio enim quam graue, & in-
multis fuerit etiam doctissimis alioq-
ris, & simul piis, ex sua vel iuris, vel m-
næ, vel artium liberalium professione p-
siluisse in Theologicos limites: imo m-
quasi capitale probrum, hoc est impu-
quod suam falcem in alienam messem
serint. Cæterum difficultas tempori-
dem occasio euicit, vt Theologos prop-
haberem, nec immerito. Nam animo s-
cero & candido compilatis meis comm-
tariis fenestram bene merendi de omni g-
nere hominum sine fuco piis lectorib. a-
rui, sic & hi libri prælum lucemq; non fo-
midauerunt. Editi etiam plurimis conc-
natoribus profuerunt, & aliis lectoribus o-
mnibus, vt credo, propterea quod mu-
singularia & occulta detegerem, optima-
que mihi certe visam tractarem methodu-
docendi rudem populum. Sed cum ess-
paulo altioris speculationis, quam vt rud-
rib. conuenirent, descēdi ad principia Ch-
stianæ religionis, vt rudimenta pueritię
nostra fide & catechesim. Proinde c-
scripsi librum, cui titulum dedi *Specul-
conscientiæ*, in tribus linguis, Latina, Galli-
& Flandrica. Opus approbatum quidem
confirmatum Regio priuilegio, sed non
in-

storia temporum editum est typis: spero autem quod breui impedimenta proferentem illud è medio tollantur. Haud dubiè illud fore confido, statim ac infesta pace huic nostræ prouinciæ pristina felicitas, fauente Deo, & domino Iesu redierit.

Vt certus ordo fœturæ meorum librorũ constet, vnà cum titulis, ideo copiosum catalogum attexi: in quo quidem nomina typographorum, qui eos diuersis locis & temporib. impresserunt, quãtum ad meam notitiam hactenus peruenit, & viri referuntur, quibus dedicaui meos labores. Classis autem talis est:

Primo omnium in lucem exire feci librũ cui titulus est, *Patrocinium pupillorum, minorum, atque prodigorum*, cupidę legum, candidatorum, praxisque iuris iuuentuti non tam vtile, quam necessarium. Hunc Brugis Hubertus Crocus chalcographus impressit, anno 1544. in folio 2. cum gratia & priuilegio Cæsareo, in annos sex: dedicaui illum clarissimo ac prudentissimo viro, & publici, priuatiq; iuris consultissimo, domino LVDOVICO de SCHORE Cæsareæ Maiestatis præsidi meritissimo. Hic liber iterum in 4. forma impressus est Antuerpiæ, apud Ioannem Bellerum, anno 1564. & illustratus iconibus materiæ subiectæ conuenientibus, cum priuilegio Regis in 8. annos. Dedicaui hunc reuerendissimo atque illustrissimo Domino Antonio Perenoto Granuellano, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero Cardinali, Archiepiscopo Mechliniensi primo. Additus est alter liber in eadem impressione, cui titulus, *Subhastationum compendiosa exegesis*: à me dedicata reuerendissimo domino Viglio Zuichemo, iurisconsultissimo, pręposito Diui Bauonis Gandauensis, supremi consilii Belgici primario Præsidi & custodi sigillorum Regiæ Maiestatis Hispaniarum, nec non equitum aurei velleris cancellario ac consiliario. Adiunxi tertium libellum, *De magnificentia ac amplissima Ciuitatis Brugarũ*, in laudem amplissimi Senatus Brugensis, cum oratione ad eundem. Quãquã liber Subhastationum compendiosa exegesis iam ante etiam Gandaui, cum Imperiali priuilegio per Erasmum Quercinum in forma quarta, cum declamatione, in laudem Hispanicæ nationis Brugis fixas sedes habentis, impressus fuerat anno 1564. Deinde tamen anno 1558. etiam typis Stephani Valerii, Louanii cũ gratia & priuilegio Regio ad quadriennium, in 8. forma emissus est. Tertio liber *De patrocinio pupillorum, minorum & prodigorum*, Venetiis apud Ioannem Antonium Ferreum locupletatus, & cum Subhastationum compendiosa exegesi editus est, anno Domini 1572. in octaua. Rursus *De patrocinio pupillorum, minorum & prodigorum*, Gallicè à me conscriptus, & dedicatus illustri ac magnanimo D. Petro Ernesto, Comiti Mansfeldensi: impressus est Antuerpiæ apud Ioannem Bellerũ, anno 1567. cũ gratia & priuilegio Regio ad decenniũ. in 4. forma, titulus est *Le Refuge & Guarand des pupilles, orphelins, & prodigues*. Libri hi etiam in Gallicam linguam & simul & separatim, mox etiam in Flandricã translati, omnes in magna forma edendi typis restant.

Hinc à me in lucem emissus est liber, cui titulus, *Praxis rerum criminalium*, &c. impressus primò Antuerpiæ apud Ioannem Bellerum, sub Aquila aurea, in 4. forma cũ iconibus, anno Domini 1554. dedicatus Ludouico à Flandria Pratensiũ dynastæ, sacræ & catholicæ Maiestati Cæsareæ secundo à cubiculis, & Financiarum pręfecto, &c. mox idem liber in Gallicam linguam à me translatus, Louanii imprimitur eodem anno, cum gratia & priuilegio Cæsareo ad annos quinque, in 4. forma, additis figuris vel iconibus. Inde nomine Enchiridii & practicę rerum criminalium in Gallia, Lugduni per Sebastianum Bartholomæum Honorati, in 8. forma, anno 1555. editur & dedicatur vt supra. Mox in Flandricam linguam, versus

à me Louanii, anno Domini 1555. cum priuilegio Cæsareo, ad annos quinq; impressus est. Rursus Gallica inscriptione & lingua hoc eodem anno 1555. Parisiis editur in 8. forma, *Practicque iudiciaire es causes criminelis, &c. illustre & enrichie des ordonāces, statutz, & coustumes de France, imprime par Gilles Gourbyn, à l'enseigne de lesperance prez le colliege de Cambray, auecq priuilege du Roy pour six ans.* Dedicaui hanc interpretationē D. Carolo Baroni de Barlaymont, Gubernatori Comitatus Namurcensis, &c Deinde Antuerpiæ, idem opus excuditur per Ioannem Bellerum anno 1562. cum priuilegio Regis ad annos decem, in 4. forma, dedicatum est D Miraldo ab Egmont Principi à Gauere, Comiti de Egmont, Baroni de Baer, & D. de Fiennis, Auxi, Armentieres, &c. consiliario Regio, ordinis aurei velleris, equiti aurato, Flandriæ, Artesiæque summo prǫfecto, &c. Rursus translatus in Germanicam linguam liber criminalium Francofurti ad Mœnum, in Germania imprimitur forma 4. cum iconibus à me trāsmissis, per Ioannem Wolffium, anno Domini 1565. Inde Antuerpiæ iterū in 4. forma anno Domini 1570. cum additionibus, iconibus, figurisq; per Ioannem Bellerum concesso Regio priuilegio in annos 8. dedicatus à me D. Philippo de sancta Aldegunda & Noircarmes equiti & commendatori de Alcantara, Cæsareæ & Catholicæ Maiestati Caroli V. olim à cubiculis, nunc consiliario Regis Hispaniarum, & prǫfecto ærarii seu Financiæ eiusdem, &c. Hinc Venetiis, anno 1572. apud Ioannem Antoniū Bertanum, in 4. forma exit, dedicatus vt supra. Postea Lugduni in Gallica lingua editur forma 16. anno 1573. cum inscriptione, *Practicque iudiciaire es causes criminelis, &c. illustre & enrichie des ordonances, statutz & coustumes de France à Lyon par Benoit Rigaud*, dedicatus est D Carolo Baroni de Barlaymont, &c Financiarum Regiæ Maiestatis Hispaniarum præfecto, &c. Adhuc Praxis rerum criminalium in Gallicam linguam translatus, auctus cum allegationibus Latinis à me typis destinatus reseruatur in suum tempus.

Post librum de Praxi criminalium absolui commentarios *De Praxi rerum ciuilium* prætoribus, proprętoribus, consulibus, proconsulibus, magistratibus, reliquisque genus iusticiariis ac officiariis in quacunque Republica forensem administrationem sumentibus apprime vtili & necessaria, cum nonnullis iconibus subiectæ materiæ conuenientibus. Hos dedicaui illustrissimæ Principi D. Margaretæ ab Austria Duci Parmensi, & Placentiæ Gubernatrici, Generali Prouinciarum Regiæ Maiestatis Belgii, is liber est impressus in 4. forma Antuerpiæ, apud Ioann. Bellerum, anno Domini 1567. cum gratia & priuilegio Regio ad decennium. Rursus idem reuocatus sub typum eiusdem Ioannis Belleri, Antuerpiæ, anno Domini 1569. cum priuilegio Regio ad annos decem in eadem forma, dedicatus vt supra. Deinde Gallice à me conscriptus cum Latinis allegationibus, dedicatus D. Carolo de Thysnac, equiti aurato, præsidi secreti consilii, impressus Antuerpiæ in 2. forma per Ioannem Bellerum anno 1572. cum gratia & priuilegio Regio, titulus est Gallicus, *Practicque iudiciaire es causes ciuiles.* Idem liber antea Venetiis Latine est impressus, typis Dominici Guerrei & Ioannis Baptistæ fratrum, anno Domini 1568 in 4. folio. Rursus à me correctus & auctus primo in Latina lingua, tum in Gallica cum allegationibus Latinis & iconibus imprimendus in magna forma paratur. Similiter idem in Flandricam linguā translatus in forma eadem cum Latinis allegationibus & iconibus, concessa iam gratia & priuilegio tradit⁹ Bellero typographo Antuerpiano breui emittitur.

Post hæc absolui *Enchiridion paritorum similiumvtriusq; iuris*, omnib. praxeos studiosis, aut in foro publicam rerum ad-

rationem assumentibus admodum vti-
necessarium, dedicaui illud clarissimo
Carolo à Thysnac, equiti aurato, Pręsidi
rati consilii Regii, Thesaurario aurei
eris, &c. imprimendum tradidi Ioanni
ero, qui illud Antuerpiæ excussit typis,
o Domini 1568. cum priuilegio Regio
exennium. Inde hunc commentarium
tis additionibus locupletaui & typis
inatum prima occasione oblata emis-
ssum, si Deus vitam dederit.
aboraui opus ad Theologiam & bonos
es pertinens, cui titulum feci *Parane-
Christiana siue loci communes ex vtroque
mito & variis autoribus*, &c. Hoc Ant-
iæ apud Ioannem Bellerum sub Aqui-
urea, anno 1571. impressum est, cũ pri-
gio Regio, ad annos duodecim: dedi-
m verò à me est Gubernatori delegato
gii Duci Albano, Ferdinando de Tole-
Marchioni de Coria, &c. Rursus idem
impressum est in Italia Venetiis apud
Ioannem Antonium Bertanum, anno D.
1572. in 6. forma, qui liber à me reuisus &
cum multis appendicib. locupletatus, spe-
ctat nouam editionem, sicut idẽ liber trã-
latus in linguã Gallicam, similiter & Flan-
dricam typis paratus necessitate temporis
supprimitur, alioqui omnino perfectus vt
possit excudi.

Reliquus est adhuc liber inscriptus *Spe-
culum conscientia* in lingua Latina, Gallica,
& Flandrica, visitatus & admissus cum gra-
tia & priuilegio in annos sex, sed adhuc à
typographo Ioanne Bellero cui tradidi an-
te aliquot annos impressus non est, propter
hæc vlcerata & maligna tempora, in quib.
destructioni rerum potius, quam augmen-
tationi aut conseruationi studetur; dedica-
tus est autem D. Ludouico Requesino, ma-
gno Commendatori Castiliæ, ordinis e-
questris sancti Iacobi, Gubernatori Belgię
nomine Regis Hispaniarum, &c.

IN LAVDEM LVCVBRATIONVM CLA-RISSIMI ET AMPLISSIMI IVRIS VTRIVSQVE DOCTO-ris, ornatissimi Viri D. IODOCI DAMHOVDERII Brugensis, equitis aurat quondam Cæsareæ, nunc Regiæ Hispaniarum Maiestatis Philippi à consili atq; eiusdem Regis per totam Belgiam ærariæ œconomiæ, vel financiarum commissarii, carmen additum, autore ENNIO ELCHIONE Frisio.

SVnt qui villarum gaudent renouare ruinas,
Distinctis thalamis conclauia pulcra parantes,
Exstruere immensas ædes non tempore cessant.
Templa locant alii, turres cum mœnibus altas,
Castri diuersas species, molesq; superbas,
Aut ponunt Asiæ perductas orbe columnas:
Vel monumenta struunt laudato marmore celsa,
In quibus authoris relegetur carmine nomen.
Mille hominum species, hominum conamina mille,
Per quæ contendunt ad sydera spargere famam,
Vel saltem vitæ normam formare modestam.
Pluribus auxiliis qui publica commoda seruant,
Aut studiis augent, horum pars parua videtur.
Quamuis sint tales diuorum stemmate nati,
Et dici in terris terrestria numina possunt.
Nam Deus est quisquis mortales adiuuat arte.
Hæc dum contemplor, priscos video sapientes
Consensu magno palmas statuisse poetis,
Atque viris doctis, qui condunt publica scripta.
Hos laudant, horum factis insistere gaudent,
Qui reparant chartis rerum monumenta per æuum.
Hic labor insignis superat mortalia facta,
Et cunctis præstat conatibus atque labori,

Æternumq; decus fama per sæcula voluit.
Marmora Mæonius vincit, Maro ferrea vincla.
Ingenio & scriptis verissima vita paratur,
Cætera sed mortis Stygias voluuntur ad vndas.
Hæc bene perspectans naturæ dotibus amplus,
Ingenio magnus, rerum doctissimus vsu,
Vir Damhouderius non cessat promere digna
Perlectu monumenta, ferens vigilando labores
Continuos: genium fraudat, mensasque paratas,
Et sorti rerum, & vitæ defalcat vbique,
Quantumcunque potest horæ, vt lucretur opellas.
Hinc varios fœtus legum monumenta sacrarum,
Atque libros iuris conscripsit in ordine tali.
Primo tractauit Pupillis *atq; minori*
Ætati quæ sint legalia iura tuenda.
Moxque subhastandi *diuulgat iura fidemque.*
Hinc celebres Brugas *claris ornasse Camœnis*
Vnus & è doctis multa cum laude refertur.
Addidit orando quæ gens Hispanica *Brugis*
Efficiat memoranda piis exempla bonorum.
Interea meditans scelerum deformia monstra,
Pellere de medio, Praxim *perfecit honestam,*
Vndique quâ possint depelli crimina rerum.
Hoc opus excellens in paruo corpore miras
Virtutes aperit, pariter defendit honores,
Iustitiæque decus, magis ense tuetur, & armis.
Hinc subit insignis labor, vtile ciuibus agmen
Litibus in variis monstrare perennia iura,
Ciuilesq; bona distinguere voce querelas.
Sic Praxim rerum ciuilia *nomina habentem*
Edidit, exponens abstrusas legibus ansas.
Protinus absoluit, quod vasta in mole refertur
Immensi simile, & quod par est, iuris in arte.
Hoc manuale opus est, Enchiridion *atq; vocatur.*
Collegit multos diuerso nomine libros,
Quos arcis seruat per motus temporis ergô.
Sed quærens multis prodesse errantibus vsu,
De recta morum vitæq; via sine fraude:

Perpendit tales in verum ducere cursum;
Ergo opus eximium cunctis virtutibus adfert.
Communesq; locos *doctrina classibus auget.*
Vnde Paræneticon *cum dogmate vera mouendi:*
Confecit, iungens Numi crudelia sceptra,
Nec minus atra fera mortis certamina pingit.
Denique quo constet vita tutissima meta,
Pluribus expressit linguis speculum, quod adesset
Humana menti seu sit sibi conscia quaque.
Quod si praterea causarum respicis acta,
Officiumq; fidele suo Regi repetitum,
Et quibus ille suo vexetur tempore nobis,
Mirum clamabis, quo pacto talia scripta
Edidit oppressus variarum pondere rerum.
Id vigilans animi candor, studiumq; iuuandi
Discentes ingens, rerum cognitio certa,
Iudiciumque potens de cunctis artibus egit.
Neptuni tubicen, cuius pars infima cœtum,
Sed facies pars summa Deum maris indicat esse.
Serpentis medio Triton comprenditur orbe,
Qui serpens caudam reuoluto continet ore.
Facto, animoq; viros insignes, claraque gesta
Tollit, & ad cælos, & famam terminat astris.
Hinc Damhouderii sedem componit Olympo,
Et iubet æternum scriptis distendere nomen,
Quod lyra nūc resonat Bistonica plectra pererrās.
Ingeminant Musæ cantu, calamisque sonoris:
Vt sicut incœpit pedibus felicibus ire,
Abſenti datur beneficium,c. Accedens de præben.vbi clarus text.quod alius pro alio inueſtiri poteſt abſens,c.Si tibi abſenti.eo.in 6. Idẽ Cardinal.in Clem.Vnica.in verb.Præſentatos, in 3. notab. & clarius in 1. oppoſitione dicit. quod poſſunt Patroni præſentare per literas: & præſens dicitur præſentari, quaſi ipſemet præſentatus portando literas patroni cõſpectui ordinarii ſatis dicitur præſentari, [illegible] eũ examinet,& videat an ſit idoneus.Quæ omnia fallũt, quãdo præſentatus eſt cognitus. Et quod poteſt fieri præſentatio per literas tenẽt Zab. Lap.Ioa. And poſt gloſſam literarũ in Cle.1.§. Præſentatos, de exceſſib. prælat.

Abſentia corporis mẽtis præſentiam non tollit.c.de cætero. de cleri. non reſident.& c. Cum dilectus, de elect. Ita tenet D. Ioan. à Lignano in ſuo tractatu,De amicitia §.Re ſtat,nu.2.ad finem.fol.5. verſo.

Abſentia in dubio in bonam partẽ debet interpretari.dicit Bald.in l. In bonæ fidei & l. Non omnis. §. à barbaris, de re militar.& l. Quid ſi fugitiuus,§. apud Labeonem,C. de ædil.edic.pro hoc bonus text.in l Si cui §. Si ex iuſta.ff.de fideicommiſ.libert vbi abſentia ſemper iuſta & ex iuſta cauſa præſumitur,niſi probetur contrarium.vt ibi q [illegible] dignum memoria eſt.

Abuſio.

Abuſio vel abuſus eſt peruerſus rerũ [illegible] cũ aliqua re per licentiã male vtimur.Ci[illegible]

Abutens ſacris in ſortilegiis reus eſt ſa[illegible] legii c. Sacrilegiũ.17.q. 4.& c Si quis cõ[illegible] §.1.17.q.4.& D. Io.lect in ſumma. in tit[illegible]

Sacrileg.q.3.& S. Thomas in summa secunda secūdę.q.99.artic.3. ver. dicendū.& de pœna ipsorū vide in d.c.Si quis cōtumax.Plura scire volēs de hac materia,legat D.Paul Grillā-dum in suo tractatu de Sortilegiis, num.4.§. 36.fol.116 verso.

Acceptio.

Acceptio personarū est iniustitia,qua persona personę pręfertur in cōferēdo ei aliquid quod ex debito iustitię alteri est conferendū, ratione alicuius cōdicionis trāsitorię, nō cōgruētis ad ipsam rē, sed existētis circa personā,non ob meritū ipsius ad rē. vt tenet Alex. de Ales,secūda secūdę in tract. De acceptione personarū S.Iacob ait c.2. Nolite in acceptione personarū fidē habere. Qui cupit pleniorem expositionem & varias sententias de hoc negotio, legat meos locos cōmunes siue Paræneses Christianas statim ab initio. de acceptione personarum.

Acedia.

Acedia est remissio animæ, resolutio mentis, pusillanimitas exercitationis, odiū professionis, beatificatrix mūdanorū, detractrix Dei quasi immisericordis, attonita in psalmodia, infirmās in oratione, ferrea in ministerio, pigra in opere manuū, improba in obedietia, vt Ioan. Callimachus attestatur: vel, ipsa est pigritia, ignauia, desidia, tædiū benè operādi tristitia de re spirituali, nata ex confusione mētis. vel, est torpor mentis bona inchoare neglīgētis: vel, inertia animi & fatigatio, qua bonū inchoatū fastidit. Vide D. Tho. Hugon. Richardū, Ioa. Damascenum. de hac acedia sentētiæ proferūtur. Per torporem vires & ingenium defluunt. Isidorus in Soliloq.

Vult & non vult piger. Prouerbiorum 13.

Quies tibi & nō desidia sit. Senec. in Prou.

Pigritia est nutrix egestatis. Idem Sen.

Nullū beneficiū dandū est neglīgēti. Idē Sē.

Pestis mortalibus ignauia. Plato de Republica.

Nullum ens naturale natum est ociosum. Aristoteles 10. de historia animalium.

Tristitiæ propriæ corrūpunt operantem. Aristoteles 10. Ethicorum.

Impossibile est neglīgentibus dominis seruos esse sollicitos. Arist. in Oeconomicis.

Etenim ignauia nemo immortalis est factus. Salust. in Catil.

Ignauis precibus fortuna repugnat.

Ouidius in Metamor.

Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.

Virgilius de apibus 4 Georg.

Amor odit inertes. Ouid. in Art. amādi. 2.

Accidens.

Accidēs non potest esse sine subiecto. cōcordat tex. in l. Eius qui in prouincia ver. quod si stipulatus. & ibi notāt omnes, maxime Paul. de Castro vlt. colum. & Rom. allegātes multos alios text. ad hoc Alex. & Iason in 2 colu. illius ver. quē legit. pro §. in 3. not. si cert. pet. Concord. bonus text. in alios in l. Si seruum. §. fi. ibi. Non potest existimari bonitas loci quæ nō extat. de act. empt. Hinc dicit Bald in l. Omnium, circa medium, penult. colum. C. de testam. quod nō potest quis probare qualitatē, nisi prius probet substantiā: quia impossibile est intelligere accidentia extra subiectū. Referūt moderni. Instit. de act. in principio & in d. l. Eius. Reliqua videat Lector apud D. Ioa. Francisc. Balbum in suo tractatu, De præscript. Quinto not. fol. 274. nu. 14.

Accidentia possunt miraculose nec aliter mutare subiectum. Huc facit text. in l. Pacta cōuenta. in princ. ff. de contra. empt. vbi dicitur quod augmentū vel diminutio circa accidētalia contractuū non reponunt cōtractum in diuerso esse, nec per ea intelligitur ab eo in substantialib. recessum. de quo etiā per Bart. & alios in l. In cōuētionalib. ff. de verb. oblig. Dū tangūt an si per cōtrahentes addatur stipulationi pretoriæ, vel stipulatio prætoria alteretur desinat esse prætoria vel dicatur conuentionalis, &c. Prolixius exequitur D. Brunus in suo tractatu de Augmento, Conclusione tertia. fol. 170. num. 2.

Accidētale nunquā extinguit naturale, nec

priuat, vt in l. Qui habet, ff. de tut. & l. 1. C. de curator. fur.

Accusare. Accusatio.

Accusare nequit qui pecuniam accepit, ob accusandum vel non accusandum, vel duos reos subscriptos habet, vel eiusdem delicti est particeps, vt l. Easdem, §. 1. & 2. ff. ad l. Iuli. repet. vt exponit D. Placentinus in tractatu De Accusationib. tit. 2. fol. 132. num. 3.

Accusatus non tenetur respondere accusationi malè institutæ, l. 2. C. Vt nemo priua. & l. Si seruus, C de his qui ad ecclef. confu. vt scribit D. Anton. de Rosellis in tractatu de Consiliis, fol 91. num. 58.

Accusator pœnitere potest antequam reus citatus veniat, l. Quæsitum, ff. ad Turpil. vt prodit Ioannes de Lignano, in tractat. de Duello, c. vlt. fol. 293. n. 4

Acquisitio.

Acquisitio cedat honori. Non enim quærimus cui acquiratur, sed cui honor exhibitus sit, ad idem text. in l. Si filio, 2. ff. de donat. caus. mor. Secundo ibi, si potius filio quam patri, eod. tit. l. final. C. de vsufruct. vt attestatur D. Petrus de Vbaldis in tract. De Cano. episcopali & parochiali, fol. 173 n. 15.

Actio. Actor.

Actiones plures habere omnium interest, vt l. Qui duos, ff. de lib. leg. & vna ex illis sublata per pactum vel iusiurandum non erunt sublatæ aliæ, cum oriantur ex diuersis principiis, l. Si actor. ff. de iureiurand. cum similibus. Plura vide apud D. Ioann. Baptist. Caccialupum, in suo tractatu de Pact. folio 216. num. 32.

Actiones suas remittentibus non est amplius ad illas regressus, can. Si illic, 23. q. 4. l. Qui res, §. Aream, ff. de solut. l Quæritur, §. Si venditor, ff. de ædil. ed ct reliqua vide apud D Bartholom Brixiensem, tractatu quæstionum dominicalium, quæst. 6. folio 48. num. 2.

Actor debet esse certus de iure suo, can. ab excommunicato, extra. de rescript. Vide D. Iacob. de Arena, in tract. suo Positionum, §. 4. fol. 61. num. 5.

Actor punitur, si plus petat, quam sibi debeatur, l. 1. C. de litis contestat. Actor autem quatuor modis, vt re, tẽpore, loco, causa, plus petit, quam debet, vt Instit. de actio. §. plus autem, cum tribus §. sequentib. Cætera vide, apud D Placentinum, tractatu de Iudiciis, tit. 3. per totum, fol 127.

Actus.

Actus est denominandus à principio, non à fine. Licèt principium nõ sit necessitatiuũ, sed exhortatiuum solũmodo, & pro hoc potest adduci bonus text. in c. Literis, extra de rescript. vt ibi probat & colligit D. Panorm. plura vide apud D. Ioan. le Cirier in tract. de Primogenitura, fol. 179. n. 14.

Actus ceptus fauore publico, habetur pro completo, l. In vsucapione, ff de vsucap. & l. §. Minorẽ, ff. de minorib. Amplius lege D. Petrum à Monte in tract. De monarchia Conciliorum, 5. q. fol. 26. n. 4.

Administratio.

Administratio iniqua iustitiæ ex defectu fidei procedit. Sana fides vbi non est, ibi non potest esse iustitia; &, vbi etiam caritas deficit, ibi iustitia moritur: dilectio enim proximi malum (vt est iniustitia) non operatur, hæc dicit text. in c. Vbi, 24. q. 1. vnde non iniuria dicitur quod summum bonum est iustitiam colere, ac sua cuique iura seruare, & in subiectos non quod potestatis est fieri, sed quod æquum custodire. Vberius hanc materiam tractat D. Ludouic Montaltus in suo tractatu De reprobatione sententiæ Pilati, folio 190. num. 63.

Administratio Ecclesię vacantis nõ alienat. gloss ordin. in c. Is cui, de elect libr. 6 sedi datus fuerit defensor eidem, is poterit cũ autoritate episcopi, & euidenti vtilitate, vel imminente necessitate habita tractatu solenni & diligenti, & seruatis seruandis alienare, vt est text. cum gloss. in verb defensore, in c. 1. de reb. eccles. nõ alienand. in 6. Latius de hac causa vide D. Fabianum de Monte, in suo tractatu, De empt. & vendit. fol. 133. verso n. 36

Admissio.

Admi-

Admissio est institutionis præambula, si ergo dicatur resignatio prçambula siue accessoria credēdum est, quod ex quo concedi- tur institutio, ergo & resignationis admissio, per quam deuenitur ad illam, c. Cum inter, extr. de except. cum simili. sicut tradit D. Ioannes Franciscus in suo tract. De offic. & pot. Capitulo, sede vacante, folio 190. numero 13.

Admonitio.

Admonitio Iudicis dicitur quædam citatio peremptoria: quādo iudex admonet partem, ista dicitur peremptoria, quoniā habet vim peremtorii, nec alia requiritur citatio: iste est text. sing in l. Cessante, C. Quomodo & quando Iudex plura qui desiderat, legere potest D. Lanfrancum ab Ariadno in suo tractatu, de dilationib. fol. 193 num. 11.

Adolescentia.

Adolescentia vicina est lapsibus, D. Ambrosius de Viduis.

Adolescentia indigne transacta odiosam facit senectutem Cassiodorus in epistolis.

Libidinosa intemperansque adolescentia effœtum corpus tradit senectuti, Cicero libr. De senect.

Adoptio.

Adoptio operatur quantum vinculum naturale vnum, de quo vide D. Matthesyllanū in tractat. de success. ab intestat. fol. 14. vers. num. 5.

Aduerbia.

Aduerbia & non verba Deus considerat. hoc est: non quid fiat, sed an bene, vel male fiat. Huius meminit D. Laurentius de Rodulphis in suo tractatu de Vsuris, fol. 151. numer. 51.

Aduersarius.

Aduersarius post probationes iurare non cogitur, vt elicitur ex l. Manifeste, ff. de iureiurand. Cætera vide apud D. Francisc. Curtium in tractat. de iureiurando propter calumniam, fol. 12, verso, num. 41.

Adulator.

Adulator omnis virtutis inimicus est, vt Chrysostomus ait.

Adulator est scorpio, qui palpando incedit, sed cauda ferit. D. Gregorius 4. Moralium.

Adulatores sunt hostes & scintillę Diaboli, D. Hieron. super Esaiam 5.

Adulator blandus inimicus est, D. Hieron. in epistolis.

Adulator similis vmbræ corpus sequenti.

Adulator obsequens mutabilis, varius, sequax, honestū nescit, vitia dissimulat, delectat, vilia laudat, & maxime cum non apparet laudare, non admonet, aut intempestiuus admonitor est, libertatem mollem & blandam habet, nil syncerum dicit, fucatus est, voluptatum minister, principem facit tyrannum, & laudando perdit. Hæc & similia Erasm. Rot. in Parabolis habet.

Adulator est pestilens bestia, humani generis præstigiator, transformans interiora & exteriora, vt Plato tradit in Repub.

Falsa laus adulatoris & simulata dilectio mentes à rigore veritatis immollit, D. Augustin. super Psalm. 69.

Plus nocet lingua adulatoris quam gladius persecutoris, D. Hieron. super Psalm.

Laudare prçsentem adulatoris est, Aristot. 2. Rhetor.

Adulatoris finis est decipere, Idem,

Seneca adulatorem vocat laqueum. vnde idem in epistola ad Lucilium, adulatoribus, inquit, aures claudendæ sunt.

Rumusculos, & gulosos, & palpantes adulatores quasi hostes fuge, D. Hieron. ad Celantiam.

Odi blandientes tanquam decipientes, nā vterque æquanimiter iniurias facit, vt Isocrates ait, & Laertius in vitis philosophorū.

Adulatores lactant eos, quos laudant, quasi prçmio laudis, D. Gregor. Moralium 4.

Sicut adulantes amici peruertunt: sic inimici litigantes plerunque corrigunt, D. Augustin. 9. Confess.

Amicus si docet audiendus est, laudator

vero errans confirmat errorem, adulator allicit mœrorem, D. August. in lib. de trinitate

Adulantium linguæ ligant homines in peccatis, D. August. super Psal. 9.

Meliora sunt vulnera diligentis, quã fraudulenta oscula blandientis, Prouerb. 27.

Nolo esse laudator, ne videar adulator, Cicero Rhetor. 4.

Beata mens quæ nec adulatur, nec adulanti credit, D. Hieron. ad Demetriadem.

Nos ad patriam festinantes mortiferos Syrenum cantus surda aure transire debemus; D. Hieron. in epistola ad Rusticum.

Ne credas laudatoribus tuis, imo irrisoribus aurem ne libenter accõmodes, D. Hieron. ibidem.

Adulatio.

Adulatio est res Reipublicæ pernitiosa, Plato in Repub.

Nihil est, quod tam facile corrumpit mentes hominum, quam facit adulatio, D. Hieron. super Psalm. 9.

Non est vera amicitia, vbi fallax adulatio est, Offic 3. D. Ambros.

Simulatio & assentatio duæ virulentissimæ pestes sunt, quæ semper ab amicitia relegentur, Isidor. Soliloquiorum 2.

Amatores adulationis iniusti sunt, Aristoteles 8. Ethic.

Adulatio est peruersa laudatio oppositum amicitiæ vel affabilitatis, & est seductio fallaci laude, vel est excessus delectãdi alios verbis vel factis, vt D. Thomas ait 2. 2. quæst. 95. artic 1.

Adulatio est peccatum ex sermone vanæ laudis alicui exhibitę intentione complacendi, Teste Alex. ab Ales.

Libere & sine adulatione veritatem prædicantes, & gesta prauæ vitæ arguentes gratiam non habent apud homines, D. Ambros. super 1 Cor. Vos nobiles, nos ignobiles.

Qui de amore non venit honor, non honor, sed adulatio est, Diuus Bernardus super Cantica.

Adulatio est crimen capitale in Clericis, 46. distin. c. Ecce. Bene facit, l. 1. ff. de seruo corrup. quia vult quod nõ debet quis laudando augere malitiam. Plura vide apud D. Baptistam Cacialupum, in suo tractatu de Laudo, fol. 194. num. 17.

Adulatio res est aliena philosophis, Antisthenes dicenti quod ab omnibus vehementer laudaretur, respondit; *quid mali feci?* Diogenes Laertius in vitis Philosophorum.

Adulterium.

Adulterium est illicitus concubitus coniugati, vel coniugatæ, D. Thom. 2. 2. quæst. 44. artic. 8.

Omne stuprum adulterium est, D. Ambr. de Patriarchis.

Adulterium cæteris criminibus grauius est, quia fere communius, c. At si clerici, § de adulteriis, ext. de iudic. vt patet in argumentis super verbum, Minora: grauius est & maius crimen aliis adulterium, quia continet in se fornicationem, adulterium, sacrilegium, periurium, & violatam fidem raptum, transgressionem voti & fidei promissæ solenniter in facie ecclesiæ & manibus curati, tum homicidium & alia delicta & mala, vt luculenter exponit & declarat D. Ioannes Raudens in suo tractatu Formulæ dispensationũ, fol. 160. verso §. In his omnibus casibus præmissis, n. 1. & D. Paul. Grilland. in suo tract. de Pœnis omnifariam coitus, fo 220. verso q. 6. n. 2. Huc pertinent sententiæ quę sequuntur.

Non mæchaberis, Exod. 20. Deuteron. 5.

Non desiderabis vxorem proximi tui, ibid.

Mœchatus cum vxore proximi morte moriatur, Leuit. 20.

Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morte moriatur, Deuter. 22.

Si quis dormierit cum nuru sua, vterque moriatur, Leuit 20.

Oculus adulteri obseruat caliginẽ, Iob 24.

Fugite fornicationem, quoniam fornicatos & adulteros iudicabit Deus, 1. Cor. 6.

Nulli licet scire mulierem præter vxorem suam, D. Ambros. de Patriarchis.

—— *Alea turpis.*

Turpe etiam mediocrib. adulteriũ. Iuuenalis, Satyr. 10.

Adulterinæ plantationes non dabunt altas radices.

Abiuerat didicit fallere si qua virum.

Tibullus 3. lib. epist. 3. Eleg.

— Coniunx erepta marito
Tanti caussa mali, & belli reddatur origo
Tyndaris et quidquid cũ pellice vexit adulter.

Homerus 22. Iliad.

Sicut satius est fame mori, quã idolothytis vesci: ita satius est sine liberis defungi, quam ex illicito concubitu stirpem quærere, August. de bono communi, 32. q. 4. Sicut. Maledictio & miseria annexa est adulterio.

Aduocatus.

Aduocatus qui adest officii causa, & defendere paratus est, ac cum opus est defendit, aut paratus est defendere. Patronus autem proprie qui agit causam accusati, non accusantis, Dominicus Nanus Mirabellius in Polyāthea.

Aduocatus iustus à nullo iniustas caussas accipit, nec verba dare pro iustitia concedit, D. Gregor. super Ezechiel.

Aduocatus actoris sibi iudicem propitium procurare debet, l. Intra vtile, ff de minor. l. Arbitro. ff. Qui satisdar. cog. Cætera vide apud D. Ioan. à Grassis in suo tract. Arboris Iudiciorum, fol. 96 sexto principali, num 4.

Aduocatus iniustus maledictus, qui peruerteret iudicium aduenæ & pupilli & viduæ, & dicit omnis populus, Amen, Deuter. 27.

Væ qui iustificatis impiũ pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab ea, Esaiæ 5.

Apud causidicos etiam ipsum silentium venale est, ac lingua eorũ damnifica, nisi funib. argenteis ligetur, Cassiod. super Psal. 73.

Ranæ significant clamosas aduocatorum allegationes, Origenes super Exodi 8. cap.

Aduocatus pleniorem & meliorem debet eligere actionem, vide D. Ioann. à Grassis in suo tractat. Arboris Iudiciorum, fol. 91. verso. n. 8. principali secundo.

Affectata.

Affectata ignorantia non excusat, vt late declarat D. Ambrosius de Vignate in suo tractatu, de Vsuris, fol. 164. verso. nu 58.

Affectio hominum gemina est, potest enim quis pietatis gratia affectionem habere vnam communem, quam homo homini debet secundum generalem cognationem, quæ inter homines est, l. Vt vim, ff de Iustit. & iur. Alterã, quæ vocatur pietas, quæ est inter patrem & filium. Vide D. Ioan. le Cirier, in tractat. suo, de Primogenitura, fol. 162. n. 25.

Affectio successorum cessat in clericis, qui nullam prætendunt affectionem respectu futuræ posteritatis, vt testatur D. Albericus de Rosate in tract de testib. fol. 172. verso. n. 38.

Affectus seu conatus delicti perpetrandi non punitur, effectu non sequuto. Adde singulariter, Quod etiam in foro pœnitentiali ex sola voluntate deliberata committẽdi delictum, delicto non subsequuto (licèt per impotentiam facti) non debet quis puniri, sicut si delictũ actu fuisset perpetratũ: & sic etiam quoad Deũ voluntas mala non habetur pro facto, sed minori peccato & minori pœna taliter peccantes debent astringi, pro hoc text. est singularis in c. Sicut dignum, de homicidio, secundum Panorm. ibid. colum 2. notabili primo, quem sequitur D Felin. in eodem c. Sicut, colum. 2. versi. nota ex eo versic. & est text. satis clarus ibidem. Vide D. Petrum ab Braxtio in suo tract Directorii Electionum, fol. 218. num. 3. cap. 30. 3. partis.

Affinis.

Affinis deficientib aliis nullo modo succedit, l. Vitrico, & l. Affinitatis, C. cõmunia de successio. Cætera require apud D. Matthesyl. in suo tra de Succes. ab intestato, fol. 16. n 31.

Affinis reputatur domesticus, §. Absens, 2. 3. q. 9. Plura vide apud D. Ioan. Monachũ. in suo tract. Defensorii iuris, fol. 65. §. Quia licet, num 2.

Affirmare. Negare.

Affirmantib. duob. potius credendũ, quã mille negantibus, glos in l Diem proferre, §. Si plures, ff. de arbitr. Bart Bald. & Angel, in l. Hæredes palam, in principio, ff. de testa.

Imol. & Doct. in c. Quod per nouale, de verbo. ſignific. Plenius rem lege apud D. Franciſc. Curtium in ſuo tractatu de teſtib. fol. 15. verſo. nu. 8. Fallit autem hæc ſententia, niſi ſit coartata loco & tempore, quia tunc procedunt à pari virtute affirmatiua & negatiua. Reliqua vide apud eundē Curtiū in 26. concl.

Afflictio.

Afflictio non eſt danda afflicto, l. Diuus, ff. de Offic. præſi. l. Dementi, C. de epiſc. audient. c. Cum percuſſio, 7. quæſt. 1. c. 1. De clerico ægrotante. & per totum. Reſpice D. Ambroſium de Vignate, in ſuo tractatu, De Vſuris, fol. 169. num. 150.

Afflictio datur afflicto cauſa dotis. Nam ſi vir vergat ad inopiam, mulier repetit dotē; &, ſi vir afflictus ſit ex inopia caſu ſuperueniente, ſecundum veram opinionem: tamē additur ei afflictio: quia ipſe priuatur dote, & hanc cogitur reſtituere vxori, vt in l. Si conſtāte, in principio, ff. de iure doti. & hoc fauore dotis conſeruandæ, ſecundum Rayn. Prolixius vide D. Baptiſt. à S. Blaſio, in ſuo tractat. de Priuilegiis dotalib. fol. 38. verſo. n. 65.

Aliena.

Aliena rapere conuincitur, qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur, D. Hieron. ita inquit, & probatur. §. Hortādus 42. diſt. lege D. Anton. de Roſellis in ſuo tract. de poteſtate Imp. ac Papę, fol. 38. verſo §. ne Prolixius, n 4.

Alienare.

Alienare non poteſt, qui Dominus non eſt, cum alienare dominii translationem importet, l. Alienationis verbum. ff. de verb. ſignif. & nemo dat, quod non habet, vt latius teſtatur & citat D. Ioan. Baptiſt. Caccialupus, in ſuo tractat, de Vnionibus, fol. 210. n. 13.

Alienatio.

Alienatio facta de re litigioſa, eſt nulla, l. 2. & l. finali, C. de litigio. vt D. Philipp. Francus allegat in tractat. Diſputationis petitorii, fol. 83. verſo. num. 8.

Alienabile.

Alienabile non eſt Imperium; quia præſcribi non poteſt, l. Competit, de præſcrip. 30. annor. ſic ſi eſt inpræſcriptibile, ergo inalienabile, l. Ex pluribus, de adminiſtrat. tu. & ratio quare in parte ſit inalienabile nec ſcindi poſſit, datur iſta: quia Imperium eſt quoddam corpus myſticum, ſed corpori non licet ſine cauſa aliquod membrum abſcindere, 24. q. 1. loquatur, tum ſi haberet ſciſſa membra non eſſet corpus perfectum, ſed monſtroſum, in c. Per venerabilem. Qui fil. ſint legit. Hæc & plura in mediū adducit D. Anton. de Roſellis, in ſuo tractatu, de poteſtate Imperatoris ac Papæ, fol. 44 verſo §. Quarto. num. 1.

Alimenta.

Alimentorum fauor eſt maximus, l. Mela, ff de aliment & cib. leg. per totum ferme titulum. Sicut D. Lancelotus Polytus in ſuo tract. de Subſtitutionibus, fol. 83. verſo. n. 34.

Alimenta debentur per Iudæū filio Chriſtiano, vt & per hereticum, per text. in l. Cognouimus, C. de hereticis, vbi expreſſe Salicet. notant illum textum contra Iudæū, qui non vult præſtare alimenta filio Chriſtiano, ſicut etiam dicit gl. in ſimili, in l Mater prolia, C. de iure dotiū, quod mater hæretica tenetur dotem dare filię Orthodoxę, & ibi Bald. extendit ad matrem Iudæam, quę tenetur filiam conuerſam ad fidē dotare & alimentare. Plenius qui velit legat D. Ioan. le Cirier in ſuo tract. De primogenitura, fo. 155. q 17. l. lib. n. 6.

Allegare.

Allegans contraria, non dicitur audiri, vt l. 1. C. de fur. & de appel. c. ſollicitudinem, & l. Titiæ, ff. de condit. & demonſtr. vt refert D. Petrus de Vbaldis in ſuo tract. de Canonica epiſcopali & parochiali, fol. 554 num. 23.

Allegans ius ſcriptum probare nō tenetur, quia eſt certum, & finitum: ideo de eo poſitio fieri non debet, & ſi fit, non tenetur quis reſpondere. dixi, *ius ſcriptum*; quia ſecus eſt de iure non ſcripto: quia bene poteſt vti de conſuetudine, ponens quod hæc eſt conſuetudo. eſt ratio, quia conſuetudinem allegāſ cōſuetudinem probare debet, vt expreſſe dicit Lex, C. quæ ſit long. conſuetud. l. Prima, in prin.

principio, &c. Vide D. Iacobũ de Arena in tractatu positionum, fol.59.verso.num.42.

Allegare maiorum authoritatem sufficit, vbi legem non habemus. quod est bene notandum.l.Si idem cum eodem.§. fi. ff. de iurisd. omnium iudicum. vt ibi declarat Ang. per illum textũ. Reliqua vide apud D. Andr. Barbatiam in suo tractatu, de testib. folio 82. verso.num.12.

Allusio.

Allusiones vocabulorum sunt difficiles. vt etymologiæ: ideo in eo munere multi iurisconsulti, legislatores, grammatici & rhetores cum summis vigiliis insudarunt. vt patet C.& ff. de verbo.signific. per totum. & in volu.Grego.& 6 Decretalium libro. ac Clement. eodem titulo. Amplius hæc materia discutitur apud D. Iohan. Montaigne in suo tractat.de Bigamia.fol 188 n.4.q.2.

Alluuio.

Alluuio est augmentum latens & extensiuum, l. Si conuenit.§ si nuda,ff de pigno. act.&l.Id quod,ff.de peri.& commo.rei vendi.in principio. Cætera vide vberius apud D. Albertum Brunum. in suo tractatu, de Augmento.fol,184.conclusione 16. n.3.& 8.

Alternatiua.

Alternatiua parit obscuritatem: ideo positioni alternatiuæ regulariter nemo cogitur respondere. text. est in verb. dolo vel negligentia: quem ponderant Innoc. & Doct. in c. Ex parte decani.ext.de rescript.& text.in cap. Auditis.eod.titu & in c. Constitutus,ext. de in integ.restitu. Innoc.in c. Cum Bertoldus, ext.de re iudic.Bald.in l.Cogi.1.de petit.hæred.in l.1.de fur.in l. 2. de sent. quæ sine certa quantitate.in l.Edita.in repetit. Padua.in 23. column. ver. quid dicemus de eden. & in l. Gallus.§.Si eius.ff.de liber.& posthum. Plura allegantur huc facientia apud D. Fran. Curtium, in tractat.de iureiuran.propter calum. fol.12.num.22.

Ambitio.

Ambitio est appetitus potentiæ. Secundum Alexandrum de Ales: vel, est immoderatus appetitus dignitatis ratione honoris, teste D. Thoma.vel,est immoderata cupiditas honoris & laudis.vel,est appetitus ad honores & magistratus per turpe medium, vt preces,dona,& simile quid habet cum simonia.quod ambitus facit,ambitio facere compellit. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, Paulus ad Galat.6.

Diabolus ruit, quia elegit potius præesse, quam subesse, Augustinus de ciuita. Dei. 14. libr.cap. 11.

Ærugo mentis est appetẽtia dignitatum, si in his suprema spes vitæ præsentis collocetur.D.Ambros. super Lucam 3.

Stultitia est immensæ gloriæ cupiditas, Cicero 1. Rhetor.

Miserrima est omnino ambitio, honorũque contentio.Cicero 1. Offic.

Ambitio multos mortales falsos fieri coegit.Salusti.

Homini potentiam quærẽti egentissimus quisque est oportunissimus. Idem.

Difficile est potestatem cupienti seruare ęquitatem.Cicero 1.Offic.

Facillimè impellitur ad res iniustas, quì gloriæ cupidus est. Cicero ibidem.

Manu humillimæ considerationis deprimendus est tumor elationis. Gregorius Moralium 33.

Non asscribas tibi, quod non es: nec maior quam es, videri velis. Seneca de formula vitæ.

Quicunque desiderauerit primatum in terra, inueniet confusionem in cælo. Chrysostomus super Matth. Homilia 25.

Omnes honorem appetunt. Aristoteles Topicorum 6.

Locus regiminis desiderantibus negandus est, fugientibus offerendus. Gregor. in Pastorali.

Multo grauius honore priuari, quam bonis spoliari. Aristotel. in Oeconomicis.

Ambitio cessat vbi Princeps eligit officiales.l.1. ff. ad l.Iuliam de ambi. Vide latius D.

Ioa. Montaigne in tracta. De authoritate cõciliorum, folio 79. num. 46.

Amicitia.

Amicitia est ligamentum amicorum, quo alter alteri iungitur effectu benefaciendi & in necessitatibus subueniendi: ergo amicitia durante, impossibile est abnegatio, aliàs sequeretur implicatio. de hoc themate vberrime vide D. Iohan. à Lignano in suo tractatu de Amicitia. folio 13 verso, num 6.

Amicitia est amor mutuæ beneuolentiæ fundatus super aliqua communicatione, vt naturali, domestica, ciuili, diuina. D. Thom. 2.2 q 23. artic. 1.

Amicitia est diuinarum humanarumque rerũ cum beneuolentia & charitate cõsensio. Cicer De amicitia, D. August in epistola 45.

Amicitia est voluntas erga aliquem causa ipsius, quem diligit cum pari eius voluntate. Cicero 1. Rhetor.

Amicitia est beneuolentia pacis non latens. Aristot. 8. Ethicor.

Amicitia est consensus omnium studiorum voluntatumq;, Cicero De amicitia.

Amicitia est virtus, non quęstus, S. Ambr. 3. Officiorum.

Amicitia est speciosissimum genus diuitiarum, Seneca.

Idem velle & idem nolle, ea demum firma amicitia est. Salust. in bello Cat.

Amicitia delicata est, quæ amicorum felicitatem & diuitias sequitur. Hieron. super Michæam.

Amicitia est dulcis propter vnitatem in multis animis, Cicero De amicitia. August. lib. 3. confessi.

Perfecta amicitia non potest esse nisi per vnum. Aristot. 8. Ethic.

In quibus nihil est commune, in his nec amicitia nec iustitia. Aristot. ibidem.

Amicitia naturaliter est generantis ad genitum Aristoteles ibidem.

Nihil ęque delectat ac amicitia fidelis dulcis. Seneca de tranquillitate animi.

Amicitia vera res ditissima: quod senti[...] non dissimulat.

Mutua concordia & colloquia factiua su[...] amicitiæ. Aristoteles 8. Ethic.

Amicitiarum magnarum initia fuere ini[...]micitiæ.

Amantium iræ amoris redintegratio e[...] Terent.

Inimicitiæ aliquando principia amicitia[...]rum fuere.

Amicitia seruatur virtute, virtus conse[r]uat amicitiam. Cicero lib. De amicitia.

in Amicitia nulla pestis maior cupidita[...] pecuniæ.

In Amicitia vtilitas & fides retinea[n]tur.

Amicitia & fides duæ res sanctissimæ Ci[...]cero pro Roscio.

Qui amicitiæ fidem lædit, is oppugna[t o]mnium cõmune præsidium. Idem Cicer[o].

Cupere eadem, eadem odisse, eadem m[e]tuere homines in vnum cogunt. Sed hæc in[...]ter bonos amicitia, inter malos factio est. S[a]lust. in Iugurtha.

Est ea iucundissima amicitia, quam m[...]rum similitudo coniugauit. Cicero 1. Off[...]

Quid est amicitia? æqualitas animor[um] vt dicebat secundus Philosophus. Laerti[us] [in] vita Philosophorum.

Amicitia plures res continet, quoqu[o] verteris præsto est, nullo loco asscrib[...] nunquam intempestiua, nunquam mo[lesta] est. Cicero lib. De amicitia.

Secundas res splendidiores facit amici[tia] & aduersas partiens communicansque [le]uiores. Ibidem.

Idcirco amicitiæ comparantur, vt co[m]mune commodum mutuis officiis g[u]netur. Cicero pro Roscio.

Pietatis custos amicitia est, & ęquali[tatis] magistra. Cicero Offic 3.

Amicitię legem iustissimam esse arbi[tror] qua præscribitur, vt non minus, nec [...] quisquam amicum quam seipsum di[ligat]. August. 1 Soliloq.

Nemo nisi per amicitiam cognoscitur: ideo amicorum mala firmiter sustinemus, August. 84. quæstionum.

Nullius repudianda est amicitia sese ingerentis ad amicitiam copulandam, non vt statim recipiatur, sed vt recipiendus optetur, receptus tractetur. illum in amicitiam recipere debemus, cui omnia nostra consilia refundere audemus. August ibidem.

Hæc est perfecta amicitia qua potius potiora & minus minora diligimus. D. Aug. de vera relig.

Amicitia parem aut facit aut accipit. sit amicus eadem anima. Diuus Hierony. super Michæam.

De Amicitia tollenda est omnis suspitio.

In Amicitia vera nihil fictum, nihil simulatum, & quicquid in ea est, verum & voluntarium est. Cicero De amicitia.

Concursus sensuum & vnitas voluntatum quasi riuali amicitiæ scaturiunt. D. Hieron. epist. 88.

Amicitia duobus violatur, si socios pro hostibus habeat, aut cum hostibus coniungat. Liuius 4. decade 4.

Amicitia vetus suauissima.

Ne derelinquas amicum antiquum. Ecclesia. 9.

Amicitia obnubilat interdum veritatem, & insurgit iniustificatio vt scribit Philoso. 1. Rhetoric. ibi iudices propter amare & odisse non possunt sufficienter videre verũ. vide D. Ioa. à Lignano in suo tracta. De amicitia. fol. .verso, § Quia dictum, num. 2.

Amicus.

Amicus Plato amicus Socrates, magis amica veritas. Aristot. in Physic.

Amicus hominis sapientia eius. Inimicus stultitia eius. Socrates.

Amicus bonus qui in aduersis non deficit, qui grauius irascitur, qui amicorum causa facit, quæ in sua non faceret: qui amicorum vitia non laudat, qui vetus reperitur, iucundus, vtilis.

Amicus fidelis protectio fortis est. Ecclesiast. 6.

Nullius rei sine amico iucunda est possessio. Seneca 6. epistol ad Lucil.

Amico fideli nulla est cõparatio. Ibidem.

Vir amicabilis ad societatem magis amicus erit, quam frater. Prouerb. 18.

Is est amicus qui in re dubia iuuat, vbi re est opus. Plaut. in Epidico.

Amicus vna anima in duobus corporibus. D. Hiero super Michæam.

Amicus animę dimidium amici. Ibidem. & Horatius in 3. ode. 1. lib.

Amicus alter ego. vt Epimedes, & Aristot. in Ethic. declarat.

Amicorum est idem velle: pro se mutuo mori, inseparabiliter adhærere, noxia præcauere, & in re dubia iuuare. Lucianus in Toxari vel amicitia.

Amicorum omnia cõmunia Terẽ. & Martia. in Epigrãmate ad Candidum. Aristoteles 2. Politic.

Vires tuas amici magis sentiant beneficiis quam iniuriis. Seneca.

In amico non res quæritur, sed voluntas. D Hiero. ad Demetriadem.

Amicus non statim est dominus voluntatis alterius.

Nihil amabilius, nihil copulatius, quam morum bonorum similitudo. Cicero in Officiis.

Amicis eligibilissimum conniuere est. Aristoteles 9. Ethico.

Amicis auxiliari vel delectari iucundissimum est. Aristoteles 2. Polit.

Simile simili est amicum, nec bonus amare malum potest, Aristot. 9. Ethicorum.

Amicus se debet habere ad amicum, sicut genu ad tibiam. Ibidem.

Amicus lentè fias, factus perseueres. Isocrates.

Amicus tarde comparandus, comparatus non deserendus, etiam in aduersis.

Diliges amicum tuum sicut te ipsum. Leuit. 19.

Amicum tuum & amicum patris tui ne dimiseris. Prouerb.27.

Ne moliaris amico malum, cum ille in te fidat. Prouerb.3.

Qui despicit amicum suum, indigens corde est. Prouerb. 11.

Qui negliget damnum propter amicum, iustus est. Prouerb.12.

Citius ad calamitatem quam prosperitatem amici eas. vt Chilo docebat.

Omni tempore diligit amicus, & frater in angustiis comprobatur. Prouerb.17.

Occasiones quærens recedere ab amico omni tempore erit exprobrabilis. Prou.18.

Amicus malus.

Amicus malus est, qui tempore felicitatis fit, & tempore infelicitatis aufugit.

Vnde illud:

Tempore felici multi numerantur amici,

Et Ouidius Tristium 1. Elegia 8.

Donec eris felix, multos numerabis amicos;
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Rursus:

Dum iuuat & vultu ridet fortuna secundo,
Indelibatas cuncta sequuntur opes.
At simul intonuit, fugiunt: nec noscitur vlli;
Agminibus comitum qui modò cinctus erat.

Idem in Ponto 2.

Diligitur nemo nisi cui fortuna secunda est,
Quæ simul intonuit, proxima quaq; fugat.

Diuitiæ addunt amicos. Prouerb 19.

Multi colunt personam potentis & amici sunt dona tribuentis. Ibidem.

Obsequium amicos, veritas odium parit. Terentius.

Amicus mensæ non permanet in die necessitatis. Eccles.6.

Noli fieri pro amico, inimicus proximo. Ibidem.

Qui fingit se amicum & non est, peior est eo qui facit falsam monetam. Arist 9. Ethic.

Amici propter vtile & delectabile, his cessantibus, cessat amicitia, Ibidem.

Pestis nulla maior ad nocendum, quam familiaris inimicus. Eras.

Plus nocet amicus fucatus vel persona[...] quam hostis apertus. Idem.

Sicut amici adulantes conuertuntur, [...] inimici litigantes plerunque corriguntur[...] August. lib.9. Confess.

Amicus reconciliatus non semper bon[...] amico reconciliato noli fidere, quod odii[...] liquiæ remanent. glos. in verb. Capitalis, in c. Per tuas, 1. de simonia. & in c. Accusatores [...] 3. quæst.5. & Innoc. in c. Cum oportet, de ac[...] cusat. Vide D. Corsetum Siculũ, in suo tract. de Potestate regia, fol. 100. verso. nu.31.

Amicos collatio probat. Eras. in Parab.

Amici tempore miseriæ probantur. vnde Ouidius:

Scilicet vt fuluum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est experiunda fides.

Inimici famam non vt nata est ferunt. Seneca.

Amicos secreto mone, palam lauda Seneca De morib.

Amici & vicini parificantur.

Vicinitas est in propinqua amicitiæ parte. Terent. Pro hoc facit quod notatur pulchre per glos. in l. Aut si aliter, §. Si forte. ff. Quod vi aut clam. vbi glos. parificat amicos & vicinos. Vide D. Alberic. de Rosate in tracta. de testib. fol.173. nu 39. circa finem.

Amissio.

Amissio instrumenti potest per iuramentum probari. vt not. per glos. & Doctor. in c. Cum olim. in primo. de priuileg. vt in medium adducit D. Ioan. de Selua. in suo tract. De iureiurando. fol 217. verso. nu. 6.

Quod sponte quis amisit, amplius reuocare non potest c.2. ext. de restitut. spoliat. & c. Ex transmissa. ext. de renunc. sicut alleg. D. Bartholo. Brixiensis in suo tractat. Quæstionum Venerialium. fo.72 q.64. nu.2.

Amor.

Amor carnalis furor quidam & langu[...] dicitur. vnde dixit Azo in sum. c. de adulte[...] Dum furor ille venit, nemo securus erit[...] diceret: In hoc neruorum violenti certamin[...]

bel[...]

bello, nullus discretionis intellectus vtitur rationis remedio. reliqua vide apud D. Felicem Malleolum Hemerlinum, in tractatu de Matrimonio, fol. 201. verso. numero 11. ad finem.

Furore amoris nihil est vehementius.

Venerandus amor virtutis, sed Veneris insaniam auget. Phocylides.

Vt miser est homo, qui amat, imo vero qui pendet multo est miserior. Plaut. in Asinaria.

Cruciabilitatibus animi iactor, crucior, agitor,

Stimulor, versor in amoris rota, miser exanimor.

Feror, differor, distrahor, diripior.

Ita nullam mentem animi habeo.

Vbi sum, ibi non sum, vbi non sum, ibi est animus. Plautus in Cistellaria.

Amoris affectus potentissimus est. Alciat. in Emblematib.

Quoque magis tegitur, tectus magis æstuat ignis.

Ouidius Metamorphos. 4.

Hic amor cupidinius est, de quo Plautus in Trinummo: Insanum est, & malũ in hospitium diuerti ad Cupidinem.

Amans quid cupiat scit, quid sapiat non videt. Seneca in Prouerb.

Amore vtimur, & in bonum, & in malũ. Omnis creatura cum bona sit, & bene amari potest, & male. Bene scilicet, ordine constituto; male, ordine perturbato. August. de Ciuit. Dei, lib. 15.

Amor immiscuit fas & nefas, l. 2. §. initiũ, ff. de orig. iuris, cum nil sit furore amoris vehementius, vt est text. in Auth. vt omnes obedi. iudicibus, §. Illud. Plura vide apud D. Ludouic. à Sardis in suo tractatu de Legitimatione. fol 128. num. 7.

Amor improbus, vnde Virgilius 1. Æneid.

Improbe amor? quid non mortalia pectora cogis?

Amor cęcus describitur apud Propertium lib. 2. Elegia 13.

Amor inclinat nobiles in paganos, docet Imo. in c. Super eo, de testib. Facit quod notatur per gloss. in l. Si voluntate, C. de dote promissa. Latius cerne apud D. Albericum de Rosate in suo tractat. de Testib. folio 166. num. 4.

Amare nemo cogitur inuitus, vt late discurrit D. Paulus Grillandus in suo tractatu de Sortilegiis, folio 203. n. 18.

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori! Virgil. in Bucolicis.

Amor Dei.

Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, Paul. Rom. 8.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota fortitudine tua, Deuteron. 6. Matth. 22. Lucę 10.

Duas ciuitates duo faciunt amores: Hierusalem facit amor Dei: Babyloniam facit amor sæculi, August. super Psal. 64.

Plato non dubitat esse philosophari, scilicet Deum amare, August. 8. de ciuitate Dei.

Amanti Deum dilatio imponitur vt meritum retributionis augeatur, D. Gregorius 16. Moralium.

Qui vult veram dilectionem prægustare, Christum debet suauiter amare: quia Christus amor est, Basilius in Examero.

Amor patriæ.

Odit valde patriam, qui sibi bene putat cũ peregrinatur, August. super Psalm. 93.

Interdum expedit patriam negligere, vt sapientiam possit acquirere, Cassiod. epist. 39.

Nobilissimi ciuis est patriæ suæ augmenta cogitare, Idem 3. epistola 10.

Ciuis non habetur qui vrbis suæ gratiam non tuetur, Idem lib. 8. epistola 30.

Præferre patriam liberis regem decet, Seneca Tragœdia 6.

Habere quæstui Rempublicam non modo turpe est, sed & sceleratum & nefarium, Cicero 2. Officiorum.

Apud antiquos qui Curiæ limen intrabãt abiecta priuata charitate publicã induebant. Valerius Maximus 2. de institutis antiquis.

Dulce & decorum est pro patria mori. Horat. 3. Ode 2.

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.

Ouidius de Ponto, lib 1. Elegia 4.

Vlysses fumum patriæ de terra cernere cupit, & mortis tempora nullà timet, Homerus 1. Odysseæ.

Amor parentum.

Honora patrem & matrem, vt sis longæuus super terram, Exod. 20 Deut. 4.

Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur, Leuit. 20.

Qui percusserit patrem vel matrem, morte moriatur, Exod 21.

Primus gradus pietatis est, vt quos authores tibi voluit esse Deus, honores obsequiis, contumeliis abstineas, nec vultu lædenda est pietas parentum, Ambros. super 19 Matthæi, Honora patrem.

Diis, parentibus, & magistris non potest reddi æquiualens, Aristot. 9. Ethic.

Decet filium ex more patris, non patrē ex more filii viuere, Terent. Comœdia 2.

Amor sui.

Proximus sum egomet mihi, Terentius.

Nemo seipsum paruipendit, Arist. 2. Rhet.

Cuilibet defensio sua debet reseruari: aliàs lex tenderet ad iniquitatem: quod dicendum non est, l. 2. C de custod. reor. Vide latius D. Bald. in tract. de Quæstionib. & torment. fol. 238. verso. num 7.

Rerum suarum quilibet debet esse moderator & arbiter, can. Quintauallis de iureiurando. lege D. Lanfrancum de Oriano in suo tract. t. de arbit. fol. 82. verso. n. 19.

Sibiipsi prospicere nesciens, quo modo aliena curabit?

Odi sophistam qui sibiipsi non sapit. Eras. in Chiliad.

Philautia improbatur, vt Alciat. in Emblemate docet de Narcisso puero amore sui in florem mutato.

In barathrum erroris faciliter ruunt, qui conceptus proprios definitionibus patrum anteponunt.

Nemo seipsum authorizare potest.

Nemo sibi onus assumat, cui se impar cognoscit, vel cognoscere debet, aliàs ca damnum subsequens sibi imputaret.

In propria causa quære aduocatum.

Pro suo interesse quilibet debet adm

Caritas bene ordinata incipit à seipso, c. Q vult ordinate de pœnit. distinct. 3.

Amor coniugalis.

Quæ quidem maxima est salus, quando xor viro nō aduersatur, Euripides in Med

Bonas mulieres æquum est facere, vt a sentes viros perinde habeant, quasi præsen Plautus in Sticho.

Ama tuam vxorem, quid enim suaui melius quam cum viro vxor, & vxori vi ad senectutem amice conueniat, nec fit tentio, Phocylides.

Viri diligite vxores vestras, nolite a esse ad illas, Paul. ad Coloss. 3.

Relinquet homo patrem & matrem & hærebit vxori suæ; & erunt duo in carne Paul. ad Ephes. 5.

Sine amore & iocis nihil est iocundu

Mulier ligata est viuente viro, & mo soluta, 1. Cor 7.

Amor proximi.

Nihil amatum, nisi prius cognitum

Peregrino molestus non eris, Leuit.

Aduenam non contristabis, Exod. 22

Nemo decipiet proximum suum, calumniā aut vim faciet pximo suo, Le

Non maledices surdo, nec cæco of culum stitues: non eris criminator nec ro: nec stabis contra sanguinem proxi non detinebis opus mercenarii vsque ibidem.

Non pigeat visitare infirmū, ex hoc in delectione firmaberis, Eccles. 6.

Qui habet duas tunicas, det non ha qui habet escas faciat similiter, Luc. 3

Diligite inimicos vestros, benefaci qui vos oderunt, Lucæ 6.

Mando vobis vt diligitas inuicem, 15. cap.

Caritas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci, ad Hebræos cap. 13.

Caritas ædificat, 1. Cor. 8.

Caritas multitudinem peccatorum operit, 1. Pet. 4.

Caritas malum non operatur, August 24. q. 3. c. Corripiantur.

Caritas est aqua, de qua Dominus in euãgelio: *Qui biberit aquam quã ego dabo, nunquam sitiet in æternum*, August. de pœnitent. distinct. 2. c. Caritas.

Caritas est radicata, securus esto, nil mali accidere potest, ibidem.

Caritas perfecta est in illo qui paratus est pro fratribus mori, August. super epistolam Ioannis.

Caritas vera nunquam fuit, quæ deseri potest, August. ad Iulianum Comitem.

Caritas vel dilectio est pacis vnda, ros gratiæ, caritatis imber, semen concordiæ, affectus gentium, amoris fructus & ad summam dilectio Deus est, August. ad Martianum.

Caritas est radix omnium bonorum. Cupiditas est radix omnium malorum, August. homilia 8.

Caritas est finis præcepti, August. in Enchiridio.

Caritas est rectitudinis actio habens oculos ad Deum, August. De doctrina Christiana.

Caritas est mutuus amor hominis ad Deũ, fundatus super communicatione beatitudinis, cuius obiectum est Deus propter se amatus, & proximus propter Deum, D. Thom. 2. 2. q. 23. artic. 1.

Caritas omnia vincit, August. de Doctrina Christiana.

Caritas est perfectionis vinculum, D. Gregor Moralium 7.

Caritas ficta est, quę deserit in aduersitate, D. Ambros. super epistolam ad Corinth.

Caritatis toxicum est cupiditas.

Amor non sentit amaritudinem, sed dulcedinem, August. lib. Confess.

Amor omnia sæua & immania, facit facilia & prope nulla, August. de verbis Domini in monte.

Amor læsus irasci debet.

Amor meretricius.

Auerte faciẽ tuã à muliere compta, Eccl. 9.

Amor mulieris insatiabilis semper, Eccles.

Amatur facies vxoris, non vxor.

Amor & odium peruertunt rationis iudicium, 11. q. 3. c. Quatuor, de præbend. c. graue, de re iudic. c. Cum æterni, lib. 6 Cætera consule D. Ioannem à Lignano, in suo tractatu de Amicitia, fol. 3. verso. num. 2.

Amor seruilis.

Amor seruilis effectu veræ amicitiæ caret.

Ampliatio.

Ampliatio inutilis non vitiat, l. Cum precario, ff de Precario, & l. si tam angusti, ff. de seruitutib. Idem videtur sentire Baldus, recte in consilio suo 285. incip. Quædam mulier, vbi cõcludit, quod si quis vendit omnes honores & honorantias & ius patronatus, trãsit ipsum ius patronatus, & mouetur, quia illud verbum honorantias, non est terminus vniuersalis, ergo sentit: quod si esset terminus vniuersalis, transiret non obstãte expressione facta. Idem clare concludit Ioannes de Ana. 1. c. Querelam, in fi. de simonia. Idem etiam tenet Old. clare in consilio suo 312. incip. thema quæstionis Cætera vide apud D. Rochum de Curte, in suo tractatu, De iure patronatus, fol. 33. num. 47.

Animus.

Animus maxime in omnibus criminibus est attendendus, intentio delinquentis excutienda est, an ex simplicitate quadã, vel ignorantia, aut dolo & malitia inductus fuerit ad peccãdum, vt his attentis fiat variatio pœnę, huc facit text. & quod not. glos. & Panorm. in c. 2. extra, de sortilegiis. Amplius vide D. Paul. Grilland. in suo tractat. de Sortilegiis, lib. 2. 17. q. fol. 217. verso. n. 5.

Animus ex mentis pręparatione deprehenditur, vt est gloss. melior de iure, in l.

apud Celsum, in principio, ff. de doli except. de qua fecit festum Angel. l. 1. ff. de eo per quem fact. erit, & est gloss. extra in l. Dolum, C de dolo, & in l. Quęro, ad finem, & ibi bonus text ff. de ædil. edicto, & in l. Fulcinius, §. hic autem, ff. ex quibus caus. in pos. eatur. Copiosius adhuc rem persequitur, D. Barbatia in suo tractat. de Præstantia Cardinalium, fol. 60. verso, num. 15. ad finem.

Animus ex præfationibus cognoscitur, l. Finali, ff. de hered. instituendis & in c. Scribã, de præbend. Vel ex gestis in ipso actu, si causæ quæ allegantur in dispensatione sint veræ vel verisimiles, l. Si quis cum aliter, & l. Ita stipulatus, ff. de verbo. obligat. Imo lege D. Anton. de Rosellis, in suo tractatu de Conciliis, fol. 87. num. 27.

Antiquior.

Antiquior præsumitur sapientior, quia plus sapere præsumitur, qui in vita diuturnior fuit, & hac occasione dicit text. in c. Sciendum, 26. q. 4. quod non est mirum, quod Dęmones plurimum sint sapientes à tempore creationis: quia multos rerum experientias didicerunt. Hoc tamen verum, nisi ipse iunior melioorib. rationibus niteretur, vt ait Panor. in c. Capellanus, de Feriis, quod standum est decisioni glossæ, nisi alius melioribus & fortioribus rationibus niteretur, per illum text. ibi, subtiliori ratione. Plura vide apud D. Ioan. le Cirier in suo tractatu, de Primogenitura, fol. 164. num. 8.

Appellatio.

Appellatio ex impressione verisimili iustificatur, pro quo gloss. not. in verbo metuebant, in fine, in c. Bonæ, in primo, de electio. quam notabilem dicit Panorm. ibidem. Plura lege apud D. Petrum à Biaxio, in suo tractatu Directorii electionum, fol. 213. verso. num. 4.

Appellatio extinguit pronunciatum, l. 1. in fine, ff. ad Turpillia. ergo pro eodem habendum est, ac si nulla sententia lata esset, quare non videtur iterum iurandum esse. Relege D. Bartho. Brixiensis tractatum quæstionum Venerialium, quæst. 48. fo. 70. vers. num. 3.

Appellatio generalis nulla est, c. 2. extr. de appellat. & c. Consuluit, quæ videtur côn & non est, quandoque tamen bene fit generalis cui deferendum est, puta in electioni & in aliis negotiis, de hoc dicitur extra de ap pel c. Cum sit Romana, in gloss. quæ incip propria: Ampliora lege apud D. Nepotem monte Albano, in suo tractatu Exceptioni fol. 179. verso. num. 27.

Approbare.

Approbans semel testem nunquam repro bare potest, contra autem eorum dicta bo poterit opponere, quia illa non approba Ita Cyn. in l. Si quis testibus, C. de testib. i dem tenent Doct. iuris canonici, in c. præs tium, de testib. Copiosius vide D. Lanf cum ab Ariadno in suo tractatu, de depo tionibus testi. fo. 204. num. 6.

Arbiter.

Arbitri authoritas pendet ex comprom so, arg. l. Non distinguemus, §. de Officio de arbit. Plura vide apud D. Iacobum à C nibus, in suo tractatu, de Execut. vltimar voluntatum, fol. 38. verso. n. 1.

Arbitramentum plus sapit de contr quam de iudiciis, vt in Authent. de defen di. §. finali, in gloss. notabili. Nota, in Au thent. Si vero contigerit, C de iudic. Reliq vide apud D. Tyndarum, in suo tractatu testib. fol. 108. c. 4. num. 1.

Arbitrium nũquam alteri concessum a que causæ cognitione, l Creditor, in fin. Manda. siue detur ab homine, siue ab leg Hodie, ff. de pœnit. Præterea vide D. A deum de Castello in suo tractatu, De syndi catu. fol. 116. verso. num. 145.

Archiuum.

Archiuum publicum plenam probati nem facit, c. Ad audientiam, de præscrip nib. & est casus in c. 1. de probat. & hoc d modo appareat illud esse extractum de pu co archiuo per officialem archiuum, vel mandato, vt refert D. Ioan, à Grassis, in tra

tractatu Arboris Iudiciorum. fol. 94. §. Probationem, nu. 1.

Ars.

Ars naturę est simia: quia ars imitatur naturam quantum potest. Arist. in 2. Physic. l. Eos accusare. §. Omnibus, ff. de accusat. hinc est quod legislator non potest venire contra dispositionem naturalem. Plenius lege D. Ioan. le Cirier, in suo tractatu de Primogenitura, fol 151. nu. 16.

Ars nulla hominem maleficiatum à maleficio liberare potest. c. Nec mirum, in fine. 26. quęst. 5. Latius hanc rem exponit D. Paul. Grilland. in suo tractatu De Sortilegiis, lib. fol. 201. verso. num. 4 circa medium.

Portus contra infelicitatem est hominib. ars. vt Menander ait.

Fortuna artem inuenisti, non ars fortunam, Idem.

Ars est recta ratio factibilium & habitus operatiuus, D. Thom. 1. 2 q. 57 artic. 3.

Artifex peritissimus à statuti pœna liberandus, glo. singula in l. 1. C. de anno ciuili. l. 11. facit textu in l. ad bestias. ff. de pœnis. per quem text. aliàs olim fuisse decisum in hoc Neapoli, quod quidam artifex magnæ elegantiæ & vtilis Reipublicæ inciderat in pœnam manus, quod propter suã elegãtiam & vtilitatẽ publicã, fuit alterata pœna, & remissum à iure communi. Plura vide apud D. Barbatiã in suo tractatu, De præstantia Cardinalium, fo 44. verso. num. 40.

Assertio.

Assertio simplex principis plenam inducit probationem, maxime in his, quæ coram eo sunt gesta: cum præsentia principis obtinet vices plurium testium, l. Omnium, C. de testib. sicut demonstrat D. Ioan. à Grassis, in tractatu suo Arboris Iudiciorum, fo. 94. §. Sedecimo flore, num. 1

Attentatum.

Attentata post appellationem sunt nulla, c. licèt, de senten. excom. lib. 6. Vberius hunc locum pertractatũ habes apud D. Philipp. Francum in suo tractatu disputationis Petitorii, fo. 81. verso. num. 18.

Auaritia.

Auaritia est opinio vehemens de pecunia quasi valde expetenda, Cice. 4. Tuscul. quęstionum.

Superabundat auaritia in amando, acquirendo & retinendo, sed deficit in dando. vt docet Mirabellius.

Auaritia est inhonesta & insatiabilis cupido quarumlibet rerum, D. August. 3 de lib. arbit. D. Thomas 2. 2. q. 118. artic. 2. Albertus Magnus in Compendio theologiæ, lib 3. cap. 19 Theologi super 2. sentẽ. distinct. 22. clare rem exponunt.

Auaritia est inordinatus amor habendi. vt D. Tho. vult 1. parte. q. 63. artic 2.

Auaritia fugienda; *Non cõcupisces domum proximi tui.* Exod. 21.

Qui odit auaritiam, longi fient dies eius. Prouerb. 28.

Qui aurum diligit, non iustificabitur, Eccle. 31.

Nolite thesaurizare, Matthæi 6.

Videte & cauete ab omni auaritia, Luc. 12.

Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus, ad Hebræos 13.

Auaritia est vehementissima humani generis pestis. Seneca ad Heluam matrem.

Quæ est maxima egestas? auaritia. Seneca de Moribus.

Vitanda tamen est suspicio auaritiæ. Cicero 1. Offic.

Nihil æque ad conciliandos multitudinis animos facit, quam si magistratus omni auaritiæ suspicione careat. Cicero 2 Offic.

Auaritia studium pecuniæ habet, quod nemo sapiens concupiuit. Salustius in Catilinario.

Auarus.

Maledictus qui transfert terminos proximi sui. Deuter. 15.

Sic ſemitæ omnis auari animas poſſidentium rapiunt. Prouerb. 1.

Subſtantia feſtinata minuetur. Prouerbiorum 13.

Domum ſuam conturbat auarus, qui odit munera viuet, Prouerb 15.

Qui confidit in diuitiis ſuis, ipſe corruet. Prouerbiorum 11.

Auarus cæcus eſt, credendo diues; non videndo cæcus poſſidet, cæcus moriturus. quod poſſidet hic relicturus, Auguſt. de Doctrina Chriſtiana.

Auarus inferno ſimilis eſt; nũquam dicit, ſufficit. Auguſt. ad Comitem.

Omnis auarus ex potu ſitim multiplicat, vnde figuratur per Hydropicum. Gregor. 14. Moralium.

Auarus non impletur pecunia. Eccleſ. 5.

Auaro tam deeſt quod habet, quam quod non habet. D. Hieron ad Paulinum.

Auarus niſi cum moritur ipſe, nihil recte facit. Seneca.

Auaro nihil eſt ſceleſtius. Eccleſ. 10.

Verus Philoſophus non debet curare pecunias, vt Crates Thebanus & alii docent: nam aliquis ſimul ſtudiis & diuitiis acquirendis vacare non poteſt.

Quid fœdius auaritia? Cicero 1. De legib.

Delitiæ & epularum varietas auaritiæ fomenta ſunt.

Auaritia ſenum propria: & dicunt quod in mẽdicantib. locum habet: qui, prout magis cogitant ſe rebus deſtitutos, magis ſine maturitate appetunt in quib. licet ſeneſcentibus cætera ſeneſcant, ſola auaritia iuueneſcit. c. Cum in iuuentute, de præſumpt.

Audacia.

Audacia eſt fiducia motus iraſcibilis inæſtimati, quaſi vires non excedat, idq; circa mala. D. Tho. 2. Sententiarum. 26. q. 1. arti. 3.

Audax enim vir in omnibus eſt melior. Homer. in Odyſſea.

Fidens eſſe delibera, audax vero non. Menander.

Augmentum.

Augmentum dotis eodem gaudet priuilegio, quo dos: vt in Authentic. Æqualitas Cod. de pact conuen. & in Authen. Sed iam neceſſe. Cod. de donat. ante nupt. & in Authentic. de æqualitate dotis, §. 1. & 2. coll. 7. Lege Dom. Iacob à Canibus, in ſuo tractatu de Repræſaliis, folio 113. verſo, num. circa medium.

Authoritas.

Authoritas notarii ſufficit ad valorem inſtrumenti in caſu perditi ſigilli. hoc dictum ſingulare reputat Panorm. in cap. Innotuit column. penultima, de elect. pro quo vide Felinum, in cap. Inter dilectos. de fide inſtrumentor. column. 2. qui optime materiam diſcutit, vt teſtatur D. Petrus à Biaxio in ſuo tractatu Directorii Electionum, folio 2.. 41. tertiæ partis, num. 4.

Authoritatem maleficio præſtans pari punitur. facientes & conſentientes par pœna conſtringit, vt 2. quæſt. 1. c. Notum, in fi. & 24. quæſtio, 3. c. Qui aliorum. plus tamen debet puniri authoritatem præſtans. vt ... diſtinct. c. Tanta nequitia. & 31. quæſt. 2. neptis, in fine. vt addocet D. Bartholomæus Brixienſis in ſuo tractatu. Quæſtionum Dominicalium. fol. 53. q. 32. num. 4.

Apex eſt autem ſenectutis authoritas Cicero de Senectute.

Habet ſenectus honorata præſertim tantam authoritatem, vt ea pluris ſit, quam omnes adoleſcentiæ voluptates. Ibidem.

Authoritas tua & ſi male dicet, tamẽ perſuadebit Euripides in Hecuba.

Auxilium.

Vir virum, & ciuitas ciuitatem ſaluat. Manus manum lauat; & digitus digitum Menander.

Auxilium dediſſe præſumitur, qui cum armis reperitur, ſecundum Innoc. in c. Contumacia, extr. de clerico percuſſore, vt plenius tradit D. Guido Papa, in deciſionibus curiæ Parlamenti, quæſt. 437. Item in tra...

tractatu De præsumptionibus, numero 29. folio 234. verso.

B.

Bannitus.

Bannitum occidere impune est tolerabile, sed non laudabile, vt allegat D. Corsetus Siculus in suo tractatu, De verbis geminatis, folio 92. verso, nu. 14.

Banna antiqua & consueta sunt seruanda, nec augeri possunt sine causa. vt in secundis iuribus: sed ex caussa propter necessitatē, vel vtilitatem bene possunt augeri, vt in primis iuribus, pro qua distinctione facit l. in rebus. C. de constitu. pec. & ext. de consang. & affini. c. Non debet, & ff. de decret. ab origi. facien. l. Quod semel. & in Authentic. quib. mod. naturales efficiuntur legit. Plura vide apud D. Petrum Antibolum in suo tractat. de Muneribus, fol 40 verso num. 199.

Bastardus.

Bastardi non habent iura sanguinis. Secundum Bartol. in l. fi. ff. de verbor. signific. Nec possunt dici agnati vel cognati, vt in l. Spurius, ff. vnde cognat. secundum Bald in l. In testamento, Cod. de testam. militar. nec appellatione coniunctorum continentur bastardi, secundum Ioan. Andr. & Innoc. in c. Nulli. de rescript. nec possunt arma domus portare secundum Bald. in l. Generaliter. C. de institu. & substitu. l. Filium, ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. Amplius require apud D. Matth. de Afflictis in suo tractatu, De iure protomiseos fo. 147 nu. 23.

Baptismus.

Baptismus est ablutio corporis exterior facta certis verbis; vnde primitias spiritus accipimus, & principium alterius vitæ. vt sit regeneratio, sigillum, custodia & illuminatio, vt docent Ioannes Damascenus 4. Sententiarum. & Magister Sententiarum. 4 distinct. 3. Beatus Thom. 4. Sententiarum, distinct. 3. q. 1. articul 1.

Nulla præter baptismum salus infantib. promittitur. de consecrat. distinct 4. c. Nulla præter.

Quis nesciat credere esse infantibus baptizari, non credere autem non baptizari. Ibidem.

Ostenditur illos impie facere qui rebaptizare conantur. Augustinus 2. de vnico baptis.

Beatitudo.

Beatitudo est status omnium bonorum, aggregatione perfectus, Boetius 5. De consolatione Philo.

Bellum.

Bellum est dissensio, qua arma mouentur, vt Mirabellius ait.

Quæritur belli exitus, non causa. Seneca in Hercule furente.

Peior est bello, timor ipse belli. Seneca in Tantalo.

Bellum gerimus, vt pacem habeamus. Aristoteles 10. Ethicor.

Suscipienda quidem bella sunt ob hanc causam, vt sine iniuria in pace viuatur. Cicero 1. Offic.

Bellum suscipiatur vt nil aliud quam pax quæsita videatur. Ibidem.

Omne bellum sumitur facile, sed ægerrime desinit. Salusti. in Iugurtha.

Bellum Reipublicæ pernicies, vt notabiliter dicit Bald. in l. 1. C. de ser. fugit. colum. 2. versic. 2 Vberius etiam tractat D Ioan le Cirier in tract. de primogenitura fol 183. verso. numero 17.

Belli euentus dubius est, ac varius, & nunc hunc, nunc illum consumit gladius. 1. Regum. 2.

Dissipa qui bella volunt.

Diuitiæ, corpora, & animę perduntur bellorum tempore. Hieremiæ 46.

Bellum seipsum alit, Titus Liuius. libr. 4. Decade. 4.

Communis Mars est & interfectorem interficit. Homerus Iliad. 6.

Bellorum necessitates nō expectāt huma-

na consilia, Titus Liuius lib. 4. ab vrbe condita.

Iustum est bellum, quod ex edicto geritur, de rebus repetẽdis, aut propulsandorum hominum causa. Isidor. Etymologiæ libr. 20. & 23 q. 2. c. Iustum est.

Benedictio.

Benedictio est collatio, multiplicatione donorum Dei. D. Thom. 1. parte. q. 72.

Benedicere Dei est causare bonitatem: benedicere nostrũ, est agnoscere beneficia Dei. D. Tho. super Psal. 33. col. 1. fina.

Beneficentia.

Beneficentia est actus exterior charitatis secundum rationem communem, sicut beneuolentia, est actus interior charitatis, vt Mirabellius habet.

Beneficium.

Beneficium est beneuola actio, gaudium tribuens capienti. in lib. feud. cap. 1. ex quib. causis feu. & Panor. in c. Vnico, de commo & in c. Ad audientiam. de præscrip.

Ne committas, vt illiberaliter cõferas beneficium. Isocrat. ad Demonicum.

Non est minus regium, nec minus humanum paruula accipere, quam magna largiri. Plutarch. in Apophtheg. de Artax.

Beneficia eousque læta sunt, dum exolui possunt: vbi anteuenere, pro gratia odium redditur. Cornel. Tacit. lib. 4.

Bonos beneficio affici. Cleobulus.

Noli in malum virum beneficium conferre, quod idẽ est ac si in mari semines. Phocylides.

Beneficium cito dãdum. Bis dat, qui cito dat. Seneca.

Gratia quæ tarda est, ingrata est: gratia namque
Cũ fieri properat, gratia grata magis. Auso.

Beneficium principis debet esse mãsuetũ. Regula decet, & vt testatur D. Pet. de Vbald. in tract. de Canonica episcopali & parochiali. fo. 173. nu. 11.

Beneficium iuris nemini est auferendum. ita dicit glos. super textum in c. Statutum, de præbend. libro sexto. Et allegat D. Anton. de Rosellis in suo tracta. de Potestate Imperatoris & Papæ. fo. 55. nu. 13.

Beneficium datur propter officium. vt in c. si de rescript. lib. 6. & in c. Cum secundum apostolum. de præben. & dignitat. sicut. discutit D. Albertus de Ferrariis in suo tract. de horis canonicis fo. 212. nu. 8. in fi.

Benefacere.

Benefacere includit bene velle. Nam licet aliquis possit bonum facere, malum nolendo, non tamen bene facit aduerbialiter, cum benefacere procedat ex actu voluntatis, c. In principio, 15. quæsti. 1. & cap vasis iræ, 23. quæst. 4. Sicut recte percurrit D. Iohan. à Lignano. in suo tractatu De amicitia, fol. 10. num. 3.

Benignitas.

Benignitas est habitus voluntatis benefactiuus, & ad loquendum dulcis, D. Thom. 2. 2. quæst. 80.

Blasphemia.

Blasphemia est detractio Dei, & eorũ quæ ad Deum. Ita D. August. & D. Thom. 2. 2. q. 13. articul. 4. declarant.

Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus; spiritus autem blasphemia non remittetur. Matthæi 12.

Non minus peccãt, qui blasphemãt Christum regnantẽ in cælis, quam qui crucifixerunt ambulantem in terris. August. super illud Matthæi, *Blasphemauit.*

Blasphemia veniam non meretur, Hierony. Epistola 33.

Blasphemia inficit aerem. Nam propter blasphemiam cælum fit pestilẽs. vt in Auth. vt non luxur. contra natura. vt tradit Dom. Paris à Puteo in suo tract. de Ludo. fol. 191. verso. num. 50.

Bonus.

Bonus quilibet præsumitur, nisi probetur malus: non tamen sic est in bona fide, quia ad hoc vt præsumatur bona fides, requiritur aliud probari. vt notatur per Archidi-

hidiaconum. in c. Episcopum, de præscri. lib. 6. in glos. super verba, fides, vt refert D. Guido Papa, in suo tract. de præsumpt. fol. 35. num. 37.

Vir autem bonus, bonum non odit vnquam, Menander.

At vero si quis velit complicatam animi sui notionem euoluere, iam se ipse docebit, eum bonum virum esse, qui prosit quibus possit; noceat nemini, nisi lacessitus iniuria, Cicero 3. Offic.

C.

Calor.

Calore iracundiæ factum habetur pro infecto, vt vult D. Tyndarus in tractat. de Testib. fol. 99. verso. num. 1.

Calumnia.

Calumnia est malitiosa & falsa criminis impositio, D. Thom. 2. 2. q. 68. artic. 3.

Calumnia euidens ita repellit à limine iudicii, sicut euidens ineptitudo libelli, l. Qui cum maior, § Si patris. ff. de bon. liber. & hoc dictum Innoc. commendat Bald. in l. 1. C. Si de moment. poss. Idem Bald. in l. 1. Cod. de sent. quæ sine cert. quant. vide D. Stephan. Costan. in suo tractatu de Ludo, fol. 187. 5. artic. num. 5.

Cardinalis.

Cardinales sunt partes corporis & capitis papæ, & sunt sedes illarum virtutum, vel esse debent. Ita vult D. Ioannes de Lignano, in suo tractatu, De censura ecclesiastica, fol. 16. num. 9.

Castitas.

Castitas est virtus sub iugo rationis impetum libidinis refrenans, vel per edomitas vitiorum Furias munda & honesta corporis habitudo, August. de diffinit.

Castitas est virtus specialis circa venerea, à castigatione concupiscentiæ: vnde pueri tanquam *puri* dicuntur, Beatus Thom. 2. 2. q. 91. artic. 1.

O quam pulchra est casta generatio! Sapientiæ 6.

Te ipsum castum custodi, 1. Timoth. 5.

Castitas est pulchritudo animæ siue filiæ regis ab intus. August. contra Faustum.

Castitas sine comitib. videlicet ieiunio & temperantia, cito labascit. His adminiculis roborata, facile coronabitur, Chrysost. super Psalm. homilia 50.

Castè iubet lex adiri Deos, Cicero 2. De legibus.

Castrum.

Castrum in suo facere licet cuiq;, nisi fecerit ad alterius æmulationem. Nam fortia loca non debent fieri sine licentia principis, no. in l. Per prouinciã, C. de ædific priuatis, & in l. 1. ff. quod cuiusc. vni. nomine, & Innoc. in c. Pisanis, de restitut. spolia. vel nisi fiat in liminibus imperii, vt gloss in l. 2. C. de fundo limit. lib. 11. Hęc habet D. Mart. Laudens. in suo tractat. de Castellanis & castris, fol. 121. verso, q. 9.

Catholicus.

Catholicus quilibet est ligabilis canone papali præter papam, vt l. Princeps, ff. de legib. l. Digna vox, C. eodem titu. hoc modo rem attingit D. Ioannes à Lignano, in suo tractatu, De Censura ecclesiastica, fol. 20. n. 6. circa medium.

Causa.

Causa pecuniaria maxima criminali æquiparatur, Bald. in l. Parentes, C. de Testib. Vt plenius habet D. Andreas Barbat. in suo tractat. de testib. fol. 81. verso. n. 19.

Causa debendi in instrumento debet inseri. Ad hæc vide l. Cum de indebito, §. vlt. ff. de probat. c. Si cautio, extr. de fide instrum. quemadmodum docet D. Nepos à Montalbano in suo tractatu Exceptionum, fol. 166. artic. 2. num. 6.

Cautum.

Cautum vitiose pro non cauto habendum est, l. Quoties, ff. Qui satisdict. cogun. sicut meminit D. Iacobus à Canibus in suo tract.

De excusatione vltimarum voluntatum, fol. 1,6. verso. § Repetitis, n.3.

Cautius ibi gerendum, vbi maius est periculum, c. vbi periculum, de elect. lib. 6. Hoc quoq; allegat D. Ioannes de Lignano, in suo tractat. de pluralitate beneficiorum, fol. 144. verso. num. 10.

Cautela.

Cautela est cõfirmationes impetrare, quod quæ abundant vitiare non solent, vulgo dicitur, *abundans cautela non nocet*, l. Testes, C. de testib. & l. Non solet, ff. de regu. iuris, & dicitur:

Fortiora vincula difficilius soluuntur. Et illud: *Funiculus triplex difficulter rumpitur.* Huc facit & illud: Præcauenda sunt, quæ faciliter euenire possunt.

Vbi facilius periculum, ibi maior cautela sit. Periculosiora enim magis timenda sunt: pro quo facit bonus textus in c. Duo mala, 13. dist. licet omnino cautissime sint præcauenda: tamen si periculi necessitas vnum ex his perpetrare cõpulerit, id debemus resoluere, quod minori nexu nascitur obligari. Latius vide Ioan. le Cirier, in suo tractat. de Primogenitura, fol. 183. verso. num. 14.

Census.

Census non potest præscribi cum mala fide, nec diminui sine diminutione præscribi ab habente malam fidem, sicut plene probat D. Ioannes Franciscus Balbus in suo tractatu de præscr. fo. 238. verso. n. 3. § Septimo quęro.

Censura.

Censura & deputatio quãdoq; idem sunt, vt not. glos. in l. 4. C. de agrico. & censi. lib. 11. vel vt ibi dicit glos. censitum est vnum genus collegii, l. 2. C. In quib. cau. colo. ceu. de acquiren. poss. lib. 11. hic autem dicitur censura à censeo, quod est iudicare, siue statuere, siue præcipere ecclesiastica sacramenta, quia per ecclesiam. Et de hac censura loquitur text. in c. Quærenti, de verbor. signif. Reliqua vide apud D. Ioan. de Lignano in suo tractatu, de Censura ecclesiastica, fol. 14. nu. 10.

Ceremoniæ.

Ceremoniæ sunt ritus vel actus exteri[...] vel opera exteriora ad cultum Dei pertin[...] tia, D. Tho. 1. 2. q. 99. art. 3 & Valer. Maxim[...]

Certum.

Certum est quod propria vel indubi[...] circumlocutione constat, vt in gl. in c. C[...] & plantare, de priuileg. & §. Nominatim[...] stitut. de exhæreda. liber.

Citatus.

Citatus non tenetur comparere in loc[...] honesto vel non tuto, l. Si cum dies, §. S[...] biter, ff. de arb. c. Accedens, 2. extra vt li[...] contestat. c. Ex parte 3. extr. de appella. c. R[...] tamur, 3. q. 9. l. Si longius, ff. de iudic. fa[...] net D. Nepos à Montalbano, in suo tra[...] Exceptionum, fol. 168 n. 13.

Ciuitas.

Ciuitas est multitudo ciuium & so[...] ex pluribus pagis, per se sufficiens ad [...] dum, Aristoteles 1. Polit. & 3. & 4. & in [...] conomicis.

Caritas.

Caritas est virtus copulans amante[...] amato. August. de Trinit. lib. 8.

Caritas est concordia mentium & so[...] electorum, vita beata animarum & A[...] rum, August. De spiritu & anima.

Caritas Deus est: qui manet in carita[...] Deo manet, 1. Ioan. 4.

Caritas est aqua, de qua qui bibit non [...] in æternum, August. & dist. 2. c. Carita[...]

Caritas sola est, quę vincit omnia, Au[...] de doctri. Christian.

Caritas fortis est, vt mors, Cantic.

Nihil est quod nõ toleret, qui perfe[...] ligit, Seneca in Prouerb.

Super omnia caritatem habete, qu[...] vinculum perfectionis, ad Coloss. 3.

Finis præcepti caritas est, 1. Tim. 1.

Mandatum nouum do vobis, vt di[...] inuicem. Ioann. 13.

Deus sic mundum dilexit, vt vnige[...] filium daret, Ioan. 3.

Alter alterius onera portate, sic adimple- itis legem Christi, ad Galat. 6.

Caritatis toxicum vel venenum est cupi- tas, August. & citat D. Ioan. le Cirier in suo ctat. de Primogenitura.

Claues.

Claues veniũt domo vendita: quia per cla- intratur ad possidendũ, vt in l. Clauib. ff. contrah. empt. vt dicit Bald. in l. 2. §. Do- ff. de fun. instruct. vide etiam quod habe- in l. Si prædiorum, C. ad l. Fal. de clauibus text. expressus, in l. Fundi, ff. de act. empti. ne causam optime discutit D. Fabianus de opte in suo tractatu, de emptione & vendi- one, fol. 152. verso. n. 68.

Clausula.

Clausula derogatoria quando est tollenda, esse est, vt de ipsa fiat mentio. l. Si quis in incipio testamenti, ff. de legat. 3. Plura re- iteapud Anton. de Rosellis in suo tractatu Conciliis, fol 114. n. 71.

Clausula generalis ad præcedentia & ad ateriam subiectam restringitur, & commis- , vt c. Qui ad agendum, in fin. de procurat. in l. Qui Romę, § Callimachus, & ibi Bart. de verbo obligat. & in c. Quod translatio- m, & ibi Bald. extr. de offic. delegat. hoc pa- argumentatur D. Ioann. à Grassis, in suo ctatu, de substant. procuratorii, fol 86. n. 1.

Clausula, Saluo iure cuiuscunq;, in cuius ncessione videtur apposita. Authent. de æ- a. don. §. Si autem, est bonus text. in l. Se- nda § Merito, & §. Si quis à principe, ff. ne id in loc. publ. c. Dudum, ext. de priuil. & Cum dilectus, de consuet. bene facit ad hoc cisio Rotæ 329. quæ incipit: Tu obtines ebendam, & alia decisio Rotæ 331. incip. pposito facto, & not. Andre. in cap. 1. Qui ccess. tute. & constitutione regni Domini à allis, & in c. 2. de feud. da. in vi leg. com- ss. hic locus satis aperte & multis est addu- us à D. Matthæo ab Afflictis, in suo tractat. iute Protomiscos, folio 154, verso. nume 24.

Clausula, Appellatione remota, non tol- lit legitimas appellationes, vt not. gloss. in c. Cum quæstione, de restitut. spoli. & in c. vt debitus, de appellat. hæc sententia satis am- ple exponitur & probatur à D. Barbat. in suo tract. de Præstantia Cardinalium, fol. 68. n. 7.

Clementia.

Clementia est lenitas superioris erga infe- riorẽ in constituendis pœnis. Seneca, de Cle- mentia, C. Thom. 2. 2 q. 157.

Clementia est retentio comitate facta ani- mæ concitatæ in odium & pœnas alicuius, & est pars temperantiæ, Cicero in Rhet.

Clementia est heroica virtus dono pieta- tis plena, D. Thom. 2. 2. q 159. artic. 2.

Clementia est quę alieno sanguini tanquã suo parcit. Seneca, de Clementia.

Clementia nullum magis decet, quam principem, Idem.

Nihil est laudabilius, nihil magno & præ- claro viro dignius placabilitate atq; clemen- tia, Cicero in Offic. 1.

Reipsa repperi nihil esse homini melius facilitate atq; clemẽtia, Terẽt. in Comœd. 4.

Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis. O- uidius in Ponto.

Sola Deos æquat clementia nobis. Clau- dianus.

Clementia atq; benignitate hostem vin- cere quam armis præstat, Polyb 3.

——*Mollissima corda*
Humano generi dare se natura fatetur. Iu- uenal. Satyr. 15.

Clementiæ sunt multa indicia in Leoni- bus, Solin. lib. 4. cap. 8.

Clericus.

Clericus qui bello interest, irregularis est. Bellum siue iustum siue iniustum geratur, il- li clericus in armis vel sine armis non debet interesse. Nam si aliqui sunt hincinde inter- fecti, irregularis ipse clericus est, licèt ipse non occidat. canone, Si quis, 51. distinctio. can. Porro, 13. quæstio. 3. c. Quicunque. 23. quæst. vltima, c. finali 1. q. 1. hoc manifeste

tradit D. Nicolaus Plouius in ſuo tractatu, de Irregularitate, fol. 159. num. 20. Triceſima regula.

Clericus gaudere dicitur fori priuilegio pro bonis patrimonialibus, vt notat Oldra. ſuis in conſiliis, conſilio 83. Idem Sicul. in c. Qualiter, de iudic. Vnde Innoc. in c. Cęterũ, eodem tit. dicit, Quod clericus ſpoliatus poteſt ſpoliatorem ſuum coram iudice eccleſiaſtico trahere. Et Sicul. in c. eccleſia S. Mariæ, de conſti. quod ſtatutum laicorum non poteſt diſponere ſuper bonis patrimonialibus clericorum. Plura vide apud D. Stephan. Aufrerium, in ſuo tractatu de poteſtate eccleſiæ ſuper laicis, fol. 110. num. 17.

Clerici non debent aureis catenis, gemmis, anulis ſimilibusque precioſis decorari, vt notat Hoſtienſ. in c. pen. & ibi per Alban. de vita & honeſtate clericorum. Anulus in digito clerici ſignum eſt vanitatis, præſumptionis atque laſciuiæ. Sicut recitat D. M. Rauaudus in ſuo tractatu Speculi Iudicum, fol. 89. verſo. n. 56.

Coactus.

Coacta electio eſt nulla, & pro hac ſententia facit textus in c. Ad audientiam, & c. Abbas. Quod met. cauſ. vbi text. dicit, quod renunciatio ſic facta caret roboris firmitate, & eſt text. in Clem. multarum, § ſiue, de pœn. Copioſiorem expoſitionem huius ſententiæ vide apud D. Anton. de Roſellis in ſuo tractatu de poteſtate Imperator. ac Papæ, fol. 57. verſo. n. 47.

Cæcus.

Cæcus ſi cæco ducatum pręſtat, ambo in foueam cadunt, gloſſ. in verbo, Cæco, c. Poſt tranſlationem, de renunciat, & in c. Quæ ipſis, 38. diſtin. & in c. Penultimo. de ætat. & qualitat. & Matthæi 15. & Luc. 6. & in c. Ideo prohibetur, 27. diſtinct. de quibus Pſalmiſta Pſalm. 68. Obſcurentur oculi eorũ ne videant: & dorſum eorum ſemper incurua. Idem tenet D. Petrus à Biaxio in ſuo tractatu Directorii Electionum, fol. 225. verſo. numero 4.

Cogitatio.

Cogitatio in ſolo crimine hæreſeos puni- tur, & ſi effectus non ſequatur: quia hære- eſt delictum quod ſola voluntate & in men- committitur, c. Excommunicamus, §. Cre- dentes, de hæret. ſecundum Bald in l. Si q- non dicam rapere, C. de epiſcop. & cleric. Io- ann. de Ana. in c. Si quis Epiſcopus, 1. colum. de hæret. & in c. Conſuluit. 3. colum. de vi- & per Felin. in tractat. ſuo, De conatu, colum. 2. verſic. Quis caſus, huius meminit D. Ioan. Franciſcus Ponzinibius, in ſuo tractat. De le- miis, fol. 139. verſo. n. 69.

Cognitio.

Cognitio ſummaria adhibetur in ſenten- executione, vt l. à diuo Pio, §. Si ſuper re- ff. de re iudicat. Vide latius D. Anton. à C- nario, in ſuo tractat. de Executione inſtru- fol. 211. num. 15.

Collegium.

Collegium illicitum faciens punitur ve- ditioſus, pœna l. Iuliæ Maieſtatis, cuius pœ- na eſt mors, patet per text. in l. 2. de colleg. illicitis. Atque id enucleat ita D. Luc. Mon- altus in ſuo tractat. de reprobatione ſenten- tiæ Pilati, fol. 182. num. 11.

Collegium licitum eſt omne quod fit cau- ſa religionis: dummodo nihil faciant con- ſenatuſconſultum, id eſt, dũmodo nihil ma- li faciant occaſione collegii, & hoc probatur per l. 1. ff. de colleg. illicit. Clarius vide hu- locum apud D. Petr. de Vbaldis, in ſuo tra- de Canonica epiſcopali, & parochiali, fol. verſo. n. 5.

Commodum.

Commodum quis reportare ex eo non de- bet quod impugnat, l. Papinianus, §. Me- niſſe, ff. de inoffic. teſta. argum. eius quod di- cimus, quod ex poſitione negata non poteſt quis ſe iuuare, nota. in l. 2. §. Quod obſeru- C de iurament. calum. Ita probat D. Gui- Papa, in ſuo tractatu, de Compulſoriis lit- fol. 213 verſo, q. 21 num. 6.

Communio.

Co-

Communio parit discordiam, l. Cum pater. § dulcissimis, ff. de legat. 2. Sic allegat D. Antonius de Rosellis, in suo tractatu de Conciliis, folio 19 §. Sexto numero 3. concordat cum hoc D. Rolandus, in suo tractatu [illegible]oris testamentorum, Rubrica 2. numero [illegible] vbi ait, quod communio solet discordias [illegible]rare, præcipuè etiam inter fratres, vt ibi [illegible]robat. folio 212. verso.

Communitas.

Communitati omnia nota esse nequeũt. [M]irandum ne igitur si ipsa communitas in [g]enere statuit per respectum ad quãtitatem [m]utuatę pecunię certam dari: cui omnia esse [n]ota nequeũt: cũ id nostræ solius sit diuini[t]atis, vt in c. Ad nostrã, vt eccle. benefi. cũ cõ[c]ord. nec insuper verum est dicere, quod ipsa [c]ōmunitas nõ remuneret suos ciues ex aliis [c]ollatis beneficiis: siquidem sæpe sine recitatione id factum videmus. Præterea in incer[tis], non certis locus est coniecturæ, vt l. conti[n]uus, §. cum ita, de verbo. oblig. cum simili[bu]s. Sed cum ipsa communitas declarauerit qua causa tale tribuat incremẽtum, vt [pa]tet ex tenore reformationis, non oportet [ad] præsumptiones & verisimilitudines coniecturasque recurri. Sic discurrit de hac ma[te]ria D. Laurent. de Rodulphis in suo tract. [de] Vsuris, folio 149. verso, num. 34.

Compensatio.

Compẽsatio ipso iure extinguit debitum, [v]t solutio. Hæc sententia cũ sua pleniore [ex]positione legitur apud D. Tyndarũ, in suo [tr]actat. de Cõpensatione, fo. 126. n. 50. artic. 6.

Compensatio doli cum dolo respectu Rei[pu]blicæ non fit, D. Feli in c. 1. in 3. colum. de [tre]uga & pace. Habet hanc sententiam D. [Bened]ictus Siculus in suo tract. de Potestate re[gia], fo. 100. verso num. 32.

[C]õpensatio nõ admittitur in tributo. text. [i]n l. Aufertur, in §. Qui vt debitorib. ff. De [iure] fisc. Vide D. Lu. Montal. plene de hac sen[ten]tia disputantem, in suo tractat. de Repro[bati]one sententiæ Pilati, fo. 184. verso, n. 42.

Compensatio in depositarii odium nõ admittitur. l. vlt. circa finem, C. de compensat. ergo multominus debet admitti cõpensatio in odiũ excõmunicati. Sic refert D. Bartholomæus Brixiensis in suo tractat. Quęstionum Venerialium, fo. 68. verso q. 33. num. 2.

Compensare nõ potest qui iurauit soluere, c. Ad nostrã, 3. De iureiuran. & Alexãd. in suis consiliis, cõsilio 91. in 2. volu. dicens hãc esse cõmunẽ sententiã. Vide plura apud D. Marcũ Anton. Bauerium, in tracta. De virtute Iuramenti, fol. 49. verso, num. 49.

Compositio.

Compositio lite pendente fieri potest, nõ post sententiã, l. Iudex postquã. & ibi Bartol. ff. de re iudic. c. In literis, & ibi Abb. & Innoc. de offic. delegat. Cætera lege apud Dom. Paul. Grillandum in suo tractatu De Relaxatione carceratorum, folio 232. verso, §. Sequitur, num. 8.

Compositio priuata de famoso crimine facta cũ parte, irrogat infamiã, l Quoniã, ff. de his qui not. infa. & l. athletas. §. finali, eodem titu. & ibi Barto. Vide D. Paul Grillandum in tracta De relaxatione carceratorum, fol. 233. verso, §. Quarto quæro, num. 4.

Compositor.

Compositor amicabilis semper volũtarius est. nec subiicitur regulis arbitrorũ nec arbitratorũ, sed est quid diuersum: quia amicabilis cõpositor est qui interuenit & reducit partes ad concordiã absq; sua sentẽtia. Sic habet aperte D. Io. Bap. Caccialupus in tractatu De Transactionib. fol. 189 §. Tertio quæro. n. 3.

Compromissarius.

Compromissarii postulare possunt qui ad eligẽdũ dati sunt. text. in c. In causis, de elect. iuncta glos. in verbo postulatio. pro quo facit gloss. singularis, in c. 1. de postu. prælat. in verbo priuare. Hunc locum prolixe habet D. Pet. à Biaxio, in tract. Directorii Electionum, fol. 215. verso, c. 19. tertiæ partis. num. 1.

Compromissum.

Cõpromissum in causa matrimoniali fieri

nõ poteſt. vt in c. fi. ext. de tranſ. Hoc expreſſe tenet gloſſ. in c. 1. De conſang & affini. quam ibi ſequitur D. Anto. de Butr. vt pluribus exponit D. Lanfrancus de Oriano in tractat. de Arbitris, fol. 29. verſo, 4. particulà. n. 5.

Compromiſſum in cauſa criminali, ſi agatur criminaliter non poteſt fieri, tenet D. Specul. in tit. de arbi. § Reſtat, circa principiũ, & Hoſti. in ſumma. eod tit. §. 3. & Bart. & gloſſ. in §. de cõpromiſſo, de infa. Si agatur in cauſa ciuiliter, tum poteſt fieri compromiſſum. vt luculenter exponit D. Lanfrancus de Oriano, loco citato. num. 1.

Compromiſſum claudicare non debet, nec pro vna nec pro altera parte. l. Cum dies, §. vltimo, in fi. ff de arbit. & eodem titu. l. Qualem, in principio. cum ſimilib. & facit quod habetur in c. Non ſolum, de appellat lib. 6. c. Licet, de ſenten. excommunicat lib. 6. Hæc habet eleganter D. Ioa. Baptiſta in tractatu de arbit. fol 8. verſo, num 10.

Compromiſſum fit ſine pœna, & cũ pœna, vt recte allegatur à Lanfranco de Oriano. In tracta De Arbitris, fol. 26. verſo, n. 22.

Compromittentes de cauſa principali inuitant acceſſoria, arg l 1. § Cum vrbem, ff. de offic præfecti vrb. & l. 2. de iuriſd. omnium iudic. & l. Ad rem. mo. de procurato. ſic hunc locum in medium adducit D. Iacobus de Arena, in tract. de expenſis, fol 43. n. 7.

Compromittentium mens etiã tacita eſt inſpiciẽda, arg. l Cũ quid, & l. Nõ omnis ff. ſi certũ petatur. & l. Non dubiũ, C. de legib. & c. Intelligentia, ext. de regu. iuris. Vide D. Baptiſtã à S. Blaſio in tract. De Arbitro & Arbitratore, fol. 24. verſo, num. 80.

Conceſſum.

Conceſſum vni plurium cæteris cenſetur denegatũ: quia regula eſt, quod vni denegatur cæteris conceſſum eſſe videtur, l Cũ prętor, ff. de iudi. l. Qui teſtamento, §. Eum qui, ver. mulier, ff de teſtamen. c. Cum ſit generale, & ibi gloſſ de foro compe. no Bald & Docto. in Auth. Diaconiſſam, C. de epiſc. & cleric. Vberius hanc ſententiã tractat, Pau. Gillan. l. in tract de hæreticis, lib. 1. f. 199. n. 6.

Conceſſum videtur quod expreſſe nõ inuenitur prohibitum, probatur per nota. in c. Veniens, De fil. presby. & Hoſtienſ. in ſumma, ad finem, eodem titu. Hanc ſententiam tenet etiam Archid. & Old. in ſuo conſilio 213. allegat textum d. c. Quamuis, de præbend. in 6. Sicut habet D Anton. de Roſellis in tractatu De conciliis, folio 109 numero 37. Et D. Damaſus in tractatu de Brocardis, folio 142. numero 3. & Dom. Iacobus de Beluiſo, in tractatu De Excommunicato, fol. 152. numero 18.

Conceſſo principali, conceditur acceſſorium, c. Præterea, ext de offic. & poteſtat. iudic. delegat. & c. Prudentiã, eod. tit. § vltimo. Vide latius hac de re diſputantẽ D. Damaſ. in ſuo tract De Brocardis, fol. 138. verſo, nu. 14.

Concilium.

Conciliũ eſt loco ſenatus, c. Eccleſia habet ſenatum. 16 q 1. Vide D. Anto. de Roſellis ex profeſſo late diſputantẽ de hac materia in ſuo tract. De Conciliis, fol. 83. num. 8.

Concordia.

Concordia eſt vnio appetituum diuerſorum. D. Tho. 2. 2. q. 29. artic. 1.

Æqualitas concordię nutrix & conſeruatrix. Ariſtoteles De mundo.

Externus timor maximũ concordiæ vinculũ, Titus Liuius, lib. 2. Decade prima.

Concordia res magnæ creſcunt, diſcordia maximę dilabuntur, Saluſt. bello Iugurt.

Quæ ſemel concordata ſunt, ad diſcordiã amplius reſuſcitari non debent.

Concordia inter partes facta, nõ tollit pœnam fiſco applicandã. l. 2 ff. ad Sil. in gloſ. per Dy. & Bald. & not gloſſ Bartol. & Bald. in l. final. Cod. De in ius vocan. ita tenet etiam D. Cataldinus de Boncompagnis in ſuo tract. de Syndicatu, fol. 132. verſo, num. 144.

Concupiſcentia.

Concupiſcentia hominis ad omnia vitia profluit. c. Omnes, 47. diſtinct. & c. Sicut 40. diſtinct. per totũ, & 35 diſt. per totũ, de pœni. diſtinct.

distinct. 2. quia radio isto amore recedimus à Deo, &c. Caritas, de pœn. distinct. 2. Huius rei vide testem copiosum, D. Ioan. à Lignano in tractatu de Amicitia, fol 7. num 3.

Concupiscentia est tam malarum quam bonarum rerum appetitus delectabilis sensitiuę, D. Thom. 1. 2. q. 30. art. 1.

Condemnatio.

Condemnatio ex vno teste nõ potest procedere. hac sententia vtitur D. Albericus de Rosate, in tractatu de Testib. fol. 171. verso. num. 16. quod probatur etiam per dictũ Domini: *in ore duorũ & trium stat omne verbum & veritas.*

Condemnatus.

Condemnatus malam causam habere pręsumitur, glos. in l. Herennius, §. fin. ff de euictio. Idem pronunciat D. Guido Papa in tractat. de Præsumptionibus, fol. 234. num. 15.

Condemnare.

Condemnandi potestas ibi est, vbi potestas absoluendi: quia sunt eiusdem speciei, vt Felin. in ca. Non potest, de re iudic. & cui competit vnum, cõpetit aliud. Vide plenius hanc sententiam examinatam apud D. Ioan. Franciscum Balbum, in tract. de Præscriptionibus. fol. 218. num 23.

Conditio.

Conditio inhonesta & impossibilis, habetur pro non adiecta, c. In nona, de pœn. Host. in summa de condit. appos. §. Quæ conditio. testis est huius sententiæ D. Ioan. Brunellus, in suo tract. de Sponsalib. & matrimoniis, folio 181. verso num. 4.

Conditio iniqua non est alteri per alterum inferenda, l. Non debet alteri, ff de reg. iur. Idem allegatur à D. Pet. Antibolo, in suo tractat. de Muneribus, fol. 39 verso, n. 181.

Conditio nulla casu fortuito impletur, l. 2. ff de condit. & demonst. sicut declarat etiã D. Philip. Francus, in tract. Disputationis petitorii, fol. 82 n. 12.

Conditio rei in pari causa potior est, l. 2 ff. ne quis eum, & vt citat & asserit D. Bertach. in tra, De Gabellis seu vectigalib. f. 72. v. n. 28.

Conditio debet impleri in forma specifica, nec sufficit adimplere in effectu, l. Quib. diebus, & l. Mæuius, de condit. & demonstr. Ita quoq; hanc rem perstringit D. Ioan. Campezius, in tractatu de Dote, fol. 134. verso. quęst. 13. num. 2.

Conductor.

Conductor domus vel fundi potest expelli non soluens pensionem; & priuari commoditate fruendi re conducta, l. ædem, & ibi Doct. C. locati, l. Vtiq;, de damno infect. & Bart. in l. 2. C de iur. emp. & in l. 3. 5. q. prin. C. de pign. vbi verum dicit etiam propria autoritate, & tenet Bald. in l. Certa, C. vt in pos. leg. sed aliter loquitur in l. ædem. C. locati. Plura de hac sententia vide apud D. Bertachinum, in suo tractatu, de Gabellis, seu vectig. fol. 60. num. 30.

Conductio.

Conductio & locatio pro vno numo nulla est, vel non tenet: quia instar donationis inducit, l. Si quis conduxerit, ff. loca. & sic locatio facta pro vno numo, est nullius momẽti, vt ibi, & l. Si quis ante, in § fin. ff. de acquiren. poss. Abb. in c. Cum ex officii, in 6. column. de præscript. & ex modicitate precii quandoque præsumitur locatio, quandoque non, Bald. in c. Finali, de in integr. resti. allegans, no. in l. 1. §. fin. ff. de superfi. hæc etiam habet & probat D. Anto. Corsetus in suo tractat. de Potestate regia, fol. 89. verso. num. 19.

Confessio.

Cõfessio est vna cõmunis, altera sacramentalis, Sacramentalis, est actus exterior iustitiæ & fidei, cũ latria & pœnitentia habente legitimã declarationẽ peccatorum coram sacerdote, aperiens morbũ latentẽ spe venię, & accusans delicta ex erubescẽtia per claues Ecclesiæ satisfactoria, obligãs ad pœnitentiã iniũctã, D. Tho. & alii Doct. in 4. Sententia. dist. 17.

Confessio est salus animarũ, dissipatrix vitiorũ, restauratrix virtutũ, expugnatrix dęmonũ: obstruit os inferni, aperit portas paradisi. Augu. de Pœnitẽtia, ad hãc cõfessionẽ ecclesiasticã vel sacramẽtalem faciũt sequẽtes sententiæ.

Fili non confundaris confiteri peccata tua, Ecclef. 4.

Confiteberis viuens & viuus & fanus, Ecclefiaft 17.

Vade & oftende te facerdoti, Lucæ 5. & 17.

Confitemini alterutrum peccata veftra, Iac. 5.

Si cõfiteamur peccata, fidelis & iuftus Deus remittit ea, 1. Ioan. 1.

Dixi confitebor aduerfus me peccata mea, Dauid in Pfalm.

Nemo poteft à peccato iuftificari, nifi antea fit confeffus, D. Ambrof. de Paradifo, & de pœnit. dift. 1. c. Non poteft.

Ceffat diuina vindicta, fi humana confeffio præcurrat, D. Ambrof. fuper Beati immaculati.

Deo fuffragatur verecũda confeffio & pœnam pudore releuat, D. Ambrof. de Iofeph lib. 36.

Qui promereri vult bonum, quod expedit, debet confiteri malum quod fecit, D. Gregor. 8. Moralium.

Humilitatis infignia funt iniquitatem cognofcere, & cognitam voce confiteri, D. Gregor. 22. Moralium.

Vulnera claufa plus cruciant, D. Gregor. in Paftorali.

Confeffio fanat, iuftificat, veniam donat, Ifidor. 1. c. 12.

Quantum difplicet regi impudentia peccatoris, tantum placet verecundia confitentis, D. Bernard. fuper Cantica.

Sufficit pœnitenti confeffio qua pręmium domino offertur, De pœnitent. diftinct. 1. c. fufficit.

Si veniret Dæmon ad capitulum cõfeffionis, impetraret indulgentiam remiffionis. Hugo de clauftro animæ.

Manifeftanti delicta Chriftus non iudex, fed aduocatus adeft. Caffiodorus fuper Pfal. Beati quorum.

Si operam medicantis expectas, oportet vt vulnus detegas. Boetius de confolatione Philofophiæ 1.

Medicus ægroto confitenti infirmitatem, non negat medicinã, Anfelmus fuper Pfal.

Vbi confeffio, ibi remiffio, Seneca De mo[ribus].

Numen confefsis aliquod patet, Ouidius [in] Metamorph. Fabula 9.

Confeffio in foro pœnitentiæ non fuffic[it] ad damnationem, per text. in c. Si facerdo[s] cum ibi nota. per Panorm. extr. de offic. or[d.] & per not. per Bald. in l. Archigeruntes, C. [de] epifco. audien. faciunt not. per Archid. in [c.] Vtilem, 22. q. 2. vbi refert Alexand. Papa[m] III. qui cum non poffet condemnare qu[en]dam Epifcopum, qui reuelauerat fimoni[am] commififfe, induxit illum fub promiffi[one] impunitatis vt crimen fuum confiteretur co[-] ram Cardinalibus: quo facto, ex tali conf[ef]fione priuauit eũ, & dicit Archid. quod fi[t] laudatus, quia dolum bonum commifit. [...] teftatur his D. Francifcus Ponzinibius in [...] tract. de Lamiis, fol. 140. n. 72.

Confeffio communis alia eft iudicialis [...] alia extraiudicialis. Hanc diuifionem & v[...] eius exponit copiofe D. Ioan. à Graffis, in [...] ctat. Arboris iudiciorum, fol. 93. § Prim[...] flos, numer. 1. His adiungemus aliquot fe[n]tentias iuris.

Cõfeffio indifcreta reiicitur, vide D. Ty[n]darum in tractat. de Teftib. folio 105. ve[rs.] num. 14.

Confeffio ficut ftipulatio eft actus legi[ti]mus, & iuris ciuilis, & not. in l. Cum de [in]debito. §. fin. ff. de probat. Plura vide ap[ud] Iacobum de Arena, in tractatu pofitionu[m] fol. 58. num. 6.

Confeffio fi fponte & fine metu fiat, ind[u]cit notorium. Huius expofitionẽ vide ap[ud] D. Anton. de But. in fuo tractatu, de No[to]rio, fol. 171. num. 27.

Confeffio per errorem emiffa reuocari p[o]teft, vsque ad fententiam, vt in l. Error, C. [de] iuris & facti ignor. lege D. Lanfrancũ ab [O]riadno in tractat. de Teftib. fol. 199. ve[rs.] num. 51.

Confeffio non obligat, fed obligation[em] probat, vt in l. Publia, in fin. ff. depof. Ita

net

D. Baptista à sancto Blasio in suo tractatu arbitro & arbitratore, fol. 27. num. 18.

Confessio nulla est, nisi fiat ex proposito: de si aliquis quid diceret ex iracundia, ta- confessio non noceret, ita dicit singulari - Ioan. de Imol. in c. de confess. Plura vide ad D. Lanfrancum ab Ariadno, in tracta- de Confesionib. fol. 197. num. 2.

Confesio in criminalibus probat, sed non onit, l. Si confessus, ff. de custod. & exhi- reorum, fa. l. 1. §. 1. ff. de his qui not. in- . Reliqua vide apud D. Ioan. à Grasis in tatu arboris iudiciorum, fol. 93. verso, §. mus flos, num. 4.

Confesio est ab onere probandi releuatio, solcat dici, quod in cōfessum nullæ sunt es iudicis, nisi in condemnando, vt in l. inde, ff. ad l. Aquil. imo est fortior proba- quæ fit per confesionem quam quæ fit testes, & instrumenta. Pulcre hanc sen- iam D. Lanfrancus ab Ariadno, in tract. Confesionibus explicat, fol. 197. verso. n. 1.

Confesio facta in foro poli, fidem non fa- in foro fori, D. Tyndarus in medium ad- it hanc sententiam, qua probat notabile ngulare factum, quale est, quod allegat. omicida confessus est sacerdoti in foro nitentiæ, se homicidium commisisse, & cortinam stantes duo testes hanc confes- em intellexerunt, hi tamen in iudicio re- non possunt, ad hanc confessionem pro- dam: quod confirmat per dictam senten- , vt licet videre apud ipsum in tractatu, Testib. fol. 107. cap. 15. n. 2.

Confessum.

onfessum in iure pro iudicato habēdum, . & l. Certum, in princ. legis, ff. de con- & c. 1. & 2. 2. q. 1. & l. vna, C. de confess. la enim confessione in iudicio facta, pu- r aliquis ex officio iudicantis, c. 2. extra, onfess. Cætera lege apud D. Barthol. Bri- sem, in suo tractatu Quæstionum Do- icalium, fol. 52. verso, q. 27. n. 3.

Confirmatio.

Confirmatio sub forma communi nō firmat actum inualidum, vt est casus in c. Quia diuersitatem, de concess. præbend. Nec in prçiudicium tertii, c. fi. de confir. vtil. vel inutilium, sic tenet D. Petr. de Vbaldis in suo tract. Collectarum, fol. 134. n. 44.

Cōfirmare minus est quam conferre: quia confirmatio habet actum prçcedentem, quē collatio non habet infixum: & ius conferendi spectat ad Episcopum, & non ad alium, c. 2. de institut. & c. Admonet, de renuncia. & c. finali, de cleric. pereg. Idem habet D. Ioan. Franciscus in tract. De offic. & potest. Capituli sede vacante, q. 4. fol. 191. verso, n. 2.

Confusio.

Confusionem pariunt, quæ sine ordine traduntur, D Pet. de Biaxio, in tractatu Directorii Electionum, cap. 1. fol. 220. num. 1.

Congregatio.

Congregatio licita censetur, cuius finis licitus reperitur, vel per finem licitum licita cognoscitur congregatio, & econtra, l. Si à reo, §. fi. ff. de fideiuss. & per Angel. in consilio 376. colum. 1. & Ludou. de Ro. in consilio 37. Et D. Nicolaus Boerius in tractat. de Seditiosis, fol. 164. verso. num. 4.

Coniectura.

Coniectura euidens habetur pro probatione, l. licet Imperator, de leg. 1. & gloss. in l. Si tutor, C. de peri. tutor. & idem videtur voluisse Dynus in suo consilio: quod incipit, Statuto ciuitatis Pistorii, & videtur esse casus in l. Cum post. §. gener, ff. de iur. dot. sicut recte etiam exponit D. Laurus de Palatiis de fano, super statuto Italiæ communiter vigente, &c. fol. 49. num. 5.

Coniuges.

Coniuges sibi communicant actiones, non passiones. Nam vir & vxor per actionem carnalem efficiuntur vnum corpus, non vnus spiritus: cum ergo actio corporalis sit, passio vere mentalis, non est mirum si actio actionem trahit, non passionem: quod enim agit pars corporis, æquum est quod alteri parti communicetur. Prolixius explicātem huius

ſententiæ vide D. Ioann. Brunellum, in ſuo tractat. de ſponſalib. & matrimoniis, fol. 167. verſo. nu. 14.

Coniunctio.

Coniunctio in propriis maior eſt quam in deuolutis, per ea quæ habentur in c. Requiſiſti, §. Secus, de teſtib. & quod habetur per Innoc. & alios, in c. Cum in cunctis, de elect. ſuper vltima gloſſ. Vide etiam D. Ioan. Franciſcum, in ſuo tractatu de Offic. & poteſt. Capitul. ſede vacan. fol. 189. num. 2.

Conſcientia.

Conſcientia eſt actus & applicatio ſcientiæ, & Syntereſeos, D. Thom. 1. part. q. 89. artic. 13.

Conſcientia bene actæ vitæ, multorumq; benefactorum recordatio iucundiſſima eſt, Cicero in Cato.

Tum ſcelerum ſuorum, imprimiſq; conſpirationis conſcientia ſoliciti quò ſe verterent, non videbant, Saluſt. in Catil.

Mortalibus conſcientia Deus, Menander.

Conſcientia mille teſtes.

Conſcientia dubia non ligat ad mortale: nam conſcientia dubia non eſt conſcientia; quia intellectus non habet vbi figat pedem, & in ambiguo poſſeſſor debet magis ſibi fauere quam diſſuadere: quia debet ſe conformare conſcientiæ iuris per ora Principum diuinitus promulgati: nec debet quis ſibi facere cōſcientiam de eo, quod non poteſt explicare ſecundum rationem veri perfecti & conſtantis iudicii: ſicut recte annotauit D. Ioan. Baptiſta Caccialupus, in ſuo tract. de Penſionibus, fol. 208. verſo. num. 73.

Conſcientiā ſcrupuloſam ex proprio capite vel opinione ſui capitis nemo habere debet, vt Bald. in conſil. Incip. Fama habet. Et D. Ioan Bapt. Caccialupus, loco ſupra citato.

Conſcientiæ puritati non debet deeſſe iudicium rationis, c. Non ſolum, de regula in 6. & vide in Clem. in c. Quāuis, de foro competent. Idem D. Pet. de Vbaldis in ſuo tract. de Canonica Epiſcopali, & parochiali, folio 178, num. 38.

Conſcientia non ligat quos natura n[...] ligat, hoc pulcherrimè vult Bald. in l. 2. [...] vectigal. & commiſſ. in fin. per gloſſ. in c[...] ternitas, 12 q. 2 Vide etiam D. Ioan le C[...] in ſuo tract. de Primogenitura, folio 15[...] mero 13.

Conſcientiæ Deo patent, non homin[...] vt patet 32 diſtinct. c. Erubeſcunt, 6 qu[...] can Si omnia, de iudic. nouit. Vide latiu[...] Ioan. à Lignano, in ſuo tractat de Amici[...] fol. 2. verſo, §. Quia dictum, num. 4.

Conſenſus.

Conſenſus iure munitus eſt potiſſim[...] gula humanorum actuum, quo dempt[...] mnis actus eſt indifferens & informis, & [...] nimatus. l. Obligationum, ff de act. & [...] gat. & l. Non omnis, ff. Si certum petat[...] etiam Bald. in tractat. Schiſmatis, ſub[...] Si quis aliquem teſtari prohibuerit. A[...] lege Pet. à Biaxio in ſuo tractatu Directo[...] lectionum, fol. 213. verſo. c. 12. num 4.

Conſenſus expreſſus in re oneroſa req[...] tur, vt ſi agatur de ſeruitute vel aliquo [...] onere, pro quo facit in l. Filiusfamilias, [...] uitum, ff de procurator. & in l. Qui vas [...] tare, ff. de furt. & quod cōſenſus tacitus ſu[...] in leuibus, hoc tenet gloſſ. notab. in [...] Per vnum, in c. Sicut, de elect. in 6. quam[...] tabilem reputat Domi. Quando taciturn[...] habetur pro conſenſu: vide Panorm. in [...] Nonne, de præſumpt. & ibi pleniſſime [...] in colum. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. Plura vide ap[...] Pet. à Biaxio, in tractatu Directorii Ele[...] num, fol. 218. verſo. cap. 33. num. 4.

Conſequens.

Conſequens corruit lapſo antecede[...] aut, deſtructo antecedenti, deſtruitur & co[...] ſequens, l. Ab ipſo, §. Sæpe ff. de Alim[...] legat. Vide latius ad hæc D. Angel. de G[...] bilionibus, in tractat. de Teſtamentis, [...] 11 gloſſ. 11. num. 7.

Conſeruare.

Conſeruare volentes præferuntur ac[...] rentibus, vel prima habetur ratio volent[...] con[...]

seruare quã acquirere, l. fin. C. de Codicil. in nouo Cod compo. aliàs confir. in principio ibi, cum dicitur primo seruandum, & Finali, §. Si vero creditores, C. de iure delib. Praeterea vide D. Ioan. Montaigne, in tractatu de Authoritate Conciliorum, fol. 78. verso, num. 43.

Consilium.

Consilium est appetitus inquisitiuus de rebus vtilibus, Damasc. lib. 3. c. 33.

Consilium est appetitus faciendi excogitata ratione, Cicero 1. Rhetor.

Consilium est inquisitio operabilium ad finem, D. Tho 2 2. q. 2. artic 3.

Audi consilium & suscipe disciplinã, Prouerbiorum 19.

Consilium ante omnem rem cape, Menander.

Astutus omnia agit cum consilio, Prou. 33.

Ante omnem actum consilium stabile, Eccles. 37.

Omnia prouidens consilium quærit, Cassiod. lib. 6. epist. 9.

Quicquid consilio prospici potest, prospice, Seneca ad Lucilium, epist 102.

Dii non sunt auxilio his, qui se inconsulto periculum mittunt, Cicero 3 Rhetor.

Consiliũ semper à sapiẽte perquire, Tob 4.

Quærimus consilium? habemus copiam sapientis, sed ipsius sapientiæ, qui Christus est, August in tract de lapsu.

Consilium debet esse in his quæ possunt aliter se habere, Aristot 6. Ethic.

Consilio, authoritate atque sententia res magnæ geruntur, Cicero de Senectute.

Consilium bonum: vt,

Consilio recto nihil tutius est, Menander.

Bono consilio nullum munus preciosius; malo, nulla pestis peior.

Bona consiliatio est habitus coniecturatiuus operabilium, secundum rationem optimam, Commentator super 6. Ethic.

Consilium malum: vt,

Consilium malum est, quod mutari non potest, Gellius 18.

Consilium malum consultori res pessima, Hesiod.

Consilium malum in melius reformare, sapientis est.

Consilium mulieris est inualidum; pueri vero imperfectum, Aristot. 1. Politic.

Errant consilia nostra, quia non habent quô dirigantur, Seneca ad Luciliũ, epist. 28.

Vis consilii expers mole ruit sua, Horatius 3. Ode 4.

Parum foris sunt arma, nisi consilium sit domi, Cic. 1. Offic.

Melius accurantur, quę consilio geruntur, quam quæ sine consilio administrantur, Cicer. Rhetor. veterum.

Consilium iuuenũ Rhoboam egenũ fecit.

Iuuenile consilium, proprium cõmodum, occultum odium, Niniuem, Troiam destruxerunt & Romam. Petrarcha in vtraque fortuna. Mart Garratus in tract de Consiliariis.

Pręcipitata consilia parum feliciter euenire solent, Grass in instit. puerorum.

Consilium velox sequitur pœnitentia, Seneca De beneficiis.

Consilio duo sunt contraria, festinatio & ira, Seneca in Prouerbiis.

Consilio, non impetu opus est, Curtius.

Diu deliberandum est, quicquid statuendum est semel. Seneca in Prouerb.

Consiliarii tarde consiliata operari cito oportet, Aristot. 6. Ethic.

Priusquam incipias, consulto; &, vbi consulueris, maturè facto opus est, Salust. in Catilina.

Consilium mane, conuiuium sero.

Consilium & Ratio in senibus est, Cicero de Senectute.

Alienum consilium suo præfert, Plinius.

Consilium suum in alterius iacturam nemo mutare debet, l. Nemo potest. ff. de re. iur. & can. Bonæ memoriæ, extra de postu. Sicut vult etiam D. Bartholomęus Brixiensis, in suo tractatu Quæstionum Dominicalium, folio 61. verso, quæstio 71. numero tertio.

Consiliarius.

Consiliarius vnus tibi sit de mille, Ecclesiast. 6.

A malo consiliario serua animam tuam, Eccles. 37.

Nullus fidelior tibi ad consilium esse potest, quam qui non tua, sed te diligit, D. Gregor. 1. lib. Registri.

Consiliarii ex solo non tenētur consilio, l. Consilio, §. Tua tamen, ff. de reg. iur & sic habet D. Lucas Montaltus in suo tractatu de Reprob. sentent. Pilati, fol. 183. num. 9.

Cōsiliarius Principis debet esse purus, vndiq; iustus, optimus, contentus his quæ sibi dantur de fisco à Principe, aliàs repellitur & idoneus debet surrogari, Ioan. Andr. in can. Quanto, de iureiurand. & D. Martinus Garratus in suo tractatu, de Consiliariis Principum, fol. 116. verso, q. 8.

Consiliarii Principis non debent reuelare secreta, l. Aliud, in principio, ff. de Pœnis, & ibi Bartol. & glossa, c. de Forma, 32. q. vltima, & Archid. 2. q. 6. in c. Anteriorū, & Valerius Maximus 2. de institutis docet tria fecisse Romanos, Dominari cunctis, vt sanum consilium secretum tenendo, priuatam paupertatem colendo, fidem non frangendo, dictis pertinaciter stantes. Vide D. Mart. Garratum in præallegato loco, vnde hæ sententiæ eliciuntur, quas subiungere placet.

Consiliariorum de numero Princeps est, & est caput Senatus.

Prudentes, non rustici debent esse, quando fiunt leges vel consilia Principum.

Silentiarii Principis dicuntur consiliarii.

Princeps & consiliarii diligere debent subditos, vt filios & fratres.

Consiliarii Principum libellos contra ius porrectos abiiciant, quando aufertur ius tertii vel fisci.

Consiliarii Principum sint illustres.

Consiliarii Principis regentes statum assumant publicam affectionem, caritatem, & vtilitatem. Romani in muro senatus vel curiæ scriptum habebant, Hoc limen intrantes abiecta priuata caritatem publicam indua[...]

Consiliarii Principis irati mandata sta[...] non debent exequi; Nā debent triginta d[...] differendo executionem decoquere irac[...] diam Principis, vt patet in l. Si vindicari, [...] de pœnis: sententia est aureis literis dig[...] Vide D. Petrum à Biaxio in tractat. Direct[...] rii Electionum, fol. 206. c. 4. n. 5.

Consiliarii dominorum tenentur ad resti[...] tutionem male ablatorum, & his adde si[...] gulare quod Doctor consulens, ex cuius im[...] peritia parti est damnum illatum, tenetur[...] restitutionem in foro conscientiæ. Ita d[...] D. Anton. in c. tua, de homicidio, quod si[...] gulariter notandum dicit Felinus ibidem, i[...] colum. 1. circa principium. Idem dicendu[...] de aduocatis promittentibus iuuare habe[...] iniustitiam: quia si hi succumbant, tene[...] ad omne interesse, vt etiam si per imperi[...] aut negligentiam ipsorum pars iustam c[...] sam habens succumbat, Felin. in c. Tu[...] homicidio. Ita tenere dicit D. Anton. in [...] Calumniam, de pœnis, ibidem & Pano[...] & Hostiens. similiter docent. hāc sentent[...] cum cognatis materiis optime expon[...] Pet. à Biaxio, in tractat. Directorii Elect[...] num, fol. 208. verso. c 24. num. 3. & 4.

Consiliarii insipientes duo sunt; dele[...] tio & tristitia, hęc multos præcipitant, Co[...] mentator super 6. Ethic. Aristot.

Consistorium.

Consistorium Dei & Papæ idem est. [...] notanter dicit Hostiens. in c 2. de Con[...] lib. 6. & c. Romana, de appel. eod lib. [...] tenet D Pet. à Monte in tractat. Monarc[...] Conciliorum, fol. 17. n. 7.

Consors.

Consors eiusdem litis, pro consorte [...] auditur sine mandato, etiam præstita ca[...] ne, nisi post litem contestatam, vt l. 2. C[...] consor. eiusdem lit. vbi datur commun[...] gotium post litem legitimè ordinatam, [...] & de hoc dicitur c. Cum M. extra, de con[...] sicut etiam proponit D. Nepos de Monta[...] po[...]

bano in tracta. Exceptionum, fol. 168. nu. 24.

Conspirator.

Conspiratores & inimici capitales in nulla causa ad accusationem admittuntur, c. licet, ext. De simonia. c. Conspirationem, 2. q. 1. vt habet etiam D. Ioan. Monachus in tract. Defensorii iuris, fol. 64. §. Nunc, nu. 8.

Constantia.

Constantia est stabilitas animi firma in proposito perseuerans: vel, est virtus faciens persistere in bono contra difficilia. D. Thom. 2. 2. q. 173. articul. 3.

Iustum & tenacem propositi virum,
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vultus instantis tyranni,
Mente quatit solid[illegible]. Horatius 3. Carmin.

Constitutio.

Constitutio ad compendium inducẽs, ad dispendium non est protrahenda, c. Quod nonnullis, de priuileg. extra. & cap. fin. eodem titu. & c. Quod ob gratiam, de regul. iur. in 6. Plura vide apud D. Ioannem le Cirier in tractatu suo De Primogenitura, folio 74. q. 5. num. 2.

Constitutio non ligat suum conditorem, vt not. Ioan. Andr. in c. 2. De constitut. lib. 6. Cy. & Bald. in l. Digna vox, Cod. de legib. Petr. in Authen. Quibuscunque modis, C. de sacros. eccle. & ibi etiã Bald. & per Bald. in l. Cum ipse, C. de contrahen. empt. Vide etiam D. Barbatiam in tractatu De præstantia Cardinalium, fol. 46 verso, num. 15.

Constitutio pœnalis non est extendenda, c. Statutum de elect. libr. 6. vt probat D. Ioannes Calderinus, in tractatu De Interdictis, fol. 8. num. 100.

Constitutiones generales obseruandæ sunt, & nihil contra eas pronunciandum, l. Omnes, in fi. C. Si contra ius vel vtilitatem pub. Idem vult D. Nepos à Montalbano. in tractatu Exceptionum, fol. 165. verso, nu. 3.

Constitutionum natura est vt posterior priorem corrigat, & sic de prima in vltima non fiat mentio. c. 1. de constitu. libr. 6 sicut demonstrat. D. Bonicontus in suo tractat. de appella fol. 36. num. 16.

Consuetudo.

Consuetudo est ius moribus institutum, quod lege deficiente pro ea suscipitur, c. Cõsuetudo, distinct. 1.

Consuetudo quasi secunda & affabricata natura dicitur, August. lib. 6. de musica.

Consuetudo est altera natura, Aristoteles 7. Ethicor.

Facilius est cõsuetudinem immutare quã naturam. & alio loco, Difficile est resistere consuetudini; quia assimilatur naturæ. Et rursus non facile est homines ex antiqua consuetudine transmutari per sermones. Aristoteles in Ethic.

Quod consuetũ est, velut innatũ est: quia consuetudo est similis naturę, Arist. 1. Rheto.

Omnes consueta seruant, Idem.

Consuetũ semper notius est, Aristoteles 2. Metaphys.

Suaue est homini, quod cõsueuit tota vita sua. Commentator super Poeticam Arist.

Consuetudinem secũdum naturam pronunciauit vsus, Macrob. 7. Saturnalium.

Consuetudinis magna vis est: pernoctant venatores in niue: in montibus vri se patiuntur: inde pugiles cæstibus contusi ne ingemiscunt quidem, Cicero 2. Tusculan.

Consuetudo efficit vt assueti comedere venenum, non lęderẽtur: quod venenum iis cibus erat. Commentator super 3. Phys.

Optima viuendi ratio est eligenda, quam iucundã consuetudo reddet, Cic. 4. Rhetor.

Difficile est consueta relinquere.

Vsus difficile vincitur: consuetudinis vincla vix soluũtur, Isidor. lib. 1. Soliloquio.

Difficile est peccati consuetudinem vincere. Prauus vsus vix aboletur. Assidua consuetudo vitium in naturam conuertit, Idem Soliloquio.

Vincere consuetudinem dura est pugna. August. super Psal. 30.

Adolescens iuxta viam suam, etiam cum

ſquierit, non recedat ab ea, Prouerb. 22.

Conſuetudo non valet qua quis inuitatur ad delinquendum.

Nemo conſuetudinem rationi & veritati pręponat, Auguſtin. libr. 2. De vnico baptiſmate.

Conſuetudinem laudamus, quæ tamen contra fidẽ catholicam nihil vſurpare dinoſcitur. Auguſt. ad Caſulanum presbyterum.

Conſuetudo irrationabilis non eſt ſeruanda, c. vltimo, ext. de conſuetu. & eodẽ c. Cum conſuetudines, ſicut etiam probat D. Petr. Antibolus in ſuo tractatu De Muneribus, fo. 41. verſo, num. 209.

Conſuetudo ſolet eſſe maxima cauſa erroris, vt Auerroes in commento ſuo ſuper 1. Phyſicorum Ariſtotelis refert. Quanquam talis conſuetudo potius corruptela dicenda eſt. vt allegat D. Troilus Maluetius in tractat. De Sortibus.

Conſuetudo nequam quanto antiquior, tanto peior. & eo minus vt nociua obſeruanda, vt in c. Eccleſiæ, de Simonia. & in c. Mala, & quaſi per totũ, 8. diſtinct. Vide D. Ioan. Lupum, qui idem tenet in tractat. ſuo. de libertate Eccleſiaſtica, folio 144. num. 6.

Conſuetudo contra honeſtatem non valet, vt in cap. Decorem, de vi. & honeſt. cleric. quod habet etiam & probat, D. Ioan. Montaigne, in ſuo tractat. de Authoritate Conciliorum, folio 79 num. 44.

Conſuetudo iniqua eſt lex mortis; quia eſt inductiua peccati. Huius ſententiæ maiorẽ declarationẽ vide apud D. Io. le Cirier, in ſuo tractatu de Primogenitura, fol. 185 nu. 12.

Conſuetudo eſt contractus. vt in l. De quibus, ff. de legib. & melior textus de iure in c. finali, de conſuetud. lib. 6 quod patet, quia habet eadem extrema, quæ habet ipſe cõtractus: quia eius principium eſt voluntarium cũ inducatur de cõmuni conſenſu totius populi, habẽs finẽ neceſſarium, videlicet quod inducta omnes ad obſeruantiã obligat & aſtringit: vt in l. De quibus, ff. de legibus, & l. Iniuriæ, ff. de legib. & contractus habet initium voluntarium & finem neceſſarium, patet in l. Sicut ab initio, C. de actio. & obl. Ita pulchre recitat D. Guilielmus à Monſerrat. in tract. De ſucceſ. Regũ f. 124. verſo, n.

Conſuetudo eſt lex non ſcripta, l. De quibus, in fi. ff. de leg. & ſic debet eſſe cõmunis c. Erit autem lex, 4. diſtinct. Vide latius hanc materiam apud D. Ioan. Franciſc. Balbum in tractat. de Pręſcriptionibus, fo. 216 §. 10. n. 4.

Conſuetudo eſt optima legum interpres, l. Minime, ff. de legib. & cap. Cum dilectus, ext. de conſuetud. & in l. Cum de in rem verſo, ff. de vſuris, & l. Si de interpretatione, ff. de legib. Vide plenius tractantem D. Felicem Malleolum in tracta. de Matrimonio, folio 201. num. 6. & D. Ioan. de Lignano in tractatu de Pluralitate beneficiorum, folio 145. num. 24. & D. Bartho. Chaſſ. in conſuetudines Burgundiæ, Rub. *des mains mortes* § 20 num. 3 fol. 324. verſo.

Conſuetudo & priuilegium æquiparantur, gloſ. in c. Nouit in verb. Conſuetudine, ext. de iudic. & textus melior de iure ſecundum Ioan. And. ibi in c. Cum contingat, in illis verbis, ex conſuetudine vel indulgentia, de foro competẽ. & ad hoc plura accumulat Alexã. conſilio 74. Videtur. 2. colum. 4. vol. & ponit multa de viribus conſuetudinis: & Vniuerſitas quando vult quid introducere ex conſuetudine contra priuatũ, in quem non poſſet hoc facere, ſtatuendo ex cauſa: iſta conſuetudo aſſumit naturã præſcriptionis, & dicitur præſcriptio potius quã conſuetudo, ſecundum Bald. in Rub. C. Quæ ſit longa conſuetudo. Refert Aret. conſi. 122. colu. 3. plura vide eleganter de conſuetudine expoſita apud D. Ioa. Franciſcum Balbum in tracta. de præſcript. fol. 261. § Duodecimo quæro, n. 6.

Conſuetudo requirit tacitũ cõſenſum populi vel maioris partis, l. de quibus, in fi. ff. de legib. Hanc ſententiam allegat Dom. Ioa. Franciſ. Balbus in prædicto tractatu, fol. 216 §. Decimo & vltimo. num. 2.

Cõſuetudo vice Principis fungitur, c. ſuper quibuſdam, §. Præterea, de verbo. ſignif. Et colli-

colligé hîc, quod sicut per rebellionem cõtra Principem perduntur priuilegia; ita quoque consuetudines priuilegiatę. pulchrè hãc sententiam & materiam memoriæ mandandã scribit D. Bald. de Vbaldis, in tractat. de Pace Constantiæ, fol. 75. verso, n. 18.

Consuetudo dat iurisdictionem, l. 1. & vltima, C. de emancipat. & c. Conquestus, 9. q. 3. c. Nouit, de iudic. cum similibus, etiam priuatæ personæ, c. Cum contingat, de foro competen. Vide copiosius rem hanc apud D. Ioan. Calderinum in tract. de Interdictis, fol. 5. verso, num. 56.

Consuetudo orbis præfertur consuetudini vrbis, D. Hieron. dicit vt habetur, 93. distinct. legimus. quod orbis maior est vrbe; loquens de consuetudine quæ orbis præferenda est speciali consuetudini vrbis & Romanæ Curiæ. Copiosiorem expositionem vide apud D. Anto. de Rosellis, in tractat. De Conciliis, fol. 91. verso, n. 69.

Consuetudo patriæ alicuius, vel reputatio publica plenam adfert probationem, cap. Nihil, de elect. l. Barbarius Philippus, ff. de offic. præsid. & in cap. Cum dilectus, de fide instrument. Plenius lege D. Iohan. à Grassis in tracta. Arboris Iudiciorum, folio 94. verso, §. Vltimus flos, nu. 1.

Consuetudo patriæ seruanda est in pecuniis soluendis, glos. in l. Si quis argentum, in princip. C. de donat. Vide hanc maximã pulchre expositam apud D. Martinum Laudensem in tracta. De monetis, fol. 2. num. 5.

Consuetudo quod dat, id homo auferre nequit. vt in Authen. Quod locum, C. Si mu. secun. nup. & in l. Si arrogator, ver. Sed an imputari. Longiorem declarationem vide apud Dominum Guilielmum à Montferrat. in tractatu De Successione Regum, folio 224. verso, n. 29.

Consuetudinis transgressor punitur vt legis transgressor, c. in his, c. Consuetudinis, 11. distinct. imo tanta est consuetudinis authoritas quod inualidum de iure communi efficitur validum, & quod consuetudine est introductum non est arbitrarium, sed necessarium, Bald. l. Quicunque, in 4. colum. vers. Scias autem, C. de ser. fugi. per l. Secularii, ff. de extraord. muner. Plura licet legere apud D. Ioan. le Cirier in tractatu De primogenitura, fol. 168. num. 43.

Consuetudinem vincit veritas. Nam veritas præferenda est consuetudini, vt in cap. Mala autem consuetudo, & in c. Veritatem, & in c. Si consuetudinem, & in c. Qui contempta veritate, 8. distinct. Nam vt ait Anto. in c. fi. de Consuetu. Et Dominicus in c. Principio, de constitu. lib. 6. Consuetudo repugnans ecclesiis, repugnat fini Dei & fini publico. Vberius perquire hoc thema apud D. Ioan. Lupum in tracta. De libertate Ecclesiastica, fol. 139. q. 6. num. 5.

Consuetudinem allegans, consuetudinem probare debet, vt expresse dicit l. 1. in Principio, C. Quę sit longa consuetud, &c. Sed allegans ius scriptum, probare non tenetur, D. Iaco. de Arena in tractatu positionũ expresse hanc sententiam tuetur, fol. 59. num. 42.

Consuetudinaria nõlunt arbitraria, vt voluit Bald. in l. Quicunque in 4. colum. in versic. Scias autem, C. de ser. fugi. sic habet D. Antonius Corsetus in suo tracta. de Potestate Regia, fol. 97. verso, num. 56.

Contentus.

Natura paucis contenta. Paruo cultu natura contenta est. Cicero in Tuscul.

Paucis minimisque natura contenta est, Boetius, de Consola. Philoso.

Contemptus.

Facile contemnit omnia, qui ad contemptum sui venit. Vis habere omnia, contemne omnia, Senec. ad Lucilium.

Regium est nolle regnare cum possis. Senec. De benefic.

Magni animi est contemnere magna, Aristoteles ad Alexandrum.

Nihil est tã angusti, tamque parui animi, quã amare diuitias: nihil honestius, magnificentiusque, quam pecunias contemnere, Cicero 1. Offici.

Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo ſunt, 1. Ioan 2.

Contemne diuitias & eris locuples: contemne gloriam & eris glorioſus, Chryſoſto. ſuper epiſtolam ad Hebræos.

Contemptus principis aut ſuperioris aggrauat delictum, vt voluit gloſ. in c. Cũ quidam, de iureiurand. facit l. Relegati, de pœn. Iuſtum eſt enim vt qui in paternis iuſsionib. contemptores exiſtunt ſeuerioribus corrigãtur vindictis. Ita dicit text. in c. Iuſtum 23. quæſt 3. & in c. Si quis ſeruum, 17. quæſt. 4. Plura vide apud D. Ludouicum Montaltum in tract. de reprobatione ſententiæ Pilati, fol. 184. num. 31.

Contentio.

Contra verboſos noli contendere verbis, Cato in Moralib.

Stultus aduerſus potentiores, qui cõtendere vult.

Victoria priuatur & dedecus habet, & dolores patitur, Heſiodus.

Contentio eſt impugnatio veritatis cum confidentia clamoris, Ambroſ.

Continentia.

Continentia eſt confrenatio appetitus rerum malarum. Hieron. ad Damaſum.

Continẽtia eſt gubernatio cupiditatis conſilii, pars temperantiæ, Cicero.

Cõtinentia eſt habitus inuictus à delectatione. D. Ambroſ.

Cõtinentia eſt cohibitio gulæ, luxuriȩ, cupiditatis, auaritiæ, ambitionis, ſuperbiæ, & eſt circa concupiſcentias tactus, D. Thom. 2. 2. q. 143.

Continentiam exerce, Chilon.

Continentiam inuita vxore vir non poteſt fouere, vt 27. q. 2, & 32. q. 2. c. Quicquid, in fi. & 32. q. vltima, c. vltimo. Vide D. Bartholo. Brixienſem in tract. Quæſtionum Dominicalium, fol. 53. q 30. num. 4.

Contractus.

Contractus eſt mutua duorum vel plurium obligatio vltro citroque ex voluntate & pacto partium ſurgens, Raymond. ſuper titulum, de negotiis ſecularibus, in gloſſa.

Contractui inſinuato nil addi vel adi[...] poteſt, vt l. Contractus, C. de fide inſtrum[...] & tenet Barr. in l Gallus, §. Idem credẽd[...] ff. de lib. & poſthum. Plura vide apud D. An[...]ton. de Canario, in tractatu de inſinuatio[...]bus, fol. 160. num 41.

Contractus ioco factus neminem oblig[...] l. 3. in fin. ff. de actio. & obligat. nec etiam c[...]lore iracundiæ; nam ſic factum pro infe[...] habetur, l. Quod calore, ff de regul. iuris, & l. Diuortium, ff. de diuort. & c. Ex literis, extr. de diuor. Prolixius qui velit inſpiciat D. Ty[...]darum, in tractat. de teſtib. fol 99, verſo. c[...] 10. num. 1.

Contractus non poteſt facere licitum [...]citum: vel contrahentes non poſſunt fa[...] licitum, quod de ſui natura eſt illicitum, [...]cundum Ioan. Calderinum, & D Lau[...] de Rodulphis, in ſuo tract. de Vſuris, fol[...] num. 14.

Contractus Reipublicæ præiudicans [...] inutilis. Cuius ratio eſt: quia tunc no[...] multis, non paucis. Teſtis eſt locuples D. [...]annes Nider, in ſuo tractatu De contra[...] mercatorum, fol. 164. verſo, num 15.

Contrahentibus in modico precio lic[...] decipere inuicem, vt latius legitur apud [...] Anton. Archiepiſ. Florentinum, in trac[...] de Vſuris, fol. 209. verſo, num. 27.

Contradictio.

Contradictio eſt oppoſitio ſine medio, [A]riſtot. 1. Poſteriorum, ſic

Contradictio vnius facit, quod aliqui[...] ſit concorditer factum, vt gloſſ. in Clem[...] Romani, in verbo, Concorditer, de elect. q[...] admodum allegat D. Anton. de Roſell[...] tractatu, de Poteſtate Imperatoris & Pa[...] fol. 56. num. 25.

Contradictio bona meretur præmium [...] l. De his quæ fiunt à maiori parte, vt habe[...] Ioan. Calderinus in tractatu de interdi[...] fol. 4. num. 38.

Contradictio non impedit donare vel [in]ſinuare, vt l. In hac, C. de donatio. Re[...] D[...]

Anton De Canario in suo tractat. de Insinuationibus, fol. 159. num. 23.

Contrarietas.

Contrarietas est distantia longissima eorum, quæ sunt sub eodem genere, Aristotel. in Prædicamentis.

Contrarietas est, cuius vno cognito, cognoscitur & reliquum, ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Vide D. Lanfrancum ab Ariadno in suo tractatu De depositionibus, f. 104. verso num. 72.

Contrariorum eadem est ratio & disciplina. de quo in c. Principio, in fine, ext. vt lite non contestat. lege Dom. Ioannem à Grassis in suo tractatu De Substantialibus procuratorii, folio 85. verso, §. Cum literis, numero 3.

Contraria non sunt quæ ad eundem finem tendunt, secundum glos. in verbo teneris, c. Si à iudice, de appellat. libr. 6. & in regula, Nullius, in fine, eod. libr. illa sunt contraria quæ sese non compatiuntur. vt notatur c. Resuscitatus, de pœniten. distinct. 1. & se compatiuntur, non sunt contraria, sed diuersa. vt legitur de his quæ fiunt à prælat. c. Cum apostolica. Latius lege copiosum in hac materia autorem D. Franciscum Squillacensi. in suo tract. De fide catholica, folio 110. verso, in procemio, num. 5.

Contritio.

Contritio spiritualis est dolor voluntarius pro peccatis confitendi & satisfaciendi, Bonauentura in 4. Sētentiarum, distinct. 16. q. 1. artic. 1.

Cor contritum & humiliatum Deus non despicies, Psalmo 50.

Qui seminauerit lachrimis, in exultatione metet, Psalmo 125.

Dominus nescit differre, quem compuncto corde senserit sibi supplicare. Cassiodo. super Psalmum, Ad Dominum cum tribularer.

Contritio materialis est coniunctio rei fracturæ vel integrę, D. Tho.

Contumax.

Contumax vere non potest appellare. l. Properandum, §. Cum autem eremodicium, C. de iudic. & l. 1. C. Quor. appel. nō recipiuntur. vbi dicitur, quod eius qui per contumaciam absens cum ad agendam causam vocatus esset, condemnatus est negotio prius summatim perscrutato, appellatio recipi non potest l. Et post. ff. de iudic. & l. Ex consensu. §. fin. ff. de appellat. & l. Contumacia, ff. de re iudica. & in Authentic. de iudic. §. Audient. Collat. 6. vbi dicitur: Quod qui per contumaciam defuerit eidem appellationis materia siue ratio perimitur. vt prolixe percurrit D. Nepos à Montalbano in tract. Exceptionum, fol. 179. num. 6.

Contumax ficte potest appellare, l. Creditor, §. Iustus, ff. de appellat. & l. 2. § Sin autem reus, in gloss. Cod. de iuramen. calumn. Idem habet D. Nepos supra citatus, eodem sequenti loco.

Conuentio.

Conuentio circa modum soluendi attendi debet: cōtractus enim ex conuentione legem accipiunt, l. 1. §. Si cum venerit, ff de pœn. & notatur Bartol. in materia monetæ, in l. Paulus, ad finem, ff. de solut. & idem voluit Baldus, in consilio penultimo & vltimo. volum. 1. secundum nouam impressionem ad finē, dum pōderat de moneta quod ordinatio, de qua ibi dicebat soluendum esse salarium potestati de moneta, quæ currit & non quæ curreret. sic optime allegat D. Martinus Laudensis in tractatu de monetis, fol. 4. verso, num. 10.

Conuentio & interesse conuentum probari potest per testes: vel, per instrumenta: vel, per confessionē partis. & his modis, quib. cætera pacta, cæteræ conuentiones probantur. Vide huius rei copiosam enucleationem apud D. Ambrosium de Vignate, in tractatu de Vsuris, folio 174. verso, num. 253.

Conuentus.

Conuentus singularem personam repræ-

ſentat.l. Mortuo, ff. de fideiuſſ. & ita confirmat D. P. de Vbald. in tract. de Canon. epiſc. & paroch. fol. 171. num. 25.

Conueniri.

Conueniri per ſcripturę exemplum nemo poteſt, ſed per ipſum authenticum, l. 2. ff. de fid. instrumento. Authentica .n. præſtanda ſunt quoties exiguntur, vt l. Procurator, C. eden & l. Pompon. ff fa. herciſ. hũc locũ allegat D. Barth. Brixienſis, in tractat. Quæſt. Dominicalium, fol. 49. quæſt. 11. n. 5.

Conuerſatio.

Conuerſatio bona, honeſta eſt diſciplina, Hugo de diſciplina monachorum.

Sancta cõuerſatio confundit inimicũ ædificat proximũ, glorificat Deũ, Iſid. 2. Soliloq.

Conuerſatio mala eſt malæ operationis, & deprauatæ conſcientię iudiciũ, l. Plures §. Aſſiduæ, ff. de adminiſtr. tut. Nam ex mala conuerſatione qui bonus efficitur vitioſus, l. Ædiles, §. Pædius, ff de ædil. edict. & Philoſoph⁹ ait: Qualis quiſq; eſt, tali ſocio delectatur. Ita pulcre attingit, D. Guido à Suz. in tract. de iudic. fol. 90. num. 32. & Pſalmiſta: Cum ſancto ſanctus eris; &, cum peruerſo, peruerteris, & D. Bald. in tract. de Quæſtion. fol 238 n. 10. Modicũ ferméti totã maſsã corrũpit, 1. Cor. 5.

Qui tetigerit picẽ, inquinatur ab ea, Eccl. 13.

Cõuerſatio præcedens mõſtrat qualis quis ſit prę̃ſumẽdus, huius allegationẽ plenius lege apud D. Fr. Bru. in tra. de indic f 98 q. 5. n. 2.

Conuerſio.

Ne tardes conuerti ad Dominum, Eccl. 5.

Si reuertimini & q̃ſcatis, ſalui eritis, Eſa 30

Pœnitemini igitur & cõuertamini & deleantur peccata veſtra, Actuum Apoſt. 3.

Numquã eſt ſera conuerſio: latro de cruce tranſit ad paradiſum, Hieron. ad Lætam.

Conuerſus.

Cõuerſus plene omnia iura habet monaſterii. Vt habet D. Phil. Francus, in tract. Diſputationis petitorii, fol. 81. num. 1.

Conuictus & cõfeſſus non auditur appellans, tam in criminalibus, quã ciuilibus Prolixiſſ. autem hæc ſententia diſcutitur ab D. Anton. à Butrio, in tract. de notorio.

Conuiuium.

Cõuiuiũ eſt accubatio epularũ, Cic. de Sen.

Cõuiuium detractionibus, fabulis, & turpib. plauſib. nõ miſceatur, c. Cõuiuia 44 diſt.

Noli eſſe in conuiuiis peccatorũ, Prou. 23.

Melius eſt ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuii, Eccleſ. 7.

Correctio.

Correctio eſt fraterna admonitio, cauſa emendãdi peccata D. Tho 4. Sent. fit per aliquã pœnã vel cõminationẽ. Non oderis fratrem tuũ in corde tuo; publice argue eũ, Leuit. 19.

Pro menſura peccati erit plagarũ numerus, Deuteron 25.

Quem diligit Dominus, corripit, Prou. 3.

Qui increpationes odit, inſipiens eſt, Prouerb. 10 12. & 13.

Melior manifeſta correctio, quam amor abſconditus, Prouerb. 27.

Qui diligit filiũ flagella cõtinuat, Eccl. 30.

Bonum eſt parẽtibus corrigere filios ocioſos, Ariſtot. 6. Animalium.

Peccantes corã omnibus argue, 1. Tim. 5.

Amicivitia ſi feras, facis tua, Seneca in Pro.

Correctionẽ non debemus erubeſcere, ſiue à nobis, ſiue ab aliis, vt in Auth. de nupt. col. princ. per vnã col. & no. in c. Qualiter, non ſolum à magiſtris, ſed etiã ab auũculo edoceri cõuenit, iuxta verbũ Aug. c. Si habens 24. q. Idem plenius adſtruit D. Lapus de Caſtell. in tractat de Canon. portio. & de quarta, folio 133. num. 25.

Corrigi paratus veritate comperta, non eſt cõputandus hæreticus: quia ſc. nõ habent electionẽ contradicentẽ doctrinę eccleſiæ, teſte eſt D. Tho 2. 2 q. 11. art. 2. & c. dicit Apoſt. 24 q. 3 Copioſiſſime vide de hac re Franc Squillac. in tract. de fide Cathol. fol. 110. verſo, n. 4.

Correctio etiã iniuſta eſt patienter ferenda ad idẽ text in c. Ante triennium, diſt. 3 & habetur per gl. in c. Ex parte 2. de off. deleg. Plura vide apud L. Montaltum in tract. de Rep. prob. ſentent. Pilati, folio 84. verſo, num. 3.

Qui monet q. adiuuat, Plaut. in Curc.

Correptio.

Correptio & castigatio inter fratres, est impunibilis, vt l. vnica, C. de emend. ꝓpin. Vide Io. le Cirier plene & bene de hac sentētia disputātem in tr. de Primog. fol. 164. verso, n. 13

Creatura.

Iustum est vt creatura laudet creatorem Deum, August. lib. supportationū part. 3. c. 1.

Credulitas.

Credulitas est facilitas in credendo: & est vna temeraria & leuis; altera discreta probabilis, D. Thom. 2. 2. q. 2. artic. 1.

Credere.

Non plus credi debet mortuæ voci, quam viuæ: sed leges sunt mortuæ voces principis, ipsa autem est viua vox. in Auth. de Cōsulib. §. fin. Plura vide apud Ant. de Rosellis. in tractatu, De Conciliis, folio 121. num. 10. §. 14.

Criminatio.

Criminatio est criminum ingeminatio. cum contentione contumeliosa, vel contentiosa contumelia, vt Mirabellius habet.

Crimen.

Reipublicæ interest vt crimina puniātur.

Crimina notoria accusatione nō indigent, sed per officiales præsidibus nunciantur, vt l. Ea quidem, C. de episc. & cler. Plura vide apud D. Placent. in tract. De accusati. folio 132 n. 8.

Crimina morte extinguūtur. cap. Quondam 23 distinct. & l 1 Cod. Si reus vel accusator mortuus fuerit & l. Vna tamē, C. Ne de delict. defunct. & in c. Neq;. 88. dist. Amplius perquire apud D Ioan. De Lignano in tracta. de Censura Ecclesiast. folio 20. num. 3.

Crudelitas.

Crudelitas est vitium humanū, modū puniēdi culpas excedēs, D. Tho 2 2 q. 15. artic. 1.

Crudelitas est atrocitas animi in pœnis exigendis. Sen in lib. De clementia.

Crudelitas non est crimina pro Deo puniri, sed pietas, D. Hieron. ad Riparium.

Crudelitas nimia descendit ex partialitate seditione. Ratio enim est, quod habitum odii semper habent partiales & seditiosi contra homines contrariæ partis, tā notos quam ignotos, &c. vt plurib. discurrit D Nicolaus ...c. in tract. de Seditiosis, fol. 161. verso, n. 10.

Vt misericordia sursum eleuat ad Deum, ita deorsum crudelitas in infernum deiicit. D. Hieron. super duodecim prophetas.

Crudelis.

Crudelis non est, qui crudeles iugulat, sed crudelis appellatur; quia crudelis patientibus esse videtur. Latro suspensus patibulo crudelem iudicē putat, D. Hier. super Esaiam.

Crudelius.

Crudelius est calamo iugulari quam ferro: vulnera ferri sanantur, calami autem rodunt mortuos, & immedicabiles sunt.

An crudelior qui subtrahit aliquid vel eripit diuiti, quam qui trucidat pauperem fœnore? D. August. ad Macedonium.

Nec est vnq̄ vtile, qđ est crudele, Cic. 3. Offi.

Culpa.

Culpa est voluntaria inordinatio vel priuatio boni, D. Tho. 2. 2. q 34. artic. 2.

Culpa geminata depositionem inducit in leuibus. vt est c. Accusatus lib. 6. De hæretic. & c. Super eo: ibidem, frequētia delicti inducit contemptū. Secundum Matth. de Imol. De sepult. cler. in ver. Scienter allegantem ad D. Aug de Doctri Christi. & dicitur binus actus inducit deliberatam voluntatē. Cætera prolixius exponit D. Francis. Squillacensis in tract. De fide catholica. fol 111 c. 5. num 3.

Culpa lata in pœnis corporalib. infligēdis non est dolo æquiparāda. Sic recitat D Franc. Brunus in tractatu de indic. & tortura. folio 102. num. 24.

Cupiditas.

Cupiditas est radix oīm malorū, 1. Tim. 6.

Cupiditas est effrænatus appetitus, vel inordinatus amor habendi aliquid, D. August De libero arbitrio.

Superbia & cupiditas vnum malum sunt, D August. ad Comitem.

Cupiditas felicitatē suā nō intelligit, Senec.

Cura.

Cura accedit præbendæ canonicali tanquam digniori, vt in c. Exstirpandæ, §. Quia vero, de præben. & in c. Quamuis, de præb. in 6. Sicut allegat D. Anton de Rosellis, in suo tractat. de Conciliis, fol. 109. num. 26.

Curator.

Curator principis donare poteſt dummodo non ſit enormis donatio: quia proprium eſt principis donare, ſecundum Ioan. Andr. & Gemi. in c. Grandi. ſup. neg. præla. lib 6. & habet D. Martinus Laudenſis in tractat. de Officialibus duorum, fol. 119. q 84.

Curator ventri poteſt dari, vel ventris occaſione, vel ventri & bonis ſimul, vel bonis tãtum, vt legitur l. 1. ff. de vent. in poſſ mitten vbi quoq; D. Nepos à Montalbano, non debet prætermitti qui in tract. Except. plurima de curatoribus habet, fol. 173. articul. 15. num. 1.

Curia.

Curia ibi, vbi Rex eſt, & vulgo dicimus, vbi Rex, ibi curia; ſicut, vbi Papa, ibi curia Romana, hodie dicitur vt olim, vbi Imperator, ibi eſt Roma, hoc eſt authoritas Romanorũ, vt late exponit D. Nicol. Boerius in tractatu, De ordin. graduum vtriusque fori, folio 72. verſo. num. 12.

Curialis non poteſt eſſe fideiuſſor, l. Curiales, C. loca. gloſſ. in c. Pro quibusdam, de fideiuſſorib. hoc annotat D. Mart. Laudenſ. in tractat. de Officiali. duorum, fol. 118. q. 61.

Curioſitas.

Curioſitas eſt ſtudiũ perſcrutandi ea, quorum non eſt vtilitas, Anſelm. lib. de ſimil.

Curioſitas eſt ſuperflua indagatio rerum ad ſe non pertinentium, Hugo.

Curioſitas eſt vitium cognoſcendi intelligendique ſenſu peccãdi & circa inſpectionem ludorum, mulierum, & ſimilium, D. Thom. 2. 2. q. 167.

In ſuperuacuis noli ſcrutari multipliciter, Eccleſiaſt. 3.

Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ibidem.

Primus ſuperbię gradus eſt Curioſitas, D. Bernard. ſuper Cantica.

Graue curioſitatis eſt vitium, D. Gregorius homilia 36. ſuper illud, Iuga boum emi quinque.

In conſideratione creaturarum nõ eſt [...] na & peritura curioſitas exercenda, Aug[...] de vera religione.

Curioſus nemo eſt, qui non ſit malevol[...] Plautus in Sticho.

D.

Dare.

DAns irrequiſitus magis dare videt[...] virtuoſius, vt habet D. Ioan. Lign[...] in tractat. De amicitia, fol. 15. n. 8.

Dare habenti eſt perdere, probatur c. [...] ſatis, & c. Parce, 86. diſtinct. Latius vide [...] à Lignano, loco iam prius citato.

Dare beatius eſt quam accipere, Act[...] 20. & c. Prædicator, 16 q 1. rurſus, c. M[...] ext. de cæleſti militia Plura vide apud D. [...] go. in tractat. de offic. quatuor Prælato[...] 31. num 3.

Dare & debito tempore dona ſeruan[...] mentum eſt amicitię, ſic habet D. Ioan. [...] gnano in tract. de amicitia. fol 8. verſo [...]

Damnari.

Damnari ex ſuſpitione nemo debet, [...] ſentem, ff de pœnis, in principio 2. qu[...] imo ſuſpicio nihil operatur, vt l. Metu[...] Quod met. cauſa, C. eodem tit. Plura [...] re licet cognoſcere apud D. Cataldinu[...] Boncompaignes, in tract. de Syndic.

Damnari nullus debet cauſa inaudita, [...] æquitatis ratio patitur. Vide D Place[...] in tractatu de Accuſationibus, fol. 132. [...] 1. num. 5.

Damnum.

Damnum niſi ex abundatia raro veni[...] neca in Prouerb.

Damnum euitans iniuriã Deo non [...] quia illud nulla lege prohibitum eſt. ſic [...] bet D. Ambroſius de Vignate in tractat[...] Vſuris, folio 175. num. 280.

Damnum in ſocietate, commune eſſe [...] bet vt habet D Anto. Archiepiſco. Flo[...] in tracta. de Vſuris, fol 206 num. 64.

Damnum vbi ceſſat, ceſſat æſtimatio[...]

[...]mini. sic adducit hanc sententiam Laurent. de Rodulphis in tracta. de vsur. fol. 153. nu. 14.

Deceptio.

Deceptio est corruptio scientiæ, D. Tho. 2.2.q.53. artic. 1.

Deceptio excedens dimidiũ æstimationis dubii euentus litis rescinditur, & ita etiã in arbitramento vel arbitrio. prout Bart. in l. Si societatem, § Arbitror. ff. prosocio. sic etiam tenent Angelus sequens Bartolum. vt copiosius demonstrat D. Fabia. de Monte in tracta. de empti. & vendit. folio 155 verso, num. 12.

Deceptor.

Deceptor de restitutione tenetur, licèt iure fori posset retinere, tamen secus est iure poli. c. Quicunque 14. q. 4. sic tenet Innoc. & Petr. de Ancho in cap. Quia plerique, de immunita. ecclesiast. Plura licet videre apud Domin. Iacobum à Canibus, in tractatu de execut. vltima. voluntatum, folio 139. numero 10. & 11.

Deceptis.

Deceptis, non decipientibus lex prouidet. l. Cod. Si aduers. delict. & l. 2. & 3. Cod. Si [...]i se maledixe. vide D. Francisc. de Porcellinis in tracta. de Inuentario fol. 131. n. 32.

Decima.

Decimas & primitias non tardabis offerre. Exod. 22.

Decimæ sunt tributa egentium animarũ. c. Tua nobis, §. Nonnulli. ext. de decim. & c. decimæ. 21. q. 1. Vide D. Hugo. in tractat. De offic. quatuor prælator. fol. 33. nu. 2.

Decretum.

Decretum iudicis doli suspitionem tollit & metum excludit, vel ex decreto iudicis omnis suspicio & præsumptio doli & culpæ cessat. vt in l. Ait prætor in § Permittitur, ff. de minorib. & Ang. in l. Si stipulatus, in § Si decem, ff. de solut. post gloss. Amplius vide D. Fabianum de monte. in tract. de empt. & vendit. fol. 147 num. 102.

Declinatio.

Defensio & declinatio vsque ad sententiã fieri possunt. l. Si quis iureiurando. Cod de re. credi. & l. Iudicia. Cod. de proba. & l. 1. §. Si ad diem, ff. de re mili. de quo etiam vide per Bald. in l. In bonæ fidei. in 3. column. Cod. de reb cred & Bald in l. finali. in 1. column. Cod. de probat. & per Do. Petr. de Ancha. in consil 22. in 3. column. incip. Vtrum confessio contra iniustum, &c. sic pulchre exponit D. Guido à Suzaria, in tractatu de Indiciis & tortura. fol. 91 num. 67.

Delectabile.

Delectabile potius eligendum quam triste. sic allegat D. Ioan à Lignano, in tractatu De amicitia, fol. 15. num. 6.

Delectatio.

Delectatio est operatio habitus secundum naturam, Aristoteles 7 Ethico.

Delectatio est quietatio cognita in re conuenienti, vt D. Thom. ait.

Delegatio.

Delegationes fiunt sine causę cognitione, & etiã absentibus partibus, Innoc. in c. quoniam contra falsam, de probat. No. quando pręses delegat causam, quia nõ requiritur partiũ præsentia. Sic tenet D. Mart. Laudens. in tract. De officialib dominorũ, f. 120. q. 163.

Delictum.

Delictũ est quæcunq; omissio pertinentiũ ad Deum, D Tho. 2 2. q 76. artic. 4.

Delictum est peccatum, quod proposito, aut impetu, aut casu fit.

Quantitas delicti mẽsura est repudii, quia tantum à Deo reus longior fit, quantum numeroso crimine dilatatur. Cassio. super Psal. Expelle eos, quoniam irritauerunt.

Dæmon.

Dæmones sanguinem amare dicuntur: propterea quotiescunque fit necromantia, cruor aqua miscetur: vt dęmones colore sanguinis facilius prouocẽtur Hæc habentur in c Nec mirum. in § Necromantici, 26. q. 5 Sicut etiam adducit D Paulus Grillandus in tractatu De Sortilegiis.

Denunciatio.

Denunciatio etiam iniusta ligat. vt l. 1. §. 1. ff. Quod vi aut clam. c. Ex iniuncto, &c. Intelleximus, ext. de no. oper. nuncia. Sic attestatur D. Bartholo Brixiensis in tracta. Quæstionum Dominicalium, folio 60. quæstio 64. numero 4.

Depositio.

Depositio testium ex dicto & iuramento constituitur. nec vnum valet sine altero, cap. Fraternitatis, de testib. & in l. Iurisiurandi, C. de testib. sic ab initio tractatus de testibus docet D. Lanfrancus ab Ariadno, fo. 201. n. 1.

Deportatus.

Deportatus pro mortuo habetur, l. 1. ff. de contra tab. & l. 1. C. de hære. institu. & l. Gallus, §. Et quid si tamen, ff. de libe. & posthumis, vt notat D. Baldus de Vbaldis, in tracta. de pace Constantiæ, fo. 74. verso, num. 3.

Desiderium.

Desiderium est libido ad id, quod nõdum adest. Cicero in Tuscula.

Desinentia.

Desinentia vnius est origo alterius, secundum Bald. in l. 2. C. vt in poss. lega. & sequitur Cepolla Cautela 94. & 109. Ita habet D. Iohan. Francisc. Balbus in suo tract. de præscript. fol. 260. verso, num. 4.

Desinere.

Desinere non potest, quod nunquam incœpit, l. Titio vsufruct. ff. de condi. & demonst. &c. Ad dissoluendum, de dispon. impube. hoc plene attestatur D. Francisc. Balbus in suo tracta. de præscript. fo. 262. n. 1.

Desperatio.

Desperatio est ægritudo sine vlla expectatione rerum meliorum, Cicero 4. lib. Tuscula quæstionum.

Desperatio est diffidentia de Dei misericordia ex falsa existimatione ob peccata quæ quis facit; vel, bona quę omisit. importat priuationem spei & recessum à re desiderata, propter impossibilitatem existimatam, D. Tho. 2. 2. q. 40. articu. 4.

Ignoras quod periculosa est desperatio [...] Reg. 2.

Nemo desperet, August. de vtilitate agendi pœnitentiam.

Nemo diffidat, nemo conscius veterum peccatorum pręmia diuina desperet, D. Ambros. super Lucam.

Qui non potest sperare, desperet nihil, Senec. Tragœdia 7.

In corpore constitutus non desperet, c. Ancillam, 32. q. 2.

Prima salus declinare culpã; secunda, non desperare veniam. Hugo de vera sapientia.

Ianuas æternæ ciuitatis nobis desperatio claudit, Chrysost. de reparat. laps.

Incumbit virtuti sæculi, qui desperat de adiutorio Dei, D. Ambros. super Lucam.

Quis non videt ad discendum prodesse [...] non desperet. Boetius lib. Diuisionum.

Detractio.

Detractio est denigratio famæ alicuius per occulta verba, D. Thom. 2. 2. quæstio. [...] articulo 4.

Diis non detrahes: principi populi non maledices, Exodi 22.

Morsus serpentis in occulto est, vt detractio. Eccles. 10.

Regi in cogitatione tua nõ detrahes. Ibid.

Detractores Deo sunt odibiles. Rom. 1.

Nec maledici, nec rapaces, regnũ Dei possidebunt, 1 Corinth. 6.

Non solum ille reus qui falsum de aliis profert, sed & is qui cito aurem criminibus præbet, Isidor. de summo bono.

Detrahere.

Detrahere aut detrahentes audire, vtrum horum sit damnabilius, non facile dixerim, S. Bernard.

Nulla tam molesta felicitas est quę detrahentes dentes vitare possit, Valer. Maxim.

Deus.

Deus est mens incorporalis, summa bonitas per rerum naturam diffusa, & intenta, vitalem sensum animalibus tribuẽs, Pythagoras, Lactantius, &c.

Deus est animal sempiternum, optimum, Aristoteles 11. Metaphys.

Deus est princeps & origo rerum, Lactantius Firmianus.

Deus quid sit scire non possumus, D. Tho. 1. parte, q. 1. artic. 7.

Deus non habet diffinitionem, D. Thom. ibidem.

Deus non potest diffiniri: quia non est sub genere, sed super omne genus.

Non Dei possumus voluntati resistere, Genes. 50.

Quis similis tui Domine in fortib. Exo. 15.

Deus fidelis absque iniquitate iustus & rectus, Esaiæ 1.

Nemo bonus nisi vnus Deus, Marci 10.

Timenti Deum non occurrunt mala, Ecclesiast. 33.

Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus, Lucæ 5.

Deuotio.

Deuotio est prompta voluntas faciendi, quod ad Dei seruitium pertinet, D. Thom. 2. 2. q 82.

Temporis præteriti fructus est compunctio, futuri flos est deuotio, D. Bernard. super Cantica.

Mel in cera, deuotio in litera, litera occidit si absq; cõdimento spiritus glutiatur, Idē.

Melius est deuotum in minoribus quam indeuotum in maioribus professionibus inueniri, Casiod. in Coll.

Diabolus.

Ipse hostis calcaneo semper insidiatur, Genesis 3.

Satanas se transfigurat in Angelum lucis 2. Cor 11.

Sobrii estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, 1. Pet. 5.

Resistite diabolo, & fugiet à vobis, Iac. 4.

Dæmones debemus interimere, Gregor. super illud Iosuę in matutino, Interficiebam omnes peccatores terræ.

Diabolo nomen est postquam homini inuidit, D. Hieron.

Diabolus serpens est lubricus, Isidor. de summo bono.

Diabolus mille artifex, D. Thom. in tractat. Quæstionum, q. 16. artic. 6. in titul de Dæmonibus, & sanctus August. lib. 10. De ciuitate Dei.

Diabolus in omnibus artibus liberalibus est doctissimus; quia optimus est philosophus, theologus, arithmeticus, mathematicus, dialecticus, logicus, grammaticus, musicus, & medicus excellentissimus, vt pluribus demonstrat, D. Paul. Grillandus in tractat. De Sortilegiis, fol. 206. num. 3.

Difficilis.

Difficilis probatio cum sit in antiquis sufficit probatio præsumpta, vt Innoc. c. Veniens, de verbo. signif. & c. Cum causam, de iura. calum. & in c. Licet ex quadam, de testib. & ibi Ioan. And. in Nouella, super verbo, propter breuem, & notatur l. Proprietatis, & de nego. gestis. atqui natura, §. Cum me, C. de probat. & l. Qui ex liberis, ff. de secund. tabul. Pleniorem expositionem, vide apud D. Anton de Rosellis in tract. de Conciliis, fol. 118. verso. §. 2. num. 3.

Diffidentia.

Diffidentia est motus irascibilis inęstimatam superare facultatem, idque in bono, vt desperatio in malo, D. Thom. 3. Sentent. distinct. 26. q. 1. artic. 3.

Diffinitio.

Diffinitio est oratio explicans quid sit, Cicero in Topicis.

Diffinitio est oratio ex differentiis vnitatem habens, Aristot 7. Metaphys.

Diffinitio debet cõgruere suo diffinito tantum, non alteri. vt no. ff de reg. iur. in locis omnis definitio, & Institut. de testam. in principio. cũ concordant. ita vult etiam D. Ioan. Baptist. in tractat. de arbit. fol. 5. c. 14. n. 3.

Digestio.

Digestio est perfectio à naturali calido ex oppositis passiuis facta, Arist. 4. Meteorolog.

Dignitas.

Dignitas eſt adminiſtratio cum iurisdictione, Archid. in c.1. de Conciliis, lib. 6.

Dignitas eſt authoritas culta, honeſta, honorata, honore & verecundia digna, Cicero, in Rhetori.

Dignitas viris, venuſtas fæminis conuenit, Cicero in Offic.

Venuſtatem muliebrem dignitatē virilem dicere debemus, Idem.

Dignus.

Dignus quis præſumitur, niſi indignus probetur, l. Seruus. ff. de manumiſſ. teſtam. & Guido Papa, in tracta. de præſumpt. folio 235. num. 41.

Dignior ad dextram ſedeat, argum. l. Finalis, ff. de albo ſcribend. & Ioan. le Cirier, in tract. de Primogenitura, fol 165. n. 5.

Dilectio.

Dilectiones corporales bonum virtutis impediunt, 42 diſtinct. per totum. Bona autem temporalia ordinantur in bonum virtutis, c. Clericus, 93. diſtinct. c. Nihil. cum ſequentib. de conſecrat. diſtinct. 5. Vide D. Ioan. à Lignano, in tractat. De amicitia, fol. 5 §. viſum, num. 2.

Diligentia.

Diligentia eſt ſollicitudo perficiendi opus aliquod, D. Thom. 2.2. q. 54. artic. 1.

Diſceptatio.

Diſceptationes arduæ & nodoſæ nequeūt breuibus verbis explicari oportunè: quia qui ſuperflua remouere intendit, vt plurimum neceſſaria & vtilia reſecat, vt patet de voto, c. Quod ſuper his, §. rurſus & ſeq. 1. verſo. ſicut annotauit D. Cataldin. de Boncompaingnes, in tract. de Poteſta. Papæ, fol. 95. verſo. num. 106.

Diſciplina.

Diſciplina eſt morum ordinata correctio, & maiorum patrum obſeruatio, D. Cyprianus.

Diſciplina eſt obſeruatio bona, honeſta, faciens eſſe irreprehenſibiles, Hugo.

Diſciplinam Domini ne abiicias, Pro 3. 4. 14.

Sapientiam & diſciplinam abiiciens, felix eſt, Sapientiæ 3.

Diſciplina rei militaris.

Diſciplina rei militaris maxime conu... omnia regi & ſeruari, vt declaratur c. Dic... quid 23. q. 5. Plura vide apud D. Hugo... de officio quatuor prælatorum, fol 32... num. 1. §. Eſt autem.

Diſcordia.

Diſcordia eſt acerba ira corde concep... odio intimo aucta. Cicero Tuſculan... ſtionum 6.

Diſcordia eſt voluntatum diſgregatio... uerſio eorum quos primus amor coni... Iſidor. in Etymologico, D. Thom. 2... 37. artic. 1.

Diſcedere ab vnitate non eſt licitum.

Noli eſſe leo in domo tua euertens d... ſticos, Eccleſ. 4 & 8.

Melius eſt emigrare cum gratia, qu... habitare cum diſcordia, D. Ambroſ. ... triarchis.

Diſcordiam parit pluralitas, l. Cum... §. Dulciſſimus, ff. de leg 2. quod ſui... ſum in vtero Rebeccæ, nam Eſau & Ia... tione pluralitatis in vtero inuicem ... uerunt, c. In apibus, 7. q. 1. & hoc vult Tullius de Officiis dicens, relatum eſt quod ... la ſancta ſocietas nec fides regni eſt. Amplius vide D. Anton. de Roſellis in tract. de Conciliis, fol. 89. verſo num. 35.

Diſcordiæ ſunt ſedandæ & remouendæ, l. Cum pater, §. Dulciſſimus ff de leg 2. Videlegat D. Baldus de Vbaldis in tractatu De pace Conſtantiæ, fol 78. verſo, num. 94.

Diſcretio.

Diſcretio eſt moderatrix virtutum, vi... ordinatrix affectuum: tolle diſcretionem vitium, erit virtus, D. Bernard. ſuper Cant...

Diſcretio eſt genitrix, cuſtos, moderatrix virtutum, D. Thom. 3. Sentent. diſtinct. ... q. 2. artic. 5.

Pleru-

Plerunq; virtus cum indiscretè tenetur, amittitur. Grego. 29 Moralium.

Dispensatio.

Dispensatio est communis iuris relaxatio, facta cum causæ cognitione, D. Tho. 1. 2. q. 97. articul. 4. & q. 88. artic. 10.

Dispensatio innititur gratiæ. vt alleg. D. Ioan. Francis. in tractat de offic. & potestate Capi. Sede vacante, folio 184. q. 5, n. 8.

Dispositio.

Dispositio est rerum in ordine collatio. Quintilianus. & est habitus imperfectus, vel ad habitum, D. Thom. 4. Sententiarum, distinct. 4. artic. 1.

Disputatio.

Disputatio est actus syllogisticus vnius ad alterum ad propositum ostendendum. D. Thom. in opere de fallaciis.

Disputatio veritatem elicit, l. 2. §. His legibus, ff. de orig. iur. l. Cum quidem, ff de lib. & posthum. Sic notat Ioannes le Ci. in suo tractatu De Primogenitura, folio numero 2.

Disputando quis doctior euadit vt alleg. D. Tyndarus in tractatu De testib. folio c 1 num 6.

Dissensio.

Dissensio est aliqua renitentia ad futurum, D. Thom. 4. Sententiarum, distinct. q. 3. articu 1.

Dissimulatio.

Dissimulatio in prælatis est mortale peccatum, vt notat glos. in verbo Dissimulatione, in c. Clericis, de immu. eccles. Plura vide apud D. Petr. à Biaxio, in tractatu Directorii Electionum, fol. 226. num. 11.

Distinctio.

Distinctio prima dominiorum iusta esse potuit à lege positiua iusta, sine lata à patre siue principe iuste principante seu communitate iuste regente. Vide D. Ioan. Nider in suo tractat. De contractibus mercatorum, folio 167. c 5. num. 5.

Distinctio reducit leges & testes ad concordiã, D. Anto. in c. Cum tu, in penultima colum. ext. de testib. & facit l. 3. de Duob. reis, & glos. in c. vt circa. in verbo. Præstito. quæ incipit, Pone quod vna die, De elect. libr. 6. vt plenius adhuc ostendit D. Francis Curtius, in suo tractatu de testibus. fol. 19. n. 107.

Diuinatio.

Diuinatio est vis noscens, videns, & explicans signa, quæ à Deo hominibus portendũtur, Chrysipp. apud Ciceronem.

Diuinatio est futurorum præuidentia & prædictio, D. Thom 2. 2. q 95.

Diuinum.

Diuinum dominium nihil habet proprii; sed omnia sunt communia, cum meo & tuo postposito omnis tollatur de medio contentio. c Dilectissimus, 12. q. 1. & D. Anto de Rosellis in tracta de Potestate Impera. & Papæ, folio 35. verso, § Sed quod Christus, numero 1. hoc commode docet.

Diues.

Diues præfertur pauperi apud homines, sed non ita apud Deum: vt diuiti dicitur, *Pecunia tua tecum sit in perditionem.* Actuum 8. & Gratianus in c. Qui studet, 1. q 1. & ibi detestatur crimen simoniæ. & Esaias exclamat 62. *Transite transite per portas, præparate viã populo, planum facite iter, & eligite lapides, & eleuate signum ad populos sufficientes ordinãdo.* Data ergo paritate, in reliquis diues est præferẽdus pauperi, & potẽs impotenti, vt ecclesia subleuetur, glos. & Panor. in c. Constitutus, in 2. De appella in verbo Impotẽtia, hoc annotat & D. Petr. à Biaxio in tractatu Directorii Electionum, fol. 225. num. 13.

Diuiti potius quam pauperi est fides adhibẽda, l. 3. ff. de Testib. circa princip. & in Auth. de Testib. §. 1. col. 7. & §. Sancimus, & §. Item tria. Institu. de suspect. tuto. & c. Testes, 4. q. 3. & c. Item in criminali. versic. Item testium, Plura vide apud D Nepotem à Montalbano. in tracta, Exceptionum, fol. 176. num. 85.

Diuitiæ.

Diuitiæ veræ, quas habemus nec perdere possumus, D. August. super Matthæum.

Solæ diuitiæ veræ sunt, quæ nos diuites virtutibus efficiunt, D. Gregor. super illud, Exiit seminare

Veræ diuitiæ sunt, non opes, sed virtutes, quas secum conscientia portat, vt in perpetuum diues fiat, D. Bernard. 4. Sermonum.

Diuitiæ simpliciter sunt bonæ, sed insipienti nec recte vtenti sunt malæ, Aristoteles 2. Ethicor.

Diuitiæ naturales sunt possessiones: artificiales pecuniæ, Aristot. 1. Prouerb.

Diuitiæ seculares si desunt per opera mala, quærantur in mundo: si adsunt per opera bona, seruentur in cælo, D. August. epist. 140.

Diuitiæ corporales paupertate plenę sunt, D. August. de verbis Domini.

Istæ diuitiæ iniustæ dicuntur: quia iniustum est eas res putare diuitias, quæ non auferunt egestatem auaritiæ, D. Ambros. super illud, Beati immaculati.

Diuitiæ iniquitatis dicuntur propter inæqualitatem, D. August. de quæst. euangelicis.

Morbus diuitiarũ est superbia, D. August. sermone 29.

Omnis diues aut iniquus, aut hęres iniqui est, D Hieron. epist. 96.

Docilitas.

Docilitas est aptitudo acquirendi rectam opinionem, artem, scientiam ab alio, sicut solertia à seipso, D. Tho. 2. 2. q. 48.

Docilitas est aptitudo imperitos erudiendi, Isidor.

Doctor.

Doctor erga discipulos est quidam regulus, sicut dicit Bald. super salutatione Decretalium col 3 & D. Ioan. le Cirier in suo tract. de primogenitura, fol. 145. num. 12.

Doctores sunt stellæ manẽtes in perpetuas æternitates, & fulgent tanquam splendor firmamenti. Docet pluribus Doctorum excellentias D. Pet. de Vbaldis, in tractatu de Canonica Episcopali & parochiali, folio 146. in procemio, num. 1.

Doctorum opiniones reddunt rem dubiam, vt habet D. Amon. de Rosellis, in tract. de Potestate Imper. & Papæ, fol. 62. num. 21.

Doctorea dignitate nihil altius est, vt no. in l. 1. C. de Consul. libr. 12. Vide amplius D. Matthæ de Afflictis in tractat. Protomiseos, fol. 143. in Præfatione, num. 3.

Doctrina.

Quantacunq; doctrina mens polleat, grauis imperitia est velle docere meliorem, D. Gregor. 6. Moralium.

Omnis doctrina est ex præcognitis, Aristot. 6. Ethicor.

Doctrina naturaliter procedit de homine ad hominem, Aristot. 1. Poetices.

Hi soli docent qui causas de singulis dicit, Aristot. 1. Metaph.

Doctrina est animæ vita, distinct. 36. per totum, vt ait D. Ioan. à Lignano in tract. de Amicitia, fol. 9. §. Circa artis, num. 3.

Doctrina sana est vbi vera obedientia, ... Miramur, 61. distinct. & habet D. Ludouic. Montaltus, in tract. de Reprobat. sententiæ Pilati, fol. 191. num 3.

Docere nec facere nihil lucri, plurimum damni cõfert, Chrys. de cõpunctione cordis.

Imperitos docere libere, 1. Esdræ 7.

Dolor.

Dolor est passio animæ in appetitu sensitiuo vel intellectiuo, D. Thom. 1. 2. quæst. 35. artic. 1.

Dolor est offensio animæ ex carne & quædam ab eius passione dissensio, D. August. lib 14. de ciuitat. Dei.

Dolor est ægritudo crucians, & est motus asper in corpore, & sensibus alienis, Cicero Tusculan & 4.

Labor callum obducit labori, Cicero, Tusculan.

Nullus dolor est quem non longinquitas temporis minuat atque molliat, Sulpitius epistola ad Ciceronem.

Dolores suscipiantur maiorũ dolorum ... giendorũ gratia. Cic. 1. lib. De finib bonorum

Vinceris à dolore si cesseris; vinces ...

contra dolorem intenderis. Seneca epist. 3.

Dolus.

Dolus est executio astutiæ, D. Thom. 2. 2. q. 45. artic. 4.

Dolus est calliditas, fallacia, machinatio ad circumueniendum, l. 1. ff. de dolo.

Dolus futurus pacto remitti non potest, l. Iurisgentium, §. Sed si fraudendi, ff. de pact. ergo nec soluto, vt l. Non impossibile, de regu. iur. & in Rub. de decretis decurionum, & probatur in l. Omnes populi, in 3. q. sicut pluribus ostenditur à D. Paride à Puteo in tract. de Ludo, fol. 191. verso, num. 51.

Dolus non fit scienti & volenti: ideo imputari memini potest, vt l. 1. ad fin. ff. de actionibus empti, & l. Cum donationis, C. de donat. Plura vide apud D. Ioan. Regnaldum, in tract. de mensuris, fol. 9. num. 16.

Doli exceptio fit ad merita causæ, vt Bart. in l. Cum mulier, ff. solu. matri. sicut allegat D. Tyndarus in tractat. De Compensatione, fol. 125. num. 38.

Domesticus.

Domestici bona familiæ scire præsumuntur, l. Consensu, C. de Repudiis. Pleniorē expositionem vide apud D. Bartol. de Saxo ferrato, in tract. De excussione pignorum, folio 200. num. 8.

Domicilium.

Domicilii mutandi vnicuique debet esse libera facultas. Sane intellige, vt possit operas debitas Domino exhibere; l. Quod nisi, §. ex prouincia, ff. de oper. liberto. & l. Hoc edictū, in fin. & l. Quæ manu mittuntur, C. de oper. lib. Vide D. Petr. Antibolum in tractatu De munerib. fol. 40. num. 183.

Dominium.

Dominium est ius habendi, possidendi, fruendi, vtendi, disponendi pro libito vel pro modo à quadā superioritate vel authoritate diffinitum, vt Mirabellius habet.

Dominus.

Dominus non faciens iustitiam potest deprædari, quod dicit Bart. in tract. esse verum, quando potest haberi copia superioris faciliter: secus autem si posset difficulter, vel cum magna expensa: quoniam ista difficultas æquiparatur impossibilitati arg. l. Continuus, §. 1. ff. de verbor. obligat. & l. Mediterraneæ, C. de anno. & tribut. lib. 10. l. Si seruus, ff. de pignor. actio Plura vide apud D. Iacob. à Canibus, in tractat. de repræsal. fol. 114. n. 21.

Domini sunt infesti subditis vt laici clericis, c. Clericis laicos, de immunita. ecclesiæ, lib. 6 Plenam huius probationem refert D. Nicolaus Boerius, in tractat. de Custodia clauium, fol. 219. verso, num. 30.

Domus.

Domus est ædificium : & est quotidiana societas, Aristot. 1. Politicorum.

Domus non detegulanda pro pignore secundum Bartol. in l. Nutum, § finali, ff. de legat. 3. id notandum dicit D. Bertachinus, in tractatu. de Gabellis siue vectigalibus, folio 63 num. 18.

Domus vnicuiq; tutissimum refugium.

Donatio.

Donatio est collatio facta mera liberalitate rei licite, nullo iure cogente, vt Hostiens. dicit, & Mirabellius in Polyanthea.

Donatio remuneratoria irreuocabilis facit notabile dictum, Bart. in l. Iurisgentium, ff. de pact. quod lex, Si quis argentum, C. de donat. non habet locum in donatione remuneratoria, facit notabile dictum Angeli in l. Sed hoc ita, ff. de re iudicat. quod exceptio ne quis conueniatur vltra quam facere possit, non habet locum in donatione remuneratoria. Plura vide apud D. Barbatiam in tractatu, de Præstantia Cardinalium, folio 49. verso, num. 17.

Donatio mutua inter cōiuges censetur valida. Ratio est, quia mutuo amore se non spoliant : cessat igitur legis prohibitiuæ ratio. Docet hoc plenius D. Ioan. Pyrrhus in tract. de donatione mutua, fol. 303. num. 1.

Dos.

Dos ob onera matrimonii datur, l. Pro

oneribus, C. de iure dotium, lege plura apud D. Baptistã à sancto Blasio in tract. de Priuilegiis dotalibus, fol. 45. num. 63.

Dos modica parificatur cum nulla, quod eadem est ratio non habere dotem, & habere, sed valde modicam, lege D. Mathesyllanum, in tractatu de successionibus ab intestato, fol. 16. num. 22.

Dos non clauditur generali lege, vel in generali renunciatione iuris non venit renunciatio iuris dotis petendo. vt Paul. de Cast. consilio 13. in fine colum. incip. licet ista domina lixa, Iason in l. 1. in 3. notabili, ff. solu. matrimon. Plura vide apud D. Paul. de Citadinis in tractat. de iure patronat. fol. 46, num. 26.

Dos incerta petitur certi condictione & ad arbitrium boni viri, debet talis dos præstari. l. Si cum ea, & l. Finali, Cod. de do. promiss. l. Cum post, § gener. vbi confertur arbitrium, ff. de iure dot. Bart. in l. 1. in 3. colum. ff. Solut. matrimon. Require amplius D. Paul de Citadinis, in tractatu de iure patronat. folio 46. num. 19.

Dos amplior nobili, quam ignobili debet assignari, & pro dignitate viri ac mulieris inuicem contrahentium, l. Quæro, ff. de iure dot. Authent. Quod locum, iuncta gloss. vlt. C. de collat. Authent. Res quæ subiacent posita super lege finali, §. Sin autem, C. Cõmunia de legat. Prolixius vide D. Nicolaum Boerium in tract. de ordine graduũ vtriusque fori, fol. 72. verso. num. 14.

Dos putatiua habet priuilegium quod aalienari non potest, sicut nec dos vera, est glos. notabilis in l. Dotali. §. Dotale, ff. de fund. dotal. Cætera vide apud D. Ioan. Cãpezium in tractat. de dote, fol. 98. verso. quæst. 97. num. 2.

Dotare filiam non est officium maternũ, l. Neq; mater, C. de iure dot. tamen glos. dicit in d. l. Neque mater, quod filiam hæreticam dotare tenetur, vt allegat D. Ioan. le Cirier in tractatu de Primogenitura, fol. 155. q. 17. num. 4.

E.

Ebrietas.

EBrietas est appetitus bibendi vltra mesuram: vnde fit priuatio rationis: vel, d priuatio intellectus ad tempus ex potu: v oblíuio inducta menti ex potu, Isidor. in Etymologico.

Ebrietas est parens litium & furoris, m petulantiæ, magistra deformitatis, S. Be nard. de sex alis Seraphim.

Ebrietas est omnium vitiorum origo, brietas virtutum mater Orige. homilia 57.

Ebrietatis animositas imprudentis o sio minorans virtutem & faciens vulnera clesi. 19.

Ebrietas homines impetuosos facit, A stot. 8. Politico.

Nihil ita Dęmoni placet, vt ebrietas, Ch sost. super Mathę.

Vinolentia scurrarum est, D. Hieron pistola 83.

Fornicatio & vinum & ebrietas aufer cor, Oseæ 4.

Ebrietas decepit, quem Sodoma non cepit, D. August. super Genesim.

Ecclesia.

Ecclesia est collectio vniuersitatis fide & est quædam forma iustitiæ, commun omnium, D. August. de fide ad Petrum.

Ecclesia adhuc habet quod crescat, do illud impleatur, *Dominabitur à mari vsq mare*, D. August super Mathę.

Ecclesia proprias res amittere non de nec rapacitatis ardore alienas inuadere, Gregor. in Registro.

Ecclesia media est inter cælum locum norum, & infernum locũ malorum, D. Ch sost. super Matthæum, homilia 22.

Sancta Ecclesia duas vitas habet, D. G gor. in homilia super Ezech.

Ecclesia sponsa Christi nihil gloriosius tat quam Christi portare opprobrium, D. nard. super Cantica.

Ec

Ecclesia nouit beneficio domini triumphare de suis cladibus ingrauata. Cassiod. super Psalm. 1.

Ecclesia abundare debet animis literatis, non asinis ferratis.

Ecclesia est vnum corpus mysticum; ideo debet habere caput, c. Engeltrudam, 3 q. 4. & c. Aliorum, 9. q. 3. & D. Anto. de Rosellis in tracta. de potestate Imperatoris & Papæ, fol. 11. verso, nu. 8.

Ecclesia iuxta maternũ affectũ nulli claudit gremium, incedit via media, vt habet D. Ioan. de Lignano in suo tractatu de Censura Ecclesiastica, fol. 24. num. 2.

Ecclesia æquiparatur Senatui, vt habet D. Ioan. Monachus in tractatu Defensorii iuris, fol. 67. §. quoniam, num. 1.

Ecclesia æquiparatur pupillo. vt est in glos. notabili in c. Inquirendum, de pecu. cleri secũdum D. Cardina. & secundũ Anto. qui allegat, c. 1. de testa. in ver. hæc in dominio ecclesiæ conseruetur. Vide etiam D. Barbatiã in tract. de præstantia cardinaliũ, fo. 49. n. 12.

Ecclesia respuit inutiles, c. Alius, 15 q. 6. & c. Si quis Abbas 18. q. 2. & l. Si quos, C. de offic. præfect. præto. Orien. vt habet D. Bartholo Brixiens. in tractat. Quæstionum Dominicalium, fol. 51 q. 20. num 2.

Ecclesia non moritur, c. liberti. 12. q. 2. & tradit Baldus singulariter in c. In principio. Qui feud. da. possunt Idem allegat D Fabianus De monte in tracta. de empt. & vend. fo. 37. num. 27.

Ecclesia est auctrix iustitiç, & cultrix iustitiæ. vt in c. Si clientulus, De feud. alienã. Plura huc adducit D. Fabianus de monte, tracta. præallegato, folio 141. num. 44.

Ecclesiæ dos simillima est doti mulieris. vt Hof in tit. De iure patronatus, vers. Sequitur secunda causa. pleniorem explanationem vide apud D. Paul. de Citadinis, in tractat. de iure patronatus, fol. 45. num. 9.

Ecclesiam ditari non conuenit cum aliena iactura, c. locupletari, de reg. iur. lib. 6. vt citat D. Petr. de Vbaldis in tracta. de Canonica Episcopali & Parochiali, fol. 162. verso, nu. 16.

Edictum.

Edictum omnes astringit, c. Cum in tua. Qui ma. accusa. possunt, & in c. finali, de elect. lib. 6. Pariter idem habet D. Anto. de Canario in tractatu De Insinuationibus, folio 163. verso, num. 40.

Ædificare.

Ædificanti mala fide, nullũ auxiliũ tribuitur: quia nec aget, nec excipiet, nec iudicis officio ei subuenietur; sed nec tollere concedetur, nisi bona fide in area aliena ædificauerit. quod multis argumentis D. Placent. ostẽdit in tract. de rerum venditionib. fol. 119. n. 12.

Ædificium.

Ædificia magnanima magnanimum arguũt, l. 2. C. de murileg. lib 11. sicut allegat ibi Marti. & D. Corsetus Siculus, in tractat. de potestate regia, folio 94. verso, num. 9.

Effectus.

Effectus cessat causa cessante, l. Adigere, §. Quamuis, ff. de iure patrona. Hoc allegat D. Paul. Grilland. in tractatu de pœnis omnifariam coitus, folio 228. n. 8.

Effectus ex scientia augetur qui ex ignorantia cõtingeret, l. Si quis ita, ff. de testa. tut. & D. Barbatia in tractat. de præstantia cardinalium, fol. 54. n. 13 circa medium.

Electio.

Electio est appetitus consiliatiuus eorum, quæ in nobis sunt operari, & cessare, vel hoc, vel illo modo. Aristoteles 1. Moral.

Electio est vocatio personæ idoneæ ad dignitatem, vel societatem, Hostiens.

Electio est sedatiua rixarum, vt notatur per l. Æquissimum, ff de vsufructu, & l. Quod si nolit, §. Qui mancipia, ff. de ædili. edic. & D. Ioan. le Cirier in tractatu de primogenitura, fol. 182. verso, num 3.

Electio conditionalis non valet, c. In electionibus, titu. de electio. extra. & est c. Nouum. sic allegat D. Nepos à Montalbano, in tracta. Exceptionum expresse electionũ materiam exponens, fol. 169. num. 13.

Electio, quę non tenuit sequētem electionem impedit, c. Considerauimus, ext. de electio. & c. Auditis, eod. titu. Vide D Bartholo. Brixiensem in tracta Quæstionum dominicalium, fol. 63. n. 5. q. 79.

Electio per compromissum vel arbitrium fieri potest: & vocatur plana, arbitraria, vel cōpromissaria, de qua in c. Causam quæ. & c. Cum dilecti. & c. Quia propter, cum similib. De elect. & ibi per Ioan. And. & Panor. de qua Hostien. in summa. titu. de elect. §. Qualiter colum. 13. versic. 2. forma. De hac forma Manda à capitulo 39. vsque ad 52. exclusiue in 1. parte agit. & D. Petr. à Biaxio. in tracta Directorii electionum, fol. 214 c. 17 n. 1.

Eligere.

Eligens dignum in prælatum boni operis sibi comparat fructum, c Nullus inuitis detur Episcopus, 61. distinct. & c. Congregatio, 16 q. vlt. plenius vide D. Petr. à Biaxio. in tracta. Directorii Electionum, f. 200. c. 2. nu. 1.

Res pene contra naturam est, vt sine peccato aliquis sit. sed talis eligatur, cuius cōparatione cęteri grex dicatur, D. Hier. ad Ocean.

Eleëmosyna.

Eleëmosyna est opus dantis alicui aliquid ex compassione propter Deum. D. Thom. 2. 2. q 32. articu. 1.

Ex substātia tua fac eleëmosynā. Tobię 4.

Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit illum Dominus, Dauid Psalm 40.

Date eleëmosynam, vt omnia munda sint vobis. Lucæ 11

Eleemosyna mundat peccata. Augusti. in sermone de diuite.

Eleemosyna amica Dei cōsistit. & semper propinqua. Chrysost. super Matthæum.

Eloquentia.

Eloquentia est dictio ex omni parte perfecta vt Mirabellius habet.

Magna debet esse eloquentia, quæ in initiis placeat. Seneca Declamationum 10.

Ornamentum Reipublicæ maximum eloquentia Philosophorum. Plato in Rep.

Comes iucundus in via pro vehiculo [...] Gellius lib. 18.

Emancipatus.

Emancipatus non quærit patri, sed sibi. Quod fauore, C. de leg. vt est apud D. V[...] lem Nemausensem in tractat. de collat. fol. 224. num. 10.

Emancipatio.

Emancipatio est relaxatio patrię potest[atis] corā iudice cōpetente. patris & filii volun[ta]te concurrente Mirabelius in Polyanthea.

Emendatio.

Emendatio correctionē importat non totum sed in parte. iuxta notata in l. Edita de eden. vt recitat D. Francis Balbus in [...] de præsumpt. folio 244. nu. 8.

Emendatus.

Emendatus de crimine non omnino [...] stinę præsumptioni naturæ restituitur [...] quilibet præsumitur bonus. c. 1. de [...] & l. Merito. ff. pro socio. & c. dudum, de [præ]sumption licet enim emēdatus præsum[...] idoneus in caussa ciuili vel criminali [...] ter mota, non tamen in caussa crimin[ali] ergo nō est integer ex toto, aliàs adhibe[...] ei fides in causa criminali. facit cap. For[...] verb. signific. hoc valet quādo comitatu[r] famia. Infamia enim comitatur infamē [...] cunq; vadit, sicut lepra leprosum maio[rem] enodationem vide apud D. Andream [...] batiam. in tract. de testib. fol. 80. num. [...]

Emolumentum.

Emolumentū debet esse apud quos[...] nus, l. Ab eo. C. de fideicōmis. de quo ple[...] Regula. Qui sentit, lib. 6. sicut allegat D. [...] de Vbaldis, in tract. de Canonica, episco[pali] & parochiali, fol. 176. num. 15.

Emolumentū prius consequitur, q[...] modus impleatur. tam in cōtractibus q[uam] in vltimis voluntatibus, l Insulam, in fi[...] loca. & facit. l. Si non renumerandi § fi[...] cum l. seq. ff. man. sed hoc non proced[it]

con

contractibus vltro citroq; obligatoriis: quia opus est primo adimplere ex parte sua cõtractum antequam rigare, vt copiose discutit D. Angel. à Gambellionibus, in tract. de testamen. fol. 23. num 5.

Emolumento aucto sequitur oneris augmentatio. Idem de diminutione. vt per Bartolo & Doct. in l. Illud, C. de sacrosanct. eccles. & l. Si ita, §. 1. ff. de l. bet. & posthum. & l. Clemens, ff. de hære. instituen. Reliqua vide apud D. Albertum Brunum, in tract. De Augmento, folio 187 num. 2.

Emptor.

Emptor rem vitiosam restituens lucrum sentire non debet. vt est casus notabilis, in l. Quisi nolit. §. in factum, ff. de ædil edict. ibi patet quod emptor nec damnum pati, nec lucrum sentire debet, in re vitiosa restituenda. vt attestatur D. Baptista de sancto Blasio. in tractatu de Actione, folio 6. n. 49.

Emptor obligatur ad precium soluendum, venditor ad rem tradendam, vt in l. exempto in principio, de actio. empti. reliqua vide apud Domin. Fabianum de monte, in tractatu de empt. & venditio. folio 129. verso, num. 2.

Æmulus.

Æmuli in omnibus capitulis sunt, & semper aliqua capita heteroclyta. vt allegat D. Ioan. Francisc. in suo tracta. de offi officio & potestate capituli sede vacãte, fol. 196. nu. 8.

Enarratio.

Enarratio longa fastidium generat, c. 3. de peniten. & remiss. & dictionum breuitatem cuique authori conuenit sectari, vt 2. Machab. 2. in fine, & D. Guilielmum à Montferrat. in tract. de successi. regum. determinat. folio 228. verso, in 7. dubio num. 2.

Episcopatus.

Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, 1. Timothei 3.

Episcopatus est nomen operis, non honoris, D. Tho. 2. 2. 185. artic. 1.

Episcopus.

Episcopus est generalis procurator pauperum suæ diœcesis, §. Si quis autem, pro redemptione ibi, in omnibus enim talibus, &c. in Authen. de eccle. ti. colum. 9. Plenius vide D Rolandinum in tract. Formulæ capitulorum, in testamentis. folio 216. verso, Rubrica 10. num. 2.

Episcopus aduersus insidias & calumnias vigilare debet: vt habet D. Hugo. in tract. De Officio quatuor prælatorum, folio 19. verso, § Ecclesiam, nu 1.

Episcopi nomine multi, sed re pauci. vt Hieron. ad Heliodorum. & 2. q. 2. c. Non omnes episcopi sunt episcopi & D. Petr à Biaxio in tractatu Directorii Electionum, folio 226. verso, num. 10.

Episcopus non debet propter sua priuilegia malus effici. glos. in c. Dominus, 93. dist. facit etiam textus in c. fina. de postulando. & l. Si pars, in fi ff de inoffic. testam. cum similibus, vide latius D. Ludouic. Montaltum, in tractatu De Reprobat. sententiæ Pilati, folio 191. num 96.

Episcopus nihil agit sine eleēmosyna, iuxta illud Psalmi. 111. Dispersit, dedit pauperibus, & pauperibus & infirmis laborare non valentibus episcopus succurrat, c. Episcopus, distinct. 82 Plura recte vide apud D. Hugonem in tractat. de officio quatuor prælatorum, folio 29. verso, §. debet autem. num. 1. & per totum.

Epistola.

Epistola absentem facit esse præsentem: vocemq; distantis lõgo organo ad absentem ducit, vt est casus notab in l. Publica, in fine, ff depositi, perquem text. sic dixerunt omnes Doct. vt testatur D Tyndar. plura loca allegans, in tract. de Testib fol. 105 c. 8 num. 6.

Epistola principis obtinet vim legis in omnibus causis, text. & ibi Angel. in l. Item veniunt § pen. ff de petit hæred. quod Ange. declaratur per notab. in l 2. C. de legi & cõsti. & in l nemo, C. sent & interlo. omnium iudic Idem habet D. Martinus Laudensis in tracta. de Principibus, fol. 105. verso, q. 58.

Æqualitas.

Æqualitas inter fratres & socios seruanda est. vt quę est inductiua, nutritiua, confirmatiua & consolidatiua concordiæ & fraternæ charitatis & affectionis, vt habet Sozin. consilio 4. in 1. parte. Et per contrarium inęqualitas est nutritiua discordiæ, per l. Cum oportet, C. de bo quæ liber. in principio, & in §. Si autē, ita formaliter inquit Sozi. in consilio dicto supra in 2. q. 3. c. Prerogatiua, sicut recitat pulchre D. Ioan. le Cirier in tracta. De primogenitura, fol. 185 q. 15. num. 11.

Æqualis.

Æqualibus æqualia, inæqualib. inæqualia imponuntur, vt habet D. Tho. de vio. in tractat. De monte pietatis, fol 198 c. 11. n 3.

Æquiparatio.

Æquiparatorum æqualis debet esse norma. Nā vbi duo à iure æquiparātur, id quod habet locū in vno, debet habere locū & in alio, l. Vt tantū, § 1. de seruo corrup. & voluit glos in c Si postquā, de elec. in 6 facit & quod dixit Bart. in l 1 de leg. 1. quemadmodū meminit D. Troilus Maluetius in tracta De Oblationibus imagini factis, fol. 18. verso, n. 4

Æquipollens.

Æquipollens non sufficit quando interuenit iuramentum. Nam tunc non sufficit adimplere promissum per æquipollens, sed debet adimpleri in forma specifica. Casus est notab. in c. Ad nostrā, 1. de iureiur. per Moder. in 15. speciali. & facit quod vidimus in 3. principali effectu. quod iuramētū dicitur habere causam præcisam, & propterea in obligationib. facti quis ad factū præcise compelli potest. Nec liberabitur soluēdo interesse: glos. est in l. Si pecuniā, ff. de cōdic. ob causam. Ita docet D. Marcus Antonius Bauerius in tract. de Virtute iuramenti, fol. 49 num. 57.

Æquipollens non seruat illud, quod pro forma requiritur, vt tenet Bald, in c. 1. de Milite vas. qui contumax est. & ibi glos ordinaria. & glos. in Cle. 1. de vit. & honestat. cle. & tenet Baldus in Auh. Qui semel. C. Quomodo & quando Iudex, & vult Bart. in l. Nō solum libe. ff. de sta. homi. Copiose hanc materiam tractat. D. Guiliel. à Mōtferrat. tract. de successione Regum, fol. 227. in tertio dubio. nu

Æquitas.

Æquitas est pars iustitiæ vel iusticia dulcore misericordiæ temperata. teste Diuo Thom. 2. 2. q 80.

Æquitas seruatur in legum congrua ad ... pus applicatione, & rerum iusta & debita ... mutatione, & denique bonorum proportionata participatione. teste Diuo Cypriano, Gregorio, & Archiepiscopo Florentino.

Æquitas est iustitia cū misericordia temperata. Nam omnia bene æquiparat.

Simulata æquitas non est ęquitas, sed ... quitas duplex: quia iniquitas est & simulatio. S. August. super Psalm 63.

Statera vt iusta & æqua sint pondera ... uit. 19.

Æquitas scripta debet præferri rigori ... pto, l. Placuit, C. de iudic. Integram ... tionem cum annexis huius sententiæ ... legere apud D. Ioan. Francis. Baldum, in ... ctatu de præscript folio 215. num. 15. & ... D. Ioan Lanfrancum de Oriano. in tract. de Arbitris, folio 34 num. 13.

Æquitas in consuetudine, rigor & ... in præscriptione vertitur. secundum Bald. l. De quibus, colum. 23. ver. restat videre, ... legib. & in l. Scimus, prope finem princ. C. de inoffi. testa & vide plura apud D. Ioh. Francisc. Balbum. in tracta. de præscript. fol. 216. verso, num. 10.

Æquitas locū habet iure scripto deficiente, quæ æquitas cōstat ex naturali iustitia & naturalib. instrumentis, l. Scire oportet, § Sufficit, de excusa. tuto. Et vbi aliquid committitur nec est lex quæ dictitet quid agendum sit, videtur cōmissum iuxta æquitatē. ... vide apud D. Ioan. Baptist. Caccialupum tract. de Pensionibus, fol. 210. q. 25. nu. 5.

Æquiuocum.

Æquiuocū est quod plurib. modis opp... po...

poteſt, vt nota. in l. Quoties in ſtipulatione ambigua. ff. de verbo. oblig. vt habet D. Baldus de Vbaldis, in tract. de pace Conſtantiæ, fol. 79, verſo, num. 111.

Æquum.

Æquum eſt & pium in neceſſitate ſeruire amico, vt inquit D. Anton. Archiepiſcop. Florentinus, in tractatu de Vſuris, folio 203. verſo, num. 29.

Errare.

Errare non poteſt Eccleſia, c. Arrepta, 24. q. 1. vt habet D. Anton. de Roſell. in tract. de poteſtate Imperatoris & Papæ, fol. 46. nu. 14.

Errans.

Errans in facto excuſatur, nõ in iure ſi maior ſit, l. Si adulterium cum inceſtu, §. idem Pollioni, & ibi Bart. ff. de adult. & l. Qui contra legem, C de inceſt. nupt. vbi eſt optimus text. & gloſſ. ibi Baldus. Salic. & alii, vt pluribus diſputat, D Paulus Grillandus in tractat. de Pœnis omnifariã coitus, fol. 215. q. 14. n. 3.

Errare quandoque peritus poteſt: quia omniũ memoriam habere, & in nullo deuiare potius eſt diuinitatis quam hominis, l. 2 §. Quia omnium, Cod. de veteri iure enucleando.

Errans circa principia, non poteſt principiata cognoſcere, Ariſtot.

Error.

Paruus error in principio, maximus in fine, Ariſtot. 1. De cælo & mundo.

Cuique ſuus error.

Sed quot homines, tot ſententiæ: falli poſſumus, Cicero De finibus bo. & malo.

Nonnunquam etiam errorem creat ſimilitudo. Cicero De diuinatione.

Quisquis ſe exiſtimat ſcire, quod neſcit, is vero quippe approbat falſum, quod erroris eſt proprium, can. Quamuis, diſtinſt. 38. ſumptum ex S Auguſtino.

Error adulatori locum præbet.

Error Philoſophi veniam meretur.

Errore nemo rem ſuam amittit.

Error iuris probabilis præbet cauſam poſſidendi iuſtam, ſecundum Doctorũ ſententias in l. 2. C. de ſerui. & aqua, ſicut meminit D. Anton. de Roſellis in tractat. de Poteſtate Imperatoris & Papæ, fol. 46. num. 18.

Error eſt lapſus animi, erratio pedum, & error eſt approbatio falſorũ pro veris, D. Tho. in quæſtionib. de malo, q. 3. artic. 3.

Cuncta quę fiunt adducet Deus in iudiciũ pro omni errore, Eccleſiaſt 12.

Bonus animus nunquã erranti obſequium accommodat, Seneca in Prouerb.

Error alte radicatus difficulter extirpatur, Franciſc. Petrarcha de vita ſolitaria.

Omnibus in rebus temeritas in aſſentiendo errorque turpis eſt, Cic. De diuinatione.

Errorem defendens damnabilior errante eſt, c. Qui aliorum 24. q. 4 & D. Cataldinus de Boncompaignes, in tract. de poteſtate Papæ, fol. 90. verſo, num 24.

Error detectus ſententiam non retractat. l. Cum putarem, ff. famil. herciſc. l. 1 Cod de condict. indebi. Vide D. Ambroſ. de Vignate in tractat de Vſuris, fol. 169. num. 137.

Error in facto proprio toleratur, vbi agitur de damno vitando, vt patet ex dictis Bartol. allegantis l. Sed & ſi me putem, in principio, de condict. indebi. Conſule D Ioan. Franc. Balbum in tractat. de præſcript. fol. 275. verſo, num. 52.

Error in confinibus contractum non vitiat. Caſus eſt nota. in l Si in emptione, in eo de quo Angel. fecit feſtũ in l. Veteribus, ff de pact. & l. Si quis in fundi vocabulo, ff de lega. 1. & in l. Patronus, §. 1. & 2. vbi de errore finium, ff. de legat. 3. Plura vide apud D Fabianum de Monte in tract. de empt. & vend. fol. 144. verſo. num. 59.

Error cui non reſiſtitur, approbatur.

Error in facto alieno toleratur, aut in facti alieni ignorãtia error toleratur, quia plerunque prudentiſſimos fallit, vt allegat D. Rogerius in tractat. de diuerſis præſcriptionib. fol. 135. cap. 2. n. 4.

Error iuris vel titulus errore cauſatus non prodeſt, ſi lex expreſſe reſiſtat, vt habet D. Io.

Franciscus Balbus in tract. de præscriptionib. fol. 27 . verso, num. 19.

Error aduocati litigatorib. obesse nequit, vt l. vlt. m C. de erro. aduo. vbi dicitur, quod error aduocati litigatoribus, obesse nequit, vt si proponat vnam actionem pro alia, tum licet illi intra triduum corrigere errorem, hæc commode percurrit D. Dynus de Mugilo in tract. præscriptionum, fol. 71. num. 4 & similiter D. Placent. in tract. de iudic. tit. 2. De aduocatis, fol. 126. num. 2.

Error notarii nõ debet partibus obesse, sed eis tenetur ad interesse, vt l. Si librarius, ff. de reg. iur. & l. Finalis. C. de Magist. conuen. ibi est text. optimus, & recte idem probat D. Tyndarus in tractat. de testib. fol. 107. cap. 13. num. 3.

Error principis facit ius, vt l. 3. in fin. ff. de supellect. legat. & habet D. Anton. de Rosellis annotatum in tractatu de Conciliis, fol. 82. verso, § nunc capio. num. 3.

Erubescentia.

Erubescentia est timor in conuitii expectatione, Ioan. Damascen.

Erubescentia est timor de turpi faciendo, vt verecundia de turpi facto, D. Thom 1. 2. q. 41. artic 4.

Ærumna.

Ærumna est ęgritudo laboriosa, Cic. 3. Tuscula. quæst.

Æs.

Æs alienum nõ venit appellatione bonorum, l. Ea demum, in fin. C. de collat, & D. Vitalis Nemausensis, in tract. de Collationibus, hanc sententiam refert, fol 224. numero 21.

Æs adiectum auro cedit legato auri, l. Cũ aurum, & l. Si quando, & l. Et si non sunt, §. fin. ff. de auro & argen. legat. vt intelligitur per Bart. in d. § Finali, sic etiam annotat D. Albertus Brunus, in tract de Augmento, vt si adiectum sit preciosius eo cui adiicitur, cedit, fol. 183, num. 20.

Æstimatio.

Æstimatio reb. precium imponit, hoc ... ponit latius D. Ioan. Nider, in tract de Con- tractibũs mercatorum, fol 165. n 6.

Æstimum.

Æstimũ patris, ęstimum filii dicitur, gl... in l. 2. C. Qui ætate, lib. 10. & Felin. in l. ... 2. de Magistris. Amplius vide D. Ioan. le C... rier in tract. De Primogenitura, fol. 154. n. ...

Esuries.

Esuries vel fames est appetitus calidi & s... ci, Aristot. 2. de Anima.

Fames amica virginitati est, inimica lasci- uiæ, saturitas prodigit castitatem, nutrit i... lecebrã, D. Ambrosius in sermone Quadra- gesimæ.

Non cibus sed appetitus in vitio est, Gre- gor. 30. Moralium.

Incassum per cibi abstinentiam corpus a... teritur si ordinatis moribus dimissa mens... tiis dispuatur, D. Gregor. ibidem.

Qui cibis abstinent & mala agunt, Dęmo- nes imitantur. quibus culpa adest & cibus ... est, Isidor. super Amos prophetam.

Esuries vel fames est optimum condimen- tum escæ. Socrates ait apud Laertium.

Ætas.

Ætas pupillaris quicquid videt ignorat, l. 1. C. de falsa mone. & l. fin. ff. de iuris & fa- cti ignoran. cũ similibus, vbi minores eti... effecti decuriones non habent suffragia, qu... uis sportulas habeat, sicut plenius allegat ... Pet. à Biaxio, in tract. Directorii Electionu... fol. 203. cap. 16. num. 1.

Ætas nulla ad discendum sera, vt Seneca ait: & allegat D. Albertus de Ferrariis in tra- ctat. de horis canonicis, fol. 214. num. 45.

Euentus.

Euentus spectatur si de puniendo crimi- ne agatur. Nam si crimen fiat ab infan... vel furioso, vt si hominem occiderit lege Cor- nelia non tenebitur, cum alterum innocen- tia consilii tuetur, alterum fati infelicit... excuset, vt l. Aut facta, § Euentus, ff. de ... ge. & l. Infans, ff. ad l. Corneliam de sic...

H...

Hæc notat D. Rogerius in tractatu, de diuersis præscriptionibus, folio 134 numero octauo.

Euentus aduentitii certam dispositionem non vitiant, arg gloss in l. Vendicatio, ff. de rei vendicat. sicut docet D Vdalricus Zasius in tractatu de substitut. folio 93. num. 8.

Euocatio.

Euocatio superiorum plus operatur quam appellatio. Nam euocatio etiam iniusta suspendit intantum iurisdictionem inferioris vt nullum sit ipso iure, quod postea contingit in illa causa etiam inter alias partes attentari: sed appellatio iniusta non suspendit potestatem iudicis, à quo capit. cum appellationibus in principio, de appellat. libr. sexto. Ratio diuersitatis est quod appellatio est iuris & in iure consistit. Euocatio vel reuocatio est facti, secundum Innocent. Ioann. Andrę. Panor. 2. notat Baldum & super omnes Præpo. Mediolan. Plura vide apud D. Ioann. Montaigne in tract. de Collatione Parlamentorum, fol. 84. verso. num. 6.

Exactio.

Exactio est actus exigendi debitum vel pecuniam, vt habet D. Mirabellius in Polyanthea.

Exigimus quod debetur nostro corpori, sed non impedimus quod subiectorum debetur cordi, D. Gregor. in moralib.

Non gaudent martyres, quando ex illis pecuniis honorantur, in quibus pauperes plorant, D. Chrysost. super Matth.

Exceptio.

Exceptio recusationis est rationabilis, vt in c. Quod suspecti 3. q. 5. ergo sequitur quod poterit committi recusatione remota. habet hanc sententiam D. And. Barbatia, in tracta. de Præstant Cardinalium, fol. 68 num. 1.

Exceptio sola sonans nudam defensionem reseruatur excommunicato, c. Cum inter, & c. Dilecti de except. vbi autem exceptio habet vim accusationis vel impugnationis, tūc non reseruatur excommunicato, sicut declarat copiose de exceptionibus disputans, D. Io. de Lignano, in tract. de Censura Eccl. fol. 24. n. 5.

Exceptio iudicis recusatoria, est dilatoria, vt habet D. Barbatia in tractat. de præstantia Cardinalium fol. 69 num 3.

Exceptio recusationis est defensio, vt in gloss. in Clerico sæpe, de verbo signif Plura vide apud D. Barbatiam, in tractatu & loco præallegato proxime, folio 68. verso. numero 8.

Exceptio debet de necessitate concludere, hanc sententiam ponit D. Albericus de Rosate in tract. de testib. fol. 172. num 6.

Exceptio negatiua non est probanda, c. Bonæ, de elect. & in c. Super hoc, de renunc. & l. Actor, C. de probationibus. ex quibus infertur, quod negans non habet necesse probare id, quod negat: cum sit impossibile & improbabile: Nam ideo simplex & pura negatiua non potest probari: quia non entiū nulla est probatio. Plura vide apud D Lanfrancum ab Ariadno, in tra. de probat. f. 190. n. 2.

Exceptio omnis firmat regulam, vt in l. Nam quod, ff. de penu leg l 1. ff. de reg. iuris, l. In his, ff de legib. In Auth. de non alienan. §. vt autem, & c Dominus 32. q. 7. & c. In nostra, de sepultur. & l. Quæsitum, § deniq;, ff. fun. instruct. & l. Generali §. Vxore, ff de vsufruct. & l. Pediculis, §. Item cum quæreret, ff. de aur. & argent. legat. & Di. in Rub. de regul. iur. in 6. sic habet D. Barbatia in tract. de Præstantia Cardinalium, fol. 46. n. 10.

Exceptiones arma reorum dicuntur, arg. l 2. in principio, ff. de except. vt allegat D. Nepos de Montalbano in tract. exceptionum, fol. 104 in Procemio, num. 1.

Exceptiones coram iudice competente debēt opponi. Vide D. Pet. a Biaxio in suo tra. Directorii Electionum, fol. 223. c. 46. n. 4.

Excipere.

Excipiens contra aliquem de crimine videtur eum accusare de quo in c finali, tit. de testib. nam ille qui excipit contra aliquem de crimine ipso eum accusat. vt habet D. Albericus de Rosate in suo tract. de testib.

Excipiens tenetur probare exceptionem suam: l. In probationibus, ff. de probati. & l. 1. C. de probati. Idem notat D. Ioan. de Lignano, in tract. de Censura Ecclesiastica, fol. 25. num. 20.

Excessus.

Excessus & defectus vitiosi medium præsumunt vitiosum, can. Ex parte, extra, de consuetudine, & c. Consuluit, de offic. delegat. Idem attestatur D. Ioan à Lignano in tracta. de amicitia, fol. 4 §. Quia visum, num. 6.

Exclusio.

Exclusio generalis exceptionum non excludit speciales exceptiones à iure communi seu statuto procedentes. l. Si duo, de lega. 3. l. Si ita, C. qua. præscript. Cætera copiosius vide apud D. Anton. à Canario, in tract. de executione instrumentorum, fol. 211. n. 11.

Excommunicatio.

Excommunicatio est censura à canone vel iudice ecclesiastico prolata, priuans communione sacramentorum, & quandoque etiam hominum, secundum Paulum, super rubrica, de Excommunicatione.

Excommunicatio non est infligenda, nisi monitione præmissa, si tamen hoc fecerit, licet sententia sit iusta, punitur lator pœna, c. Sacro, de sentent. excommunicat. licet suspensione ab ingressu ecclesiæ infra mensem. Plura vide apud D. Nicolaum Plouium, in tractat. de Irregularitate, fol. 160. verso n. 2.

Nemo contemnat ecclesiastica vincula, vt Chrysostomus ait: & habetur can. Nemo, 11. quæst. 3.

Excommunicatio etiam iniusta timenda est, c. Sententia pastoris, & c. Si episcopus 11. q. 3. vt potes videre apud D. Anton. de Rosellis in tractat. de Potestate Imper. & Papæ, fol. 67. num. 50.

Excommunicatio est actio Christi non hominis, 11. q. 3. c. Nemo condemnet, sed homo est executor & canon est lator, hoc pulcre docet D. Ioan. de Lignano, in tract. de Censura ecclesiastica, fol. 15. num. 8.

Resecandæ sunt putridæ carnes & scabiosæ oues à caulibus repellendæ, vt dicit D. Hieron. & habetur c. Resecandæ, 24 q. 3.

Excommunicationis pœna succedit lo[co] mortis vel pœnæ mortis, text. est singula[ris] in c. Per venerabilem, §. penult. Qui filii s[int] legit. sicut habet etiam D. Stephan. Co[sta] tract. de Ludo, folio 186 num. 38.

Excusatio.

Excusatio est dilutio obiecti criminis, [vt] habet Dominicus Mirabellius in Polyanthe[a].

Non declines cor meum in verba ma[litiæ] ad excusandas excusationes in peccatis, [Psal]mo 150.

Peccatum peccato addit, qui culpæ p[atro]cinia defensionis adiungit, D. Gregor. ... Moralium.

Maximum est vitium excusationis, gl[oss.] super Psalmum 14.

Malum est peccare, peius perseuerare, [pes]simum defendere seu in Deum culpam [re]fundere, gloss. super Psalmum 20.

Excusator.

Excusator si sit simplex nuncius non ... let, c. Ex parte, extra, de priuileg. & sicut ... titur excusator, sic potest mitti procura[tor] ... Cum delict. extra, de dolo & cōtuma. ... vide apud D. Dynum de Mugilo, in trac[t.] ... præscript. folio 69. §. Si sit simplex, ...

Excusare.

Excusatur quis si bono viro credit, l. ... bonæ fidei, ff. de rei vendic. vt habet D. ... batia, in tractatu De præstantia Ca[rdina]lium, fol. 45. num. 56.

Executio.

Executio non fit in mortuum corpu[s] ... in l. 2. Qui testam. face. possunt, vnde si ... qui debebat suspendi, fecit se toxicari, c... suum mortuum non debet mitti ad fu[rcas] ... secundum Cyn. ibi: Sed dic ibidem quo[d] ... in arbitrio iudicis, quia illud est corpus ... næ, facit quod notatur in Clement. de ... nit. & remis. quemadmodum legitur ... D. Cataldū de Boncompaig. in tract. de ... dic. f. 139. n. 94.

Executor.

Executor agit causam sine sumptibus suis, l.Nulli, §.2 ibi, sine vllo dispẽdio iudiciorum, C.de Episcop. & cleri. & c. Charitatem, quæst.2.ibi nihil de rebus ecclesiæ. Plura vide apud D. Iacobum à Canibus, in tractatu De Executione vltimarum voluntatum, fo. 41.num. 4.& 5.

Experientia.

Experientia est omnium rerum magistra, c.Quam sit, de elect. in 6. Nam vt Philosophus ait: Natura potentem, ars facilem, vsus promptum reddit artificem: & cuilibet artificio præbet experientia incrementum l.Legatis, §. Ornatricibus, ff. de lega.3. ita habet gloss super verbo, Magistra rerũ, in d c. Quã, vt D.Ioan. le Cirier in tracta. de Primogenitura, fol.187.verso, num.9.

Experientia est valde necessaria ad iuris, iustitiæque regimen, & supplet literaturam. habet Specu.titu. de iudi. delega. §. Octa . & in titu. de libel. conceptio. Quæ refert M. Rauandus in tracta. Speculi iudicum, folio 88.verso, num.11.

Expertus.

Experto cuilibet in sua arte potius credi, quam idiotis vel insciis in illa scientia. Copiose vide D. Martinum de Arles in tract. superstitionibus.

Exemplum.

Exemplum est propositio facti vel dicti in nomine autoris Cicero 2.Rheto. vel est quæ nobis imitandis proponitur.

Qui in Christum credimus, Christi sequamur exempla, D.Hieron. epistola 9.

Validiora sunt exempla, quam verba, & prius opere docetur, quam voce. Leo in sermone. De Ieiunio.

Sanctorum exempla perspicaciter recordamini. Innoc.c.De quib causis 20. distinct.

Magis mouent exempla, quam verba. Aristoteles 10. Ethico.

Plebeia ingenia magis exemplis capiũtur, quam oratione, Macrobius 7.Saturnalium.

Quid imitandum sit, docetur exemplo Senecę de Clementia.

Exemplis vtimur in dicẽdo, vt facilius dictio nostra intelligatur, Arist.1.Poetices.

Exempla nõ restringũt regulã.tex. est notabilis in l. Damni infecti stipulatio. in fi. De dam. infecto. l 1 si vti pos & c. Dilecta. De cõfirmat. vti. vel inuti. & voluit Bald. in l Nulli, in 1. column Cod. de iudi. Ideo dixit Philosophus, Exempla ponimus non vt ita sit, sed vt ita esse intelligamus. Consule Do. Troilum Maluetium in tractatu De Oblationibus imagini factis, folio 180. num 5.

Exemplis non est iudicandum, l Nemo, C. de senten. & interlocu. omnium iudicum. per quem text. dicit glos. 4. in c. Si quando, de rescrip. extra. quod quando per consultationem rescribit Imperator, non vult suam responsionem sequendam esse, si quis non recte responsum putauerit. Sicut adducit D. Ioan le Cirier in suo tractatu, De Primogenitura, fol. 151. verso, num.19.

Exercitium.

Exercitium cui denegatur, denegatur & habitus: multo magis cum virtus consistat in exercitio, non in habitu. vt cap. 1. extra de sacra vnctione. fides sine operatione mortua est, & virtus cuiusque rei consistit non in solo habitu, sed in operatione virtutis. Secundum Aristotelem, 1. Ethico. & si Seneca in epistolis ad Lucilium aliter sentiat. Prolixius respice D. Anto. de Rosellis in tractatu de Potestate Imperatoris & Papæ, folio 39 §. Ne prolixe num.7.

Non facile capitur à diabolo qui bono vacat exercitio, D. Hiero in sermone.

Exercitium est causa sanitatis. Aristoteles 5 Metaphysico.

Exercitio alicuius actus prohibito prohibẽtur omnia, per quę ad illũ actum peruenitur.

Exorbitantia.

Exorbitantia ignorat extensionem. Vide D. Anto de Rosellis in tractatu legitimationum, fol.91.num.30,

Exprobratio.

Exprobratio est ingestio improperii in faūie, D. Tho. super psalmum, 43. colum. 9.

Isthæc commemoratio quasi exprobratio est immemoris beneficii, Terent. in Andria.

Odiosum genus hominum officia exprobrantium, Cicero de Amicitia.

Extensio in præiudicium tertii non est facienda, l. Si quādo, in principio, C. de inoffic. testamē. & l. Impuberi, ff. de administra. tut. plura vide apud D. Albert. Brunum in tract. de Augmento. folio 178. conclus. 9. n. 9.

Extremum.

Extrema habilia non curant medium, l. Cum mihi decē, 2. respōso. de solutio. Idem determinat Bart. & clarius probatur l. Bonorum, ff. rem rat. haberi. Hoc modo demonstrat D. Anto. de Rosellis in tracta. legitimationum, folio 88. num. 52.

Extremitates probans videtur cōtinuum probare, l. Penultima, C. Apo. publi. lib. 10. & vt voluit Barto. per illum textum glossę not. in c. Volumus, 16 quęst. 4. Dicens quod probatis extremis possessionis media præsumūtur. Copiosius hanc sententiam vide apud D. Ioan. Francisc. Balbum in tracta. De Præscriptionibus, fol 280. num. 5.

F

Fabula.

FAbula est narratio ad vtilitatem & delectationem confecta, à fando dicta. Isido. in Etymologico.

Fabula & si vim veritatis non habet, tamē rationem habet, vt iuxta eam possit veritas manifestari, D. Ambros. 3. offic.

Fabulæ vt figmenta poetarum Christianis ideo legi prohibentur; quia sunt incentiua libidinum & vitiorum. Isido.

Fabula poetica lyra est, Alanus de complant. naturæ.

Nihil debet esse in philosophia cōmenticiis fabulis loci. Cicero de diuinatione.

Fabula ex mirabilibus constituitur. Philomytes est aliqualiter philosophus, Aristoteles 1. Metaphysicorum.

Fabri.

Fabri fabrilia tractant. vt inquit D. Thomas de vio, in tractat de Monte pie tis, folio 195. cap. 2. numero 3. D. Hiero. in epistola Galeata.

Fabricando fabri efficimur.

Facetiæ.

Facetia est elegātia dicendi, qua quis quo vult facit, mouet, docet, delectat. D. Mirabellius in polyanthea.

Facilitas.

Facilitas est potestas, qua aliquid habet ad actum, D. Thom. 1. parte, quæstio. ar ticulo 2.

Factio.

Factio est diuisio ciuium in diuersa volentium primatum tenere & æmula certātium; vt amicitia inter bonos, sic est inter malos. Cicero.

Factum.

Factum sæpius præsumitur verius, in l. Exemplo, C. de probat. vbi dicit, quo cardinalis dicat se habere literas apost cas legitimandi vel restituendi famæ, & cutus est illas, licet de literis dictis non ap reat: tamen quia pluries actum illū fecit, p sumitur habere verum mandatū. & gesta eū valent, nō ratione cōmunis erroris, sed tione pręsumptę veritatis assertione tā vt nota. in c. Cū ex literis. ext. de restit. in teg. plura vide apud D. Guidon. Papam tract. de præsumptionib. fol. 237. num.

Factum alterius alteri nocere non debe Nō debet, cū similib. ff. de reg. iur. & ma in male seruientib. vt exprimitur, l. Tra ctio matris, C. de Transact. oritur hoc stitia veluti matre & medio iuris præce quod est ne alter alterum lædat, vt lege stitia, §. Iuris præcepta. ff. de Iusti. & iure. tat idem D. Petrus Antibolus in tract. muneribus, folio 26, num. 67.

Factum quid esse nō presumitur, nisi probetur, l. In bello, §. Captæ. ff. de Capti. & postli. reuers. & l. Quicunque, ff. de publica. Rursus l. Consilio, §. finali, ff. Cura. fu. Plura vide apud D. Francis. Pontzinibium, in tracta. de Lamiis, folio 138. verso, num 45.

Facta non minus quam verba loquuntur, l. Paulus, ff. rem ratā haberi. & dicit glos. per illū text. in c. Cū super. De Offic. delega quod sicut ex verbo, ita ex facto possumus cōfiteri. & facit text. in cap. Existiment. 11. q. 3 & sicut verbo sic & factis mentimur. vt c. Cauete fratres mendacium, 22. q. 5 Plura licet legere apud D. Ludo Montaltum in tract. de reproba. sententiæ Pilati, fol. 178 num 8.

Fallitus.

Falliti in omnibus suspecti sunt & infames, imo infamissimi. & qui voce antiquissimæ legis debent dari creditoribus lacerandi, adeo quod propter dolum nō debent habere beneficium cessionis, quod est subsidiū miserorū, non præsidium dolosorum. vt inquit Bald. in consilio quod incipit. Super libris artis notar. in l. Prima, C. Qui bo. ced. pos. & l. fi. §. Si qui in frau. cre. & l. Penultima. De iure dotium. & l. Si quis ex argentariis. ibi. l. Humilis & deploratus, ff. de eden. cum similibus. Item si fallitus ergo fraudator. sic enim lex vocat illum. & appellatur edictum fraudatorum: quia à communiter accidentibus falliti sunt fraudatores. vt docet Bald. in consilio quæstio. D. Mediolani, Et D. Ioann. Baptista Caccialupus in tracta. de debitorum suspecto & fugitiuo. fo 223. verso, nu. 13.

Falsitas.

Falsitas, mendacium, vel propositio non vera est, quæ tamen creditur esse vera, D. August. 7 Confessionum.

Falsitas ibi est, vbi est quæstionis vis l. Nō ex falsis, C de transact. Totum instrumētum credo esse suspectum, qualitercunq; falsitas deprehendatur, nec ei adhibetur fides nisi aliàs de veritate constet, l. 2. ff de fid. instrum. & ita tenet D. Bart. Brixiens. in tract. quæstionum venerialium, f. 70 verso, q. 50. n. 4.

Falsum.

Falsa remedia veris periculis sunt grauiora. c. de homine, de celeb. missa. & D. Anton. de Rosellis ideo suadet falsa remedia esse abiicienda. in tracta De potestate Imperatoris ac Papæ. fol. 52. num. 17.

Fama.

Fama est status illęsę dignitatis legibus. & moribus comprobatus. Hinc famosus. sic melius est nomen bonū quam diuitiæ multæ. Prouerb. 22.

Inclyti animi signum est famæ diligere commodum. Cassiodorus 1. lib epist. 3.

Quid petitur sacris nisi tantum fama poetis? Ouidius in arte amandi.

Fama bona thesaurus inæstimabilis, liliū suaue perolens verba sunt Baldi in l. 1. C. de Confes. vbi dicit, quod fama est thesaurus hominis inæstimabilis & iocundus, & sicut lilium dat suauitatem odoris. Idem annotat D. Franciscus Brunus in suo tractatu de inditiis & tortura, fol 98. q 5.

Famæ veræ hæc est gloriosa proprietas, vt appetitores sui contemnat. Albanus de complant. naturæ.

Fama dicitur opinio communis, quę voce manifesta ex suspitione prouenit. sicut habet Bald in l. De minore, § Tormenta, ff. de quęstio Copiose vide hanc materiam de fama apud D. Amedeum de Castello in tractatu de Syndicatu, fo. 112. num. 50.

Fama est narratio popularis inanis de aliqua re sine veri cognitione. siue bona siue mala. sic fama vulgi est quoddam multitudinis testimonium. Cicero in Topicis.

Temere fama nasci non solet quin subsit aliquid. Cicero in rhetor.

Famosum secundū totum non est falsum. Cōmentator super lib. Arist. de somno.

Contemne famam. fama vix vero fauet. Seneca Tragœdia 4.

Fama malum, quo non aliud velocius vllum. Virgilius 4 Ænei. Ouid. 12. Metamorphosios fabula 3.

Facta nō famā spectari oportet. Cic in rhet.

Fama in criminalibus loco accusatoris habetur, & sufficit ad formandam inquisitionem Non tamen videtur operari semiplenā probationem, per nota. c. Inquisitionis & in c. Qualiter & quando, 2. De accusat. cum in criminalib. requirantur probationes clarissimæ, l. fin. de probati. Rem hanc vide etiam apud D. Ioā à Grassis in tractatu Arboris Iudiciorum, fol. 95. §. Sexta est, num 2.

Fama non probat, sed solū confirmat probationes iā factas, C. de sententiis ex periculo recitādis. Plura vide apud D. Amedæum de Castello in tracta. de Syndicatu. f. 112. nu. 54.

Fama est seruanda. Extra. De deci. c. suggestum, & c. volo. 12. quæst. 1. & c. nō sunt, 11. q. 3. c. Iubemus, de consecra. distinct. 5. Si possibile sit famam seruare, & non conseruat. hic crudelis est. Si impossibile propter malitiā detrectatorum, sufficit conscientiam puram habere, etiam si fama denigratur. Vide latius D. Damasum in tractat. De Brocardis, folio 141. num. 31.

Fames.

Fames est appetitus vel concupiscentia calidi & sicci, Aristoteles 2. de anima, D. Tho. super 1. de anima, Lectione 5. colu. 3. Cætera vide in Esurie.

Familia.

Familiæ conseruationi iura fauent.

Familiæ dignitas ex bonorum conseruatione floret, vt late declarat Ioan. Andre. post Iacobum de Arena, in additione ad Specula. in Rubrica De successione ab intesta. Plura vide apud D. Ioan le Cirier in tractat. de Primogenitura, fol. 187. num. 10.

Familiæ æternum nomen per masculam prolem conseruatur, l. Liberorum, ff. de verb. signific & not. Bald. in l. Certum, C. vnde cognati. talia enim statuta sunt bona propter bonum publicum, licèt non æqua. l. 1. circa principium in glos. quæ incipit, hic pater in fine, ff. de iustic. & iure. Plenius lege apud D. Laurū. De Palatiis super statuto de successione masculorum per Italiam, f. 49, nu. 22.

Familiaritas.

Familiaritas quādoq; censetur à culpa excusare, in c. Cum ad sedē, ext. de restitu. spoliato. & notat Bald. in l. 1. C. de seruis fugiti. & meminit huius D. Guido Papa, in tractat. de præsumptionib. fol. 234. verso. num. 35.

Nimia familiaritas parit contemptum.

Fatum.

Fatū est ordo seriesq; causarū naturę. Aulus Gellius, lib. 6. c. 2. & Cicer. de Diuinatione & lib. 3. de nat. deorū, & D. Tho. 1 parte, q. 116. & Boet. in li. 4. prosa. 6. de cōsolatione Philos.

Fato nō noxis imputantur, quæ casu absq; fraude ex improuiso accidunt, & per consequens mitius puniuntur, vt l. 1 § finali, C. de sica & l. 1. §. Diuus, ff. eod. titu. Cætera vide copiosius apud D. Paulum Grillandum in tracta De sortilegiis, fol. 215. num. 6.

Fatale incipit currere à tempore appellationis, secundum Ioan. Andr. in c. ex ratione, extr. de appellat. Vide Vberius hanc materiā expositam apud D. Guidonem Papā, in tract. de appellat. fol. 195. verso, num. 62.

Fatalia appellationum currunt tempore pestis, nisi pacto partium contrarium sitactum, gloss. est in Clementi. Quamdiu, de appellat. quod est verū, si prius cœpit currere quam pestis exoriretur, vt dicit Innoc. in cap. Ex transmissa. de præscript. & Philippus de Fran. in c. Ex ratione, 4. q. de appellat. circa s. impedimentum. Amplius consule D. Bartachinum in tractat. de Gabellis seu Vectigalibus, fol. 61. num. 48.

Fauor.

Fauor est vox bene imprecans & defendēs bonum & commodum alicuius, & laudem, vt habet Mirabellius in Polyanthea.

Malis artibus popularis fauor quæritur, Seneca epist. 29.

Fauori suo cuilibet renunciare permissum est, c. Ad Apostolicam, de regul. & transe. ad Relig. facit Bartol. in l. Si quis pro eo, ff. de fideiussorib. & in Auth. Sacramēta puberū, C. Si aduersus conditionē. & in l. Seius & Augerius, ff. ad l. falcid. Plura vide apud D. Io. de Selua in tracta. de iureiuran. fol. 221. num. 37.

Fauor publicus est quod delicta puniũtur, c. Vt famæ, de sentent. excommunica. & l. Ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. sic Annotat D. Rochus de curte, in tractat. De iure patrona. fol. 14. §. Onerosum, num. 3.

Fauores debent ampliari iuxta regulã iuris, vt tenet D. Pet. de Vbaldis, in tract. de Canonica episcopali & parochiali fol. 148. n. 16.

Feudum.

Feudum est beneficium beneuolẽtia concessum, cuius proprietas danti, vsufructus beneficiato manet & hæredibus ipsius vt sint fideles proprietario, vt ait D. Mirabellius in sua Polyanthea.

Feudalia alienans excusatur ignorantia. Casus est valde singularis secundum Baldum in c. 1. in fine, De controuers. inuest. inter dominum & empt. & c. Si vasallus, Si de feud. fuerit controuers. inter dominum & vasallum, & l. Finali, §. fin. ff. de legat. 2. Ampliora vide apud D. Caccialupum, in tractatu, de feudi cognitione, fol 120. num. 16.

Fictio.

Fictio semper debet esse de possibili, quãuis sit contra veritatem, vt l. Adoptio, ff. de adoptionib. & l. Si filius, ff. Si cert. peta. & iuxta notata per gloss. in l. 1. §. Accedit, C. de rei vxor. actione, & l. Si pater, ff. Quæ in frau. credi. Plenius recurre ad D. Philippum de Casolis, in tractat. de testamentis & successionib. fol 123. verso, num. 8.

Fictio nunquam fingit in præiudiciũ iuris alteri iam quæsiti, probatur. Nam actio competens soluto diuortio cessat vbi est reintegratum matrimonium, l. Si mulier diuertetit, ff. soluto matrimonio. Licet copiosius videre de fictione apud D. Anton. de Rosellis, in tract. Legitimationum, fol. 90. verso, post numerum 18.

Fictio naturam imitatur quantum potest, l. Adoptio, ff. de adoptionib. sic meminit idem præfatus Anton. de Rosellis in tract. de potestate Imperatoris ac Papæ, fol. 32, verso. §. Vrgentissimam, ante num. 3.

Fides.

Fides apud artifices significat chordam resonantem, tum lyram, citharam & fideculam, deinde tortorium instrumentum, quo veritas elicitur, hinc opinionem quodammodo veritatis certificatam & quodammodo persuasam. Hinc fides apud morales est dictorum conuentorumque constantia & veritas, dicta quod fiat id quod dictum est, Cicero lib. 1. Offic.

Fides est opinio vehemens Aristot. 4. Topicorum. De hac fide morali dicuntur sequentia.

Fides etiam hosti seruanda, nec considerandum cui, sed per quem iurauerit, D. Hieron. super Ezechielem, & c. Noli, 23. q. 1. & c. Innocens 22. q. 4. Idem vult D. Barthol. Brixiens. in tract. Quæstionum Dominicalium, fol. 54. q. 37. num. 2.

In malis promissis rescinde fidem, Isiod. in Synonymis & c. In malis 22. q. 4.

Fides stabile & æternum facit imperium, Curtius de gestis Alexandri Magni.

Expertus sum parum fidei miseris esse, Salustius in Iugurtha.

In magna malorum multitudine difficillima dictis fides, Orosius de Ormisda.

Frangenti fidem fides frangatur eidem.

Deiotarus vetat expectare fortunam, dum præstetur fides, Cic. 2. de diuinatione.

In vitia tyrannorum nulla fides, Cicero de Amicitia.

Animus sine fide stabilis amicis esse non potest. Cicero 1. Rhetor.

Fides est tertius gradus credulitatis. Hæc sententia legitur & satis vberrime explicatur apud D. Anton. de Butrio in tract. de Notorio, fol. 169. verso, num. 8.

Fides mala præsumitur vbi solennitas debita non seruatur. Vide gloss. in l. 1. super verbo, malæfidei. C. de fid. instrum. & iure hastæ fisca. libr. 10. Plura vide apud D. Guidonem Papam, in tract. de præsumptionib. fol. 235. num. 45.

Fidei fauor est magnus, vt per D. Panorm. in c. 2. de diuort. & in c. In fidei fauorem, de.

hæretic. in 6 vt notat D. Ioan le Cirier in tractat. de Primogenitura, fol. 188. num. 7.

Fides apud Theologos est substantia rerum sperandarum argumentum nō existentium, Paul. ad Hebræos 11.

Fides est voluntaria certa prælibatio necdum propalatæ veritatis, D. Bernardus in consideratione.

Fides est virtus qua ea, quæ ad fundamentum religionis pertinent, recte firmiterque creduntur, D. Thom. 2. 2. q. 8. artic. 1.

Quid est fides? nisi credere quod nō vides, D. August. super Ioannem.

Fides lampas est animā illuminans, Chrysost. super 25. Matthæi.

Fac quod dicis & fides est, D. August. super Ioan.

Fides est radix omnium virtutum D. Ambros. de Chain.

Fides ex auditu, auditus per verbū Chrysost. Rom. 10.

Sicut corpus sine spiritu, ita fides sine operibus mortua est, Iacobi 2.

Mors fidei separatio caritatis, D. Bernard. super Cantica.

Qui incredulus est infideliter agit, Esa. 21.

Qui incredulus est, non habet rectam animam, iustus in fide sua viuit, Abacuc.

Modicæ fidei quare dubitasti, Matth 14.

Omnia possibilia sunt credenti, Marc 9.

Si habetis fidem sicut granū sinapis dicetis menti, transi hinc, mox transibit, nilq; vobis erit impossibile, Matth 14. & 21. Luc. 17.

Iesus ait habete fidem Dei, Marci 11.

Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, Marci 16.

Respice, fides tua te saluum fecit, Luc. 18.

Omne quod nō ex fide peccatū est, Ro. 14.

Fides ad tempus & tempore tentationis recedit, radices non habet, Luc. 8.

Probatio fide patientiam operatur, Iac 1.

Probatio fidei preciosior est auro, quod per ignem probatur 1. Pet. 1.

Qualis est cuiusq; fides tribulatio probat, D. Bernard. de 12. gradibus humilitatis.

Fidei hostes non protegi, sed extermina[ri] oportet, l. Nullos hæreticos, C. de summa trinitat. sicut allegat D Baldus de Vbaldis in tractat, de pace Constantiæ, fol 84 verso, n. [1].

Fides vbi deficit, ibi omnia inficiuntur quæ ex fide effectum sumunt.

Fidelis.

Fidelis caueat ab vsurarum voragine, v[t] quæ substantias exaurit, & animas deuorat, Copiosissime hanc sententiam cum materia de vsuris tractat D. Archiepiscopus Florentinus in tract. de Vsuris. fol. 200. num. 1.

Fienda.

Fienda multa sunt quæ impediunt, & iam facta non impediunt, l. Patre furioso, ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris, secundum Imolam in l. Si socer. §. Lucius, ff. Solut. matrimon sicut etiam annotat, D. Ioann. Campezius, in tract. de dote, fol. 99 verso, q. 4. num 2.

Fideicommissum.

Fideicommissum potest alienari causa remunerationis Bartol. in 1. Consti ff. in princ. vlt. col & per l. Iubemus nullum, C. de sacros. eccles. adde not. in Auth. Res quę, C cōmunia de legat. Vide D. Bertachi. in tract. de Gabellis seu vectigalibus, fol. 73. num. 57.

Fideiussio.

Fideiussio inducitur ex geminata patientia, vt est text. singularis, in l. Cū ostendimus, §. fin. ff. de fideiusso. tuto. secundū Andream Siculum in 2. parte consiliorum, consil. 80 Nolite sub linea, in 5 colum. Idem annotat C. Corsetus Siculus in tractat. de Potestate regia, fol. 93. verso, num. 30.

Fideiussor.

Fideiussor in causa testis esse nō potest nec iudex, l. Si cui legetur, & ibi Bald. ff. de legat. Anton. 1. c. Cum à nobis, de testib. Plura lege apud D. Stephanum Aufrerium in tractat. de recusationibus, fol num 15.

Fideiussor factum alienum pręstare nō potest, argu. l. Stipulatio ista, in principio, ff de verb. oblig. sic adducit in medium, D. Guilielm. à Cuneo, in tract. de securitate, fol. 2. nu. [..]

Fiducia.

Fiducia est assensio rei futuræ, vt & confidentia & fidentia etiam, Cicero in Rhetor. D. Thom. 2.2. q. 129 artic. 6. & 3. Sententiar. libro, distinct. 29. q. 1. artic. 3.

Figura.

Figura, typus, icon, imago, similitudo nō quæ dat esse terminationem quanti: forma dat esse specificum artificiato, D. 1. Tho. in 1. parte. q. 7. artic. 1.

Figura, iudicii relicta iudicium reddit non purum, & quasi iudicium, vt plene notatur de iudiciis in Clem. dispendiosam cum simili. & plenius per Bart. in l. 1. quomodo in lema. Vide hæc apud D. Ioan. Baptistam huius sententiæ authorem latius, in tract. de Arbitris, fol. 5. cap. 14. num. 2.

Filius.

Filius, gnatus, natus, liberi.

Noli contendere cum parentibus & si iusta dicas. Vt Pittacus ait.

Parentes venerare, Idem.

Filius repetere potest omnia bona, quę pater perdidit in ludo, saltem vsque ad legitimam, vt dicit Bald. in l. 1. in fine, C. Si quid in fraud patro. quod vincens ex ludo Azarii vel alio ludo prohibito dicitur potius acquisisse ex maleficio, quam ex titulo lucratiuo, & allegat l. apud Celsum, in §. de authoris, de doli except. Plura consule D. Troilum Maluetium in tractatu De sortibus, fol. 143. num. 7.

Filius natus antequam pater esset miles, non dicitur nobilis, l. 2. §. in filiis, ff. de decu. vt habet Bart. adducens etiam l. Cum satis, in gloss. nati ex colonis ibi. Rem copiosius vide apud D. Anton. Corsetum in tract. de potestate regia, fol 96. verso. num. 41.

Filio ingrato pater legitimam subtrahere potest & denegare, quia ingratus perdit priuilegium, vt tenet Bald. in l. fi. C. de dot. promiss. & Iason in l. Ius autem, in gloss. adiuuandi, ff. de iustit. & iure, & dicit hoc procedere quando filium vel filiam non pœnituit, si enim pœnituisset non liceret exhęredare nec alimenta denegare. Latius hanc rem perquire apud D. Paulum de Citadinis in tractat. de iure patronatus, fol. 58. num. 16.

Filio potius fauendum, quam piæ causæ, c. Quicunq; 17. q. 4. D. Abbas Panor. videtur etiam assentire huic opinioni, dicēs, quod res est dubia, & in dubiis benigniorem partem tenere debemus l. Benigni⁹, ff. de legib. Cætera plenius exponit D. Ioan. le Cirier in suo tractatu de Primogenitura, fol. 189. numero 11.

Filio meretricis non fit iniuria, si dicatur quod est filius meretricis, l. 2. Cod. vt infra cert. temp. crim. quæst. terminetur. Latius de hac materia respice D. Hermānum de Bare in tractat De formandis libellis, 163 libel. 95 num. 5.

Filium suum esse homini probare difficile est, imo difficillimum & forte impossibile, l. Lucius, ff. de condit. & demonst. & l. Filium, ff de his qui sunt sui vel alien. iuris. Ita annotauit D. Ioannes à Lignano in suo tractat. de Amicitia, fol. 12 §. Exurgit, n. 2 circa finem.

Filii portabunt iniquitatem patris vsurarii, id est pœnam debitam, non quidem pro peccato, quod actu commisit pater (pro illo enim ipse solus portabit onus suum) sed pro peccato, quod cōmisit filius vel hæres ipsius in redimendo bona aliena, quo imitatur prauum patrem, sic de progenie in progeniem in perpetuum hæres vsurarii vel alienorum detentores, inquantū durant bona, tenetur creditoribus, quoad sit satisfactum per solutionē, vel remissionē, in foro conscientiæ Caueant vsurariorū filii, nepotes consanguinei vel extranei ne in huiuscemodi laborent crassa ignorantia: quia non excusaret eos à damnatione, sed verificatur illud, Ignorans ignorabitur, sola ignorantia inuincibilis eos excusaret. Exemplum cum probatione satis prolixe vide apud D. Anton. archiepiscopum Florentinum in tractat. de vsuris, fol. 201 n. 32. vbi vsura etiam comparatur lepræ Giezi.

Finis.

Finis ab omni agente principaliter intenditur, Aristoteles in Ethicis, & iuxta prouerbium, Omnis laus in fine canitur, & Ouidius ait, Exitus acta probat. Plenius exponitur illud a D. Amedęo de Castello in tract. De Syndicatu, fol. 109. verso. num. 1. a D. Alberto de Ferrariis, in tract. de horis Canonicis fol. 215. num. 66.

Finis ipse nobilior est his, quæ ad finem fiunt, teste D. Amedęo, loco præallegato.

Finis imponit necessitatem his, quæ sunt ad finem secundum Philosophos: sed iuristæ affirmant quod finis trahit ad se principium, l. 3. ff. ad Muni. & c. quia sunt 26. distinct. in gloss. 3. & l. Damni infecti, §. Sabini, ff. de damn. infect. Annotauit hanc rem pulchre D. Anton. de Rosellis in tract. de Potestate Imperatoris & Papæ, fol. 33. §. Ad prædicta, num. 4.

Finis est causa causarum in intentione, & est effectum causarum in executione, c. Ab exordio, & c. sexto die, 35. distinct. Plura vide apud D. Anton. de Rosellis in tractat. de Potestate Imperatoris & Papæ, fo. 38. §. humanum regnum, num. 2.

Finem qui cupit, consequentia ad finem velle debet, l. ad legatum, ff. de procuratoribus, & l. ad rem mobilem, ibi, & c. 1. & c. Præterea, de offic. delegat. Hoc pulchre allegat D. Ioan. à Lignano, in tract. de Amicitia, folio 5. §. Visum, num. 6.

Firmius.

Firmius ac tutius esse censetur, quod pluribus committitur, c. Prudentiam, de offic. delega. & habet eandem sententiam D. Petr. à Biaxio, in tractatu Directorii Electionum, fol. 216. c. 23. n. 2.

Fiscus.

Fiscus est proprie folliculus integens res secretas & testes: tum est sacculus: hinc ponitur pro sacculo pecuniæ & maxime in quo publicæ pecuniæ conduntur, vel pecuniæ Principis, sic fiscus est bursa Principis, Regem, Cæsaris: tum est ærarium, à fisco venit Fiscalis.

Fiscus imbursat pœnas legales. Iudex enim debet esse sollicitus in pœnarum exactione & post exactionem curet fisco assignare, alias de suo illas soluere tenetur, vt allegat & probat D. Matthæus ab Afflictis in tract. de iure Protomiscos, fol. 155. verso. num. 11. de qua materia plene per D. Andream, in c. 1. Quæ sint regalia.

Fiscus rem communem vendere potest, l. 2. C. de communi re alie. & l. 1. C. de vend. re. fisc. Pleniorem enarrationem de materia fisci vide apud D. Martinum Laudensem in tractatu De fisco, folio 129. verso. 53. q. & in cæteris.

Fiscus Ecclesię Romanę est vbique, secundum Bald. in l. Hæreditas, ff. de hæred. instit. & hæc ac similia allegat præfatus D. Martinus Laudensis in tractat. de fisco, folio 132. quæst. 206.

Fiscus est saccus sine conscientia, omnia male acquisita imbursat. Vide Francisc. Mi... gon. super consuetudines ducatus Andegauensis, in litera F. in verbo Fiscus.

Fiscus est reipublicæ stomachus, saccus, firmitudo.

Fiscus est persona imaginaria in paucis æqua, in multis rigorosa. Ioan. Oldendorp. in locis communibus, super verbo Fiscus.

Fiscus semper pręsumittur locuples, solidus & idoneus successor, l. Finali, ff. de fundo dota.

Fisci ratio non debet haberi propter auaritiam.

Fisco applicantur omnia, quę in fraudem eius sunt alienata, in Speculat de don. ...

Fiscus deficiente hærede habetur loco hæredis.

Causa priuatorum æquè fauorabilis ac fisci, vt habetur in textu in l. Non peto, ff. de iure fisci, potissimum in duabus quæstionibus.

Felicitas.

Felicitas est operatio animæ per perfectam virtutē, Aristot. 1. Ethic. & 7. Polit. & 1. Rhet.

Nulla

Nullus felix iuxta suam sententiam. Menander.

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

Fœmina.

Fœmina in Ecclesia taceat, discat, 1. Corint. c. Mulier, 23. distinct.

Fœmina non sit iudex, c. Infamis, §. tria sunt. 3. q 7.

Fœmina non permittatur esse aduocata propter verecundiam, nisi in sua suorumque causa, §. 1 & 4. 15. q 3.

Fœmina non admittatur accusare nisi in simonia, hæresi, crimine læsæ maiestatis, c. certis de causis, 15. q 3.

Fœmina non attingat sacra. c. Sanctas, 13. distinct.

Fœmina mente sancta deligatur, non corporali frequētia, c. Hospitiolum 32. distinct.

Fœmina extranea non cohabitet clerico. Cum omnibus, 81. distinct.

Fœmina sola non alloquenda à clerico, nisi certis temporibus & locis, ibidem.

Fœmina confabuletur clerico paucis, c. Affinimus, 18 q 2.

Fœmina non balniet cum clericis vel aliis Christianis, c. Non oportet, 81. distinct.

De fœminæ forma non est disputandum. Hospitiolum, 32. distinct.

De fœminis tuis suspectis ignorantiam pæras, non scientiam. Postquā scieueris crimen malæ vxoris, à nullo medico curaberis.

Fœminæ coruscant radiis maritorum, l. fœminæ, ff de sena. iuncta & l Fœminæ, C. dignita. lib. 12. vbi dicit Imperator mulieres honore maritorum erigimus, genere nobilitamus, &c & gaudent priuilegio maritorum etiam defunctorum, modo minori non nupserit, l Cum tu, Cod de nupt & l. Si non anguste, ff de lega 2. reuerentia, quæ debetur viro, debetur & vxori, l. 1. C. de in ius vocando. Plenius recurre ad Domin. Petrum Lenanderium, in tracta. de præceden. Doctorum, folio 168. q. 2, tertiæ partis de in verbo Mulieres.

Ferula.

Ferula minoribus datur, non vt condemnatio sequatur, sed vt veritas sciatur. Secundum Bart. in l. Ex libero, § de minore, ff. de quæstionibus, & Bald. in l finali, Cod. ad Silla. attestatur idem D. Guido de Suzaria & Dominus Ludouicus in tractat. de indic. & tortu. folio 98. num 13.

Festinantia.

Festinantia nimia in actu etiam licito & in iure concesso reprobatur. vt volunt Doct. & Bald. in l. Gracchus, C de Adulter. & text. in l. 1. C. de secund nupt. hoc recte probat D. Lodouicus Montaltus in suo tractatu de reprobatione sententiæ Pilati, fol o 186. numero 17. huc facit sententia D. Petr. à Bixio in tractatu Directorii Electionum, folio 218. num. 2. vbi dicit & probat quod moratoria probatio & pręceps festinatio reprobantur. vt l. Tutor, ff de administra tuto. § 1. in fine, & in l 1. § Non solum, ff. ad l. falcid Nec enim quod præcipiti vita certum deserit ordinem lætos habet exitus.

Fœnus.

Fœnus dicitur lucrum de Vsura sumptum vel vbi certum tempus determinatum est ad mutuum cum lucro reddēdum, vt habet D. Mirabellius in Polyanthea. De vsura vide infra suo loco.

Fœnerator.

Fœneratores in causis vsurarum coguntur libros suarum rationum edere. vt in vltima parte Clementinarum, de vsur. §. Cæterum. Vide copiosum huius materiæ enarratorem D. Ambrosium de Vignate, in tracta. De Vsuris, folio 173. verso, nume. 236. olim magnis cautelis restitere Vsurariorum & fœneratorum fraudibus, qua de causa ius de libris rationum edendarum conseruatum est: atqui nūc eidem, & horum in multis discipuli nonnulli mercatores, & illorum rationales duos libros rationum receptos vel authēticos cōficiunt, quorum vno pro se facientia probant, & altero officientia repro-

bant, prout ipsis opus esse videtur sic duobus hamis inescant hominum pecunias. sed quam bene, Deus nouit.

Fœnerare.

Fœnerare actiue est mutuum dare & de eo dicebatur, Fœnerabis gentibus multis, id est mutuum dabis. sed vsura proprie, nusquam reperitur permissa in lege diuina, hoc demonstrat D. Hieron. de Luca, in tracta De Cambiis Lugdunensibus, fol. 7. n. 21.

Fœnerari.

Fœnerari dicitur, qui denario vtitur, vt denarium pariat, & sic fœnus cōmittit vt habet idem Hieronymus in prǫallegato tracta. fol. 6. verso, § De primo, nu. 8.

Forma.

Forma est, quæ dat esse rei. c. detrahe. 1. quæst. 1. & c. Debitum, de baptismo. & l. Si is qui quadringenta, § Quædam, ff. Ad l. Falci. & l. ædificia, §. Perfecisse. ff. de verbo. significa. & nullum causatum in esse potest procedere suam causam. sic annotauit Dom. Anto. de Rosellis in tracta. de Potestate Imperatoris & Papæ, folio 37. verso, §. Validant. numero 1. & folio 15. § Hic quæro tertio. numero 5.

Fornicatio.

Fornicatio est illicitus coitus, c. Meretrices, § Qui ergo, 32. q. 2.

Fornicationis excusationem nō affert necessitas sicut furti excusationē affert necessitas famis, l. Palā, §. Nō est, ff. de Ritu nupt.

Fornicatio nō est exaggerāda, vt maius malum vitetur, c. Ancillam, 32. q. 2.

Fornicationis sola causa vxor dimittitur, quātum ad cohabitationē, c. dixit Dominus 32. quæst. 1.

Attēde fili ab omni fornicatione. Thob. 4.

Fornicatio nulli impune conceditur, cap. Nubendi, §. Fornicatio, 27. q. 1.

Vincit sanctos dira libido. Sen. Tragœd. 4.

Fornicari.

Fornicandi occasio tollitur vxori, si maritus se contineat, c. Nubendi 27. quæst. 1.

Fornicantes fœminę cum clericis debēt in seruitutem redigi, c. Eos qui, 32. distinct.

Fornicator, Fornicarius.

Fornicatoris notorii missa non audiatur. c. Vestra Dux. de cohabi. cleri. & mulierum.

Qui se iungit fornicariis erit nequam, Ecclesiastici 19.

Fortitudo.

Fortitudo est virtus moderatiua timoris & audaciæ, propter bonum reipublicæ. D. Tho. super Epistolam ad Hebræos.

Fortitudo est probata scientia rerum tolerandarum & non tolerandarum. Aulus Gel. 12. noctium Atticarum. & Cic. 4. Tuscula.

Fortis.

Fortis pro salute publica se periculo exponit, c. Scire, §. hinc vsq; in finem 7. q. 1. & hāc sententiam allegat D. Ioannes à Lignano in tracta. De amicitia, fol. 7. num. 1.

Fortiores fortior cruciatus manet. Sapientiæ, c. 6. & cui plus committitur, ab eo plus exigitur, l. Quædam delicta, ff. de pœnis. & notatur in l. Prǫsbyteri, C. de episco. & cleri. astipulatur D. Pet. à Biaxio in tract. Directorii electionum, fol. 199. verso, n. 4.

Fortis vero animi & constantis est, nō perturbari in reb. asperis, Cicero 1. Offic.

Multa exilia patent fugienti. Patria est vbicunq; vir fortis sibi sedem elegerit. Quintus Curtius.

Viriliter agite & confortamini. nolite timere. Deut. 31.

Tu ne cede malis, sed contra audētior ito. Virgil. Æneid. 2.

Fortuna.

Fortuna est causa per accidēs in agentibus à proposito semper & frequenter in his quæ propter quid fiunt. Aristoteles 2 Physico. D. Tho. 11. Metaphysico.

Fortuna quid aliud est? quid sors? quid casus? quid euētus? nisi cū sic aliquid cecidit, sic euenit, vt vel non cadere atq; euenire, vel aliter cadere atq; euenire non potuerit. Cicero de diuinatione.

Fortuna est rationi & constantiæ contraria, Cicero 1. de Diuinatione, & 2. de natura Deorum, & Ioannes le Cirier, in tractat. De Primogenitura eundem locum adducit, fol. 147. nu 15. vbi dicit etiam quod fortuna sæpissime præfert iniquum æquo, & iudicium fortunæ est remotum à ratione, nec recte iudicat, vt habetur in l. Sed an vltro, §. finali, ff de nego. gest. & Baldus dicit in l. Si duobus, C. communia de lega. quod fortuna est inexorabilis, quia muta & surda & quædam lex occultæ nobis naturę, quæ est imprecabilis, argum. legis, Temperent, C. de vesti. olole. lib. 11.

Fortuna superexcellēs impedit felicitatem, Aristot. 7. Ethic.

Munera ista quæ fortunæ putatis, insidiæ sunt, Seneca.

Fortuna quanto maior, tanto instabilior, Cic in lib de amicitia, & D. Ioan. à Lignano in tractatu de amicitia, fol. 1. verso. §. Circa, num. 2.

Fortunam insanam esse & cæcā, & brutam perhibent philosophi, saxiq; instar globosi volubilem, Cic. 2. Rhet.

O fortuna potens quæ tantum iuris tibi vendicas atrox, Virgilius in Epigram.

O fors fortuna, vt nunquam perpetuo es bona, Terent. in 5. Comœdia.

Vbi plurimum intellectus est ratio: ibi minima fortuna, Aristot. de fortuna.

Fortuna virtutem non mutat, vt habet Io. Lignano in tract. de amicitia, f. 6. col. 1. n. 6.

Mortaliū negotia fortuna versat, Val Max.

Etiam naturam plerunq; fortuna corrumpit, Quintus Curtius.

Immutabili fortuna nullum est peius hominibus malum, Sophocles in Aiace.

Flebile principium melior fortuna secuta est, Ouid Metamorph. 7.

Nemo nimis fortunæ credere debet, vt Valerius Maximus ait: vel viribus fortunæ nemo se cōmittere debet, vt habet D. Troilus Maluetius in tract. de sortibus, folio 44. verso, num. 8.

Forum.

Forum conscientiæ est tribunal veritatis, & nō fictionis, nec in apices excusant, vt Bald. ait in l. Vnica, in 3. colum. C. de Confess. & D. Ioan. le Cirier in tractat. de Primogenitura, fol. 184. num. 4.

Frater.

Fratrum altercationes periculosæ, l. Cum pater, §. Dulcissimis, ff. de legat. 2. & allegat D. Vdalricus Zasius in tractat. de substitut. fol. 91. verso, num. 27.

Quis est amicitior quam frater fratri? aut quem alienum fidum inuenies, si tuis hostis fueris. Salustius in Iugurtham.

Caritas fraternitatis maneat in vobis, Paulus ad Hebræos 13. cap.

Indignū fraternum rumpere fœdus Horatius lib. 1. epist. 3.

Fratri incumbit onus conferendi alimenta fratri, l. Si quis à liberis, vt in gloss. notatur, ff. de lib. agno. & l. Qui filium, ff. de pu. edu. & id habet D. Alberic. de Rosate, in tractat. de testib. fol. 166. num. 13.

Fraus.

Fraus est executio iniustitiæ in factis, D. Thom. 2. 2. q. 55. art. 5.

Fraꝰ est accipe quod nō possis reddere, Sen.

Fraus sublimi regnat in aula, idem.

Iniuria fit vel vi vel fraude, fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur, vtrunque ab homine alienissimum, Cicero in Offic.

Duo time in bonis operibus, desidiam & fraudem, D. Gregor. super Iob.

Dolus est cum aliud agitur, aliud simulatur. Callidus est qui exitum virtutis dolo ac fraude imitatur, Isidor.

Fraus præsumitur ex exiguitate precii, l. Cum hi, § Modus, ff. de transactio. & l. Per diuersas C. manda. Attestatur D. Ambros. de Vignate, in tractat. de Vsuris, f. 167 n. 107.

Fraus legi fieri non debet, l. Quod in cōditionis implendæ causa, ff de donat. causa mort. & l. Heres meus, §. fi. de cōditio. & demonstr. & decretalis super cathedrā, §. huius-

modi verba facturi & curaturi, allegat hæc etiam D. Petr. de Vbaldis in tractat. de Canonica episcopali & parochiali, fol. 173. verso. num. 20.

Fraus & dolus nemini patrocinari debent.

Fraus & dolus non præsumuntur nisi probentur, l. Quoties, §. Qui dolo, ff. de probat. Idem notat, D. Pet. de Vbaldis in tractatu de canonica episcopali & parochiali, fo 177. verso, num 36.

Fraudis propulsator fraudem facere non dicitur, l. Cum pater, §. Titio, ff de legat. 2. & est notabilis & expressa gloss. in c. Cupientes, in verbo malignantium, de elect. in 6 & ibi notabiliter dicit Philippus Francisc. Hostiens. Ioan. Andr. quod hoc etiam procedit in foro conscientiæ, & facit huc Innocent. in c. Cum olim, de restit. spoliat. vbi dicit quod si tu habes rem meam, quam recuperare non possum, vel propter potẽtiam tuam vel propter fraudem, vel ꝓpter defectum probationum vel aliter: tunc licet in foro conscientię eam furari vel alio quocunq; & secreto modo recuperare. Plura vide apud D. Ioannem le Cirier in tractat. de Primogenitura, fol. 190. verso num. 5.

Frequentia.

Frequentia delicti inducit contemptum. vt testatur Matth De Imola. de sepultura clericorum. 1. in verbo scienter, & D. August. in lib. de doctrina Christiana, & idem D. Franciscus Squillacensis in tract. de fide catholica, fol. 111. cap. 5. num. 3.

Frustra.

Frustra petit debitum qui quod debet, non impendit, c. 1. & 2. extra, de mutu. peti. & c. Constitutus, extra, de religio con & c. Prouenit, ext. de iureiurand. & c. Esto subiectus, 25. distinct. & l. Si quis maior, C de transact. & c. Intelleximus, ext de Adulter. Rursus c. Manifesta 32. q. 6 Copiosius vide D. Damas. in tractat. de Brocardis, fol. 139. num. 36.

Frustra velociter currit, & incassum, qui antequam ad metas perueniat, deficit, vt c. Incassum, de pœnitent. distinct 3. & alibi dicit textus quod indecens esse probatur pri[...] soluere militiæ cingulum quam cedat vi[...] ri aduersitas præliorum, c. 1. de renuntia[...] huc facit c. omnes fideles, cum duobus ca[...] tulis sequentibus, de consecrat. distinct. 1. [...] probatur, quod nemo debet à missa reced[...] ante receptam & expletam à sacerdote bene[...] dictionem. Similiter vocatus ad Synod[...] non debet recedere, antequam eam causa[...] propter quam vocatus est, ad finem perdu[...] rit debitum, c. Certum, 11. q. 3. hæc plene di[...] putat D. Anto. de Rosellis, in tract. de Co[...] ciliis, fol. 85. verso, §. Nunc hanc, num. 2.

Fuga.

Fuga fugientem suspectum monstrat, [...] accusat. vt in Authent. de exhi re, § Si ve[...] & in Auth. de sanctiss episc. § Si quis ad [...] dinationem. Item si consiliarius deposito [...] ficio se absentat, pro confesso habetur, q[...] male fecit, l. Consiliarios, C. de Assessor. [...] In pluribus ad finem, ff de suspect. tut, Id[...] allegat D. Guido de Suzaria in tractat. de i[...] dic. & tortura, fol. 92. verso. num. 95.

Fugitiuus.

Fugitiuus potest capi vbicunq; repe[...] fuerit quod in illo verificatur dictum, V[...] inuenero, ibi te iudicabo, & hoc est expe[...] in iudice loci vbi est inuentus, vt l 1. Cod [...] quis decu. vel co. scilicet in illo qui comp[...] esset, si debitor esset de loco illo, quod [...] riculum est in mora, licet etiam alii iudic[...] cti loci, licet aliàs sit incompotens, caper[...] cut hoc adhuc notat & pluribus probat D. [...] an Baptista Caccialupus in tractat. de d[...] tore suspecto & fugitiuo fol. 37. verso, n[...]

Furca.

Furca suspenditur, qui aliquem viol[...] aggreditur, aut cum armis, aut sine arm[...] ædibus, aut itineribus, aut in mari, pœn[...] galibus subdi iubemus talem, vt in Auth[...] vt nulli iudicum, in fin. l. Si quis, C. de p[...] sicut docet D. Placentinus in tract. de [...] sat. fol. 135. num. 30.

Furiosus.

Furiosus semel pręsumitur semper furio[...]

nisi probetur contrarium, vt glossa in verbo compotem, in c. Finali, de success. ab intesta. vbi Panorm. de materia futoris, & D. Petr. à Braxio id docent, & hic maxime in tract. Directorii Electionum, fol. 203. cap. 15. nu. 3. & idem fol. 206. verso, cap. 5. num. 6.

Furiosus mortuo æquiparatur, l. Furiosum, C. Qui testam. face. possunt, & l. Diuus, ff. de offic. presidis. sicut etiam annotauit D. Barbatia in suo tractat. de præstantia Cardinalium, fol. 59. q. 11. num. 2.

Furtum.

Furtum est occulta ablatio rei alienæ, D. Tho. 2. 2. q. 66. artic. 3.

Furtum est contrectatio rei alienę fraudulosa inuito domino lucri faciendi gratia, siue vsu rei, siue possessionis l. 1. ff. de furt.

Non furtum facies, Exod. 2. & 21. Deuteronom. 5. Tobiæ 2.

Omnis fur malignus est, Aristoteles 2. Rhetor.

Furti species est de alieno largiri, l. Si pignore, § 1 ff. de furt. vt habet D. Rolandinus in tractat. Flos testamentorum, fol. 195. n. 4.

Futurum.

Futura mala præcaueri debent, testis est huius sententiæ D. Anton. de Rosellis, in tractat de Conciliis, fol. 86. verso num. 24.

G.

Gabella.

Gabellam soluere emptor mercium, vt in l. debet in fin. ff de Euict. & tenet Bald. in l. Si prædium, C. ædil. act. & fa. quod notat Bart. in l. Cum mulier. Solu. matri. Vberius vide D. Bertachi. in tractat. de Gabellis & vectigalibus, fol. 66. n. 1.

Gabellarum ius in concessione regalium numeratur, Bald. in c. 1 in fine, Quæ sint regalia in vsibus feudo. Idem confirmat D. Bartol. in l. Eum qui, de verbo. signific. & in tractat. de ser. rust. c. de portu, pro qua opinione facit, quia Rex in regno suo dicitur imperator, vt tenet Bald. in l. Nec exemplo, Cod. de probat. Item Rex Imperatori assimilatur, vt Baldus habet in c. 1. §. Si vasallus, de pace iur. firma. & Oldrad. consil. 250. & maxime si sit comes, vt inquit Bald. in l. Receptitia, C. de pœn. Plura vide apud D. Bertachi. in tract. de Gabellis & vectigalibus, fol. 56. num. 13.

Gabellarum ius principis priuilegio potest concedi certo populo, vel alicui priuato, c. Super quibusdam, §. Præterea, de verbo. significa. & in l. Si plures, pe. colum. C. de condit. insert. Idem tenet speculator in tit. de causa pos. & pprie. §. 1. ver. quid de colligentib. Copiosius testimonia huius sententiæ vide apud D. Bertachi. in tract. de Gabellis, f. 57. nu. 23.

Gaudium.

Gaudium est passio animæ concupiscibilis grata ex coniunctione perfectionis appetitæ per interiorem apprehensionem sensus & intellectus, D. Thom. 4. Sententiarum, distinct. 49 q. 3 artic. 1.

Cor gaudens exhilerat faciem, Prouerb. 15.

Malum alienum tuũ ne feceris gaudium, Seneca in Prouerb.

Iubilum vel Iubilatio dicitur quando ineffabile gaudium mente concipitur, Gregor. Moral. 24.

Geminatio.

Geminatio verborum præcisam sapit coarctationẽ, & omnimodam superioris deliberationem, vt Bald. notat in tit. de pace Constantiæ, in verb. Cessetis & irritetis, & refert Præpositus in c. Quoniam in princip. & versic. Omni excusatione remota & modis omnibus, 18. distinct. sicut percurrit D. Corsetus Siculus in tract. de verbis geminatis, folio 93. verso, num. 31.

Generale.

Generalia generaliter intelligenda sunt, argum. l. Si seruitus, ff. serui. vrb. prædio. c. 2. cum concordant glossæ, de coniugio lepro. & ibi legislator non distinxit, ne subditi distinguere præsumant, l. de precio, ff. de Publicia. act. l. Si vero, §. de viro, ff. Solu. matrim. & c. Ad audientiam, de deci. cum concord.

gloss. final. iunge huc quod indefinita iuris communis æquiualet propositioni vniuersali, l. 3 ff. de offic. præsid. & not in l. Si pluribus, ff. de legat. 2. ibi gloss. singularis, magistralis & plenior, de iure in can. vt circa, in principio, super versic. Aliorum, de elect. libr. 6. Plenius vide apud D. Ioan. Montaigne, in tractatu de Bigamia, fol. 191. verso, num. 19.

Generalitas.

Generalitas specialitati non derogat, sed ipsam declarat, vt in c. Qui ad agendum, ext. de Procurator. in 6. & l. Finali, §. Cui dulcia, ff. de triti. vino oleoq; lega. & quod habet in c. Qui generaliter, de procurat. in 6. & in regula, generi per speciem, de regul. iur. eodem libr. Amplius exponitur hæc sententia à D. Ioanne à Grassis, in tractatu de Substantialibus procuratorii, fol. 81. verso, n. 2.

Genitura.

Genituræ splendor stat in Primogenito tanquam capite, argumento l. Cum scimus, in fine. C. de agrico. & censi. lib. 10 & in l. Cũ in diuersis, ff. de relig. & sumptib. funer. ideo arma domus nobilis remanent apud ipsum primogenitum, tãquam caput & imaginem domus, vt voluit Bald. in l. finali, Cod. pro socio. Ampliora vide apud D. Guilielmum à Montferrat. in tractat. de successione Regum, fol. 226. verso, num 18.

Gladius.

Gladium accingens contra fideles promoueri non potest, & si sequa non pertransegerit, tamen homicida reputatur, c. Si quis cum telo ambulauerit. de pœnitent. distinct. 1. & c. Si quis post acceptum, 51 distinct. sic habet D. Bartholomæus Brixiensis in suo tractatu Quæstionum dominicalium, folio 50. quęst. 15. num. 3.

Gloria.

Gloria est frequens fama de aliquo cũ laude. Cicero in Rhetor.

Gloria est clara noticia cum laude, Diuus Ambrosius super epistolam ad Romanos.

Gloria nostra est testimonium nostrę conscientiæ, c. Inter verba, 11. q. 3 & Paulus, 2. Corinth. 1. ad D. Ludouicus Montaltus in tractat. de reprobatione sententiæ Pilati, folio 180. verso, n. 58.

Gloria vero quam fallax sæpe quam turpis est? Boetius in consolat. Philosoph. lib. 3. prosa 6.

Laborem quippe non refugit, qui virtutis gloriam concupiscit, Cassid. lib. epist. 23.

Si gloriari cupis, gloriam despice, & omnibus gloriosus eris, Chrysost. Homilia 4.

Quis neget eximiam quoque gloriam sæpius fortunę, quam virtutis esse beneficium? Quintus Curtius.

Meminisse debemus post gloriam inuidiam sequi. Salust. in Iugurtha.

Difficile est inuidiam gloria vincere, idem.

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, Paulus ad Galat. 6.

Glossa.

Glossa est opinioni doctoris præferenda, sic vult Iacob Butriga. in l. 1. C. Qui pro sua iuri. vbi dicit iudicandum esse secundum opinionem glossæ, nisi consuetudo sit in contrarium Cyn. pulcre dicit in l. 1. C. de act. & obligat. quod glossa est iuris idolum. Baldus in peculio suo dixit in l. Nõ moriturum, C. de contrahen. & commit. sti. Loqui aduocato & dic, audi idolum tuum, & Bartol in Consilio incipiente Andreolus, inquit sequere glossam ordinariam, quæ melius præ cæteris intellexit. Plenam huius elucidationem quære apud D. Petr. Lenauderium, in tractatu de Oneribus doctorum, fol. 191. quæst. 42.

Grammatica.

Grammatica falsa vitiat instrumentum, capite, Ad audientiam, de rescript. sic allegat Dominus Innocentius 4. in tractatu exceptionum, folio 69. verso, §. Post. numero 4.

Gratia.

Gratia est memoria amicitiarum, & officiorum

ciorum mutua, & remunerandi voluntas, Cicero in Rhet.

Gratia est inchoatio in nobis gloriæ vel auxilium, quo indiget homo ad beatitudinem consequendam, D. Thom. 2. 2. quæst. 23. artic. 3.

Gratia est virtus specialis, reddens gratiam benefactori, idem.

Super aurum & argētum gratia bona, Prouerb. 22.

Ait Dominus ad Paulum, Sufficit tibi gratia mea, 1. Cor. 5.

Gratitudo.

Gratitudo est virtus reddens omnia grata, benefacienti, D. Tho. 2. 2. q 106. art. 1.

In omnibus gratias agite, 1. Thessal 5.

Disce ad singula dona gratias agere, Diuus Bernard. super Cantica.

Addecet benemerenti bene ferre gratiam, Plautus in Rudente.

Cuius panem comedimus eius laudem efferimus.

Grauari.

Grauatus in vno, in alio debet releuari, hæc regula fallit fauore dotis, l Secundum naturam, ff. de regul. iuris, & Bartol. in l. Si constante, in princip in 5. q. 4. partis, ff Solu. matrimonio. Longius vide D. Baldum Nouellum in tractat. de dote, fol 37. princip. 13. num 1.

Grauari quis non debet ex seruitio impenso, secundum Raymundum, & D. Anton. Archiepiscopum Florentinum in tractat. De Vsuris, fol. 204. num. 35.

Gremium.

Gremium redire volentibus non claudit ecclesia, vt c. Super eo, de hæret. lib. 6 & confirmat D. Ioan. à Lignano, in tractat. de Censura ecclesiastica, fol. 23. §. 12. n. 2.

Grex.

Grex de manu pastoris requiretur, Ezechielis 34 & D. Pet. à Biaxio in tractatu Directorii Electionum, folio 223 verso, cap. 47. num. 6.

Gubernaculum.

Gubernaculum alteri est magnum, alteri est paruum, Seneca, & allegatur à D. Rolandino in tract. Flos testamentorum, folio 212. verso. Rubr. 33. num. 4.

Gula.

Gula est auiditas cibi immoderata, vel est inordinatus appetitus tibi & potus, D. Tho. 2. 2. q. 148. artic. 1. & Albertus Magnus in suo compendio.

Qui diligit epulas, egebit, Prouerbiorum 21.

Multos morbos multa fercula faciunt, Seneca epist. 99.

Subtilitas animi ciborum copia impeditur.

Turpe est sapiēti si ventri & gulæ seruiat, Lactantius 6. Institutionum.

Propter crapulam multi perierunt. Qui autem abstinens est adiiciet vitam, Francisc. Petrarcha, de Remediis vtriusq; fortunæ.

Gula, somnus, ociosæ plumæ virtutem ex mundo pepulerunt. idem.

Venter caret auribus.

Venter præcepta non audit, poscit, appellat, molestus creditor non est, si das illi, quod debes, non quod potes, paruo dimittitur, Seneca.

H.

Habilis.

Habilis propter scandalum efficitur inhabilis, c. Quoniam, de renunciat. lib. 6. vt allegat D. Paulus de Citadinis in tract. de iure patrona. fol. 53. num 31.

Hæreditas.

Hæreditas non potest dari pactionibus, l. hæreditas, Cod. de pact. conuent vnde concludit D. Ioannes Capesius, in tractatu de Dote. Quod filia semel exclusa per statutum inuitari posset ad hæreditatem, nisi hac lege impediretur, folio 141. 52. quæstione, numero 2.

Hæres.

Heres tertius non gaudet bonis iudicum, notariorum, & sigillatorum male acquisitis. Hæc sententia exemplis & longis verbis explicatur à D. Felice Maleolo in tracta. de matrimonio, fol. 202. num. 18.

Hæres est, qui principalia bona alicuius vt proximus defuncti caput vel in ius vniuersum defuncti succedit, vt l. Nihil aliud, ff. de verbo. signif. & l. Cum hæredes, ff. de acqui. possess. Plura vide apud D. Ioannem Raynauldum, in tract. de Suitate & extraneitate, fol. 249. verso. num. 12.

Heres in re certa non habet ius accrescendi cum institutis, vt traditur in l. 1. §. Si ex fundo, ff de hæred. institut. sic annotauit D. Vdalricus Zasius in tractat. de substitutionib. fol. 93. num. 11.

Hæresis.

Hæresis Græcè ab electione dicitur, quod quis sibi disciplinam eligit, quam putat esse meliorem, D. Hieron. super Galatas, & c. hæresis 24. q. 3.

De intelligentia hæresis non de scriptura est sensus, & non sermo fit crimen, D. Hylarius 2. de Trinitate.

Hæreticus.

Plus longe nocet falsus catholicus, quam si verus appareat hæreticus, D. Bernard. super Cantica.

Hæretici cum à fide catholica destiterint, perfectionem spiritus, quem acceperãt, amiserunt. Innocent. Papæ, & c. hæretici, 24. q. 1.

Hæreticum post vnam & alteram admonitionem deuita. D. Paul. ad Titum.

Hereticus est censendus omnis dubius, c. 1. de hæret. & D. Anton. de Rosellis in tract. de potestate Imperatoris & Papæ, hoc annotat, fol 67. num. 54.

Hæreticus conuersus recuperat bona sua, vt c. Quod autem, circa principium & circa medium, 23. q. 7. & Cod. de hæretic. & ma. Authent. Item de Nestorianis. pœnitentib. enim non est locus veniæ denegandus, c. 5. in fin. 2. q. 5. sic annotat D. Barthol. Brixiensis in suo tractatu Quæstionum Dominicalium, fol. 30. q. 15. num. 5.

Hæsitatio.

Hæsitatio paucis verbis expeditur, testis qui est varius coram arbitro, variasse videtur in iudicio, qui bis iudicis moram habet in procedendo, vt l. 1. ff. de arbitr. & l. Ne in arbitrio, §. sin autem, C. de arb. & l. Rem non nouam, C. de iudic. Plura vide apud D. Tyndarum, in tract. de testib. fol. 108. c. 3. num.

Hypocrisis.

Hypocrisis est simulatio alienæ personæ & est vitium iactantiæ, D. Thom. 2. 2. q. artic. 2.

Simulatio in omni re vitiosa tollit iudicium veri. Cic. in lib. de amicitia.

Hypocrita.

Omnis Hypocrita est & nequam, Esaiæ

Non veniet in conspectum domini omnis Hypocrita. Iob 13.

Congregatio hypocritæ sterilis est, Iob

Ne fueris hypocrita in cõspectu hominum non scandalizeris in labiis tuis, Ecclesiast.

Hypocrita per abstinentiam corpus affligit, sed per amorem gloriæ mundo viuit, D. Gregor. 4. Moralium.

Homo.

Homo putredo & filius hominis vermis Iob 25.

Homo vanitati similis factus est, Psal.

Homo maledictus qui confidit in homine, Hierem. 7.

Homo res contemptissima est, insuper humum se erexerit, Aristot. ad Alexandrum

Homo est animal nobilissimum & altissimum, Aristot. de animal.

Homo naturaliter est animal politicum ciuile, Aristot. 1. Politicorum.

Homo principium est suarum operationum, Aristot. 3. Ethic.

Homo donatus est à natura sermone, ibidem

Homo solitarius aut Deus aut bestia, ibidem.

Omnes homines naturaliter scire deside- rant. Aristoteles 1. Metaphy.

Hominis figura vincit formã omnium a- nimantium. Cicer. 2. de natura Deorum.

In homine mens est, in belua quiddam si- mile mentis, vnde oriũtur rerum appetitus. Cicero Ibidem.

In homine ratio est, qua nihil potest esse præstantius Cicero ibidem.

Homo homini debet obsequium, ne per- eat charitas & mutuum seruitium. vt l. velu- ti, ff. de iustic. & iure. idem refert D Philip- pus de Casolis in tractatu de testamentis. & successionibus, fol. 124. num. 16.

Homo si non peccasset, non remedio in- diguisset. nam passio Christi morientis in cruce, & formatio ecclesiæ de latere Christi dormientis in cruce fuerunt in remedium contra infirmitatem peccati. talis passionis & sacramẽti figura præcesserat, antequã ho- mo peccaret, quando Eua fuit formata de la- tere Adæ dormientis. Hęc pulchre percurrit D. Anto. de Rosellis in tract. de potestate Im- peratoris & Papæ fol. 39. § Secundum, n. 3.

Homo naturaliter seipsum magis amat. probatur de bono. quia bonus homo de facto facit, quæ facere debet, sed seipsum amare est facere ea quæ quis debet, ergo de facto se- ipsum maxime amat. Quid de malo homine dicendum? quod malus homo nõ diligit, sed odit. nam diligit partem sensualem vt repu- gnantem rationi, vt sic se ipsum totaliter ex- ponit concupiscentiis & passionib. 42. dist. per totum, & c. Tanta. 81. distinct. & cap. O- mnes, & c. Sicut hi. 47. distinct. Plura vide de philautia apud D. Ioannem à Lignano. in tractatu De amicitia, fol. 7 §. Consequen- ter, num 5 & 6.

Homo est animal naturaliter cõmunica- bile vel sociale. Vide de hac sententia D. Ioa. de Lignano, in d. tractat. §. Restat. n. 10.

Homo eget tempore & experientia. Arist. Ethicor. & D. Ioannes de Lignano in tract. de Amicitia, fol. 14. § Consequenter. nu. 3.

Homines omnes debent esse quasi fratres. & vocantur fratres in euangelio. vt habet D. Ambrosius de Vignate in tracta. De vsuris. fol. 160. verso, num. 43.

Homines pręliantur, sed à solo Deo victo- riæ dantur, vt probatur multis locis sacræ Scripturæ. vt in libris Iosue, Iudicum, Re- gum, Paralipomenon, & Machabæorum. hoc testatur Salomon Prouerbiorum, 21. cap. sic dicens. Equus paratur ad diem belli. Dominus autem salutem tribuet. Dauid nunquam legitur pugnasse, quin prius auxi- lium Dei quæsiuit & inuocauit. Auctor est huius etiam vulgaris apud omnes sententiæ D Martinus de Arles in tracta. de superstitio- nib. fol. 147. verso, num. 34.

Homicidium.

Homicidium est cæsio hominis ad mor- tem, idq; voluntarium vel fortuitum.

Non occides. Exodi 21.

Homicidium in iusto bello factum, non punitur. vt habet D. Augusti. in c Quid cul- patur, 23. q. 1. Quid culpatur in bello, an quia moriuntur morituri, vt dominentur in pace victuri? hoc reprehendisse timidorũ est, non religiosorum. facit huc testimoniũ D. Ludo. Montalti in tract. De reprobatione sententiæ Pilati fol. 189. verso, num. 47.

Illi qui gladio non fruere. gladio perire nõ debent, & contra. Matthæi 26. Ioannis 18 & 23. q 8. in principio, & D. Paulus Grillandus in tracta. de Relaxatione carceratorum, folio 232. q 5. num. 1.

Honestas.

Honestas est mollis compositaq; morosi- tas. Aristot. in Rhetor.

Honestas est spiritualis pulchritudo, res dignissima honore, vt est virtus, D. Tho. 2. 2. q. 145. articu. 1.

Honestas est formosa corporis dispositio. de qua Terentius ait. Ita me dii ament, ho- nestus est.

Paupertas & honestas à Deo sunt. Ec- clesiast. 11.

Honestas personæ tollit sinistram de illa

præſumptionem. quia præſumitur pro viro honeſto. ſic habet Iaſon in Authē. Iubemus, colu. finali. ver. 6 C. de Iudic. faciens regulã. quam per plura cõprobat, quod propter magnã legalitatem perſonarum licet recedere à communib. regulis. & idem in Repertorio l. admonēdi. chart. 18. colu. 1. C de iureiurãdo. Plura vide apud D. Ioan. Franciſ. Balbum in tract. de præſcriptionib fol. 275. verſo, n. 46.

Tanta vis eſt honeſti, vt ſpeciem vtilitatis obſcuret, Cicero 3. Offic.

Honor.

Honor eſt dignitas & reuerentia, quæ alicui exhibetur quauis ex cauſa. & eſt maximum bonorum exteriorum. Ariſt. 4. Ethic.

Honor eſt cuiuslibet virtutis præmium, indicium gloriæ benefactiuæ. Ariſtoteles 1. Rhetor. & D. Tho 2. 2. q. 129. artic 4.

Honor eſt virtutis ſignum. Ita dicit D. Ioa. à Lignano in tractatu de Amicitia, folio 9. §. Conſequenter num 4.

Honos alit artes.

Honor vbi non eſt, ibi cõtemptus. D. Hie.

Honor maior in honorante, quam in honorato. Ariſt. 1. Ethico.

Honorare præſtat magis quã honorari. Idem. & citatur à D. Ioa. à Lignano in tractat. de Amicitia, f. 6. §. dubitari, nu. 2.

Honoris cauſa & vitæ æquiparatur, vel honor & vita æquiparantur, ita vt aggreſſus honoris cauſa poſſit occidere in defenſione, l. Iuſta, ff. de manumiſ. vindicta. ita quod propter honoris ſui defenſionem quis poteſt occidere inuaſorem. vt per Doct. in l. 1. Cod. vnde vi. & per D. Iaſo. in l. Vt vim. ff. de iuſtit. & iure. Plenius vide apud D. Ioann. le Cirier in tractatu, De Primogenitura. fol. 165. num. 3.

Non des alienis honorē tuum. Prouerb 5.

Honorem amici nemo anteponit ſuo, D. Ioannes à Lignano in tractatu De amicitia hanc ſententiam abunde probat, folio 15 §. Conſequenter, num 2.

Omnes de honore ſuo ſolliciti ſunt, de honore Dei nullus, Domin. Chryſoſto.

Honoris ad pecunias nulla eſt comparatio. Honor cum ſit ſignum virtutis, no[n] eſt ęſtimabilis pecunia, nec menſurabilis, v[t] pulchre docet Dom. Ioannes à Lignano i[n] tracta. de Amicitia, folio 9, verſo, § Conſe-quenter, num. 6.

Honor eſt omni lucro præferendus, l. Re[...] C. de inſtitu. & ſubſti.

Honor eſt prẹferēd⁹ in cõmodo pecuniari[o].

Honor quibuſcunque diuitiis præferendus eſt.

Honor iudicibus præferendus eſt.

Honora patrem & matrem vt ſis longæ[uus] ſuper terram. Exodi 20 Leuitici 19 Deute-rono. 4. & 27. Tobiæ 4. Prouerbiorum 2[...] Eccleſ. 3. D. Paulus ad Epheſios cap 6 Diu[us] Ambroſius ſuper illud Matthæi, Hono[ra] patrem.

Tanto quid dignius, quo à digniori p[ro]cedit.

Quanto gradus altior, tanto caſus gra-uior.

Dignũ eſt vt malemeriti egeſtate labore[nt].

Digna merces ſine recompenſatione nu[n]quam defuit rite militanti.

Nemo cum honore propheta in pat[ria] ſua. Lucæ 4.

Decentia & honor inſpiciendi ſunt.

Gloriam & honorem non debet ſequi vir-tus, ſed ipſa virtutem, D. Auguſti. De ciuit. Dei. lib. 5.

Hoſpitalitas.

Hoſpitalitatem nolite obliuiſci, D. Pau-lus ad Hebræos 15.

Hoſpes.

Hoſpitem hoſpitare, & tu enim hoſpe-ris. Menander.

Oportet hoſpitē præſentē honorare vol[en]tem decedere dimittere. Hom in Odyſſea.

Ægrius eiicitur, quam non admittitur hoſpes.

Hoſtis.

Hoſt

Hostem vincere quomodocunque in iustobello non refert, c. Dominus, 23. quæst. 2. & facit glos. in c. Cupientes. in versic. malignantium. de elect. libr 6 quam allegat Abbas Panorm in c. Sicut 3. de iureiurando. & text in l. Cum pater. in §. Titio fratri. cum annotatis ff de lega. 2 quem text. allegat Bald. in l Veluti. ff. de Iust. c. & iure, in fi. & in c. Si vero, de iureiuran. & Angel. in l. finali, ff. de vsu. Vide etiam Imol. in l. Decem, in fi. ff. de verbo obliga. & glossam c. Cupientes allegati. in ver. Malignantium. & limitabis secundum Bald in Rubrica C de fide instru. in 8 column. sicut habet Domin. Corsetus Siculus in tracta de potestate regia, folio 110. numero 40.

Vitam qui prorogat hosti, derogat vita sua.

Humilitas.

Humilitas est virtus, qua vera sui cognitione sibi quisque vilescit: vel, est contemptus propriæ excellentiæ, D Bernard.

Oratio humiliantis se nubes penetrabit. Eccles. 35.

Qui se humiliat exaltabitur.

Obliuisci quid sis interdum expedit. Sen. in Prouerbiis.

Edoceri ab amiculo cupiunt humiles, D. August. & c. 1. 24 quæst. 1. & velut agnus coram tondente humilis non aperit os suum, c. si est inquit. ad fi de pœn. distinct. 2. & citatur à Domino Cataldino de Boncompaignis in tract de Potestate Imperatoris ac Papæ. fol. 93 verso, num. 71.

I

Iactatio.

Iactatio vel iactantia est inanis & stulta de se prædicatio, vel elatio sui super id quod est, & super id quod alii de ipso opinantur, D. Tho 2. 2. q. 110. articulo 2.

Laudet te alienus, & non os tuum. Prouerbio. 27.

Iactura.

Iacturam pati pluris est, quam lucrum non facere, l fin. C. de Codicil. argumento l. Nemo potest, ff de le. 1. in fine. sic annotauit D Francisc. de Porcellinis, in tract. de Inuentario, fol 129. verso cap. 5. nu. 6.

Idolum.

Idolis similes fiunt, qui faciunt ea. hoc est, Principes & Electores creantes Prælatos mutos & inutiles parem cum eis accipiens mercedem. Prælati muti qui non prædicant nec aperiunt populo iniquitatem, hi sunt canes muti, non valentes latrare. Esaiæ cap 56. Alii ignorantes prælati sunt. de quibus Naum 3. cap. dicitur. Dormitauerunt pastores tui, & latitauit populus tuus in montibus, & non est qui congreget. Item Baruch 3. cap. Quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam & alii Prælati nomine modò prælati sunt idola, vel simulachra de quibus Dauid Psalm 113. similes illis fiant, qui faciunt ea. vt Archid. in c. Sit rector. 43. distinct. column. 3. & Baruch. vltimo. Lingua eorum polita à fabro, ipsa etiam inaurata & inargentata, nec possunt loqui. sicut tales prelati sunt idola: ita & hi, quos creant, similes sunt ipsis. Quia vero gentilium simulachra erant sex generum, vt lutea, lignea, ærea, lapidea, argentea & aurea: ita in Ecclesia Dei reperiuntur hodie prælati, qui præfatis simulachris conferri possunt. Sed ne Silenes Alcibiadis exponam, placeat lectori recurrere ad ipsum Authorem huius sententiæ copiosum enarratorem Dom. Petr. à Biaxio in tractatu Directorii Electionum, fol. 224. verso, cap. 49. num. 8.

Idololatria.

Idololatria est cultus Deo debitus creaturæ exhibitus, D. Tho. 2 2 q. 94. artic. 1.

Nolite conuerti ad idola. Leuitici c. 19.

Infandorum idolorum cultura omnis mali causa est, & initium & finis. Sapientiæ 14.

Neque idololatræ efficiamini sicut quidam ex ipsis. Paul.1.Corinth.10.

Si quis dixerit, hoc immolatum est idolis, nolite manducare propter illum qui iudicauit, & propter conscientiam. Ibidem.

Filioli cauete à simulachris. Ioannes 1. Epistola c. 5.

Satius est fame mori, quam idolothytis vesci, D. August. in bono coniugali. & c. Sicut. 32.q.4.

Ieiunium.

Ieiunium est abstinentia à cibis iuxta ordinationem Ecclesiæ. Goffri. in summa. Panorm. super Rub.

Ieiunium est abstinentia à cibo & potu causa vitandi peccatum & satisfaciendi. 4. Sententiarum, distinct.15.

Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna. Tobiæ 12.

Humiliabis in ieiunio animam meam. Psalm 34.

Ieiunium Christiani egentis debet esse refectio, ieiunium pacem debet nutrire, non iurgia. Maximus Episcop. in natali Domini.

Ignobilitas.

Ignobilitas viri compensatur nobilitati mulieris per diuitias suas. vel ignobilitas viri suppletur per suas diuitias, quæ debent cōpensari cum nobilitate mulieris pauperis, & ideo si rusticus valde diues acciperet vxorem nobilem sed pauperem, non videtur esse inæqualitas, quæ facit valere donationem. Plura vide apud D. Ioan. Campezium, in tracta. de dote, fol. 91. num 2.

Ignominia.

Ignominia est nota, & casus nominis, quo quis laude & gloria caret. Mirabellius in Polyanthea.

Honoris casus & subsequēs infamia multos à vetitis prohibuit.

Ignorantia.

Ignorantia est carentia scientiæ vel contrarietas scientiæ, D. Tho. in q. de malo. q.3. articulo 3.

Ignorantia iuris in iudice lata culpa est, & adeo lata, quod dolus in eo præsumitur, & isto casu lata culpa æquiparatur dolo. l. 2. cum glos. ff. Quod quisque iuris. Plura vide apud D. Francisc. Brunum in tracta. de indiciis & tortura, fol. 102. num.23.

Ignorantia præsumitur in factis antiquis, vel factis longinquis, vel quando factum de recenti est multum intricatum & implicitum. vt dicit Barto. in l. Si res, § 1. in principio, ff de lega. 1. Idem tenet Domin. Guido Papa in tractatu de præsumptionibus, folio 235. verso, num.6c.

Ignorantia non excusabit iudicem. sic Seruius Sulpitius fuit repræhensus à Quinto Mutio. vt habetur, l. 2 ff. de origine iuris, & text. in c. Cum sis, de Conuersio. coniugato. & in l. 2. ff Quod quisque iuris. & vt Cicero in Tusculanis ait. Hoc quis turpior sit, quod in eo ipso peccet, cuius profiteatur scientiam. Plura de hac re vide apud Dom. Lodouicum Montaltum in tractatu De reprobatione sententiæ Pilati, folio 90. verso, numero 67.

In dubio præsumitur potius iuris ignorantia, quam dolus. l. Sed & lege, § Seiæ, ff. de petit. hæredi. sic probat idē D. Guido Papa in tracta. de præsumptio. fol. 137. nu. 110.

Ignorantia mater est cunctorum errorum maxime in sacerdotibus Dei vitanda. qui docendi officium susceperunt, c. Ignorantia distinct. 38. Plura vide apud D. Hugonem in tracta. De officio quatuor prælatorum, folio 34. §. debet, num.3.

Ignorantia iuris in damno vitando nocet. vt in vsucapionibus & præscriptionibus, & mulieribus permittitur ius ignorare. vt l. Regula, ff. de iuris & facti ignorantia. Item propter iuris ignorantiam mulieres à crimine incestus excusantur. vt l. Si adulterium, §. 1. in versi. Nam nō, ff de adult. Ignorantia iuris in damno vitando nulli nocet. vt l. Error facti, in fine, ff. de regul. iuris, & cap. Iuris ciuilis, 1. q. 4. Plenius vide apud D. Bart.

Brixiensem, in tract. Quæstionum venerabilium, fol. 67. q. 17. num 3.

Ignorantia consuetudinis vigentis in loco habitationis, quia est ius commune quod ad inhabitãtes, est improbabilis, c. Cum venissent, extr. de eod. qui mitti. in poss. vide D. Ioann. le Cirier in tract. de Primogenitura, fol. 168. num. 44.

Ignorantia crassa & supina iuris municipalis, siue error iuris communis neminem excusat, vt in l. Cõstitutiones principum, C. de iuris & facti igno & in Regula, Ignorantia iuris, de Regulis iuris, lib. *6*. & c. Vt animarum. de constitut. lib. 6. Vide etiam plenam adnotationem apud D. Guilielmum à Montferrat. in tract. de successione regum, fol 228. num. 11.

Ignorantia excusat peccatum, Aristot. 3. Ethicor.

Ignorans.

Ignorans & dubius æquiparantur, l. finali, C. de condict. indebi. plura vide apud D. Ioan. Franc. Balbum in tract. de præscript. fol. 223. verso, §. Secundo quæro. num. 4.

Non tibi deputabitur ad culpam quod inuitus ignoras, Augustin. De natura & gratia.

Non omnis ignorans immunis est à pœna, D. August. in lib. quæstionum, & c. vlti. eodistinct. 37.

Tolerabilior est pœna viuere non posse, quam nescire. Seneca in Prouerbiis.

Turpe est ignorare, quod omnibus scire conuenit, 2. Rhetor. Aristoteles.

Illiterati.

Illiterati & diminuti corpore æquiparantur, c. Illiteratos, 36. distinct. & c. Aliàs, 38. distinct. Ita tenet D. Barbatia in tractatu de præstantia Cardinalium, fol. 58. num. 2.

Imperator.

Imperator est solutus legibus, l. Princeps, ff. de leg. debet tamen de æquitate viuere legibus suis, vt ibi Bald & alii docto. & D. Ioan. Bertach. in tractat. de Episcopis tenet, folio 91. verso, num. 35.

Imperator est dominus orbis, & sic nihil extra territorium eius est, l. 2. ff. ad l Rhod. de iact. c. in apibus, 7. q. 1. nisi forte per donationem transtulerit, vt Clement. Pastoralis, de re iudic. Vide D. Ioan. à Lignano amplius in tractatu de Censura ecclesiastica, fol. 21. num. 27.

Immunitas.

Immunitate non gaudent qui suffragio dignitatem obtinẽt, gloss. in l Eos, C. de excus. mu. lib 10. sic annotauit D. Martin. Laudensis in suo tract. de Fisco. 132. q. 210.

Immunitas publico operi præiudicãs nullius est momenti.

Immunis est à muneribus, qui in aliqua arte monarchiam obtinet, vt omnia doceat, non autem alii artifices, vt Azo. in summa trium librorum, C. eodem tit. de excu. artifi. qui ita intelligit illum titulum, & approbat Martinus Laudensis in tractatu de fisco, quęstione 110.

Impedimentum.

Impedimentum probari potest per iuramentum, per text in c. Quia propter, §. Illud, de Elect. & per text. in l. Scire oportet, §. Sufficit, ff. de excusa. tuto. alii dixerunt requiri plures probationes, Bald. Bart. & Angel. in l. finali, ff. de feriis, concludunt quod si impedimentum non potest de facili probari, tunc sufficit iuramentum, modo iurans sit hõnesta & fide digna persona: quod si potest impedimentum probari, facile tunc debet probari per testes. Ita tenet Bart. in l. 2. § Quod diximus ff Si quis cauti & in l. finali præallegata, ff. de Feriis. Plura vide apud D. Lanfrancum ab Ariadno, in tractatu de recusat. fol. 193. num 7.

Impedimentum non generat quod de iure non sortitur effectũ, vt habetur in c. Quod autem ext. de iure pat. & c. Accessit, & c. De illis, extra, de despon. impube. & c. Lex diuina, 27. q. 2. & c. Constitutus extra, de ap. & §. Hæc autem verba, de pœnit. dist. 1. c Bonæ memoriæ, extra, de postu. & l Neque, C. de

manu. vin. & c. 2. extra. De his, qui fi. à prælat. sine consensu capitu. Plenius etiam vide vnà cum solutione contrarietatis D. Damasum, in tractat. de Brocardis, fol. 1+1. verso, num. 39.

Impœnitens.

Impœnitentes non gaudent indulgentiis, quia venia non datur, sed pœnitenti, vel proponenti se corrigere, & corde contrito bene valent merita, si modo hæc habeant formam indulgentiæ, huc facit 17. q. 1. §. Si ergo, & c. Nullus debite, de pœnitent. distinct. 1. & c. Qui per alium, de reg. iuris, libr. 6. hanc materiam optime distinguit. Dom. Anton. de Rosellis, in tractatu de Conciliis, folio 93. num. 14.

Imperfectio.

Imperfectio consensus magis vitiat quam formę, vt dicit Bald. in l. Si quis qui. in fi. Cōment ff de testam. & habet D. Albert. Brunus, in tractat. de Augmento, fol. 177. num. 7.

Impietas.

Impietas prætextu pietatis non est perpetranda, c. Nosce, 30 q. 1 vnde licet sit pium reparare ecclesias, non tamen cū iactura pauperum id exercendū est, vt attestatur D. Iacobus à Canibus in tract. de Executione vltimarum voluntatum, fol. 140. verso, num. 17.

Impossibile.

Impossibile est, cuius contrarium non est necessarium, vt annotat D. Ant. de Rosell. in tract. de Conciliis, fol. 90. verso, n. 57.

Impotentia.

Impotentia excusat can Si quis Deus, de Furtis, & c. Sicut, distinct. 4. vt allegat D Ioannes à Lignano, in tractat. de Amicitia, fol. 8. n. 5. vbi dicit, quod peccans ratione impotentiæ excusatur, modo confiteatur se impotentem, & seipsum offerat, quod talis recognitio habet vim retributionis.

Importunitas.

Importunitas est euagatio mentis ad illicita, secundum quod in arce mentis residet, volentis se ad diuersa diffundere, præter rationem loci, temporis, personatū, vt D. Th. ait 2. 2. q. 35. artic. 4.

Incestus.

Adulterii malum vincit fornicationem, vincitur ab incestu, D. August. de Adulter. coniug. c. Adulterii, 37. q. 7.

Incerta.

Incerta & male ablata pauperibus debent erogari, sic in medium adducit & probat D. Pet. de Vbaldis in tract. de Canonica episcopali & parochiali, fol. 164. verso. num. 47.

Inclusus.

Inclusus excludit excludendum, Bart. in l. 2. § Videndum, ff. ad Tertul. Plura vide apud D. Ioann. le Cirier in tractat. de Primogenitura, fol. 178 num 7.

Inconueniens.

Inconuenienti vno dato, nō debet dari aliquum, l. Lege, C. de leg. hęredibus, vbi pat. quod illa media iuris prudentia duraret, ni illa lex remouisset illud inconueniens, idem tenet Pet. de Ancha. in c. Canonum statuta in 117. charta, & Bald. in suo consilio incipiente, Pet. & Ro. in suo consilio 122. Petr. de Ancha. in suo consilio incipiente, In Christi nomine visis dubiis, &c. sic leguntur hæc ap. D. Io. Camp. in tract de dote, f. 139. n 2. q.

Indebitum.

Indebitum soluens se spoliasse videtur, notatur in l. Cum is, ff. de condic. indeb. maxime quia concurrit error, nec quid tam contrarium consensui quam error l Si per errorem, ff de iurisdict. omniū iudic. Idem tenet D. Laurus de Palatiis de fano in tract. de successione masculorum exclusis fæminis fol. 46. num 12.

Indecens.

Indecens omne, est Deo impossibile, secundum Theologos. Ita erit impossibile papæ cum vicē Dei gerit in terris, c. Vt nostrum, de eccles. benef. sic allegat D. Barbat. in tract. de Præstantia Cardinalium, fol 47 num. 16.

Indecens reputatur impossibile, & secundum sacrę Theologiæ professores etiam D. impos-

impossibile. Hoc replicat D. Barbatia, in prædicto tractatu, 8. q. fol. 56 verso, num. 3.

Indefinitum.

Indefinita æquipollet vniuersali, l. Si pluribus, ff de legat. 2. gloss. ordinaria in vers. aliorum, in c. vt circa, in principio, de elect. lib. 6 sic adducit D. Philipp. Francus in tractatu disputationis petitorii, fol. 79. verso, nu. 30. & l. Si necessarias, §. Si annua. ff. de pignor. act. & in l. Si seruitus, ff de seruitu. vrba. prædio. sicut habet D. Fabianus de Monte in tractat. de empt. & venditione, fol. 150. n. 36. & vt allegat D. Iacobus de Arena in tract. positionum, fol. 58. num 22. & c. Si non licet, 23. q. 5. & c. Idololatria, 28. q. 1. & c. Si euangelica, 55. distinct. & c. Saluator, 1. q 3. & vt habet Damasus in tract. de brocardis, fol. 147. n. 14.

Indicium.

Indicium est minus, quam semiplena probatio, vt dicit Baldus in l. Cum probatio, ff. de probat. & in Rubrica, C. de probat, dicit quod indicium est minima præsumptio hominis boni seu distans argumentum à speciе veræ probationis, & quod valet indicium si ponatur in consequentiam alterius probationis. Plura vide apud D. Franciscum Brunum in tractat. de indiciis & tortura, fol. 94. q 1. num. 2.

Indigentia.

Indigentia parit appetitum, Aristoteles primo Physicorum. & c. Sicut hi, distinct. 47. vt ait D. Ioannes de Lignano, in tractatu de Amicitia, folio 7. §. Quarto restat, numero 3. & 4.

Indignus.

Indignum præsentans sciẽter illa vice priuatur iure præsentandi, per § Si quis, in Authent. de sanctiss. episc. vt allegat D. Paulus de Citadinis in tractatu de iure patron. fol. 51. §. Septimo, n. 5. & 7.

Indiuiduum.

Indiuidui partem qui vult, totum velle videtur, vt in l. Exerce. ff de acquir. hæred. sic etiam annotat Dominus Gulielmus à Montserrat. in tract. De successione Regum.

Indiuisibile.

Indiuisibile obsequium non nisi vni præstari potest. vt inquit D. Petrus de Vbaldis in tractat. de Canonica episcopali & parochiali, fol. 150 §. Quarto, num. 3.

Inducia.

Induciarum tempore potest fieri tractatus de pace, vt Bald. allegat in Rubrica de treuga & pace, l. Dies festos, C. de Feriis. Nota quod diebus dominicis partes possunt colloqui de transactionibus & pactis. Secundum l. finalem, C de Feriis, & ita tenet Dominus Corsetus Siculus in tractatu de priuilegiis pacis, fol. 99. num. 13.

Inductum.

Inductum in fauorem alicuius, non debet in eius odium redundare, l. Quod fauore C. de Legib. & Dom. Franciscus de Porcellinis, idem testatur in tractatu de inuentario, folio 131. num 37.

Indulgere.

Indulgendum non est malitiis hominum, l. In fundo, ff de rei vendicat. vt habet D. Ioan. de Lignano, in tract. de pluralitate beneficiorum, fol 144. verso. num 6.

Indulgentia.

Indulgentia est mollis & delicata permissio, mollis illa educatio, quam indulgẽtiam vocamus neruos omnes & mentis & corporis frangit. Quintilianus 1. Institutionum oratoriarum.

Indumentum.

Indumenta sint secundum ordinem & dignitatem, singularis text. in l. Sed & si quid, §. 1 ff. de vsufruct. in versic. vestire. idem tenet Bald. & D. Barbatia in tractat. de Præstantia Cardinalium, fol. 55. n. 18.

Industria.

Industria accedit rei licitæ, vt notatur l. Si hæres, ff ad l. Falcid. vt allegat etiam D. Ambros. de Vignate in tract. de Vsuris, folio 175. num 283.

Industria adinuentiua viarum iustarum

& vtilium simul est laudabilis: sed damnabilis inuenta in fraudem & malitiam, vnde Prouerbiorum 11. dicitur Simulator decipit amicum suum, iusti autem liberabuntur scientia, quod recte asserit D. Thom. de Vio, in tractatu de Cambiis, fol. 195. c. octauo, numero 2.

Industria nihil operatur reluctante natura, vt Cassiodorus habet, quod repugnante natura quælibet cedit industria, astipulatur D. Ioannes le Cirier in tractatu de Primogenitura, fol. 151. verso, num. 18.

Inæqualitas.

Inæqualitas & lege & moribus odiosa est, & ita procedit l. Quamuis, C. de impube. & aliis substitut. & D. Vdalricus Zasius, in tractat. de substit. fol. 88. n. 26.

Inequalitas non sit inter fratres, argumento l. Illud, in fin. C. de colla. & D. Bald. Perusinus in tract. de Substitutionib. fol 126 nu. 8. & 11.

Inæqualitas toleratur si per eam nulli iniuriatur, vt habet D. Vitalis Nemausensis in tract. de Collationib fol 227. n. 32.

Infamia.

Infamia est macula ossibus inhærens, hoc dictum legitur & probatur apud Andrẹam Barbatiam in tractatu de testib. fol. 80. n. 1.

Infamatus.

Infamatus propter scandalum populi debet se purgare, c. 2. de purg. canonic. & c. Inter, de offic. ordinat. & c. Ex parte, in gloss. vltima, 2. q. 5. c. habet hoc proprium, eadem q. Plura vide apud D. Cataldinum de Boncompaignes in tract. de potestate Papæ, fol. 92. num. 47.

Infamis est omnis in peccato mortali existens, gloss. in l. Finali, Cod. de infamia, & l. 3. §. Lex Iul. verb. Impuberes, in fin. ff de testib. & c. Constituimus, 3. quæst 5. Plura probat D. Stephanus Costa. in tract. de Ludo, fol. 184. n. 3.

Inferior.

Inferior vel par non habet imperium in parem vel superiorem, l. Nam magistratu, ff. de arbitr. Reliqua vide apud D. Anton. de Rosellis in tractatu de potestate Imperatoris ac Papæ, fol. 43. §. Contraria. n. 2.

Inferiores à summis regulandi sunt. vt habet D. Ioannes le Cirier, in tract. de Primogenitura, fol. 184. num. 22.

Infernus.

Infernus est locus pœnalis Dæmonum, D. Thom. 2. Sententiarum, dist. 5. q. 3.

Infernus & perditio nunquam replentur, Prouerb. 27.

In inferno nulla est redemptio, Augustin. ad Eremum.

Infinitas.

Infinitas est canonibus inimica. c. 2. de rescript. in 6 & allegat D. Ioan. le Cirier in tractat. de Primogenitura, fol. 173. n. 12.

Infirmus.

Infirmo medicum non adhibens vel imperitum vocans, succedere non debet, vt allegat D. Anton. de Rosellis in tractat. de succ. ab intestato, fol. 245 num. 177.

Infirmi dicta non semper attendenda, c. Gonsaldus, 17. q. 2. & c. Iudicas, 3. q. 9. Vide hæc annotantem etiam D. Barthol. Brixien. in tractatu Quæstionum Dominicalium, folio 51. q. 32. n. 6.

Infirmo est continua tristitia & mæror in consolabilis, Aristot. 2. Poetices.

Infirmitas.

Infirmitas in multis cibis erit, Eccles. 37.

Propter crapulam multi periere, qui autem abstinens erit, adiiciet vitam, ibid.

Virtus in infirmitate perficitur, libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, 2. Cor 12. cap.

Qui veram ostendit corporis infirmitatem, humanè tractandus est: qui falsam, D. dimittendus, D. Augustin. de opera monachorum.

Considerata infirmitas propria nobis excusat aliena, D. Gregor. Moralium 4.

Infortunium.

Aduersa fortuna nunquam est speranda, sed aduertenda.

Nam in omni aduersitate fortunæ infelicissimum genus est infortunii fuisse felicem, Boetius 2. de consola philoso. prosa 4.

Calamitas loci metuenda est. c. Vulnera 10.1 q.1.

Nemo frangitur aduersorum molestia, qui prosperorum delectatione non capitur, D. August. de verbis Domini.

Captura damnum irreparabile est.

Captum ducere volentem dare fideiussorem est iniuria.

Melius est præsentia damna contemnere, quam exiguo quæstu commoda non habe c. Cassiodo. 4. epistola.

Ingenium.

Ingeniũ est extensio intellectus ad cognitionẽ intellectorum. Mirabel. in Polyanthea.

Ingenium vbi intenderis, valet. Salustius Iugurtha.

Disputatio acuit ingenium, memoriamq; firmat, ac non modo multa disputãdo dicimus, sed quæ sic discimus, melius scimus, tius eloquimur, & firmius recordamur. trus Paulus Vergerius de ingenuis morib.

Ingenuus.

Ingenuo plus creditur, quã liberto. Auth. dicatur, C de testib. & l. Seruos, C. eodem, c. Forus, ext. de verborum significa. cum milibus. sic allegat D. Nepos à Montalbano tracta. exceptionum, folio 176. n. 81.

Ingratitudo.

Aculeum Ingratitudinis incurrit, qui cõcesso sibi fauore vtitur ad abusum.

Qui reddit mala pro bono, nõ recedet malum à domo eius. Prouerb. 17.

Ingratitudinis causa erga patrem impubes committere nequit, l. Si quis in suo, §. le- C. de inoffic. testa. ita notat glos. Institutum. de pupil. substitu. § Nõ solum. causa est, quia impubes non est doli capax. Idem notat D. Bartho. de Hucio. in tract. de substitu. fol. 101. verso, nu. 10.

Ingratus.

Ingratus ac immisericors virtutis splendore vacat, vt inquit D. Hieron. & l. Veluti, ff de iustic. & iure. & allegat D Iacobus à Canibus, in tractat. de executione vltimarum voluntatum, fol. 136. n. 10.

Ingrati spes tanquam hyemalis glacies tabescet. Sapientiæ 16.

Inhabilitas.

Inhabilitas principii & medii vitiat extremum; vel inhabilitatem inducit in extremo, vt in l. Tria prædia. ff. de seruitu. rustic. prædio. & in c. 1 §. 1. ver Hoc autem notandum de his qui feu. da. pos. Idem confirmat D. Guilielmus à Montfarrat. in tract de succes. Regum. fol. 225. nu. 34.

Inhabilis.

Inhabilis ad antecedens censetur inhabilis ad cõsequens. Annotauit D Anto. de Rosellis in tracta De Conciliis, fol 110 nu 3.

Inhabilium mixtio cum habilibus videtur actum nullum reddere, c Si ad scripturas, distinct. 9. & c. Quorundam, distinct. 23. & cap. Pura, 3. quæst. 9. & c. Cum super Abbatia, de offic. delega. & c. Illa, de elect. & l. Pedius, ff. de arbitr. & l. 1. § Item quæritur, ff. de aqua cotidia. & æsti. Vide etiam D Anto. de Rosellis in tractat. de potestate Imperatoris & Papæ, fol. 67. num. 52.

Inimicitia.

Immortalem inimicitiam ne retine, mortalis existens. Menander.

Inimicus.

Inimicus opponens repellitur, sed etiam suspect⁹ de inimicitia capitali. vt ponitur per Innocent. in c. Cũ pe. de accusat. & qui olim fuit inimicus semper præsumitur inimicus. vt in c. Cũ oporteat. de accusat. nisi probetur quod inimicitia sit reconciliata. arg. l. 3. in fi. ff. de aliment. lega. & probatur reconciliatio secundum quod probatur remissio iniuriarum, vt in §. finali. Instit. de iniuriis, & annotauit D. Albericus de Rosate in tractatu de Testib. fol. 166. nu. 4.

Inimicus præsumitur qui salutare aliquẽ degignatur, c. Cum Adrianus, 63 distinct. & est glos. in l. Ad hoc, C de appella. & tenet idẽ D Gui. Papa, in tract. de præsumpt. f. 235. n 40.

Inimicus non potest esse in causa inimici testis, l Si quis, & Auth. C de testib. Plura vide apud D. Nepotem à Montalbano. in tract. Exceptionum, fol. 174. nu. 18.

Inimicis nulla negotia cõmittenda sunt; imo inimicorum iudicio nec humana, nec ecclesiastica negotia sunt committenda, sed nec suspecti nec inimici iudices esse possunt. vt ipsa ratio dictat, & plurib. probatur exemplis, cap. Quod suspecti, 3. q. 5. Rursus naturale est declinare iudicium inimicorum. vt c. præfato, & c 2. requiris. §. 3. extra de appellat. in eadem sententia est D. Barbatia in tract. de præstantia cardinalium, fol. 68 num. 9 & fol. 66. n. 10.

Iniquitas.

Iniquitas minor in captiosis locũ habere debet. hoc est. Quoties sine captione aliquid fieri nõ potest, fieri debet quod minimũ habet iniquitatis. vt l. Quoties nihil, ff. de regu. iur facit huc opinio D Bart. Brixiens. in tract. Quæstionũ Dominicaliũ, f. 62, q 72. n. 5.

Iniuria.

Iniuria parua toleratur, c. Nec damnosa, 25. q. 2. & c. Ex tenore. de au. & vsu pallii. & c. licet. de offic. iudic. ordi. sic allegat D. Ioann. Monachus in tracta. Defensorii iuris, fol. 63. § Rescriptum, num. 3.

Iniuria volenti non potest fieri, aut iniuria non committitur in volente. vt l. 1. §. vsq; adeo, cum multis similibus ibi adiunctis, ff. de iniur. & l. nemo videtur fraudare, Digest. de regul. iuris. & c. Scienti ext. de regu iuris. lib 6. Plura vide apud D Pet. Antibolum in tracta. de munerib. f. 41. nu. 203.

Iniuria fieri potest absenti & ignoranti, vt l. Apud, §. Conuitium autem, ff. de iniuriis: & notandum quod si quis filium meretricis vocat eum qui est, non habet actionem iniuriarum, vt l. Eum qui nocẽtem, ff. de iniuriis. licet ille animum iniuriandi habuerit. veritas eum excusat ab actione iniuriarum. & huc facit, Si quis vocat alium debitorem suum, diffamat eum, quia detegit paupertatem eius, l 2. §. Mobiles, C. quando & ex quibus quarta pars. tamen si verum sit illum esse debitorem, veritas excusat ab iniuria. Plura huius generis vide apud D. Hermannum de Bare in suo tractatu de formandis libellis, fol. 163 verso, libello. 95. num 2.

Iniuria facti vni de domo videtur facta omnibus, Bald. in l. Parentes, C. de testib. sic insinuat D. Albericus de Rosate in tractatu de testibus, fol 166. num 15.

Iniuria depellenda, sed non est inferenda. & hæc est lex virtutis. vt testatur D Ambrosius libr. 1. de offic. & habetur in c. Non inferenda 23. quæst 3 Qui non repellit à socio iniuriam si potest, tam est in vitio, quam ille qui facit. vnde sanctus Moyses hinc orsus est tentamenta imbecillis fortitudinis, cum vidisset Hebræum ab Ægyptio cędi, defendit Hebræum, prostrauit Ægyptium. iuuat itaq; socios infirmos, amicos, & proximos plena iusticia qui defendit illos: & Princeps tenetur suos defendere & conseruare in eorum conseruatione, tranquillitate & pace. imo vigilare pro illis ad confœderationem cum quibus & quãdo expedit facere. sentit hãc quoq; opinionẽ D. Ioa Lupus, in suo tract. De cõfœderatione principum, fol. 147 verso, n 4.

Iniuriam nemini irrogare dicitur, qui suo iure vtitur, dummodo illud principaliter nõ faciat ad alterius ęmulationem, l. Fluminũ, § fi. ff. de damno infect. sicut allegat D. Lud. Montaltus in tracta. de reprobatione sentẽtię Pilati, fol. 188. num 21.

Immolans ex iniquo oblatio est maculata, dona iniquorũ nõ probat altissimus, D. Aug de verbis Domini, & c. nolite, 14. q. 5.

De rapina holocaustũ offert, qui temporaliũ bonorũ vel ciborũ nimia egestate vel mãducãdi vel somni penuria immoderatè corp' affligit, D. Hier. & not c. de communi. dist. 5.

Nos in Dei iniuria benigni sumus, & in nostris contumeliis exercemus odia, D. Hier. lib. 3. super Matthæum.

Iniuria

Iniuria est verbo vel facto cum aliquo iniuste agere, exprobrare, & in faciem maledicere, Isidor.

Grauissimum genus est iniuriæ vsque ad pedem contumeliæ peruenire.

Viri boni est scire pati, nec facere iniuriam, Seneca in Prouerb.

Difficile est iniuriam conuenire cum patientia, ibidem.

Iniuriarum remedium est obliuio, idem Seneca.

Nec rei familiaris amplificatio nemini nocens vituperanda est, sed fugienda semper iniuria est, Cic. in Offic.

Nulli mortalium iniurię suę paruę videntur, multi eas grauius æquo habuere, Salust. in Catili.

In omni certamine qui opulentior est etiã si accipit iniuriam, tamen quia plus potest, facere videtur. Idem in Iugurtha.

Speciosius aliquãto iniurię beneficiis vincuntur, quam mutui odii pertinacia pensantur. Valerius Maximus, lib 4.

Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouã, Aul. Gelli. noctium Atticarum 18.

Iniuriam pati melius est, quam alteri nocere, Aristot. 1. Ethic.

Iniuria iniuste erogata eius est infamia, qui facit, Laertius in vita Philosophorum.

Non est certa fides, quam non iniuria verset, Propertius Elegia 7.

Iniustitia.

Iniustitia est peccatum, quo quis aliena capit, vel rapit contra leges, Aristot. 1. Rhetor. & est contraria iustitiæ, D. Thom. 2. 2. q. 58. artic. 5.

Iniustitia est destructio reipublicæ.

Iniustitia quę arma habet, sæua est.

Iustitia ruunt domus Regiæ, dignitate principes priuãtur, & regnum de vna gente ad aliam transfertur.

Iniustitiam aliis facere non debemus, vt piis causis faueamus.

De iniustitia facta per iudicem princeps tenetur parti ad interesse, nec excusãtur dicendo quod credunt elegisse viros idoneos. Vide Syluam nuptialem, folio 138. column. 4. in medio.

Iniustum.

Iniustum qui patitur? peccat minime nisi consentiat iniustum facienti, tunc nõ solum patitur, sed simul agit, sic allegat D. Anton. Archiepisc. Florentinus in tractatu de vsur. fol. 211. num 32.

Innocens.

Innocens præsumitur cuius nocentia non probatur, l. Non omnes, § à Barbaris, ff. de re militar. & per Bart. in l. Si cui, §. iisdem, ff. de accus. vide plura apud D. Grillandum in tractat. de Relaxatione carceratorum, fol. 234. verso, §. Iuxta, num. 2.

Innocens non debet puniri pro nocente, sed nocens per innocentem tolerari, c. Sacris, de sepul. & c. Quam magnum, 23. q. 4. Ita tenet idipsum D. Tyndarus in tract de Compensatione. fol. 129. n. 30.

Innocentia.

Innocentia est integritas nulli iniuriam aut malum faciẽs, vel puritas animi omnem iniuriæ illationem abhorrens. Cicero libr. Offic.

Innocens manibus & mundo corde accipiet benedictionem à Deo, Psalm. 23.

Eam Deus innocentiam probat, quam homo non metu pœnę, sed amore iustitię fit innocens, D. August. de vera innocentia.

Vera innocentia est, vbi est integritas sine peccato, venditio sine debito, flagellum sine merito, D. August. super Psalm. 38.

Vitam beatam efficiunt tranquillitas conscientiæ & securitas innocentiæ D. Ambros. 2. Offic.

Inobedientia.

Inobediẽtia est maximum delictorum, vt docet Lactantius Firmianus, Institutionum diuinarum lib. De transgressione Adami.

Inobediens.

Inobediens idololatræ comparatur, vt c.

Sciendum, 8. q. 1. Idem tenet D. Bartol. Brixienſ. in tractat. Quæſtionũ Dominicalium, fol. 55. q. 42. num. 4.

Inquiſitio.

Inquiſitio eſt inueſtigatio alicuius criminis manifeſti, ſaltem per famam ex bono, & æquo iudicis competentis canonice facta, D. Hoſti. & Mirabellius in Polyanthea.

Inſignia.

Inſignia ſola militiæ non faciunt aliquem gaudere priuilegiis militiæ, ſed exercitium, l. pen. ff. de teſtam. milit. & facit Bald. per tex. in d. l. & Bald. in l. Officiales, C. de epiſcop. & cler. & Ioannes de Lignano in Clem. cum ex eo. de ſentent. excommuni. & Angel. in conſil. 197. In Dei nomine viſa narratione, & do. can. in c. Secundo, extra, de foro competen. vbi dicunt: quod milites ſeu fratres gaudentes non gaudent priuilegiis clericor. ergo milites noſtri temporis nõ debent gaudere priuilegiis veri militis. Plura vide apud D. Franciſ. Brunum, in tract de indic. & tortu. fol 93. verſo n. 106.

Inſinuatio.

Inſinuatio cauſæ cognitionem negligit, vel in inſinuatione nulla cauſę cognitio requiritur, cum in libera donantis facultate conſiſtat, vt l. In hac, C. de donat. neque præſentia, vel citatio donatarii vel alterius requiratur, vt dictum eſt per D. Anto. de Canario, in tractat. de inſinuationib fol. 158. verſo, n. 14.

Inſolitum.

Inſolita clauſula vitiat inſtrumentum, vt eſt gloſſ. in l. Si quis ſub conditione, ff. de cõdi. inſti & ibi Bart. & Bald post Cynum in l. Emptorem, C. plus valere quod agitur Bald. in l. Ordo, & in l. Etiam, allegat Bald. in c. 1. in 2. columnn. de feudo dato, vbi alteratio inſtrumenti & pacta inſolita arguunt falſitatem, text. eſt, & ibi Bald in l. Finali, C. de fideiuſſorib. Rurſus gloſſ. expreſſa c. Ad ſcripturas, diſtinct. 10 & c. Si plura, 3. q 9. & ibi Archidia. Iterum c. Quod ergo, 23. q. 5. quibus confirmatur quod clauſula inſolita & inconſueta per notarium appoſita in inſtrumento vitiet illud, & præſumi facit falſitatẽ contra ipſum, ſicut etiam demonſtrat D. Franciſc. Lucanus in tractat. de Fiſco, & eius priuilegiis, fol. 108. num 9.

Inſtantia.

Inſtantia currit tempore peſtis, ſed datur reſtitutio in integrum, vt tenuit notanter ſolennis Doctor D. Martinus Sozinus Senenſis, in c. penult. ver. Circa, 24. &c in iud. Simile vide apud D. Bertachinum, in tractat. de Gabellis ſeu vectigalibus, fol. 61. n. 47.

Inſtrumentum.

Inſtrumentum non liquidum continet obligationem velatam, quæ poteſt detegi tam teſtibus, quam inſtrumentis, c. Sicut nobis, de teſtib. Plura vide apud D. Anton. à Canario in tractatu de Executione inſtrumentorum, fol 212. num. 33.

Inſtrumentum ſolenne debet eſſe leuatum & mundum, vt l. Contractus, C. de inſtrum. edict. §. 1. verſic. debent. Et ſi poſſit ſcribi in papyro, conſultius eſt ſcribi in pergameno non raſo mundo, vt melius conſeruetur inſtrumentum. Plura vide apud D. Ioannem à Graſſis in tractat. de Subſtantialibus procuratorum, fol. 86. n 1.

Inſtrumenta & teſtium depoſitiones eandem vim obtinent, vt ait D Ioannes Monachus in tractatu Defenſorii iuris, folio 64. §. Quoniam, n. 1.

Intelligere.

Intelligi poſſunt dilucidius quę traduntur ordinatius, l. 1 ff. De do. exce & in proœmio Inſtitutionum, in verbo partiri. Idem habet D. Vitalis Nemauſenſis in tractat. de Collat. fol. 223. num. 1.

Intellectus.

Intellectus eſt vis animæ percipiens inuiſibilia D. Auguſt. De ſpiritu & anima.

Intellectus eſt habitus principiorum vel circa principia intelligibilia. Ariſtot. 6. Ethic. & in magnis Moralibus.

Intelligentia.

Intel-

Intelligentia est actus ipsius intellectus, D. Thom. in 1. parte, q 79. artic. 4.

Interdictum.

Interdictum recuperandæ rei est priuilegiatum, c. In literis, & can. Item cum quis, de restitut. spoliato. & l. 2. C. Si per vim vel alio modo. Vide rem etiam apud D. Ioan. à Lignano in tract. de Amicitia, fol. 13. n. 7.

Interdictum nihil agit ad celebrationem, sicut nec communio ad excommunicationē, c. Nuper, de sentent. excommunic. Idem allegat D. Ioannes Calderinus in tractat. de Interdictis, fol. 7. n. 87.

Interesse.

Interesse principale non secundarium est considerandum, vt probat text. notabilis in l. 1. §. penult. ff. de vent. inspic. & est glos. notabilis in l De vnoquoque, in verbo, Quos, & ibi per Alexand. ff. de re iudic. notat plene Iason & declarat in l. Ne quicquam, §. Vbi decretum, in 9. fallen. ff. de offic. procons. & Felin. in c. Cum moderni. colum 13. de constit. vbi probat quod non dicitur verū detrimentum, & præiudicium eius qui secundario læditur. Annotat hanc regulam D Ioannes Francisc. Balbus in tractat. de præscriptionibus, fol 247. num. 20.

Interitus.

Interitus naturalis ad actorem pertinere debet. l. Si plures, ff. depos. & D Barth. Brixiens. in tract. Quæstionum dominicalium, fol. 47. verso, q. 3. n 5.

Interlocutoria.

Interlocutoria geminata non reuocatur, gloss. singularis in Clem. fina. in verbo super ea. circa fin. de appell. quam faciunt singularem, in l. Quod iussit, ff. de re iudic. & c. Cum cessante, de appell. & D. Corset. Siculus tuetur hanc sententiam in tract. de verbis geminatis, fol 92. verso, n. 17.

Interlocutoria non inducit iuris infamiā, l. Quid ergo, §. Quinimo, ff. de his qui notan. infam. & l hæc verba, C. eo tit. & l. 1 C. de modo mulctan. & l. 3. §. Præterea, ff. de suspect tu. & D. Andreas Barbatius, in tract. de testib. fol. 81. verso, n. 23.

Interpellatio.

Interpellatio missam audientis, vxorē ducentis, & funus comitantis incongrua dicitur, l. 2. ff. de in ius vocan. & notat Bart. in l. Non solum, §. morte, in materia protestationis incitatoriæ, De oper. no. nunciat. quod allegat D. Marcus Antonius Bauerius in tractat. de mora. fol. 166. n. 2.

Interpollatio.

Interpollatio in actibus geminatis requiritur ad effectum, argumento l. Nemo potest, ff. de legat. 1. & c. Requisisti, de testament. & sic tenet Bald. & Abb. & D Andreas in consilio 51. in 17. colum. in 1. vol. & D. Corsetus Siculus in tracta. de verbis geminatis, fol. 92. num. 5 & 6.

Interpretatio.

Interpretatio in gratuitis benignè facienda est: vel, in gratuito beneficio interpretatio est benignius facienda, vt c. Ex parte in fine, ext. de Censib. & D. Bartho. Brixiens. in tractatu Quæstionum dominicalium, folio 59. verso, q. 61. num. 4.

Interpretatio præscripta dicitur esse iuris, text. vt pulcherrime inquit Bald. in l. Ex hoc iure, ff. de iustit. & iure, colum. 3. ad principium, concordat D. Ioan. le Cirier, in tract. De Primogenitura, fol. 163. n 41.

Interpretatio debet fieri & extendi pro cōsuetudine, c fina. de offic. ordina. & consentit D. Pet. de Perusio in tractatu Permutationum beneficiorum, fol. 83. verso, n 60.

Interpretatio veterum & mos antiquus obseruari debent, vt l. Testamenta C. de testament. & l De quibus, ff. de leg. sicut sensit etiam D. Odofredus in tractat. de formandis libellis, fol. 138. c 3. n. 3.

Interpretari.

Interpretari est & eius, cuius est condere, vt inquit D. Ioannes Feraldus in tractatu de iuribus & priuilegiis regni Francorum, folio 237. num. 16.

Interpretata non sunt mutata, l. Minime, ff. de leg. & c. Cum dilectus, extr. de consuetudine, & c. Si mulier. Si de feu. fuerit controuer. & habet D. Ioan. le Cirier in tractatu De Primogenitura, fol. 188. nu. 12.

Interrogatio.

Interrogationibus iudices falsitatem deprehendunt, exemplo Danielis prophetæ, vt inquit D. Ioan Monach. in tractat. Defensorii iuris, fol 65. §. Quoniam aliqui, n. 1.

Interruptio.

Interruptio ciuiliter fit per Synodalem proclamationem, cap. Sanctorum, extra, de Præscriptio. & l. vt perfectius, C. de anna. except. Plura de interruptione lege apud D. Nepotem à Montalbano, in tractatu except. folio 180. num. 12.

Intimatio.

Intimatio & deuolutio licet vitientur, non tamen vitiatur appellatio, imo bene potest procedi in curia super ipsa appellatione, quã rem D. Bonicontus demonstrat in tractat. de appellat. fol 39. §. 5. num. 2.

Inuentarium.

Inuentarii confectio consuetudine loci potest remitti, secundum Bartol in l. Tutor qui repertorium, ff de administra tut. argumento l. De quibus, ff de legib. & C. Quæ sit longa consuetudo, per totum. Idem distinguit D. Iacobus à Canibus, in tractatu de Executione vltimarum voluntatum, fol. 137. numero 14.

Inuenta.

Inuenta inuentis non obstant, teste Seneca 8. epistola ad Lucillium. Nam instar solis intellectus oritur & occidit, vadit & redit, nunquam moritur, sed suis vicibus occultatur. Plura vide apud D. Ioann. Francisc. Balbum in tractat. de præscript. fol. 213. in procemio, num. 4.

Inuidia.

Inuidia est tristitia de bonis alienis, Ioann. Damascenus.

Inuidia est odium felicitatis alienæ, Hugo, 2. de Sacramentis, D. August super Psal. D. Thom. 2 2. q 36. artic. 1.

Paruulum occidit inuidia, Iob 5.

Quicquid ex inuidia dicitur, veritas non putatur, Cassiod. 1. lib. epist. 8.

Maiori cura tractanda sunt vnde inuidia plus timetur, Cassiod 6. lib. epist. 12.

Ab optimo longe inuidia relegata est, Boetius de scholastica disciplina.

Cauere magis amicorum inuidiam quam inimicorum insidias oportet. Seneca, de beneficent.

Inuidia virtute parta gloria, non inuidia existimanda est, Cicero contra Catili.

Virtutis inuidia comes, quæ bonos insequeris plerunque, atq; adeo insecteris, Cicero Rhetor. 4.

Meminisse debemus post gloriã inuidiam sequi, Salust. in Iugurtha.

Inuidia virtutis æmula. Inuidia comes virtutis. Inuidia semper sequitur virtutes, D. Hieron.

Inuidia suum rodit authorem, primum mordax sui, Idem.

Inuidia tanquam ignis summa petit, Titus Liuius.

Inuidia premit gloriam, Erasm. in Parabolis.

Polluta licentia inuidiam accendit, Salust. in Iugurtha.

Plerunq; ex opulentia inuidia oritur, Salust. in Catilina.

Senescente inuidia molliuntur iræ. Titus Liuius.

Liuor tabificum malis venenum.

Intactis vorat ossibus medullas. Virgilius

Inuidus.

Inuidus alterius marcescit rebus opimis.

Inuidia Siculi non inuenere tyranni.

Tormentum maius, Horatius.

Non comedas cum homine inuido, non desideres cibum eius, Prouerb. 23.

Nemini inuide s, Periander.

Inuidi despiciunt, quod sequi non vale. D. Hieron.

Inuitus

Inuitus.

Inuitus nemo in communione detinetur, vtl. vltim. C. communi diui. & ideo est inuenta actio familiæ herciscundæ, vt hæredes volentes à communione recedant vel discedant, vt l. 1. ff famil. herciscund. sic annotat D. Odofredus in tractat. de Actionibus ciuilibus fol. 147 cap. 9 n. 1.

Inuiti coguntur permutare propter necessitatem vel vtilitatem ecclesiæ: Si permutatio fiat ob fauorem personarum præsidentium beneficiis, tunc inuiti non compelluntur. Ita tenet D. Petrus de Vbaldis in tractatu Permutationum beneficiorum, fol. 82. verso, num. 39.

Inuocatio.

Inuocatio nominis diuini de iure instrumentis debet apponi. c. Non liceat, 26. q. 5. & c. Non obseruetis, 25. q. vlti. & in c. In nomine Domini, extra, de testib & in l. Deo nobis, C de episc. & cleric. Idem vult D. Ioann. à Grassis, in tractat. de Substantialibus procuratorii, fol. 79 §. In nomine Domini, n. 2.

Iocosus.

Iocosus manum iniiciens in clericum ioco, non peccat c. Principio, ext. de sentent. excommunica. Debet tamē moderari ioci qualitas. Ratio est, quia in pœna canonis ponderatur persuasio diabolica, quam excludit iocus qualitate ipsius ponderata, argumento Notatorium, c. 1. de præsumpt. Quemadmodum censet etiam D. Ioannes à Lignano, in tract. de Censura ecclesiast. fol. 18. §. 6. num. 5.

Ira.

Ira est feruor sanguinis circa cor vaporatione fellis vel perturbatione fiens, Ioann. Damascenus 2. cap. 6.

Ira est irrationabilis perturbatio mentis, Hugo de Sacramentis.

Ira est libido puniendi eum, qui iniuria læsisse videtur, Cic. in Tuscul.

Ira est cupiditas puniendi eum à quo quis se læsum putat. Possidonius.

Iracūdia est excessus iræ. Mirabel. in Polyant.

Saxum graue est, & arena onerosa: sed ira stulti vtroq; grauior est, Prouerb. 27.

Ira non habet misericordiam, ibidem

Ira inueterata odium est, ira turbat oculū, odium extinguit eum, August super Psalm.

Ira debet vinci patientia, Chrysost. super Matthæum, Homilia 18.

Ira furor breuis est, animum rege, qui nisi paret,
Imperat. hunc frænis hunc tu compesce catena, Horatius 1. epistol. 2.

Cupido & ira pessimi consultores. Salust. in Catilina.

Amantium iræ amoris redintegratio, Terent. in Andria.

Non maximas, quæ maximæ sunt interdū iræ inimicitias faciunt, Terent. in Hecyra.

Furor iraq; mentem præcipitant, Virgilius 2. Æneid.

Ad omnē iram sequitur delectatio propter spem puniēdi, vnde Homerus dicit quod ira est dulcior melle stillante, Aristot. 2. Rhet.

Tempus quietat iram. Ibidem.

Rimanti telum ira fert, Virgil. 7 Æneid.

Quaslibet infirmas adiuuat ira manus. Ouid. 1. Amorum, Elegia 2.

Iracūdia, & furor pedisseque ambæ & comites virtutum sunt, Angel. Politianus in epistola de ira ad Laurentium Medicem.

Pone iræ frena modumq; Iuuen. Satyr. 8.

Sol non occidat super iracundiā vestram, Paulus ad Ephes 4.

Omnis indignatio aut ira tollatur à vobis, (ibid.

Irascimini & nolite peccare, Psalm 4.

Irasci in quibus nō oportet, insipientis est; & in quibus oportet, non irasci, etiam insipientis est, Aristot. 3. Ethicor.

Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio, D. Gregor. 3 Moralium.

Finis iræ principium est pœnitentiæ, Seneca in Prouerb.

Lento gradu ad vindictam sui diuina procedit ira, sed tarditatem supplicii grauitate compensat, Valerius Maximus.

Tangit & ira Deos, Ouid. Metamorph. 8.

Tantenæ animis cælestibus iræ? Virgilius 1. Æneidos.

Pueri inter se quamprimum leuibus noxis iras gerunt, Terent. in Hecyra.

Ira iudici vitanda maxime, c. Relatum, 5. q. 2. in fin. Ira enim viri Dei iustitiam non operatur. Ira etiam sæpius innocentes ad crimen adducit, vt can. ira, 11. q. 2. ira etiam vt quod est iustum facit ne discernatur, c. Illa, in fin. 11. quæst. 2. Plura vide apud D. Ludouicum Montaltum, in tractat. de reprobatione sentent. Pilati, fol. 186. n. 24.

Ira seu calor iracũdiæ non tuetur aliquem ab actione iniuriarum, vt habet. l. Si non conuitii, C de iniuriis & l. Aut facta, §. Causa, in fin. ff. de pœnis, vt pulchre adduxit D. Hermannus de Bare, in tract. de formandis libellis. fol. 163. 95. libello, n. 10.

Iucunditas.

Iucunditas est gaudium ad exteriora prorumpens, vt & alios ad gaudium excitet, D. Thom. 4 Sententiarum, distinct. 49.

Iudicium iudiciale.

Iudicium iudiciale est iudicatio vel executio iustitiæ in sentẽtiis dictis, factis, &c.

Iustè iudica proximo tuo. Leuitici 19. cap. Exodi 23. Deuter. 1. & 16 & 24. & 27.

Non enim hominis exercetis iudicium, sed Dei, 2. Paralipom.

Accipere personam impii in iudicio non est bonum, vt declines à veritate iudicii, Prouerb. 18.

Iudicium finale.

Iudicium finale generale est vniuersalis separatio bonorum à malis, D. Tho. 4. Sentent. dist. 48. q. 1. art. 1.

Iudicabit Dominus orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua, Psal. 95.

Cuncta quę fiunt adducet Deus in iudiciũ pro omni errato, siue bonum siue malum sit, Ecclesiast. cap. 12.

Deus adducet te in iudicium pro omnib. factis tuis, Ecclesiast. 11.

Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui & principibus eius, Esaiæ 3.

Accedam ad vos in iudicio & ero testis velox maleficis, Malach 3.

Veniet summi & maximi Dei filius, vt viuos & mortuos iudicet, Lactantius Firmianus, lib 7 cap. 24.

Omnes manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit siue bonum siue malum, Paulus ad Cor. 2. cap. 5.

Iudicare de foro conscientiæ pertinet ad solum Deũ qui ipsius est cognitor, vt inquit D. Anton. de Rosellis, in tractat. de Conciliis, fol. 90. num. 48.

Iudicium temerarium.

Iudicium temerarium, vel suspiciosum est, cum quis iudicat de dubiis vel occultis propter leues coniecturas, D. Thom. 2. 2. quæst. 60. artic. 2.

Nolite iudicare, & non iudicabimini, Matthæi 7. & Lucæ 6.

Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate, Ioann. 7.

Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis & ponas scandalum in facilitate tua, Eccles. 7. cap.

Tu qui es, qui iudicas alienum seruum? Roman. 14.

Iniquum est vt quis de alio iudicare velit, de se nolit, canone, Iniquum, 32. quæst. 6.

Ignorantia iudicis plerunq; est calamitas innocentis, August 19. de ciuit. Dei.

Sunt aliqui, qui de omnibus male iudicant, nam studentem & vacantem humilitati vocant Hypocritam, &c. Chrysost.

Iudicium etiam iustum vendere non licet, vt est text. in c. Non licet, 11 q. 3. & Annotat D. Ludou. Montaltus in tractat. de reprobatione sententiæ Pilati, fol. 190. num. 61. & l. fin. C. ad leg. Iuliam, repetun. & c. Non sic, 14. q. 5. & c. Cum non homine, extra, de vita & honest. cleric. de quo per Baldum & Angel. in l Generaliter, de calum. & in Authent. Sed nouo iure, C. de pœna iudic, qui male iudic.

dic. Hæc annotat etiam D. Amedęus de castello in tracta. de Syndicatu, fol. 117. n. 163.

Iudicium plurimorum sententia probatu est firmius. ius enim cōmune disposuit quod episcopus tractet negotia cum consilio & cōsensu capituli, aliàs irritâtur, vt c. Nouit, ext. de his, quæ fiunt à prælato sine consensu capituli. Firmius est enim iudicium quod plurimorum sententia confirmatur, c. Prudētia, de offic. deleg. & si consuetudo introducitur cōtra istud rationabile ius. c. 3. de consuetud. in 6. idq; ideo, vt facilius expediãtur negotia: tamen prior regula magis militat, nimirum quod firmius iudiciū sit in cōsensu pluriū iudicū. huc facit quod scribit D. Paul. de Citadinis in tract. de iurepatronat⁹, f. 48. verso, n. 12.

Iudex.

Iudex est is, qui ius dicit, executor iustitiæ, D. Tho. 2. 2. q. 60. artic. 1.

Iudex est qui in ciuilibus concertationib. inquisita iudicat, Arist. 8. Ethico.

Iudex secundum communem doctorum opinionem iudicare debet. notant Doctores in c. 1 de consti. Barto. & Docto. in l. finali, C. de pœna iudi. cū multis iurib. aliàs ipse iudex facit litem suam, teste Bart. & Angel. ibidem. nam per imperitiā præsumitur iudicare, qui adhęret singulari opinioni relicta communi, vt ait Bald. in Rubrica, C. de pœna iudi. sed si ille iudicans habeat doctorem tenentē illam opinionem pro qua iudicauit (licèt talis opinio sit iniqua) excusatur, Panorm. in c. 1. in 6. colu. versi. Sed vide. de postu. præla. & in cap. Cum beatissimus, 24. q. 1. Sed Bologninus in repeti. Auth. habita, C. ne filius pro patre. dicit illud procedere si ille Doctor erat homo peritus, doctus, & solennis: secus autē si erat vna vacca. allegans verba Baldi in l. Filium quem, C. Famil. hercil. & de hoc est glos. in c. Cū beatissimus loco citato. vbi cauetur quod Cassius opinione magistri sui bene defendebat. secundū Tho. Ferrariens. in suis cautelis cautela 31. vbi mare de hoc plenū est. & attestatur D. Pet. Lenanderius in tract. De præcedentia D. [illegible]orum, f. 167 §. 24.

Iudex esse non potest in eo sensu quo caret. vt probatur per D. Anto. de Butrio in procœmio Decretalium in 2. notabil. vbi inquit. Quod carens vno ex quinq; sensibus non potest esse iudex in his quæ requirunt illū sensum & patet arg. l. Illud, in fine, ff. ad l. Aquil. cum similib. sic mutus & surdus simul, licèt nō possit esse arbiter, tamē potest esse arbitrator, sed in his quæ possunt iudicio arbitratoris determinari absq; sensu audit⁹ vel loquelę. hoc dignū memoria inculcat D. Baptista à sancto Blasio in tract. de Arbitro & Arbitratore, fol. 21. n. 31.

Iudex distinguere non debet, vbi lex nō distinguit, aut sic. vbi lex nō distinguit, nec nos distinguere debemus, l. Diē ferre, ff. de Arbi. l. de precio, ff. de publi. cū similibus. sic etiam recitat hāc sententiā D. Paul. Gril. in tract. de pœnis omnifariam coitus, f. 227. verso, nu. 3.

Iudex mediator esse debet inter actorē & reum c. Vlt. 30. q. vltima, aliter posset vt suspectus recusari. hoc demōstrat D. Io. Monachus in tract. Defensorii iuris & ait, quod excōmunicatus, suspectus, aduersario multum familiaris, vt socius aut canonicus eius vel dominus impetrātis, vel vasallus impetrātis, vel cōsanguineus aduersarii, vel litigans cum altera partiū, vel actorē in familia habens, vel actorē vt iudicem experiens, vel oriundus de terra impetrantis, vel seruus, vel minor octodecim annis, vel aduocatus, aut procurator professus in eadē causa, vel delegatus & recusatus ob causas iure receptas, vel surdus, lunaticus, perpetuè furiosus, mutus, mulier, hæreticus, agens contra formā rescripti vel iurisdictionem, vel minor subiectus maiori causam reuocanti non potest esse iudex, fol. 63 §. Quia plures, per totum.

Iudex tacens censetur iusticiam denegare, vel qui obmutescit, textus in c. 1. in princip. de milite vasallo qui cōtumax est & sic tenet D. Andreas de Isernia & Bald. & D. Ludo. Montaltus in tracta. de reprobatione sententiæ Pilati, f. 188. verso, n. 25.

Iudex debitam probationem non admit-

tens punitur: quia iudex audiens non audienda, admittens non admittenda, & contra, tenetur & facit litem ſuam. Bald. & Doctores in l mancipia, C. de ſer. fugi. Idem Bald. in l. Sancimus, C. de iudi. Ratio, quia ſi tantum eſſet arbitriũ iudicis, fruſtra eſſent leges, teſtes, repellentes & admittentes. Plura vide apud D Franciſcum Curtium in tracta. de Teſtib. fol. 17 num. 42.

Iudex debet potius dẽtibus lacerare libellum ineptum, continentem turpitudinẽ ſeu ineptitudinem & iniuſtitiam, gloſ. in l. 1. ff. de offic. aſſe. Idem tenet D. Franciſc. Curtius lib. præallegato, fol. 14. num. 15.

Iudices auaritia carere debent, ne de illis dicatur illud Diogenis dicentis de officialib. furem ducentib. Ecce magni fures paruũ ducunt. Iura de ſportulis (vt in c. Cum ab omni. & ibi Abb De vita & honeſta. cleri) permittunt iudicibus ſportulas (quas ſpecies vocãt) moderatas exigere. ſi immoderatas exigant, pudeat minime reſtituere, quod illicitè extorquere nõ erubuerunt. Plura vide apud D. Magiſtrum Rauaudum in tract. Speculi iudicum, fol. 88. num. 18.

Iudex cuncta rimari debet, c. Iudicantem, 30 q 5 & c. Iudicet 3. q. 7 ſicut not. D. Ioan. à Graſſis in tract. Arboris iudiciorũ, f. 98. n. 32.

Iudex ſummopere debet à ſordib. abſtinere. Nã ſi precio aut gratia deprauatus perperã iudicauit, æſtimationis damnũ patietur, & in litis diſcrimine erit obnoxius ei quem ſua læſit ſentẽtia. Litigator quoq;, qui iuſtæ ſententiæ diffidentia iudici dando pecuniam in corruptelam, ſpem negotii repoſuit, iure amittit actionẽ. Ita ratiocinatur D. Placentin. in tract. de ſenatuſconſultis. fol. 130. n. 9.

Iudex ſuam ſententiã diffinitiuã validam retractare non poteſt, neq; eius ſucceſſor, vt l. Poſt ſententiã, C de ſenten. & interlocut omnium iudicũ. & in l 1. C Sentent. reſcin. nõ poſſe. Idẽ tenet D Lanfrancus ab Ariadno in tracta. de interlo. & appel. fol. 215. num 39.

Iudex in dubio præſumitur proceſſiſſe zelo iuſtitiç, nõ per calumniã aut doloſe, & quod fecerit propter neceſſitatẽ officii, l. 2. C. Qui accuſa. nõ poſſunt. & l. 2. §. Si publico, ff de adul. & notat Bart. in §. An ad eos ff. ad Turpil. & Bart. Bald. & Doct. in l. 1. C. de pœn. iud. qui male iudi. Alex. in l. 1. ff. de iuriſd. omniũ iudic. Quod maxime præſumendũ eſt attenta cõditione perſonæ iudicis, l Nõ omnes, §. à Barbaris, ff. de re milita. & attenta conditione perſonç inquiſitæ & natura cauſç & qualitate iudiciorum vt l. Reſpiciendũ, § delinquunt, ff. de pœn & l Aut facta, ff. codẽ titulo cum multis ſimilibus Et refert D Paulus Grillandus in tractatu de Relaxatione carceratorum, fol. 236. fol. 9.

Iudex in ſentẽtia abſolutoria cauſſam inſerere debet, ſecus in condemnatoria. ſecundũ Bal. in l. Quid ergo, §. Pœna grauior, ff. de iis qui not. inf. ſic etiã facit litẽ ſuam, ſi in ſententia abſolutoria ab expenſis, non inſerit cauſam, ſecundum Bald. in Auth. hodie alias nouo iure, C. de iud. Similiter tenetur, ſi non inſerit cauſam vbi abſoluit reum propter ineptã actionem gloſ. eſt in l. 1 § 1 ff. Si menſ. fal. mod. Id memoriæ mandandum dicit D. Andreas de Caſtello in tracta. de Syndicatu. folio numero 138.

Iudex pedaneus vel delegatus per nunciũ citare poteſt: quia aliquando habet iuriſdictionẽ, l 1. §. Qui mandatã ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdict. & l. Penult §. Cum propriã, ff eo. tit. & l. More, ff de iuriſdict. omnium iudic. Item eſt argumentum, quod pedaneus poteſt citare per nunciũ, l. 3. § Si quis ad pedaneum. ff. ne quis eum qui in ius vocatus eſt exi. Cætera vide apud D. Guidonem Papæ de 1 & 2. decreto in ſuo tract. f. 181. verſ.

Iudex bonus.

Iudex bonus nemo eſt, niſi qui de ſe iurum cognouerit iudicari. Diogenes Laertius in vita philoſophorum.

Iudex bonus ſemper verum ſequitur.

Iudex ocul⁹ eſt iuſticiæ, quia debet omnia videre, & debet omnia rimari.

Iudex debet oculos aperire, vbi criminaliter proceditur,

Iudex est speculum subditorum.

Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, & proposito domesticæ voluntatis, sed iuxta leges & iura pronuntiat, statutis iuris obtemperat, nihil præparatum & meditatum de domo defert sed sicut audit, ita iudicat, & sicut se habet natura decernit, obsequitur legibus, non aduersatur: examinat causæ merita, non mutat. Domin. Ambrosius super Psalm. Beati immaculati, & cap. Iudices, 3. quæstio. 7.

Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Sapien. 1.

Iudex futurus sanguine humano abstine quicunq; regnas. Seneca in Hercule.

Iudex seditionibus debet obuiare omnibus viribus, quam primum videt prouisiones & materiam dispositam ad seditiones, monopolia, rixas, tumultus ac delicta committenda. vt in Authen. de manda. princi. §. Deinde conueniens erit. & ibi glos. & Iacob. de B. lviso, colla. 3. quia ad eius officium spectat, ne ueniatur ad rixas & arma, l. Æquissimum, ff. de vsufructu. Plura vide apud D. Nicolaum Boerium in suo tracta. de seditiosis.

Iudex subditis audientiam non debet denegare. nec exclamare, nec excandescere aduersus eos, quos malos putat, nec flecti, lachrimis calamitosorum & delinquentium. vt l. Obseruandum, ff. de offic. præsid. Idem tenet D. Amedæus de Castello in tracta. De Syndicatu fol. 117. verso, num 161.

Iudex semper debet iudicare secundum allegata & probata, non secundum conscientiam, l. Illicitas, §. veritas, ff. de offic. præsid. Idem allegat D. Amedęus de Castello in prę-allegato tractatu, fol. 117. num. 161.

Omnis iudex debet custodire leges, & secundũ eas proferre sentẽtias: nihil enim tam studiosum quã legum authoritas inuenitur.

Super omnia iudex debet quęrere veritatẽ.

In iudicando esto pupillis misericors & pater Ecclesiastici 4.

Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Ibidem.

Iudex tam diu dicitur quandiu iustus putatur, Cassiod. lib. 1 epistola 3.

Iudex debet habere sal conscientiæ, aliàs mens eius est diabolica insipida.

Iudex debet habere peritiam, bonitatem, diligentiam, eloquẽtiam, constantiam, prudentiam.

Iudex debet staterã ęqua lance ministrare.

Iudex debet habere æquitatẽ præ oculis.

Iudex debet obuiare fraudi.

Iudex debet habere duas claues, vt potestatis & veritatis.

Iudex debet carere passionibus animi, quia non debet moueri prece, precio, odio, vel amore.

Iudex potest causam dubiam committere ad consilium sapientis, Bald. in l. Non sine principio, C. de bo. quæ lib.

In ambiguis Deo serua sententiam. Isido. lib. 2. Soliloquiorum, c. 15.

Iudex debet esse ad vindicandum tardior, ad gratiam promptissimus. in laude Caroli Quinti.

Iudex debet iudicare nõ exẽplis, sed legib.

Ecce legem, quod iudices debent scire legem.

Iudex is legi obtemperat, qui sententiã eius, non scripturã sequitur, Cic. 2. Rhet.

Nemo eligit iuuenes iudices aut duces, Aristot. 3. Topicorum.

Iudex malus.

Iudex stultus, qui parti ac iudicat id quod non petit.

Male verum examinat omnis Corruptus iudex: Horat. 2. sermonum.

Nemo diu gaudet qui iudice vincit iniquo, glos. in l. Herennius, ff. de calum.

Iudex dici non debet, in quo est iniustitia. Bert. in Repertorio, 2. parte. 2. column. folio 130

Iudex author nõ est sceleris homines vinciendo, D. Hiero. super Epistolam ad Galatas, & c. Iudex, 23 q. 5.

Si tu male iudicaueris, te Deus deinde iudicabit Phocylides.

Iudicans homines modo aliquando etiam iudicabitur, in Sylua nuptiali, fol. 101. colum. 4 in fi.

Qui statuit aliquid parte altera inaudita, æquum licet statuerit, haud æquus est. Sen. Tragœdia 7.

Accusare non licet, & iudicare simul, Menander.

Si iudicas, cognosce; si regnas, iube, Senec. Tragœd. 7.

Ad pœnitendum properat, qui cito iudicat, in iudicando criminosa est celeritas. Sen. in Prouerb.

Libertas iudicandi perit, vbi sagittis numerum ius dicentium corda penetrantur.

Xenia & dona excęcant oculos iudicum & quasi mutus in ore auertit correctiones. Ecclesiastici, cap 20.

Præceptum iudicis in illicitis non excusat.

Iudex vendens iustitiam, cælestibus suppliciis est reus.

Iniquum est vt quis de alio iudicare velit, & iudicari de se nolit. Diuus August. ad Parentium.

Iudex in causa propria nullus esse potest, l. 1. C. Ne quis in caussa sua. & l. Iulianus, ff. de iudi. Testatur id ipsum D. Nepos Montalbanus in tractatu Exceptionum, fol. 167. numero 28.

Iudicis officiū est vt res ita tēpora rerum
Quærere, quæsito tempore tutus eris. Ouid. Tristium 1. Elegia. 1.

Iumentum.

Iumentum est omne animal seruiens vsui hominum, exceptis bobus, D. Thom 1. parte q. 72. articulo 2.

Iuramentum.

Iuramentum vel iusiurandum est assertio vel negatio de licito, possibili, & honesto sacræ rei attestatione firmata, secūdum Goffri. Hostien & Archid. vel est affirmatio religiosa. Cicero 3. Officio.

Iuramentum assertorium est de pręsenti, Iuramentum promissorium est de futuro. D. Tho. 2. 2. q. 89. artic 4.

Iuramentum tres habet comites. Veritatē, Iustitiam & iudicium, & si quod deficit non est seruandum, vt notat glos. in Auth. Quod eis, C de nupt. & D. Anto. de Rosellis in tract. de Conciliis, fol. 112 num, 37.

Iuramentum necessarium nec probat, nec disponit. vt notatur in c. finali, ext. de iureiurando. & l Admonendi, ff. eodem, & l. in bonę fidei, C. eodem Plura vide apud D. Ioa. à Grassis in tracta. Arboris iudiciorum, folio 93. verso, § Secundus, num 3.

In iureiurando non qui metus, sed quę vis sit, intelligatur. Cicero 3. Offic.

Nec fides, nec Iusiurandum debet esse cōmune, Cicero 3. Offic.

Nullum vinculū ad adstringendā fidem iureiurādo maiores arcti⁹ esse voluerūt. Ibid.

Iuramentum conditionale non tollit remediū, vt est apud D Ioa. Baptist. Caccialup. in tract de transactionib. f. 192. verso, n. 13.

Iuramentum coniecturis non cedit. l. Cōtinuus, § Cum ita stipulatus, ff. de verb obli. Sicut allegat D. Bartho Brixiensis in tractat. Quæstionum venerialium. folio 67. verso, quæstione 25. num. 3.

Iuramentum in forma specifica seruari debet, c Ad nostrā, ext. de iureiurādo Ita testatur D. Anto. Corsetus in suo tractatu de iureiurando, fol. 230 verso, nu. 42.

Iurare licet, sed non peierare. Apostolus Paulus iurauit dum dicit, Quotidie morior, vt notatur in c. Et si Christus, de iureiurādo & dicit text. in c. non est contra, 22. q 1. quod nō est contra præceptū Dei iuratio quę a malo iurantis non procedit, sed increduli à quo iurare cogitur, facit text. in c. In nouo, 22. q. 1. Plura vide apud D. Ioan. de Selua in tract. de iureiurando, fol. 217. §. quæro. 3 n. 3.

Ius.

Ius ars boni, & æqui dicitur. textus cum glos. in l. 1. C. de stud. liber, lib. 11. Largiorem

expos-

expositionem habemus apud D Ioannem Franciscum Ponzinibium in tractat. de Lamiis, fol. 137. n. 14.

Ius est ordinatio ciuilis societatis, Aristot. in Politicis.

Ius ciuile est scientia practica & speculatiua, quoniam oportet prudentem soluere iure nodos, quæstiones & controuersias, quæ nunquam contigerunt, quod non potest fieri, nisi per subtiles indagationes, & per speculationem. Plenius probatur per rationes hæc sententia à D. Ioanne Francisco Ponzinibio, in tractatu de Lamiis, folio 137. num 16. à quo etiam sequentes citatæ demonstrantur sententiæ.

Ius sacrarum scripturarum potest adiuuari & declarari per scientias inferiores, ergo tanto magis per leges.

Ius ciuile & canonicum est scientia & est certissima scientia, quia habet finem quem non habent aliæ scientiæ, vt in procemio ff. colum. penult. & est nobilis & digna honore scientia, quia per eam homines fiunt nobiles. vt habetur in l 2. § fin ff. de excusatio. tuto. & l Prouidendum C postu.

Ius ciuile est sapientia. vt in l. 1. §. Proinde, ff. de variis & extraordin. cognit. hactenus ille.

Ius ciuile vbicunque locorum vires habet, l. Deprecatio, ff ad l. Rhodiam de iac vt allegatur à D. Ioanne Campezio, in tract. de dote, fol. 143. q 69. n. 6.

Ius ciuile non est obseruandum semper in foro pœnitentiali, ratio est; quia ius ciuile fundatur super præsumptione, non super veritate, sed in foro pœnitentiali attendimus veritatem & de omnibus creditur confitenti, cum solum agitur de præiudicio animæ suæ, vt c. Significasti, 2. de Homicidi. sic habet D. Roland in tract. Flos testamentorum, fol. 210. num. 17.

Ius canonicum non infligit pœnam mortis, & propterea legis canonicæ lator infligit pœnas, non tamen pœnam mortis. c. Sententiam, 51. distinct. Item, c. 1. & 2. de Rap. in Archiepiscopatu. Plura vide apud D. Ioann. de Lignano, in tractatu de Censura ecclesiastica, fol. 14. in diuisione tractatuum, num. 5.

Ius diuinum est immutabile, vt patet 6. distinct. in principio, §. his ita, & intelligitur de iure diuino morali, vt qđ semper est perpetuum, non de iure diuino ceremoniali, vt quod non est de perfectione euangelica, ideo papa non potest prorsus tollere ius diuinum morale, sicut multis demonstrat D Anton. de Rosellis, in tractat. de Conciliis, folio 93. num. 10.

Ius gentium prohibet aliquem cum aliena iactura locupletari, vt l. Nam natura, ff. de condic. indebi. & regula locupletari de regul. iuris, libr. 6. & est præceptum iuris gentium, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, vt in principio Decretorum. Hanc sententiam D. Ioannes de Lignano annotat in tractatu De duello fol. 291. c. 6. n. 3.

Ius positiuum limitat ius naturale & restringit, vt fiat cum moderamine inculpatæ tutelę, l. 1. C. vnde vi, & c. Deniq; dist. 4. Plura vide apud Anton. de Rosellis in tractat. De Conciliis, fol 119. § Quod iuste, n. 5.

Ius speciale vel priuilegium est debilius, quam ius commune, l. Eius militis § Militia missus, ff. de testam. milita. cum similibus, sic allegat D. Ioannes Campezius in tract de dote, fol. 98 q 93. n. 3.

Ius singulare non est in consequentiā trahendum, l. Ius singulare, ff de legib. & cap. Gaudemus, versi. nec vnquam vll licuit, de diuortiis, sic annotauit D. Ioannes le Cirier, in tractatu de Primogenitura, folio 191 numero 18.

Ius singulare fortius est iure collegii, facit gloss. 1. in c Cum omnes, de Constit. & ibi Panorm. & Felin. Hinc est quod ius collegii non trāsit in monasterium per professionem, sed ius priuati bene transit, c Si qua, 19 q. 3. Idem tenet D. Petr. à Biaxio, in tractat. Directorii Electionum, fol. 204. cap. 26 n 3.

Ius suum nemo debet per solam negligentiam amittere, nisi vbi in iure reperitur ex-

pressum, vt est text. notabilis in l in finis C. de decur. lib. 10. & Bart in l. Solent. § 1. circa fin. 4 colum ff. de offic. proconf & D Ioann. Franc. Balbus in tract. de Præscriptionib. fol. 222. verso num 48.

Iura promptius absoluunt, quam condemnant, eoq; reus in exceptione actor est, & ipsum quod excipit probare debet, l. In Exceptione, ff. de probat. & l. 1 ff de except. Plura vide apud D. Placent. in tractat. de iudic. fol. 116. titulo 1. num. 2.

Iura in determinatione varia faciūt vt quid relinquatur arbitrio iudicis, l 1. ff. de iurisdi. omnium iudic. ita dicit D Panor. post Doct. in can. Quoniam frequenter, § Porro super gloss. verbi, In sacris, extra, vt lite non contestat. & idem tenet D. Ioannes à Grassis in tractat. Arboris iudiciorum, fol. 95. §. vltimo, num. 2.

Iura communia dissoluūtur cessante causa, c. Non debet, de consang & affini. & D. Albertus de Ferrariis in tractatu de horis canonicis, fol. 211. artic. 9. n 2.

Iura antiqua saluari debent inquātum fieri potest, c. Cum expediat, de elect. lib. 6 & idem ait D. Ioannes Calderinus, in tractat. de interdictis, fol 5. num. 63.

Iura generaliter loquentia generaliter sunt intelligenda, sic indistinctè loquentia sunt indistinctè intelligenda, l. De precio. ff. de publici. & gloss. in Clem. 1. De iudici. & glos. in Clem. 1. de re iudic. & alia gloss. in Clem. Ne Romani, de elect. & hoc videtur clare expressum in l finali, § æquum, C. de summa trinitat. Plura vide apud P. Grilland. in tractat. de Hæreticis, fol. 199. n 17.

Iura esse in ciuitate non sufficit, si desint qui ea exequantur, teste Philosopho, 1. Politicorum. sine iustitia impossibile est inhabitare ciuitatem. & idem in Topicis ait: Si omnes iusti essent, ad nihil esset vtilis fortitudo: sed si omnes fortes essent, adhuc vtilis esset iustitia. Reliqua vide apud D. Magistrum Rauaudum, in tractatu Speculi iudicum. fol. 88. numero 2.

Qui contra iura mercatur rem & precium perdit.

Iura publica ciuitatibus conseruanda sunt.

Contra iura publica nō currit præscriptio.

Nullam habet formidare molestiam, qui rem aliquam possidet iure permittente.

Ius vni quęsitum alteri conferri nō potest.

Iura & commoda patriæ seruanda sunt.

Fortior est interpollatio iuris communis, quam iuris specialis.

Nec damnosa fisco, nec contraria iuri postulare oportet.

Illi qui potestatē habēt in palatiis scripturam faciendi, sigillandi, præcipiendi, debent noscere leges & iura, circa quę quotidie versantur.

Quot medicamenta morbis, tot exhibent iura negotiis.

Nihil facit iustus titulus, bona fides, longa possessio, vbi ius rem ipsam acquirere non permittit.

Ius summum iniquum ius videtur: summum ius, summa iniuria, C:c 1 Offic.

Iurisdictio.

Iurisdictio ordinaria est fauorabilis, sed delegata odiosa, notatur in c. Cum in iure, de offic. deleg vt habet D. Ioan. Francis. in tract. de offic. & potestate capituli sede vacante folio 183. q. 2. n. 7.

Iussus.

Iussus loqui, si taceat consentire videtur, etiam ad sui præiudicium, l. Ætate, §. Quinecuit, ff. de interrog. act c. 2 de confessis libr. 6 & notat Innoc. in c. 1. de his quæ fiunt à maiore parte capituli, & annotauit D Rochus de Curte, in tractatu de iure patro. folio 18 verso, n. 46.

Iustus.

Iustus pœnam iniqui ferre non debet, nec pœnā mali debitoris, sicut attestatur D. Anton. Archiepiscopus Florentinus in tractatu de Vsuris fol. 208. num 6.

Iustissimus error sufficit vt prosit traditio putatiua, quamuis iustus non sufficeret. Sic habet

habet D. Ioannes Franciscus Balbus in tract. de Præscript. fol. 274. verso, num.30.

Iustum precium requiritur in commutationibus, aliàs commutatio esset iniqua & illicita Plura vide apud D. Guilielmū Bont, in tract. de vsur. fol. 178. num.59.

Iuste possessum & acquisitum non est restituendum, c. Quid dicam, 13.q.4. Plenius apud D. Ioan. Francisc. Balbum, in tractat. de præscript. fol.226.§. 9.num.3.

Iustis lex secularis nō est posita, c. Duę sunt, 19.q. 2. sic annotauit D. Anton. de Rosellis, in tract. de potestate Imperatoris & Papę, fol. 35. verso, §. Sed quod Christus, n. 4.

Iustitia.

Iustitia est habitus per quem iustorum operationes fiunt, per quam volunt & agunt res iustas, Aristot. 5. Ethic.

Iustitia est virtus qua singuli sua secundū leges possident, Aristot. 1. Rhetor.

Iustitia est præclarissima & omnis virtus, Aristot. 6. Ethic. & D. Ioan. à Lignano in tractat. de Amicitia, fol 1 1 § hinc insurgit, n 5.

Iustitia est habitus animi communi vtilitati cōfirmatus, suam cuiq; tribuens dignitatem, eius partes sunt Religio, pietas, gratia, vindicatio, obseruantia, veritas. Cic. 2. Rhet.

Iustitia est æquitas ius vnicuiq; rei tribuēs pro dignitate cuiusq;. Cic. 3. Rhetor.

Iustitia est constās & perpetua vel immortalis voluntas, ius suum vnicuiq; tribuens, §. Primo. Institut. de iusti. & iure, ad quod alludens Bernardus describit.

Iustitia melior est pecunia, quod illa repleat arcam, hęc animam Et Tullius ait nullum tempus iustitia vacare debet, quare iura Authenticorum libro virtutem virtutum præclarissimam esse testantur, vt habet D. Magister Rauaudus in tracta Speculi iudicum, fol. 88. num.3. & Sapientię 1. dicitur, quod iustitia est perpetua & immortalis.

Iustitia est quæ nihil alienū vendicat, quæ cuilibet dat quod suū est: quæ negligit propriam vtilitatem, vt seruet communem æquitatem, & est prima in Deum, secunda in patriam, tertia in parentes, quarta in omnes, D. Ambrosius in Offic.

Iustitia non est aliud, quam non peccare, non peccare est præcepta legis obseruare, D. Hieron. in epist. ad filiam Mauritii.

Iustitia est conseruatio reipublicæ, vt eius destructio iniustitia.

Iustitia est anima ciuitatis, secundum Albericum de Rosatis, in l Iustitia, ff de iustit. & iure, & cōsentit D. Nicol Boetius, in tract. de Seditiosis, fol. 161. verso num. 5.

Iustitia est oculus mundi. Sol oculus mundi, tolle iustitiam tolles ex mundo solem.

Iustitia est regina mundi.

Iustitia domina & regina omniū virtutū.

Iustitia est summa virtus, omnes virtutum species, vno iustitiæ nomine continentur, D. Hieron. ad Demetriadem.

Vbi iustitia, ibi concordia cæterarum virtutum, D. Ambros. in Hexamero.

Iustitia est vindex delictorum.

Iustitiæ primum munus est, vt ne cui quis noceat, nisi lacessitus iniuria. Cic. 1. Offic.

Hæc est vera iustitia, qua potius potiora, & minus minora diligimus, D. August. de vera religione.

Omnis qui facit iustitiā ex Deo natus est, 1. Ioannis 2.

Pro iustitia agonizare & vsq; ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos, Eccles 4.

Et si iustitiam quis diligit, labores huius magnas habet virtutes, Sapientiæ 8.

Diuina iustitia.

Iustus es Domine, & omnia iudicia tua vera sunt & omnes viæ tuæ misericordia, veritas & iudicium, Tobiæ 3.

Dignè eū inuenire non possumus, magnus fortitudine, iudicio, & iustitia, & enarrari nō potest, ideo timebunt eū viri, nec contemplari audebunt, qui videntur sapientes, Iob 37.

Aperiens Petrus os suum dixit: In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet Deum & operatur iustitiam, acceptus est illi, Act. c.10.

Interrogauit Thaletem Milesium quidam, si lateret Deos homo iniuste agens, sed nec cogitans inquit: Diogenes Laertius in vita Philosophorum.

Iustitia diuina proprio filio non pepercit.

Iustitia humana.

Humana iustitia diuinæ comparata iniustitia est, quia lucerna in tenebris fulgere cernitur, sed in solis radium posita tenebratur, August. de agone Christi.

Nostra iustitia ad examen diuinæ, iniustitia est & sordet; D. Gregor. 5. Moralium.

Iustitia non nouit patrem, non nouit matrem, veritatem nouit, personam non accipit, Deum imitatur, Cassiodo. super Psal. 14. & operatur iustitiam.

Iustitia regis, pax est populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentum gentis, cura läguorum, gaudium hominum, temperies aeris, serenitas maris, terræ fœcunditas, solatium pauperum, hæreditas filiorum, sibimet ipse spes futuræ beatitudinis, S. Cyprianus de duodecim abusionibus.

Iustitia regis est parcere subiectis, & debellare superbos.

Hæ tibi erunt artes, pacis imponere mores, Parcere subiectis & debellare superbos. Virgilius Æneid 6.

Iustitia regnantis vtilior est subditis, quam fertilitas temporis, Aristot. 2. Topic.

Melior est dominator iustus, quam pluuia serotina.

Qui virtutis base caret, firmitatis ignarus ab altis ad pristina subito reuocatur.

Propter defectũ iustitiæ, euidentiora vindictæ signa per Deum in seculo relinquũtur.

Ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura, Esa. 28.

Fiat iustitia ne pereat mundus.

Prostrata, quasi modo sepulta iustitia, maxime militaris.

Sine iustitia, nihil potest esse laudabile, Cicero 1. Offic.

Sine iustitia regna quid sunt, nisi latrocinia magna? teste D. Ambros.

Sine iustitia fortitudo non prodest, vt Magister Rauandus in tractatu Speculi iudicum ait, & Plutarchus in Apophthegmatibus.

Iustitiæ venæ pietas & æquitas.

Iustitia sine prudentia multum poterit, sine iustitia nihil valebit prudentia, Cicero 1. Offic.

Iustitia non habet fœdus cum stultitia.

Præclarissima virtutum est iustitia, neque Hesperus neque Lucifer est ita admirabilis, Aristot. 5. Ethic.

Sicut optimum animalium est homo lege fruens, ita pessimum animalium est homo à lege & iustitia separatus, Aristotel. 1. Politicorum.

Iustitia sine misericordia, iustitia non est, sed crudelitas, sic misericordia sine iustitia non est misericordia, sed fatuitas.

Disciplina non est seruanda sine misericordia, nec misericordia sine disciplina, c. Disciplina, dist. 45.

Iustè iudicans misericordiam cum iustitia seruet.

Iustitia vera non habet dedignationem, sed compassionem.

Iustitiæ vis tanta vt sine hac ne viuere possunt qui scelere pascuntur, Cicero 1. Offic.

Iustitiæ nouerca præcipitatio, dicitur contra Pilatum & similes nimis festinantes.

Iustitia in omni contractu est seruanda, vt licitus sit, sic ait Hieron à Luca in tractatu de Cambiis Lugdunensibus, fol. 6. verso, §. Sequitur, n. 1.

Obtemperare iustitiæ summa libertas est, Boetius de consolatione Philosophiæ.

Nimia iustitia incurrit peccatum, temperata iustitia facit perfectos Falsitudinem correctionis amor Christi temperet, & dilectionem proximi sal iustitiæ condiat, D. August. de vera Religione.

Iustitia cultum suum perdit, quando silentium iudicii ob strepitum turba confundit, vt inquit D. Cataldinus de Boncompaignis in tract. de potestate Papæ, fol 90. n. 16

Iustitię seueritati detrahendum, c. Vt constitue-

stituerettur, 50. distinct. Plura vide apud D. Laurentium de Rodolphis, in tracta. de vsur. fol. 149. verso, num. 32.

Iusticiam seruare debet, qui sapientiam concupiscit. Ecclesiastici 1. vt allegat Dom. Magister Rauaudus, in tractat. Speculi iudicum, fol. 89. num. 50.

Iuuentus.

Iuuentus cuncta sine consilio adoritur: vel, quicquid agit iuuenis, raro ibi est consilium vel grauitas, vt in c. Quorundam, 34. distinct. vt habet D. Ludouicus Montaltus in tracta. De reprobatione sententiæ Pilati. fol. 182. num. 12.

L

Labor.

Labor est functio animi vel corporis grauioris operis vel muneris, Cicero 2. Tusculanarum quæstionum.

In labore comedes diebus vitæ tuæ. Genesis 3.

Homo nascitur ad laborem, Iob. 15.

Qui non vult laborare non manducabit. Thessalo. 3.

Vnusquisque mercedem secundum suum laborem accipiet, 1. Corint. 3.

Dignus est operarius vel mercenarius mercede sua. Lucæ 3.

Iustus ac honestus labor honoribus, præmiis, splendore decoratur, Cicero de Oratore 1.

Suauis est labor præteritorũ memoria. Cicero 2 lib. De finibus bonorum & malorum.

Audiui sæpenumero à sanctis viris mundicias mulieribus, laborem viris conuenire. Hominibus bonis oportere plus gloriæ quã diuitiarum esse. Salust. In Iugurtha.

Nil sine magno vita labore dedit mortalibus, Horat. 1 lib. Sermonum, satyra 9.

Labore cessante cessare debet præmium, l. Scio, in principio, ff. de annu. lega. & l. Sicut, ff. Quod cuiusque vniuer. nomine. Ita D. Pet. de Vbaldis, etiam infert in tract. De Canonica episcopali & parochiali.

Laboriosius quæsitum melius dilectũ vel arctius dilectum. vt allegat D. Ioannes à Lignano in tracta. De amicitia, fol. 7. verso, §. Quarto, nũm. 3.

Laboris & itineris expensarum ratio semper est habenda. vt dicit D. Ambrosius de Vignate in tracta. de vsuris. fol. 166. n. 85.

Lachryma.

Qui seminat in lachrymis, in exultatione metet. Dauid psalmo 125.

Beati qui nunc fletis, quia ridebitis, Luc. 6.

Oratio Deum lenit, sed lachryma cogit. hæc vngit, illa pungit, D. Hieron. super Esaiam.

Lachrymæ lauant delictum, quod pudor est confiteri Chrysost & c. lachrymę, De pœniten. distinct. 1.

Fletus est cibus animarum, corroboratio sensuum, absolutio peccatorũ, refectio mentium, lauacrum culparũ, Cassiod. super Psal. Fuerunt mihi lachrymæ.

Laicus.

Laicorum vita est clericis passio, & laicorum mors videtur clericis solatium. vt dicit D. Abb. in c. Secundo, De sepulturis, lib 6 & Innoc. Ibidem, & allegatur hic locus à Dom. Petr. de Vbaldis in tractatu De Canonica episcopali & parochiali, folio 167. verso, numero 3. c. 2.

Languens.

Languente capite facilius reliqua corporis membra inficiuntur, & à planta vsque ad verticem non est in eo salus. & principium vitæ plurimum est in capite, §. Verum, 6. q. 1. vt recitat D. Anto. de Rosellis in tractatu de Conciliis, fol 91. num. 60.

Laudare.

Laudari à turpibus turpe est. sic regi à turpib. & vilib. turpe est: quia talis videtur à cõplicibus cõmendari, vt refert D. Magister Rauaudus, in tracta. Spec. iudiciorũ, f. 89. nu. 35.

Laudet te alienus, nõ os tuum, extraneus & non labia tua, Prouerb. 33.

Esse humilem est nolle laudari, qui se laudari appetit, superbus esse conuincitur. Aug. super 6. Psalmum.

Dicit sermo diuinus. Ne laudaueris hominem in vita sua, tanquam si diceret, lauda post mortem, magnifica post consummationem, D. Ambrosius.

Laus.

Laus est sermo elucidans magnitudinem virtutis. Aristoteles 1 & 3, Rheto. D. Thom. super Psal. 17. colum. 3.

Iucundissima cantio laus est, Xenophon.

Laus diuina.

Laus virtuti debetur, Arist. 2. Ethico.

Laus humana non appetitur à sapiente. subsequi debet sapientem, & recte facientem. D. August de sermone Domini.

Laus propria sordet.

Laudem amicorum potius quam tui ipsius dic Menander.

Laus rerum bene gestarum ad virtutem excitat.

Lectio.

Lectio est sicut oleum in flamma. si est ibi quod nutriatur, nutritur, crescit, & permanet, D Aug De doctrina Christiana.

Statue tibi quod horis sacram Scripturam leges non ad laborē, sed ad delectationem, D. Hieron. epistola 88.

Lectio certa prodest, varia delectat. Sen.

Quo minus leges, non te terreo, dū quicquid legeris ad mores statim referas Idem.

Legatum.

Legatum sine lucro nō censetur legatum, l. 1. §. Cū enim nō, C. cōmunia de leg. & fideicom. sicut attestatur D Guiliel. à Cuneo, in tracta. De muneríb. fol. 11 num. 34.

Legendi potestas dependet à voluntate & conscientia legantis, l. 1. Cod. de sacrosanct. eccle. non autem à voluntate & conscientia legatarii, vt annotat D. Petr. de Vbaldis in tracta. De Canonica episcopali & parochiali. fol. 167. num. 13.

Legitimus.

Legitimus cōtentus viri & fœminæ facit matrimoniū. istam maiorē propositionē tenent Theologi vt inquit D. Guilielmus Bo in tract de vsur. fol. 176. verso, num. 15.

Lenocinium.

Lenocinii crimen maius est adulterio, secundum glos. Bart. & Doctores in l. Athletas, § Qui lenocinium, ff de infa. Vide Angelum & Ioannem de Imo. post Barto. in l. Is qui reus, ff de publ. iud. & per Bald. in l. Palam, ff. de ritu nupt & dicitur leno vilis persona. secundum Bald in l. Humilem, Cod. de incest. nupt. Cætera huc facientia vide apud D. Berthachi. in tract. De Vectigalib. siue gabellis, fol. 68. verso, num. 51.

Læsio.

Læsio enormis potius præsumit ignorantiam quam scientiam Scientia enim vel ignorantia venditoris præsumitur ex coniecturis, quia si versabatur circa res colendas, præsumitur scientia, si circa res remotas, vel patrimonium diffusum præsumitur ignorantia: in dubio autem æstimatę læsionis enormitate potius præsumitur ignorantia, quam scientia. Nemo enim iactare vel abiicere suum præsumitur, l. Cum de indebito, secundum Nico. de Ma. & Baldum in l. 2. in fine, ff Si quis in ius voca. non ie. Prolixius vide hanc sententiam expositam apud D. Fabianum de monte in tract de empt. & vend. fol. 156. num. 20.

Læsus vltra dimidiam partē iusti precii debet restitui quia tunc contractus excedit terminos ęquitatis, qui dati sunt naturę, cum alias esset vera donatio in eo quod iustum precium excedit. vt l. Si quis donationis, ff. de contrahen. empt vbi Bald hoc formaliter notat & D. Fabianus de monte loco iā prææallegato in proximo verb læsio & habetur apud Io. Baptist in tract. de trāsf. f. 191. verso, q. 12. n. 4.

Lætitia.

Lætitia animi corporis dolores interdum mitigat, D. Hieron. super Esaiam.

Lex.

Lex est ratio summa, insita in natura quæ iubet

iubet ea, quæ facienda sunt, & contraria prohibet, eadem ratio cum est in mente hominis cõfirmata, & cõfecta, lex est, Cic. 1. De legib.

Lex est æternum quiddam, quod vniuersum mundum regeret, imperandi prohibendiq; sapientia, Cic. 2. De legib.

Lex est recti præceptio, prauiq; depulsio, Cic. 2. de natura Deorum.

Lex est constitutio populi, in qua maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt, c. Lex, distinct. 2.

Lex est regula & mensura actuum agẽdorum vel omittendorũ, D. Tho. 2. 2. q 90 art. 1.

Lex est dictamẽ rationis practicæ, D. Tho. 1. 2. q. 91. artic. 1.

Lex est vinculum perfectionis, ad Colos. 3.

Lex est validum quid, si regentem habeat, Menander.

Lex omnis diuina vel humana est. Ius generale nomen est. Lex autem iuris est species, ius dictum est, quia iustum, omne autem ius legib. & moribus constat, c. 1. 1. distinct.

Lex Dei caritas est, lex data est, vt gratia quæreretur, gratia data est, vt lex impleretur, D. August. de spiritu & litera.

Lex est donum Dei, l. 3. ff de legib.

Lex naturæ est prima regula rationis, c. Erit autem, distinct. 4 vnde D. Augustin. in libro De libero arbitrio dicit: quod non videtur fuisse lex quæ iusta non fuerit. Iustum autem dicitur ex eo quod est rectum secundum regulam rationis, sed rationis regula prima est lex naturæ, vnde lex humana tantum habet de ratione legis quantum à ratione & lege naturæ deriuatur, si discrepat in totũ, non lex sed corruptio erit. Hanc quæst. pulchre etiam determinat D. Antonius de Rosellis, in tractatu de Conciliis, vbi ostendit quod largissime ius canonicum & ciuile & prætorium dicitur ius naturale, folio 95. verso, num. 14.

Lex est sanctio sancta, quæ honestis permissis inhonesta vetat, l. 2. ff de legibus. & fa. gloss. in §. Lex est, Institut. de iure naturali, gent. & ciuil. Nec debet homines ad delinquendum inducere, c. Factæ autem sunt leges, & in c. Erit autem lex. dist. 4. vt annotauit etiam D. Troilus Maluetius in tractat. de Sortibus. fol. 144. num 19.

Lex & ratio habent se vt corpus & anima: sicut enim corpus regitur ab anima, ita lex à ratione ipsius, vt in regula finali. lib 6. & in l. Cum mulier, ff. Solut. matrim. & Baldus in procemio feudorum, dicit quod essentia statuti consistit in mente statuentium, & hinc est quod dicitur, quod ratio legis est anima legis, sicut docet D. Laurus de Palatiis, in tract. de successio. masculo exclusis fæminis, folio 46. num 21.

Lex ciuilis non potest permittere, nisi maius bonum sequatur. c. Si Christus de iureiurand. Plura vide apud D. Anton. de Rosellis, in tract. de Conciliis, fol. 93. n. 12.

Lex iura naturæ permittit, cum non vetat, vt gloss. in l. Scientiam, §. Qui cum aliter, ad l. Aquil. Præterea cum lex canonica hoc permittat, ergo & diuina. Antecedens probatur, c. Olim, de restit. spolia. in Cle. c. Pastoralis, de re iudic. c. Si furiosus, de homic. cle. Reliqua vide apud D. Anton. de Rosellis, in tractatu de Conciliis, fol. 119. §. 5. n. 1.

Lex vbi denegat audientiam, ibi spoliatus non est restituendus, c. Ad decimas, de restit. spolia. lib. 6. & c. In nomine Domini, 23. dist. iuxta gloss. in verbo. Audiẽtia, sic annotat D. Anton. de Rosellis, in tractatu de Conciliis, fol. 120. §. 13. num. 2.

Lex extra territorium neminẽ ligat, l. Finali, ff de iurisd. omn. iudic. & in c. Vt animarum, De constit. lib. 6. vt citat D. Guilielm. à Montferr. in tract. de success. regũ f. 225. n. 48.

Lex mitior est homine; vel dici potest, Qđ in dubiis mitius agitur cũ lege quã cũ homine, l. Celsus, de Arbitr. Vnde si iudex vel arbiter aliquem damnat in pœnam certa die, si illa die non debet, incidit in pœnam: si autem condemnatur simpliciter, tunc dies inest à lege, quę habet dilationem dandã iudicatis, sic lex est mitior homine, l. Sciendum, §. fi. & l. Si cum dies, ff. de Arbitr. & gloss in l. Quicunq;, & gloss. 1. ff, De seruis fug. & l. Si

dubitari, ff. de iudic. & l. In tantum, ff. de ſolut. & l. Promiſſos Stichi. de conſtitu. pecun. & comprobat D. Franciſcus de Porcellinis, in tractatu de inuentario, fol. 132, cap. 6. numero 5.

Lex vna aliam diſtinguit, l. Imperator, ff. de poſtulando, & l. Quintum, ff. teſtib. §. Si inſtitutus, Inſtitut. de vulga. & pupilla. ſubſtit. ibi ſine diſtinctione, & tamen diſtinguitur per allegatas leges, ſimilem legem non allegando, in fine. de iudic. vt habet D. Franciſcus de Porcelinis in tractat. de Inuentario, fol. 131. num. 35. qui paulo poſt ſubdit, leges legibus ſunt concordandæ, l. 1. C. de inoffic. donat.

Lex ſubditos tantummodo ligat, l. finali, ff. de iuriſdic. omni. iudic. Finali, De conſtit. in 6. vt habet D. Ioann. le Cirier in tractatu de Primogenitura, fol. 178. num. 4.

Lex conſcientiæ maior eſt quam ius fori, ſic tenet Abbas Siculus, & D. Anton. de Butrio in tit. ff. & C. ad Macedonianum, dicentes ius poli præualere, vt citat D. Iacobus de Canibus, in tractat. De executione vltimarum voluntatum, fol. 139, num. 9.

Lex veritatem & ſimplicitatem potius diligit, quam ſubtilitatem, l. 1. §. Omnia, C. de veteri iure enucleando, & ita tenet, D. Ioann. Hugo in tractat. de offic. quatuor prælatorũ, fol. 27. verſo, num. 5.

Lex ſecularis ſeruire debet canonicæ, c. Lege 10. diſtinct. & c. 2. extra de priuilegiis, ſic allegat idem D. Hugo, præfato tractatu, fol. 33. verſo §. Quamuis, num. 2.

Lex ſemper eſt certa de veritate, l. Si pecuniam, §. Si ſeruum, ff. de condict. ob cauſam. Plura vide apud D. Tyndarum, in tractat. de compenſatione, fol. 127 num. 68.

Lex imperfectum opus neſcit.

Lex ſuperioris ab inferiori tolli non poteſt.

Lex voluntati iungenda eſt, non voluntas legi.

Lex Imperatorum quod minando imperat, hoc fidei lex credendo impetrat, D. Auguſt. de ſpiritu & litera.

Lex bona eſt, ſi quis ea legitime vtatur, 1. Tim. 1.

Leges ſunt tramites.

Leges ſequuntur canones.

Leges dant formam futuris negotiis, l. leges, C. de legib.

Leges ſunt ſacratiſſimæ, & ab omnibus ſciri debent, vt l. Leges ſacratiſſimæ, Cod. de legibus.

Lex ceſſat ceſſante ratione legis.

Leges debent introducere quid ſit vtile animæ & auditui & corpori. vt notat Angel. in prœmio Inſtitutionum, §. Cumque hoc.

Leges egent armis.

Leges inter arma ſilent.

Leges non ſint ſimiles telis aranearum.

Leges dantur de his, quæ frequenter contingunt.

Legis virtus eſt imperare, vetare, permittere, punire, l. Legis, ff. de legib.

Legibus iudicandum eſt, non exemplis.

Legis clypeo nemo debet decipi.

Legiſlatoris intentio eſt, vt per legem faciat bonos ciues.

Legiſlator commune bonum præferre debet priuato, l. Vtilitas, C. de primipilo lib. 12. l. Vna, in fin. de C. de cadu. tollend. & c. Bone. de poſtulat. prælato, & c. Scire, 7. quæſtione 1. ſic habet D. Ioannes à Lignano, in tractatu de Amicitia, fol. 3. §. quia dictum, num. 5.

Legiſlatores etiam quæ bis accidunt contempnunt, vt ait Theophraſt. & l. Nam ad ea, ff. de legib. cum duabus legibus præcedentibus, vbi Pomponius Iuriſconſultus ait, quod iura conſtitui oportet ex frequenter accidentibus, & Celſus inquit, ex his quæ forte vno aliquo caſu accidere poſſunt iura non conſtituuntur, ſicut pulcre allegat D. Ioann. le Cirier in tractat. de Primogenitura, fol. 182. quæſt. 14, num. 8.

Legis authoritas interueniens malam fidem ceſſare facit, & mala fides eſſe non poteſt vbi legis authoritas interuenit & iuſtificat, l. 1. C. de his qui ve. ætat. impetrar. Barbat. in addit.

addit. ad Baldum, & Aluaro. in § Si quis per triginta, ff. de Præscript. Plura vide apud D. Ioan. le Cirier in tract. de Primogenitura, fol. 192. q. 9. num. 11.

Legis proprium est generalem esse, & communem, l. 1. ff. de legib. & l. Leges, ff. eodem, & c. Erit, 4. distinct. Nam lex est pro communi omnium ciuium vtilitate. Plura vide apud D. Philippum Francum in tractatu Disputationis petitorii. fol. 83. num. 7.

Legis verba non debent cauillari, l. 2. §. tractari, ff. ad Tertul. & l. penult. ff. ad exhibend. ibi patet non oportere ius ciuile calumniari, nec verba eius captare. Idem probat D. Fabianus de Monte, in tractat. de empt. & vendit. fol. 143. n. 35.

Leges priores determinant posteriores, l. Non est nouum, ff. de legib. & verbum generale debet restringi, l. Si is qui, ff. de acquiren. & C. ad Velleia. sic docet D. Iacobus de Arena, in tractat. de expensis, fol. 43. n. 6.

Leges generales corrigere non licet, l. 1. C. de offic. præfect. Orien. & allegat D. Petr de Vbaldis, in tractat. de Canonica episcopali, & Parochiali, fol. 175 num. 40.

Legis dispositio, legis verba sequitur. Nam ad illum casum adaptatur legis dispositio, ad quem adaptantur eius verba, l. 4. in principio, ff. de damno infect. & ibi dicit idem Bart. & in l. Ita autem, ff. de administrat. tuto. & habet D. Barbatia in tractatu, de præstantia Cardinalium, fol. 42. n. 33.

Legi fraus fit, cum verborum intentio non seruatur, l. Non dubium, C. de legib. & l. Sociatur ne consultus contra legem, ff. de legib. & c. Consulit. ext. de Vsuris. Nam sententia verborum magis debet attendi quam verba, l. 3. §. Condictio, ff. de adimend. legat. & l. penult. ff. Si quadrupes pauper. fec. dica. vt adducit D. Barthol. Brixiens. in tract. Quæstionum Dominicalium, folio 54. q 35. nu. 2.

Frustra legem implorat, qui in legem committit, l. Auxilium, in fin. ff. de mino. & c. quia frustra, extr. de vsur. & idem habet D. Barth. Brixiens. in tractat. Quæstionum dominicalium, folio 53. quæstione 32. numero 4.

Leges singulariter tendũt ad concordiam; l. 1. ff. de nou. oper. nuncia. & c. Si quis membrorum, 23. q. 8. & in procemio Gregoriano compilant. Vide D. Ioann. à Lignano Authorem, in tractatu de Amicitia, fol. 4. num, 2. §. Quia visum.

Leges inuentæ sunt pro publica vtilitate, Quod positum est in legum potestate, non egebit aliqua externa dispositione.

Regitur enim omne dominium legũ authoritate fulcitum, quarum ordine, & in quibus omne genus hominum similiter obligatur.

Sine lege impius est homo.

In legibus omnia posita sunt.

Sine lege loqui erubescimus.

Omnium legum est inanis censura, nisi diuinæ legis imaginem gerat, D. August. 9. de Ciuitate Dei.

Leges constat inuẽtas ad salutem ciuium, ciuitatumq; incolumitatem, vitamq; hominum & quietam & beatã, Cicero 2. De legib.

Cum dico legẽ à me dici nihil aliud intelligi volo, quam imperiũ, sine quo nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuersum genus, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus stare potest, Cic. De legib.

Libellus.

Libellus obscurus responsionem non meretur, In Authent. de testam. imperfect. circa princ. col. 8. Nos igitur ait lex omnia clara & aperta consistere volumus. quid enim sic proprium est legum sicut claritas? & c. c. Cum clamor, extr. de testibus, & c. Literæ, de dil. l. In ambiguis, ff de regu. iuris, & l. Si matre. ff. de rei vend. & l. 1. §. Si quis argentum, ff. depositi, l. In actione, 1. responso, ff. fur. & l. finali, §. Sed cum antiquitas, C. de cura. furi. Idem tenet D. Nepos à Montalbano, in tract. Exceptionum, fol. 173. verso, artic. 18. num. 3.

Libellus est truncus arboris iudiciariæ, sicut stipes vel truncus regit totam arborem: sic libellus vel petitio siue in ciuilibus, siue in criminalibus totum processum & iudicium

gubernat,& ad eum referuntur omnia. Hinc Specul.in tit.de libel.concept circa finem in princ.p.4. libri, ait quod tota vis iudiciorum consistit in libellis concipiendis, & pauci reperiuntur in hoc plene instructi, imo videtur quod nemo sit qui in his aliquando non erret, ideo bene precandum. Plura vide de hac materia in vniuersum. apud D. Ioa. à Grassis in tractat. Arboris iudiciorum,folio 92.princip.3.n.2.

Libellus offerri debet,aliàs litiscontestatio non valebit, Authent. Offeratur,in fi. C. de litis contesta.nisi in casibus contentis, Auth. Breuissimas, C. de sen. ex peri. reci. Vbi dicitur, Breuissimas lites & maxime vilium personarum sine scriptis & sine aliqua expensa præsidem cognoscere oportet, l. finali,in fine lib.12.C. de priui.schol. Reliqua vide apud D. Nepotem in Montalbano, in tractatu Exceptionum. Vbi late ait de libellis, fol. 173. art. 18. per totum.

Libellus talis præsumitur, qualis est sententia,sicut dicitur,talia sunt subiecta, qualia permittunt eorum prædicata,& sequētia declarent præcedentia:sicut rursus præcedentia declarent sequentia,& ponitur regula, l. Si vno,ff.loca. verba accipienda esse secundū subiectam materiam. Plenius vide D. Ioannem le Cirier, in tractat. de Primogenitura, folio 142. verso,q.2.nu. 6.

Liberalis.

Liberalis nemo existit in necessitatibus, l. Rem legatam, ff. de adimen. lega. & ponunt Bartol. & Doct. in l. Si creditores, C. de pact, Idem refert D.Rochus de Curte,in tractat.de Iure patronatus,fol. 28.n.12.

Liberalis sine modo nemo esse debet. In ipsa enim liberalitate modus adhibendus est, rerum & personarum.Rerum, vt non omnia vni,sed quędam singulis pręstentur, vt pluribus prosit,iuxta Psal.111.Dispersit,dedit pauperibus.Personarum,vt primum iustis,deinde peccatorib.eroget,vt c.Fratrem nostrū,68. dist Cic.plene in Offic.de liberali disputat, & docet hanc materiam copiose D.Pet à Biaxio, in tractat.Directorii Electionum,fol.110.n.[illegible]

Liberalitas.

Liberalitas est virtus benefaciens pecuniis, cuius contrarium illiberalitas, Arist. 1.Rhet.

Liberalitas est virtus erogatrix beneficiorum,quā pro affectu benignitatē, pro effectu beneficentiā dicimus: vel est mediocritas circa dandas pecunias, Aristot.4. Ethic.

Liberalitas est virtus bene dispensandi diuitias in vsus bonos sibi,suis, & aliis,D.Tho, 2.2.q.117.artic.1.

Liberalitatis comites sunt humanitas & clementia,Valer. Maxim.lib. 5.

Diuitię erogatæ addunt amicos plurimos, Prouerb.19.

Hilarem datorem diligit Deus,Matth.7.

Liberalitas non cumulatione patrimonii, sed largitatis diffinitur affectu, D. Hieron de viduis.

Nunquam est vacua manus à munere,si arca cordis repleta est bona voluntate,D.Gregor. 19.Moralium.

Nulli paruus est census : cui magnus est animus.Leo Papa.

Non est liberalis,qui de alieno est liberalis, sed ille, qui quod alteri donat sibi detrahit, Seneca,de Clementia

Dabo egenti,sed non vt ipse egeam, Seneca,de Beneficentia.

Libere.

Libere agere nemo in necessitatibus constitutus dicitur,secundū Bald. in consi. Schismatis,& citat D.Matth. ab Afflict.in tractat. de iure protomiseos,fol.155.n. 8.

Libertas.

Libertas est facultas naturalis eius, quod cuiq; facere libet,nisi quod vi aut iure facere prohibetur, Insti.de iure personarum.

Libertas res quædam stabilis est, cui fauendum est. Vide plene D.Petr. Antibolū,in tractat. de muneribus,f.19.verso,n.100. quia omnia iura fauē libertatib.c. Cū olim,§.pen. & in c.Ex ore,§.fin.de priui.vnde fauores amplieantur,& odia restringuntur,c.Tua,de decimis,

cimus,& c. 1. de filiis presbyt,libr.6 & in Regula Odia. de reg.iuris,eod.l.6.&l. Cum quidam,ff.de liber.&posthu.hanc materiam tractat recte D. Ioan.Lupus, in tract. de libertate ecclesiastica, fol.138.verso,q. 6 n. 4.

Libertas summa est sub iusto domino degere,secundũ Angel.in l.1.in fi.ff.de seru.vrb. prędio.qui allegat Senecam,vt etiam attestatur D.Nicolaus Boerius,in tract.de Seditiosis fol.161,num. 12.

Libertas ita læditur in minimo, vt in maximo.Nam vt ait B Iacob. in Canonica sua, c.2.Quicunq; totam legem seruauerit offendat aũt in vno, factus est omnium reus, vt si vnus ieiunet,pręter vnã diem,videtur fregisse totã quadragesimã,c Nõ liceat,de cõsecrat. dist.3.Plura vide apud D.Io. Lupũ,in tract.de libert. ecclesiast. fol.139.q. 8. num.2.

Quid sit libertas quæris, nulli rei seruire, nulli necessitati, nullis casibus fortunæ ab æquo discedere, Seneca epist.47.

Genus seruitutis est coacta libertas. Quintilianus.

Opus libertatis est, viuere vt aliquis vult, Aristot.6. Polit.

Quid est autẽ libertas,nisi potestas viuendi vt velis,Cic.in Paradoxis.

Prima libertas voluntatis erat posse peccare: nouissima erit multo magis,nõ posse peccare,D. August.de correctione & gratia

Manebat aũt omnib.ante vini vsum incõcussa libertas,nõ esset hodie seruitus, si ebrietas non fuisset,D.Ambrosius in Domini sermone,de ieiunio.

Liber.

Liber non est quem superbius inflammat animus,Seneca in Prouerb.

Virtus & malitia determinant seruos & liberos,nobiles & ignobiles,Aristot.1. Politic.

Liberi viri est vera dicere,Menander.

Libertus.

Libertum ingratum patronus in seruitutem reuocat,l.penult. C de ope. liber. l. Si manumissus, C. de libertis & eorum liberis. Plura vide apud D. Paulum de Citadinis in tract.de iure patronatus,fol.60.n.10.& idem Paulus dicit art.4. quod libertus non solum inopem patronum,sed etiam eius liberos cogitur alere, l. Si quis a liberis, § Solent, ff de lib agno.facit § Item si is qui ædium, Insti.de vsu & habit. & l.Non solum,& l. Non aliter, ff.de vsu,& habi.fol.58.n. 4.

Liberum.

Liberum quod est in persona mediata, liberum est in persona immediata, secundum Baldũ,vt annotat D. Pet. de Vbaldis,in tract. de Canonica episcop.& paroch.fol. 167. n. 15.

Liberum arbitrium est voluntas,secũdum quod in ea est virtus intellectus, vel est facultas voluntatis & rationis,D.Thom 1 part.q. 83. artic.3.& 4.

Libido.

Libido vel licentia mentiendi non debet esse impunita in criminum delatoribus.

Licitum.

Licitũ est cuiq; plus recipere ex re propria, vt ex possessione per me empta.quicquid venit ex ipsa,hoc totum meum est,licet excedat precium datum,sic quod recipitur ex iure annuæ pensionis, licet plus recipiatur, quã pro iure fuit solutum,tamen licite recipitur,quia venit lucrũ non ex re aliena,sed ex propria Si vero lucrum reciperetur ex re aliena, tunc esset vsura. Plura vide apud D. Guiliel.in Bont. in tract.de Vsuris,fol.177. verso,num. 41.

Licite arguitur à vulgaribus Prouerbiis. c.Et si Iudęos,de Iudi. vt annotat Laurentius de Rodulph.in tract.de vsur.fol.127.n 3.

Lingua.

Linguam nullus hominũ domare potest, D. August.l de verbis Domini.

Optimus est homini linguæ thesaurus, A. Gellius,in noctibus Atticis, 1 c.15.

Lingua loquax, vir linguosus nõ dirigitur in terra, Psalm.139.

In multiloquio non deerit peccatum, Prouerb. 10.

Terribilis est in ciuitate vir linguosus, & temerarius in verbo suo odibilis erit, Eccles.5.

Lingua placabilis lignum vitæ, quæ immoderata est, conterit spiritum. Prouer. 15.

Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinam. Prouerb. 26.

Oportet animas prius, & postea linguas fieri eruditas.

Vbi plus linguæ, ibi minus est cordis.

Lingua est nuncius cordis.

Lingua est interpres animi.

Lingua vel os loquitur ex abundãtia cordis, Matthæi 15.

Lingua coercenda. qui vult vitam diligere & dies videre bonos, coerceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum, 1. Petr. cap. 3.

Liquidatio.

Liquidatio fieri potest sine medio quandoque, vtputa si sine medio debitor conuentus instrumentum debiti sui offerat, in quo confessio vel guarantigia continetur. tunc enim liquidum debitum est, æque ac si per iudicem pronunciatum esset. vt per Barto in l. Possessio, §. Et si possessio, ff. de acquiren. possess. Plura vide apud Dom. Tyndarum in tractatu de Compensationibus, folio 129. verso, num. 37.

Liquidum esse, & de facili vel cito liquidandum, paria sunt, l. fina. C. Compen. vt tenet D. Francisc. Balbus, in tracta. de præscriptionib. fol. 216. §. Nono, num. 3.

Lis.

Lis vel causa non debet quem possessione priuare. vt scribit D. Speculator. de appel. §. Nouissime. Plura vide apud D. Petr. Antibolum, in tracta. de muneribus, fol. 34. nu. 75.

Litis euentus est dubius. vt legitur apud D. Ambrosium de Vignate in tractat. de Vsuris, fol. 165. num. 77.

Lite pendente, vel appellatione pendente, vel termino dato ad appellandum pendente, nihil debet innouari. vt annotauit præfatus Ambrosius, in d. tracta. de vsuris, folio 168, numero 129.

Boni hominis est lites execrari.

Litera.

Litera mitior in pœnalibus præualet. Respice D. Baptistam Caccialupum in tracta. de Ludo. fol. 195. num 30.

Literis sigillatis creditur, c. Inter. extr. de exces. prælat. & assentit D. Bartho. Brixiens. in tracta. Quæstionum Dominicalium, fol. 56. q. 46. num. 3.

Loca.

Loca non sanctificant hominem, c. Non loca, & c. fina. 40. distinct. & non satis est Hierosolymis fuisse, sed bene vixisse, c. Gloria Episcopi, 12. q. 2. & non sufficit diu studuisse, sed bene. vt est glos. in l. Vnicuique, C. de proxi. sacr. scri lib. 12 & annotat D. Ioa. le Cirier in tractat. De primogenitura, folio 19[illegible] verso, num. 12.

Locare.

Locans retinet in se periculum ipsius rei locatæ casuale. Vide D. Ambrosium de Vignate in tracta. de vsuris, fol. 172. num. 195.

Locator.

Locator conductorem male versatum in re locata expellere potest, l. Ædem. C. locati. Vel si biennio continuo pensiones non soluerit, l. Quæro, §. Inter, ff. eodem. Plura vide apud D. Placentinum, in tracta. de Personalibus actionib. fol. 125. titul. 24. num. 4.

Locatio.

Locatio ad longum tempus dicitur alienatio. Ratio est, quod appellatione alienationis continetur locatio ad decem annos. ita tenet Ioannes Andreas, in c. fina. de reb. eccle. non alienan. & secundum Baldum in c. 1. in principio. in 1. cõstitutione feudo. Q[illegible] feud. dare possunt. Item subdit Baldus in Authen. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. ecclesi. Plura vide apud Dom. Fabianum de monte in tracta. de emptione & venditione, fol. 139. num. 9.

Locupletari.

Locupletari cupiens à iusticia animum suum auertat. sic allegat D. Rauaud in tracta. Speculi iudicum, fol. 88. verso, num. 14.

Locupletari nemo debet cum aliena iactura, vel lucrū cū aliena iactura est damnosum: nulliq; prodest, l Si vina, ff de pericu. & commodo rei vendi.

Lubricus.

Lubricus linguæ facile ad pœnam non trahitur, l. Famosi, § hoc tamen capite, ff. Ad l. Iuliam Maiest. vt annotauit D. Tyndarus, in tractatu de Testib. folio 99. verso, cap. 10. numero 4.

Lucrum.

Lucrum est acquisitio ex labore vel opera.

In sua natura honesta sunt lucra, per quæ nemo læditur. bene quæritur, quod de nullis dominis abrogatur. Cassiod 9 lib. epist. 3.

Necesse est facere sumptum, qui quęrit lucrum. Plautus in Aulularia.

Noli male lucrari, mala lucra æqualia damnis. Hesiod.

Morem malum fuge, & lucrum malum, Menander.

Lucrum puta lucrum, si iustum sit. Idem.

Turpia lucra calamitates pariunt. Idem.

Lucrum est finis mercatorum. vt ait D. Hieronymus à Luca in tract. de Cambiis Lugdunensibus, fol. 8. num. 38.

Lucris propriis quilibet inhiat, quæ coniunctio mater est discordiæ, vt l. Cum pater, §. Dulcissimis, ff. de lega. 2. & D. Iohan. à Lignano hanc sententiam allegat, sicut Terentius ait, Proximus sum egomet mihi. fol. 16. §. Consequenter, num. 3.

Lucrari.

Lucrari dicitur qui suæ voluntati satisfacit, glos. singularis. in l Cum seruus, in verbo facti, ff. de condi. causa data caussa nō secuta. vt meminit D. Ioan de Cirier in tract. de primogenitura, fol. 171. verso, num. 25.

Ludus.

Ludus est multorum causa malorum. quia in ludo attenditur cupiditas, quę est radix omnium malorum, c. Bonorum, 47. distinct. & per consequēs lusores fiunt auari & sic cęci, c. Auaritiæ cæcitas, de elect. libr. 6. fiunt idololatrę. c. Auaritiæ, de præbend. corrumpunt proximos, quos alliciunt aut inuitant. & sic causam damni dando, damnum facere constat. iuxta illud: Qui caussam damni dat, damnum dedisse videtur, l. Qui occidit in fi. ad l. Aquiliam. Bonos scandalizant: tempus amittunt inutiliter. Plura vide apud D. Troilum Maluetium, in tractatu De sortibus, fol. 143. num. 6.

Luxuria.

Luxuria est solutio in voluptates. Isidor.

Luxuria est concupiscentia experiendæ voluptatis, vel desiderium concubitus supra modum. Hugo.

Luxuria est appetitus inordinatus venereorum, Diuus Thom. 2. 2, q. 153. & quæst. de malo, 15.

Luxuria non est vitium corporum pulcrorum vel suauium, sed animæ peruersæ amantis corporeas voluptates neglecta temperantia, qua aptamur spiritualibus. D. Aug. 12. de Ciuitate Dei.

Qui luxuriatur viuens mortuus est. ferreas mentes libido domat, D. Hierony. ad matrem.

Malum luxuriæ aut cogitatione perpetratur, aut opere, D. Gregor. 22. Moralium.

Luxuria à castrorum custodibus explodenda est. Nam castra vbi milites sunt, dicta sunt quasi casta, vel quod ibi castretur libido vel licentia euagandi. Vnde secundum Lucam de Penna in l. Vna. colu. penultima, C. de Castren. omnium Pala. peculio, lib. 12. hodie castra militum lixis scortisq; repleta sunt contra disciplinam Metelli, Africani, & cæterorum. sic frequentius & facilius Thaidis castra videmus euerti quam Annibalis. Plura vide apud D. Nicolaum Boerium in tract. de Custodia clauium, fol. 219. num. 21 & 22.

Luxuria blandum malum est, ex abundātia nascitur, prodiga rerum, in senibus fœdissima, seruitus vitiorum, similitudo cum iumentis irrationalibus.

Luxuria vero cū omni ætate sit turpis, tū maximę senib. fœdissima est, Cic. lib. 1. Offic.

Malitia vnius horæ obliuionẽ facit luxurię.

M

Magister.

Magister est qui præ cæteris curam alicuius rei gerit. Hostiens.

Magister probæ ætatis, & vitæ, eruditionisq; eligendus est, D Hiero. epist. 89.

Magistris, Diis, & Parentibus non potest reddi æquiualens, Aristot. 9. Ethicor.

Docentes alios mentiri non debent. Arist. lib de morte.

Qui non nouit subiici, non scit magistrari, nec potest esse Magister, qui non nouit se esse discipulum, Boetius de scholariũ disciplina.

Magnanimitas.

Magnanimitas est virtus magnorum beneficiorum affectans. Arist. 4. Ethic. & 1. Rhetor. D. Tho 2. 2. q. 129. artic 1.

Magnanimitas est virtus spontanea, difficiliũ aggressio, & rationabilis. Cic. 1. offic.

Magnificentia.

Magnificentia est cogitatio & administratio rerum magnarum cum animi splendida propositione, Cicero Rheto. 1. & Aristoteles 1. Rhet & D. Tho. 2. 2. q 134. artic. 1.

Maiestas.

Maiestas est decus, amplitudo & dignitas vel populi, vel senatus, vel magistratus, vel principis vel imperatoris, aut etiam priuati magni viri, vel alterius etiam rei inanimatæ, vt habet Mirabellius in sua Polyanthea.

Maiestatis læsæ crimen committit, qui iuxta iurisconsultos aduersus populum Romanum vel eius securitatem peccat.

Maiestatis læsæ rei dicuntur conuicti de crimine aduersus maiestatem commisso.

Maiestas est duplex: diuina & humana. De diuina constat in hymno, Te Deum laudamus. Pleni sunt cæli & terra maiestatis gloriæ tuæ, & Matthæi 25 Cum venerit filius hominis in maiestate sua, &c.

Humana maiestas prima Imperatoria est. de qua in procemio Institutionũ. ibi, Imperatoriam maiestatem, &c.

Regia maiestas altera est, de qua in l. 1. C. vt nemo priuatus, ibi Reg. maiestatis, &c.

Populi Romani maiestas tertia. de qua in l 1. ad l Iuliam maiesta.

Maiestas magistratus quarta. sic dicitur Maiestas prætoris, l. Si familia, & ibi Alexan. ff. de iurisdict. omnium iudic.

Maiestas est summa potestas, D. Thom. super epistolã ad Hebr. Lectione secũda fin.

Malitia.

Malitia est animi deprauatio à tramite veritatis deuia, D. Ambrosius in Hexameron.

Malitia est versuta & fallax ratio nocendi, Cicero 3. de natura deorum.

Si perseuerabitis in malitia, & vos, & vester rex peribitis, 1. Regum 22.

Homo occidit per malitiam animã suam Sapientiæ 16.

Malitia est ex proposito, & deliberatione malo cognito, prono animo consentire. Richardus, de verbis Apostolorum.

Malitia crescente augeri debet pœna, l. Si diutino tempore, & ibi glos. ff. de pœnis. Vide D. Nicolaum Boerium, in tracta. de Seditiosis, folio 168. verso, n. 54.

Malum.

Malefacere qui vult, nusquam non inuenit causam. maleuolus sua natura nititur. Seneca in Prouerb.

Vnum malum nunquam solum.

Malum malo aptissimum est. Terentius.

Malum facile, bonum difficile. Aristoteles 2 Ethico.

Proueniente vno malo sequuntur alia. Et ex diuerso, §. 1. ff de rei vendic.

Malum principium habet malum finem.

Mali corui malum ouum. Aulus Gellius in noctibus Atticis.

Malitiis hominum non est indulgendum sed obuiandum, l in fundo alieno, §. penultimo ff de rei vendica.

Malum nascens citius opprimitur.

Malorum præmeditatio lenit eorum aduentum.

Maius malum non debet permitti propter minus malum euitandum, c. Tua, ext. de decimis, & c. Nulli licet clerico. 44. distin. & c. Miramur, 24. q. I. Vide D. Damasum in tract. de Brocardis, fol. 143. verso, nu. 26.

Potius quis debet omnia mala pati, quam malo consentire. iuxta sententiam Matthæi 11. Qui negauerit me coram hominibus, negabo ipsum coram patre meo. Reatus omnẽ honorem excludit.

Malè mali omnibus vtuntur. digni qui malè pereant, c. Itane, 32. q. 2.

Nemo malus felix. Iuuenalis Satyra 4.

Exemplo quodcunque malo committitur, ipsi Displicet authori. Iuuenalis Satyra 13.

Semel malus semper præsumitur malus.

Malus præsumitur, qui cum malis conuersatur. & vt suspectus repellitur, l. Si plures, § Si pares, ff. de administr. tuto. & vide D. Guidonem Papam, in tracta. de presumptionis, fol. 234 num. 13.

De duobus malis minus malum eligendum est.

Malũ virtutis specie tectum cito lædit.

Fallit enim vitiũ specie virtutis & vmbra. Iuuenalis Satyra.

Omnis ætas ab adolescentia prona est in malum.

Mala fides ex iuris errore inducta dicitur ficta. Hanc sententiã cum omnib annexis de bona fide & mala fide quatenus præscriptio causatur, tractat D. Ioannes Franciscus Balb. in tract. de præscript.

Maleficium.

Maleficium est beneficium inuito datum. Mimus Publianus.

Non debet via aperiri maleficiis, l. 1. §. Sed & si quis, ff de Carbo. edicto.

In maleficiis voluntas spectatur, non exitus, l. D. Adrian. ff. ad l. Cornel. de sicar.

Posita lege inueta est malitia: per legẽ enim cognitio peccati. Paulus ad Rom. c. 3. & seq.

Ex malis moribus bonæ leges natæ sunt.

Crescente malitia & maleficio debet crescere pœna. Oldendorp. in locis communib.

Punitur affectus maleficii & si effectus nullus sequatur.

Mansuetudo.

Mansuetudo est mediocritas iræ. Aristot. 4. Ethicor. 1. & 2. Rhetor.

Mandatum.

Mandata Principis nõ seruãtes sunt excõmunicãdi. vel aliter extraordinarie puniendi gl. & Doct. in prœmio Decretalis & Marti. Laudens. in tract. de Principib. f. 112. q. 525.

Maritus.

Maritus sit defensor suæ vxoris, § Patitur. Insti. de iureiuran. vt allegat D. Pet. à Monte. in tractatu de Monarchia conciliorum, folio 26. §. 5. num. 3.

Martyrium.

Martyrium est actus quadruplicis virtutis, & fortitudinis elicientis principaliter, patientiæ consequentis, charitatis imperantis, & fidei confirmantis finem, Diuus Thom. 2. 2. q. 124. articulo I. cap. I & 2. Vel est actus maximę perfectionis non per se, sed vt imperatur à charitate. Idem.

Sæculi homines infeliciter felices sunt. Martyres autem feliciter infelices erant, D. Aug. super Psalm.

Duo sunt Martyrii genera, vnũ in corpore, aliud in mente simul in actione. itaque esse Martyres possumus, & si nullo ferro trucidamur, D. Grego. in Homilia.

Masculi.

Masculorum natura est honoratior muliere. quoniam natura dedit potestatem viro supra mulierem, item fortitudinẽ corporis, & longe maiorẽ sensum atq; ingeniũ. vt testatur, D. Laur. de Palatiis in tracta. de succes. masculorum exclusis fœminis, f. 45 n. 10.

Materfamilias.

Materfamilias habere potest peculiũ aduęnticium aut profecticium, sicut & filiafamilias. vt in lege Profecticia. per totam, & in fin.

ff de iure dotium. Regulariter tamen filiifamilias dicuntur habere peculium profectitium vel aduenticium, &c. l. finali, C. de inoffic. testa. & in l. Paterfamilias, ff. de verb. significa. Idem tenet D. Baptista à sancto Blasio in tracta. de priuileg. dotali. folio 41. numero 41.

Materia.

Materia appetit formam, quam si non habet, est imperfecta, & forma conseruat illam in esse, l. Si conuenerit, §. Si quis cauerit, ff. de pignora actio. Hinc materia deputata & destinata absque forma, habetur pro re imperfecta & incerta, l. lana legata, ff. de lega. 3. sicut allegat D. Guiliel. à Montferrat. in tractat. de success. regum, fol. 227. in 3. dubio. n. 6.

Materiæ nouæ distingui & limitari debent per antiquos. in Authen. de filiis ante dotalia instrumenta natis, l. fi. l. Non est nouum, & l. Sed & posteriores, ff. de legib. Plura vide apud D. Matthessyllanum, in tracta. de succes. ab intesta.

Matrimonium.

Matrimonium est legitima societas inter virum & fœminam, in qua ex pari consensu semetipsum alter alteri debet, D. August. de virginitate.

Matrimonium est maritalis coniunctio viri mulierisque inter legitimas personas retinens vitam indissolubilem. Magister Sententiarum 4. distinct. 27. 22. q. 2. §. & §. Nuptiæ. Institu. de patria potestate.

Honorabile connubiũ in omnib. & thorus immaculatus, fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus Hebræorum 13.

In coniugali vinculo si pudicitia non seruatur, damnatio non timetur, D. August. & cap. Nuptiarum, 27. q. 1.

Interueniente diuortio non separatur cõfœderatio nuptialis, D. August. de bono coniugali.

Tantum valet vinculũ sociale, vt cũ causa procreandi colligatur, nec ipsa causa procreandi dissoluatur, c. tantum, 32. q. 7.

Vsque adeo inter viuentes maneant initia iura nuptiarum, vt potius inter se coniuges separentur, quam cum his, quibus adhæserunt, D. Augusti. Ibidem.

Bene vtitur malo, concupiscentiã restringens connubio. Idem.

In omni matrimonio cõiunctio intelligitur spiritualis, quã confirmat & perficit coniunctorum commixtio spiritualis. Ibidem de Patriarchis.

Nuptiæ terram replent, virginitas paradisum. Idem.

Matrimonium spirituale fortius est quã carnale, c. Inter corporalia, de transla. episco. Plura vide apud D. Anto. de Rosellis, in tract. de potestate Imperat. & Papæ, fol. 59. n. 18.

Matrimonium contrahi debet verbis cõsuetis vt ait Magister sententiarũ, in 4. 27. distinct. Hugo de sancto Victore. de sacramentis, D. Ioa. Lupus in tracta. De matrimonio & legitimatione, fo. 102. num. 48.

Matrimonium sanctitate, nobilitate, & prioritate omnes cõtractus mundi superat, vt habet D. Felix Malleolus, in tract. de matrimonio, fol. 202. num. 20.

Matrimonium debet esse liberum omnibus, l. Nuptias, ff. de regu. iur. l. Cui fuerit, de condit. & demonstra. cap finali, de sponsa duorum, c. sufficit, 27. quæst. 2 sicut infert D. Paulus de Citadinis in tractat. de iure patronatus, fol. 53. num. 23.

Matrimonii onera etiam dormientem interpellant. hanc sententiam Baptista in Rosella versic. Bigamia, § fi. & Anto. Archiepisc. Florentinus, in summa 3. parte, titulo 27. & 3. & D. Ioan. Montaigne, in tract. de Bigamia solennem faciunt, fol. 192. num. 22.

Medicina.

Medicina est scientia salubriũ, insalubriũ & neutrorum, Galenus in arte parua.

Medicina est ars curans & sanans langueres & mala corporũ, Hippocrates in arte.

Omnis medicina habet ad tempus amaritudinẽ, sed postea fructus doloris sanitate compensatur, D. Hiero.

Contra-

Cōtraria diuinæ conditioni præcepta medicinæ sunt, quæ à ieiunio reuocant, lucubrare non sinūt, ab omni intentione meditationis abducunt, ita vt qui se medicinis dederit, seipsum sibi abnegat, D. Ambros. Psalm. 130.

Medicina est omnium rerum experientia, c. Quam sit, de elect. libr. 6. Plura vide apud D. Laurentium de Rodulphis, in tract. de Vsuris, fol. 148. num. 20.

Medicus.

Medico non est opus valentibus, sed male habentibus. Matthæi 10 Marci 2. Lucæ 5.

Medice cura te ipsum, Lucæ 8.

Omnes medici pecuniis, Christus spiritualis medicus solis orationibus placatur, Chrysostomus.

Medico debet veritas infirmitatis narrari, si quis sanari vult, c. Omnis, §. Sacerdos, & c. Cum infirmitas, de pœnit. & remiss. in 6. Et Boetius in consolatione Philosophiæ. Si opera medicantis expectas, oportet vt vulnus detegas. Meminit huius D. Ioann. à Grassis in tractat. Arboris iudiciorum, fol. 91. principali 2. num. 12.

Medicus confitenti infirmitatem non debet negare medicinam, D. Anshelm. Psal. 5.

Medicum crudelem intemperantia facit, Seneca.

Male secum agit æger, qui medicum hæredem facit, Seneca in Prouerb.

Medici opus, cum non est opus, quærere grauissima infamia est, Seneca in libr. de beneficentia.

Rhetor non semper persuadebit, nec medicus semper sanabit, Aristot 1. Topic.

Medicus medicinam facit per contraria, Aristot. 2 Ethic.

Medici medicina dolenti grauis est.

Medicos malos noli imitari, qui in alienis malis profitentur se tenere medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt, Sulpitius in epistola ad Ciceronem.

Medici & si intelligunt, tamen nunquam ægris dicunt, illo morbo ipsos esse interituros: omnis enim prædictio mali tum probatur, cum ad prædictionem cautio adiungitur, Cicero De diuinatione.

Medicorum scientiam non ipsius artis, sed valetudinis causa probamus, Cic. De finibus bonorum & malorum.

Medicus vir excellentior est multis aliis, Homerus.

Medicus garrulus ægro rursus morbus, Menander.

Medicorum turba perii, Adrianus Imperator vt est apud Plinium.

Multorum medicorum ingressus me perdidit, Menander.

Curentur dubii medicis maioribus ægri, Iuuenalis Satyr. 11.

Medium.

Medio destructo destruitur terminus, leg. Tria prædia. de serui. rusti. pręd & habet D. Petr. de Vbaldis, in tract. de Canonica episcopali & parochiali, fol. 166. c. 8. n. 2.

Vno prohibito & omnia per quæ, prohibita videntur.

Media impertinentia inhibent cōiunctionem extremorum, vt allegat D. Ioann. Brunellus, in tractat. de sponsalibus & matrimoniis, fol. 154 num. 25.

Medium in multis commendatur, facile est non attingere medium, sed ipsum attingere difficile est, medium est in omnib. laudabile, Aristot. 2. Ehic.

Quāto magis aliquid accedit ad medium, tanto melius est, quanto magis distat à medio, tanto peius est, Aristot 4. Politic.

Quisquis medium defugit iter,
Stabili nunquam tramite curret.
Seneca Tragœdia 10.

Illud quod medium est, atq; inter vtrumque probatur, Martialis 1. Epigrammatum.

Per malum medium non licet deuenire ad bonum finem.

Ex principiis congruis & mediis adæquatis grata sequitur concluso.

Medium per quod fit iustitia, considerandum & seruandum est.

Vbi fundamentum infectum est, difficile

est, vt structuræ, hoc est, reliqua media bono fine fruantur.

Vno concesso, veniunt ea sine quibus reliqua esse vel concedi nequeunt.

Vno incongruenti posito, plura sequūtur.

Mediante alio transit, quod per se transire non potest.

Medium & finem considerare debemus, iuxta illud; Cum medio semper gaudebat ludere forma.

Maior enim mediis gratia rebus inest. &, Medium tenuere beati, c. Literas, ext. de restitut. spol. & c. Cum tu fili. extr. de testib. & c. Hoc ius por. 10. q. 2. & l. Antiqui, ff. Si pars hære. & l. vltima ff. de operis seruo. & l. Sciendum, §. Illud, ff. de ędilic. edic. & in dissensionibus, mediam opinionem authoritas iudiciaria sequi debet. Item in promissionibus in genere factis, quæ ad mediocritatem reducendæ sunt. Vide D. Damasum, in tractat. de Brocardis, fol. 142. num. 45.

Medium discretionis debet seruari.

Passio quandoq; via vel medium est ad virtutem.

Princeps non debet esse medium alicuius turpitudinis.

Mediator alicuius illiciti contractus puniendus est.

Media iudiciorum quædā ordinaria, quædam decisoria sunt, vt probationes. Plura de his vide plenius D. Anton. de Butrio in tract. de Notorio, fol. 174. n. 22.

Medium est debile inter bonam & malam fidem, text. est cum gloss. in l. 1. §. generali, in verbo non bona. ff. de acquiren. possess. & sic etiam medium est debile inter scientiam & ignorantiam. Vt declarat Gemi. in c. In fidei fauorem, circa medium, commen. de hæretic. in 6. Plura vide apud D. Ioann. Francisc. Balbum, in tractat. de præscriptionib. folio 223. §. Quæro, num. 7. & §. 2. num. 5.

Membrum.

Membrorum suorum nemo est dominus. l. Liber homo, ff. ad l. Aquil. Plura vide apud D. Ioan. de Lignano in tract. de censu. eccles. fol. 16. n. 21. Similiter D. Paul. Grill. in tract. de Relaxatione carceratorum, fol. 234. n. 4.

Memor.

Memor suæ salutis quilibet præsumitur, c. Sancimus, 1. q. 7. vt allegat D. Anton. Archiepisc. Florent. in tract. de vsuris, f. 203. n. 18.

Memoria.

Memoria est vis animæ repetens ea quæ fuerunt. Cic. in Rhet.

Memoria est iterata resumptio alicuius apprehensi sensu vel intellectu, Aristoteles De Memoria.

Memoria est in plurimis animalibus, reminiscentia tantum in hominibus. Idem.

Memoria est pars integralis prudentiæ, ad quam requiritur experimentum multorum, quod haberi nō potest sine memoria prçteritorum, Idem.

Mendacium.

Mendacium est falsa vocis significatio cum intentione fallendi D. August. de Mendacio.

Qui nititur mendaciis hic pascit ventos, & sequitur eos, Prouerb. 10.

Abominatio Domino labia mendacii, Prouerb. 12.

Noli amare mendacium Eccles. 7.

Deponentes mendacium loquimini veritatem, Paul. ad Ephes. 4.

Cauete fratres mendaciū, D. Ambr. in Se.

Nonnunquā peius est mendaciū meditari, quam loqui, D. Greg. 8. Moralium.

Mendacii omne genus perfecti viri summopere fugiunt, ibidem.

Concessum est diabolo interdū vera dicere, vt mēdaciū suū rara veritate cōmēdet, Chry.

Omne mendacium prauum est & fugiendum, Aristot. 4. Ethic.

Sapientis duo opera: Vnum non mentiri, alterū, mentientē manifestari, Arist. in Elen.

Qui in mēdacio cōfidit, cito deficiet, Lac.

Mēdacia si nō habent quē decipiāt, ipsa sibi mentiuntur vt Propheta ait: Mentita est iniquitas sibi, Chrysost. super Matthæi 21.

Veritas est immortalis, mendaciū nō durat, Franc. Petrarcha.

Mendaciū vtile non punitur à prætore, l. 1. C de postli. reuers. & l. In bello, ff. de eod. tit. & §. Si ab hostib. Instit. Quib. mod. ius patriæ potesta. soluitur, vt testatur D. Placēt. in tract. de rerum vēdicationib. f. 120. verso, tit. 6. n. 4.

Mendicantes.

Mendicantes robusti non sunt tolerandi, vt allegat D M. Rauaudus, in tractat. Speculi iudicum, fol. 89. verso, n. 49.

Mens.

Mens potius quā verba consideranda sunt, vt allegat in tractat. de suitate & extraneitate D. Ioan. Rayuaudus, fol. 249 verso n. 13.

Mensura.

Mensura est quantitatis rei exploratio, D. Tho. 1. 2. q. 90. artic. 1. & post Lectionem 36.

Mensura est duplex: intrinseca & extrinseca: illa est in quolibet mensurato subiectiue; hæc in vno solo mensurato, D. Tho. 2. sententiarum, distinct. 2. q 1.

Omnium mensura optima, Phocylides.

Cum mensura comede, bibe, loquere, Idē.

Mensura in omnibus optima, Pythagoras.

Mensura sume mutuo, mensura redde & si potes melius, Hesiod.

Mensuræ falsæ per magistratum frangendæ, l. Iubemus, C. de defens. ciuitat. & l. Lectos, ff. de pericu. & com. rei vendi. & l 2. §. Si quis nemine, ff ne quis in loco publico. & l. Item quæritur, § Si quis mensuras. ff de loca. & conduct Sicut etiam docet D Ioann. Regnaudus, in tract de mensuris, fol 9. n. 6.

Mensuræ & pondera debent esse iusta, l. Cornelia de fals. & l. Annonam, § Finali, ff. de vari. & extraord. criminibus, & l In dardanarios, ff. de pœn. & l. Non dubium, C. de legib. & l. Fraus, & l. Libertus minorem, ff de iure patro. & l Item quæritur, § Si quis mensuras, ff. locati, & l. Arbitrio, § de eo, ff. de dolo. Plura vide apud D. Fabianū de Monte, in tractat. de empt. & vendit. fol 142. verso, num. 13. & 16.

Mentiens.

Mentiens in impetrandis, carere debet impetratis.

Mercator.

Mercator est qui mercibus victum quærit, hic lucrum rationale recipere debet, cum Dei timore secundum nobilitatem, grauitatem, & vtilitatem curæ, laborū, industriæ & sumptuum, quos facit, & secundum multitudinem, magnitudinem, & precia rerum quas & in quibus ministrat hominibus. Plura vide apud D. Ioan. Nider, in tract. de Contractibus mercatorum, fol. 164. verso, n. 16.

Mercator non debet vllo modo mentiri, c. Quoniam non cognoui, 88. distinct. Plura vide apud D. Laurentium de Rodulphis, in tract. de vsuris, fol. 134. n. 10.

Mercatura.

Mercatura est contractus emendo & vēdendo perfectus, consistit in nauigatione, vectione, & negotiatione, Aristot. 1. Politic.

Mercatura autem si tenuis, sordida putanda est, sin copiosa, magna & multa vndique portans, multisque sine vanitate inpartiens non est admodum vituperanda, Cic. 1. Offic.

Mercatura est omni ciuitati necessaria, Aristot. 6. Politic.

Merces.

Merces eximii laboris qui æstimationem non recipit, plus est quam donatio simplex: eximius enim labor æstimationem non recipit, vt l. Si pater, §. 1. ff. de donat. sicut pronunciat D. Anton. de Canario, in tractat. de insinuationib. fol. 162 n. 16.

Mercede frustrari non debet qui ad onus eligitur, c. Extirpandæ, de præbend. c. fin de magist. quemadmodum tenet D. Barbatia, in tract De præstantia Cardin. fol. 54. ver. n. 8.

Meritum.

Meritum est actio iusta reddendi, id quod illi debetur, D. Tho 3. parte q. 45. artic. 6.

Omnis misericordia faciet locū vnicuique secundū meritum operū suorum, Eccles 16.

Deus author est meriti, D. August. De libero arbitrio.

Quisquis tibi enumerat vera merita sua, quid tibi enumerat nisi tua. D. August. libr. Confessionum.

Præpoſterus ordo ante meritum exigere pręmium,& ante laborem ſumere cibum,D. Bernard. ſuper Cantica.

Sufficit ad meritum ſcire, quod non ſufficiant merita,D Bernard.Sermon.53.

Metus.

Metus probari debet luce clarius: metus eſt vitium perſonale, l. Pomponius, §. Cũ quis ademit.ff. de acquir.poſſeſſ.& l. 3. Cod. quod metus cauſſa, & tamen datur contra tertium poſſeſſorem,vt l. Si cum except.§. Aliquãdo, ff. quod met. cau. & ſi actio metus cauſa eſt perſonalis,tamen in rem ſcripta excedit ſuos terminos. Plenius vide D. Philippum Francum, in tractat. Diſputationis petitorii,folio 80.num.39.

Metus principis eſt quodammodo vis pręciſa, quæ omnino tollit conſenſum, ſic allegat D. Baldus de Vbaldis in tractatu de pace Conſtantię,fol.78.num.80.

Vbi metus ibi non eſt dilectio:quem enim quis metuit, odit: quem odit, periiſſe cupit, D. Hieron.

Miles.

Milites ſæculi militib. cæli æquiparantur, l. Miles,ff.de re iudic. & l. 2 § miles,ff. de his qui not. infa. & l. milites, C. loca. l. Stipendia, C. de execut. rei iudi. & c. Studeat.50.diſtinct.& quod notatur in c. Odoardus, de ſolutionibus. Sicut docet D. Barbatia in tract. de præſtantia Cardinalium, folio 48. verſo, num. 2.

Militum voluntatem, non ſolennitatem lex conſiderat.l. 2. & 3. ff. de teſtamento militari, & annotat D. Franciſc. de Porcellinis, in tract.de Inuentario,fol.132. verſo,num.17.

Militans Deo non poteſt congrue militari ſæculo,c. 1. de bene. amit.& c. Si clericus. Si de feudo fuerit controuerſia, vt habet D. Anton.de Roſellis in tractat. de poteſtate Imperatoris ac Papæ,folio 38. §. Ne prolixius, numero 6.

Militare & bella gerere licet, propter defenſionem reipublicæ, & pro iure vniuerſalis imperii, vnde orbi pax & tranquillitas orientur, non propter proprias diuitias, licet & hæc quandoque iuſte fiat, c. Militare, 23. q. 1. & c. Si nulla, 23. q. 8. Plura vide apud D. Anton. de Roſellis in tractat. de Conciliis, fol. 121. §. Hæc autem, num. 1.

Minus.

Minus bonum præferens maiori peccat, c. Licet, de Regulis, in fin. & can. 3. de poſtulat. prælato, ſic annotauit idem D. Ant. de Roſellis, in tractatu de Conciliis, folio 101. verſo,num.11.

Miraculum.

Miraculum eſt res difficilis cognitu, vnde & qua ratione conſtiterit, Valerius Maximus.

Miraculum eſt quod præter naturæ vſum euenit, ideo nos in admirationem trahit, Ariſtoteles.

Miracula leguntur in populis vt credantur, nec in populis tamen niſi credita leguntur, D August de Ciuitate Dei.

Aliter magi faciunt miracula, aliter boni Chriſtiani: magi per contractum cum dæmonibus; boni Chriſtiani per publicam iuſtitiam, mali per ſigna publicæ iuſtitiæ, D. Auguſt. 83. q.

Tria totus mundus mirabatur, Chriſtum poſt mortem reſurrexiſſe: cum carne in cælum aſcendiſſe: per duodecim apoſtolos piſcatores conuertiſſe totum mundum, Chryſoſt. ſuper Matthæum.

Miracula in ſignum ſunt non fidelibus, ſed infidelibus, Iſidor.

Miracula ſunt teſtimonia diuinæ voluntatis, c. Cum ex iniuncto, de hæretic. Plura vide apud D. Anton. de Roſellis, in tract. de Conciliis, fol. 122 § 21. n. & 3.

Miſeratio.

Miſeratio eſt vſus vel effectus miſericordiæ. quæ eſt virtus, D. Thom. ſuper Pſalm. 24. colum. 3.

Miſeria.

Miſeria eſt copia tribulationis, D. Auguſt. lib. Diffinitionum.

Occur-

Occupatio magna creata est omnibus hominibus, Ecclesiast 40.

Per multas tribulationes & miserias oportet nos intrare in regnum Dei. Actuum 14.

Miser dominus, miseram amplectitur familiam.

Quem diligit Deus, castigat. Paulus ad Hebræos 12.

Quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tētatio probaret te.

Semper Deus hos vulnerat, quos ad salutē perpetuam præparat. Isidor. 1. Soliloquior.

Vasa figuli probat fornax, homines iustos tentatio tribulationis.

Misericordia.

Misericordia est ægritudo animi, ob aliquam speciem vel sensum alienæ miseriæ. Seneca de Clementia.

Misericordia est ægritudo ex tristitia alterius laborantis iniuria vel est compassio alienæ miseriæ in nostro corde, qua si possimus subuenire, mouemur, D. August. 9. De ciuitate Dei D. Tho. 1. parte, q. 21. artic. 3.

Misericordia & veritas custodiunt regem, Prouerb. 20.

Euntes discite quid est, misericordiam volo & non sacrificium, Matthæi 9.

Misericordia est iusta & iniusta. in lege enim scriptum est, Nō miseraberis illius. Saul contraxit offensam quia misertus est Achab regem hostium, D. Ambrosius. in officiis, & c. Est iniusta, 23. q. 4.

Misericordia largior vbi fides promptior, D. Ambros. in offic.

Omnis summa Christianæ disciplinæ in misericordia & pietate est, D. Ambrosius super epistolam Pauli ad Timotheum.

Medicina misericordiæ tollit peccata magna, D. Ambros. in sermone Domini.

Disciplina vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur, D. Grego. Moralium 28.

Eorum misereri oportet, qui propter fortunam, non propter crimen in miseriis sunt, Cicer. 1. Rhetor.

Illi subueniendum est, qui sibi subuenire nequit.

Nulla de virtutibus plurimis admirabilior, nec gratior misericordia est. Cicero pro Ligario.

Omnes homines qui de rebus dubiis cōsultant, ab odio, ira, atque misericordia, vacuos esse decet. nam animus haud facile verum prouidet, vbi illa officiunt.

Mitis.

Mitius agitur cum confesso, quam cum conuicto, c. De hoc, ext. De Si. c. Nos in quenquam, 2. q. 1. c. Iudex, ext. de iudic. c. At si clerici. ext. de confessis, & l. 1. C. de Confes. vbi constat quod mitius agitur cum sponte confesso, quam cum conuicto, nisi confiteatur metum probationis. tunc punitur perinde ac si conuictus esset. sic ratiocinatur D. Damasus in tract. de Brocardis, f. 143. nu. 24.

Plus debet agere erga corrigendos beneuolentia, quam seueritas, c. licet plerunque, 45. distinct.

Nimia sæuitia culpæ assignatur, ff. ad l. Aquil.

Blanditiis impii nonnunquam sunt conuertendi.

Clementiæ esto cultor, sæuitiæ detestator. Senec. in formula vitæ.

Moderator.

Moderator & arbiter quilibet est in re sua, l. In re mandata, C. manda. vt allegat D. Ant. de Rosellis. in tracta. De potestate Imperator. ac Papæ, fol. 45. §. vlt. num. 2.

Modicum.

Modicum pauperi datum plus prodest, quam diuiti multum. sic vnus denarius datus pauperi plus vtilitatis afferret, quam florenus valde diuiti, cap. Pastoralis. de donat. Plura vide apud D. Ioannem à Lignano in tractatu De Amicitia, fol. 8. §. Consequenter. numero 4.

Modus.

Omnibus adde modum, modus est pulcherrima virtus. Cato in Moralib.

Est modus in rebus sunt certi deniq; fines.
Quos vltra citraq; nequit cõsistere rectum,
Horatius 1. epistolarum 1.

Nescia mens hominũ fati, sortisq; futuræ:
Et seruare modum rebus sublata secũdis,
Virgilius 2. Æneid.

Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsoleti
Sordibus tecti, caret inuidenda
Sobrius aula. Horatius in Ode.

Modestia.

Modestia est moderatio cupiditatum in animo, Cicero Rheto. 3.

Modestia est virtus per quam pudor honestatis claram & stabilem comprobat authoritatem, Cicero in Rhetor.

Modestia est virtus moderatiua passionũ, iungitur temperantiæ & circa difficilia, D. Thom. 2. 2. q. 144.

Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Ad Colloss. 4.

Modestia non minus in milite quã virtus atque animi magnitudo desiderãda est. Cæsar. 7. commentariorum.

Promptuarium virtutum est modestia sola. Menander.

Monachus.

Monachus non docentis, sed plangẽtis habet officium. D. Hiero. ad Riparium.

Monachus monasterii seruus efficitur, l. Deo nobis, C. de Episcopis & cleri. Nam monachus facit tria vota, castitatis, paupertatis, obedientiæ, c. Cum ad monasterium, de sta. mona. Ita non habet velle, neque nolle, c. Si religiosus, de elect. in 6. Ideo dicitur monachus reclusisse suam voluntatem in arca abbatis, vt ait glos. extraordinaria in clericis religiosis. de procu. huc facit quod de hac re annotauit D. Ioan. le Cirier in tracta. de primogenitura, fol. 157. q. 21. num. 9. & 10.

Monarchia.

Monarchia est optimus regendi modus.

Moneta.

Moneta debet cudi talis vt vbique possit expendi, l. fina. C. de vete. numi. potesta. libr. 11. Vide Dom. Albertum Brunum ex professo tractantem de Monetis, in tract. monetarum, folio 187. num. 1. ex quo lib. eliciuntur sequẽtes sententiæ.

Moneta debet tantum valere in massa, quantum formata.

Monetæ æstimatio datur ab eo, qui cudẽdi potestatem habet.

Monetæ ęstimatio vera, vel veritas valoris eius non mutatur ad numulariorum mutabilitatem.

Monetæ vel pecunię valor cum ignoratur, consuetudo cõmunis trapezitæ cõsideratur.

Argenti puri duodecim sunt gradus.

Pecunia ære contaminata maioris est impensæ.

Pecuniam cudi ex auro & argento puro vtilius est.

Solutionem fieri in eadem materia, eodẽ pondere, & eadem æstimatione vtile est in contractibus apponere.

Pecuniam reprobam, & inusitatam nemo cogitur recipere.

Pecuniæ valor & qualitas consideranda sunt secundum tempus dispositionis, & obligationis.

Consensus in solutionẽ pecuniæ & qualitatis eius inspicitur in contractibus, secundum tempus contractus.

Moneta mutata in materia non dicitur eadem in genere & bonitate.

Census antiqui debent solui antiqua moneta si reperiatur, vel noua æquipollente.

Auri maiores reducendi ad intellectum valoris veteris monetæ.

Pecuniæ bonitas secũdũ vsum cõsideratur.

Obligatio conuentionalis intelligitur de moneta currente tempore obligationis.

Pecunia reprobata non liberat.

Pecunia diminuta in æstimatione reduci debet ad intellectum temporis contractus.

Contrahentes non censentur censisse de futura æstimatione monetæ.

Soluere iurans de certa pecunia, quæ tem-

pore

ore solutionis non reperitur, est periurus, nisi soluat de noua æquiualente.

Solui in pecuniis sufficit in genere, nisi mora interueniat.

Soluens valorem aureorum relictorum in testamento, secūdum tempus solutionis soluere debet.

Mutatio cursus monetæ in obligato ex contractu non imputatur debitori nisi post moram.

Solidi noui ad ęstimationē veterū reducēdi.

Pecunię qualitas temp⁹ testamēti respicit.

Tempus datæ rescripti attenditur vbi pecunia est debita ex rescripto principis.

Pecuniæ valor æstimatur iuxta pondus & consuetudinem cambii communem.

Pecuniæ communis valor attenditur, non personarum, vtputa trapezitarum.

Interesse lucri in pecunia non potest peti à debitore moroso.

Pecunia minuta non recipit æstimationem per aliam pecuniam.

Pecunia minuta quanto plus vilescit, tanto plus grossa crescit.

Pecunia minuta potest per grossam æstimari, vt Canonistę communiter tenent.

Moneta argentea etiam ære contaminata solui potest pro aurea, vt consuetudo seruanda habet.

Pecuniæ variatio est principibus imputanda, quibus debentur tributa.

Mutata pecunia mutatur statutum de certa pecunia soluenda.

Monitio.

Monitio caritatiua pręcedere debet inquisitionem, vt allegat D. Bonicontus, in tracta. de accusationib. & inquisitionib. f. 45. n. 34.

Monitio legis fortior est quam hominis, per Auth. licet, & in cor. vnde sumitur, C. de episc. & cler. Idem annotat D. Iacob. à Canib. in tract. de executione vlt. volunt. f. 141. n. 1.

Mora.

Mora vbi nulla, ibi nullum interesse, vt allegat D. Ambros. de Vignate, in tract. de Vsuris, fol. 162. n. 8.

Mora sua cuilibet est nociua, de Regulis iuris, lib. 6. vt notat D. Albertus de Ferrariis, in tract. de horis canonicis, fol. 14. n. 47.

Mora moroso nocet, l. Quod te, ff. si certum petatur, l. Si ex legati causa, ff. de verbo. obl. c. Mora cui, de reg. iur. in 6. Ita tenet D. Francisc. Curtius in lib. De monetis, fol. 6. nu. 7.

Mora nulla sit, vbi de periculo animæ agitur, vt allegat D. Lud. Montaltus in tracta. de reprobatione sentent. Pilati, fol. 186. n. 21.

Quod differtur non aufertur.

Patienter ferenda mora.

In modici temporis mora magnū non est periculum.

Tolle moras, sēper nocuit differre paratis.

Vbi mora esset periculū allatura, iura non concedenda permittunt.

Cupiditati tarda est celeritas, Seneca.

Animo desideranti nihil satis festinatur.

Odit verus amor, nec patitur moras, Seneca in Hercule.

Mores.

Mores boni plusquam diuitiæ operātur, l. Scire, §. 1. ff de tu. & cura. dando ab his, glos. in procœmio Institutionum, in verb. Ostendite, & can. Gloria episcop. §. Crates 12. q. 2. & adducit D. Ioan. le Cirier, in tract. de Primogenitura, fol. 170 n. 11.

Mores nouos ad vitæ rectitudinem nō necessarios inducere est discordiam inducere, & in Decretis dicitur, discordiam parit pręsumptio nouitatum, vt habet D. Nicol. Boerius, in tract. de Seditiosis, fol 161 n. 2.

Morum grauitas in teste fidem facit, super omnia alia accidentia, Bald. in l. In bonę fidei, C. de reb. cred allegat gloss. in l. 3. ff. de testibus. Id annotat D. Franciscus Curtius in tractat. de testib. fol. 17. num. 36.

Mors.

Mors omnia soluit, in Auth. de nuptiis, §. disponit, vt inquit D. Anton. de Rosellis, in tractat. de success. ab intesta. fol. 240. nu. 71.

De morte cogitantes facile omnia contemnunt. Nihil sic valet ad carnis desideria domāda, sicut cogitare qualis sit futura mors, D. Gregor.

Mors est recessus animæ à corpore, Aristot. de morte.

Quis est homo qui non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi, Psal. 88. & 1. Regum 14. & Sapient. 7.

In omnibus memorare nouissima, & in æternum non peccabis, Eccles. 7.

Memento mortis tuæ & non peccabis, D. Hieron. ad Cyprianum.

Statutum est omni homini semel mori, Hebræor 9.

Nullum sine exitu iter est, Seneca.

Mors peccatorum pessima, Eccles. 44.

Mors communis melior, quam vita amara: & requies æterna melior quam languor perseuerans, Ecclesiastici 34.

Mors mala putanda non est, quã bona vita præcessit, D. August. 1. De ciuitate Dei.

Non potest male mori, qui bene vixit. Et vix bene moritur, qui male vixit, D. August. De doctrina Christiana.

Mors vltimum terribilium, à iure ciuili appellatur vltimum suppliciũ, l. Si quis aliquid, §. Qui abortionis, ff. de pœnis, & l. Vltimum, & l. Capitaliũ in principio, & l Qui vltimo. ff. eodem titu. de pœnis. & mors est extrema pœnarum, c. Quæsitum, 13. q. 2. Vide de hac sententia D. Paulum Grillandum, in tractat. De hæreticis, fol. 198. q. 3. num. 3.

Morte nihil certius, hora eius nihil incertius. Tullius in li. De senect. sic ait, moriendũ est certo, & incertum est an eo ipso die moriamur, & attestatur D. M. Rauaudus in tractat. Speculi iudicum, fol. 90. num. 66.

Mori.

Morientes in bello iusto, consequuntur regnum cœleste, maxime pro defensione fidei & ecclesiæ, c. Omnium Romanorũ, 23. quęst. 8. & c. Omnium, 23. q. 5. qui duo sunt textus notabiles, pro euntibus ad bellum contra infideles. Ita tenet D. Martinus Laudensis, in tractat. de bello, fol. 124. verso, q. 45.

Mori fingitur religionem intrans & profitens, vt habet D. Petr. de Vbaldis, in tractatu de Canonica episcopali & parochiali, fol. 161. verso, num. 8. & docetur, c. Quia, 19. q. 3. & in Auth. Si qua, de sacrosanct. eccles.

Motus.

Motus proprius obreptionem aufert, non defectum intentionis. Vide Lapum allegat. 7. ad fin. vbi pulchre, & D. Martin. Laudens. in tractat. de priuilegio & rescripto 96. q.

Mulier.

Mulier gratiosa inueniet gloriam, Prouerbiorum 11.

Sapiens mulier ædificat domum suam, insipiens quoq; instructam manibus destruet, Prouerb. 14. & 18.

Mulier pulchra est, quæ se nescit esse pulchram, D. Hieron.

Mulier nihil præstantius humilitate habet.

Sapiens mulier hodie paucas habet participantes.

Mulier bona, & sensata, beatus qui habitat cum ea, Prouerb. cap. 25.

Nec mater debet esse clementior lege.

Mulier non debet præiudicare filio, neque patri putatiuo.

Stricta custodia non conuenit mulieribus.

Mulieres vagari non conuenit, vt Phidias docuit in statua Veneris.

Nemo hodie bene natus de muliere.

Fusum regat flamina, non belli certamina.

Muliebris sexus fragilitati multiplici multis remediis iura subuenerunt, iuxta notata in c. 1. ne cleri. aut monachi. vide Bart. in libello de cura rei familiaris.

Magnus fauor datur mulieribus circa dotes suas.

Mulier tertio nubens inhoneste dicitur viuere, l. Mulier, §. Cum proponeretur, ff. ad Trebellia. Vide D. Corserum Siculũ, in tract. de verb. geminatis fol. 92. num. 7. in fine.

Mulier est familiæ suæ caput & finis, l. Pronunciatio, & l. Familiæ, ff. de verbo. signific. Plura vide apud D. de Cirier, in tract. de Primogenitura, fol. 180. n 3.

Mulier suis dotibus, non potest renunciare, vt in Authẽt. Siue à me, & ibi notat. C. ad Vellei-

Velleia. Regulariter quilibet potest renúciare fauori pro se introducto, vt in l. Si quis in conscribendo, C. de pact. & annotat D. Baptista de sancto Blasio, in tractat. de priuilegiis dotalibus, fol. 39. n. 90.

Mulier habet mentem vacillantem & fragilem, regulariter tamẽ adhibetur in testem. vt allegat D Lanfrancus de Oriano in tract. de Arbitris, fol 28. num. 11.

Mulieri si bona fide non credit non est imputandum, l. Si id inquit, ff. quod cum falso tu. vt recitat D. Barthol. Brixiens. in tractatu quæstionum dominicalium, fol. 54. q. 33. n. 5.

Mulier habet consilium inualidum, minor imperfectum. De muliere hoc testatur Aristoteles, &c. D. Marcus Antonius Bauerius, in tracta. de virtute iuramenti, folio 50. num. 60.

Mulieri facilius quam viro ignoscitur, propter sexus fragilitatem dummodo non sit rixosa, maligna, & assueta malitiæ; quia tum non erit digna principis largitate, & legis benignitate, l. 3. in fin. C. de episc. audi. sicut adducit D. Paul. Grilland. in tract. de Relaxatione carceratorum, fol. 232. verso. n. 7.

Cor nobile & altum non inquirit de factis mulierum, & facit Aristot. fugienda est scientia, quæ est productiua odii & rancoris.

Cunctis sermonibus qui narrantur de mulieribus non accommodes cor tuum.

Mulier speciosa est templum supra cloacã ædificatum, dicebat Socrates, vt est apud Diogenem Laertium.

Mulier formosa & impudica perimit intuitu.

Mulierem pulchram, vulgus dicit destinatam ad prostibulum, pulchrum virum ad patibulum.

Mulier deformis minore miseria habetur quam formosa seruetur.

Mulieres quærunt consilium contra proprium commodum, communiter propter fatuitatem earum.

Mulierum frequentatio vel societas periculosa, D. Hieron.

In mulieris tactu periculum est. In cõsortio mulierum pericula multa, exponere se periculis peccatum est.

Mulier transiens ad vota secunda, tria optima negligit, vt Deum, defuncti memoriam, & filiorum charitatem, in Auth. de nuptiis, §. Nos autem miramur, colum. 4.

Mulier loquax & huius vitia multa sunt, D. Hieron.

Mulieres ornat silentium, Aristoteles 1. Politicorum.

Mulier maledica eiicit hominem de domo sua.

Vinum & mulieres faciunt apostatare sapientes, Ecclesiast. 9.

Mulier cito senescit, Aristot.

Litigiosa mulier sicut tecta iugiter perstillantia, Prouerb. 19.

Melius est habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa iracunda, Prouerb. 21.

Mulier fallax, ne intenderis fallaciæ mulieris, Prouerb. 5.

Mulierum genus est auarum. Cic. 1. Rhet.

Mulio.

Mulio tenetur de periculo rerũ quas portat, sic & nauta, teneturque ad interesse damnum passo, l. Iubemus, §. Nulla, de sacrosanct. ecclesi. & l. Meminerint, C. vnde vi. l. Imperatores, de publica. l. Finali, in fin. de pignora. actio. Plura vide copiose apud D. Bertachi, in tract. De gabellis & vectigalibus, fol. 76. n. 9.

Multum.

Multa possumus, quæ reipublicæ causa & pro fugiendo scandalo non facimus, c. Imprimis, 2. q. 1. sicut pulchre inserit D Laurentius de Rodulphis in tract. de Vsuris, fol. 148. verso, num. 17.

Multorum manibus contractatum faciliter coinquinatur.

Multiplex.

Multiplex indistinctũ parit confusionem, c. de muliere, extr. de sponsalibus. & allegat hanc sententiam D. Guilelm. Luneranus in tract. Arboris iurisdictionum fol. 75 n. 1.

Vbi multitudo, ibi confusio.

Onerosa multitudo nihil habet honesti.

Multitudo præsidentium grauis est.

Multitudo peccantium peccandi licentiam subministrat.

Multitudo peccantium non parit errori patrocinium.

Multitudo delinquentium est causa rigoris iuris relaxandi.

Multitudo inducit iudicem.

Multitudini parcitur.

Multitudo testium non debet considerari, vt in Authent. de referen. in § fin. column. 2. vbi dicitur innumerosa multitudo nihil habet honesti, & §. seq. 4 q. 3. In criminali vbi dicitur, non enim ad multitudinem respici oportet, vt l. Ob carmen, § Si testes, ff. de testib. & l. 1 in fin. ff. eodem, & c. In nostra, extr. de testib. Plura vide apud D Nepotē à Montalbano in tract. Exceptionum, fol. 176 n. 87.

Multitudo nonnūquam parum operatur.

Mundus.

Mundus est comprehensio vniuersi, constans ex cælo, terra, & terrenis cælestibusque naturis. Possidonius in Meteoris.

Mundus est ornatus muliebris instar mundi vniuersalis fact⁹, & huic omnis ornat⁹ quo ipsa se mundat, Mirabell. in Polyanthea.

Mundus dicitur omnis res mundana, sæcularis. sic dicitur, Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo sunt, 1. Ioan. 2.

Mundi amor & Dei pariter in vno corde habitare non possunt, Cyprianus de duodecim abusibus.

Mari comparatur iuste hic mundus, quia falsitatibus amarus est, Cassiodorus Psal. 44.

Sæculum est quasi mare, vnicuique sua cupiditas est tempestas, D. August. de verbis Domini.

Mundi conseruatio est in pace viuere & tranquillitate, vt in proœmio Decretalium, & proponitur apud D. Antonium de Rosell. in tractatu de Conciliis, folio 124. §. 25. numero 2.

Mundus regitur opinionibus.

Mundus Dei potestate gubernatur.

In hoc mundo pugna est, & in futuro victoria.

Mundū destruūt tria: Feminæ Turcarum, Vsuræ Iudæorum, processus Christianorum.

Mundus paruus, qui est homo, sicut gubernatur: ita debet gubernari vniuersalis, qui est magnus mundus. Aristoteles 8. Physicorum, &c. Est vnitas, distinct. 4. & D. Anton. de Rosellis in tractatu de Conciliis, folio 124. § 25. num. 1.

Munus.

Munus est donatio manibus facta in signū honoris & amoris, & quam necessario facere debemus, lege, more, imperio eius, qui iubere potest.

Non accipies personam, nec munera, quia munera excæcant oculos, Deuter. 16.

Xenia & dona excæcant oculos iudicum, Ecclesiast. 20.

Omnes sequuntur munera qui diligunt retributiones, Esaiæ 1.

Non Abel ex muneribus, sed ex Abel munera oblata placuerunt, D. Gregor. 12. Moralium.

Certum iudicium stare nō potest, vbi munera intercedunt.

Libertas iudicandi perit, vbi sagittis munerum ius dicentium corda penetrantur.

Muneribus placantur diuûm numina sumptis,
Et diuina maxus quærit honoris opes.
Bacchus ab incœpta pro capra desinit ira:
Cum videt in templo viscera fusa suo.
Præterea video quod si non vngitur axis,
Tardius incœptum continuatur iter.
Cera ligat tabulas, & eas confœderat apte,
Et cerata ratis tutius intrat aquas.

Beatius est dare quam accipere, Actuum 20.

Est dedecus semper sumere, nilque dare.

Turpissimū genus beneficii est inconsulta donatio, Seneca de beneficentia.

Grauius est male dedisse beneficia, quam non dedisse, Idem.

Donatio quæ ad præiudicium plurimorum tendit, reuocanda est.

Impera-

Imperatorũ & Regum propriũ & donare.

Munera compassione data pauperi sunt eleemosynæ. date eleemosynã & omnia munda sunt vobis, Lucæ 11.

Eleemosyna resistit peccato.

Murmuratio.

Murmuratio est obloquutio indebito modo facta, contra Deum vel factum alicuius, vel est querela cum impatientia in his quæ homo deberet patienter ferre. Nicolaus Lyra super illud, Custodite vos à murmuratione.

Discat non murmurare, qui mala patitur, Isidor. 3. lib. de summo bono.

Mutus.

Mutus etiam absq; verbis iurare potest, vt notat D. Iason in l Qui iurasse, ff. de iureiurando, D. Abbas in Rubr. eiusdem tituli, ait iuramentum dici quasi iuris astringementũ, sed ius non dat astringemẽtum per solã conceptionem siue per solũ cõceptum in mente, nisi interueniant verba, c. literaturã, de voto, & voti. sic patet verũ de iure verba requiri in iuramento, excepto muto vel tangẽte euangelia vel similem rem ad interrogationẽ partis vel iudicis, ita tenet & limitat D. Ioan. de Selua. in tract. de iureiurando.

N.

Natura.

NAtura est principium & causa motus & quietis in eo in quo est, per se & non per accidens, Aristot. 1. Physicorum.

Omnis enim natura bestiarum, volucrum, & serpentiũ, & cæterorũ domantur & domata sunt à natura humana. D. Iacob. cap 3.

Flagitia contra naturam vbiq; & semper repudianda sunt, atq; punienda, D. August. in Confessio.

Natura non valet contra naturæ Dominũ.

Repugnante natura quælibet cedit industria, Cassiod. 4. epist. cap. 38.

Naturæ repugnare non decet.

Tu nihil inuita facies dicesve Minerua, Horatius in arte poetica.

Natura norma legis est. Cicero, libr. 2. De legibus.

Naturam mutare difficile est, Seneca in libro de Ira.

Paucis minimisq; natura contẽta est, Boetius 1. lib. de consola. philosoph.

Natura modicum petit, opinio immensum, Aristot. in epist ad Alexand.

Qui ad opinionem vixerit nũquam diues erit; qui ad naturam, nunquam pauper.

Dat cuiq; natura quod conuenit, & ne dũ manere possunt, intereant, elaborat, Boetius 3. de consolat. philosoph prosa 11.

Docet ipsa natura quid oporteat fieri, Cicero 4. Rhetor.

Omnibus enim natura fundamenta dedit semenq; virtutum. Seneca de beneficentia.

Natura etiam dicitur vis insita vel virtus innata cuiq; corpori elementari, vnde naturas herbarum arborumque dicimus, venit à nascendo, D. Tho. 1 parte, q. 29. artic. 1.

Vince naturam diligentia, exclude corporis somnum, naturã nobis formare non possumus. Possum⁹ diligẽtia, D. Ambr. de Iosep.

Natura ex possibilibus semper facit quod optimum est, Aristot. 2. de cælo & mundo.

Natura nihil irrationabiliter vel frustra facit, Idem.

Natura hominum prona ad clementiam, Plinius lib. 8.

Natura in homine nulla mala est, semper desiderat, quod melius est, Aristoteles lib. 2. de generatione & corruptione.

Natura facti attendi debet in maleficiis regulariter. Nam si factum sui natura arguit maleficium, erit maleficium notoriũ: Si factum arguit bonum, erit notorium bonum, non attentis circunstantiis extrinsecis & accidentalib. quę habent se ad esse vel non esse. ponderatur enim factum secũdum naturalẽ cursum sui. vt patet, l. Suus quoq;, §. fin. ff. de hæred instit. l. 1. de præsumpt. C. ad l. Corn. de sica. c. 1 notat. Innoc. de dila. prę. si appareat. Sicut recte annotat D. Anto. à Butrio. in tract. de notorio, fol 160. verso, num. 8.

Naturæ humanæ decursio eget emendatione. vel, varietas humanæ naturæ indiget paulatim emendatione, in Authen. Res quç, C. communia de lega. Plura vide apud D. Ioa. Campesium, in tractat. de dote, folio 135. verso, num. 2.

Naturale.

Naturale est quod conuenit rei secundum substantiam, vt quod per se inest. D. Tho. 1. 2. q. 10. articulo 1.

Naturale absorbet accidentale in concursu. vnde honor & dignitas cum omnibus dependentibus & emergentibus attribuitur naturali & nõ accidentali. & ipsum accidentale consumitur & fundatur in ipso naturali, ita quod nomen & arma naturalia postpositis accidentalibus accipit & assumit. vt l. Qui habet, in princip. ff. de tute. & hoc demõstrat D. Guilielmus à Montferrat. in tracta. de succes. regum. fol. 227. num. 24.

Naturale est pacta seruare & promissa obseruare, l. 1. ff. de pact. cõtra quod ius naturale Papa dispensat. vt 5. distinct. per totum. Ita allegat D. Anto. de Rosellis, in tracta. de Cõciliis, fol. 101. num. 5.

Naturalissimum est producere sibi simile, & consentire ad coniunctionem vel matrimonium, & sic probatur, quod procreare est iuris naturalis, & matrimonium est de iure naturali gentium. sic refert D. Anto. de Rosellis in tractatu de Conciliis, f. 100. n. 4.

Nauicula.

Nauicula Petri fluctuat, sed submergi nõ potest, c. Non turbatur, 20 q. 1. & D. Hilarius ait: Proprium ecclesiæ est vt tunc viuat, cum læditur, tunc intelligat cum arguitur, tunc secura sit cum deseritur, tunc obtineat cũ superata videtur. de hac Chrysost. Ecclesia impugnari potest, expugnari non potest. tela mittuntur, sed eius murus non perforatur. Machinæ præparãtur, sed turris Dauidica nõ eliditur, est locus tutus ab inundatione & à flammis. Sicut pluribus demonstrat D. Cataldinus de Boncompaignis, in tracta. de Potestate Papæ, fol 90. n. 19.

Necesse.

Necesse est. quod aliter se habere non potest. Arist. 4. Metaphysico.

Necesse est, quod vi aliqua cogente fieri opus est. Arist. 2. Rheto.

Necessitas.

Humanæ imbecillitatis efficacissimum duramentum est necessitas. Valerius Maximus.

Necessitas & perplexitas faciunt illicitum licitum. quia necessitas non habet legem, §. Notandum, 1 q. 1. l. 1. C. de exc. li. vbi glos. pro hoc facit quod notatur, c. Propter 19. distinct. similiter habet D. Petr à Monte in tractat. de Monarchia conciliorum, f. 18. verso, n. 9.

Necessitas legi humanæ derogat. id est, propter necessitatem licet à lege humana recedere, & tempore necessitatis omnia dicuntur communia, c. Dilectissimis, 22. q 1. secus si esset præceptum legis diuinæ, c. Itane, 22. q. 5. glos. in c. Sicut. de consecra. dist 1. quemadmodũ tenet D. Paul. de Citadinis, in tract. de iure patrona. fol. 56. verso, num. 93.

Necessitati succurrendum est, de hac sententia vide Domin. Laurentium de Rodolphis in tractatu de vsuris, folio 135. verso, numero 93.

Necessitas caret præmio, precio, merito, & verecundia.

Necessitas est contraria voluntati.

Necessitas temperantiam docet.

De necessitate facere virtutem cogimur.

In necessitatibus nemo liberalis, l. Rem legatam, in fi. ff de adi. lega.

De necessitate multa facimus mala.

Præ necessitate multa rediguntur cito in seruitutem.

Necessitas naturæ cito & paucis expletur.

Necessitas etiam validissimum cũctis dominatur. vbi necessitas, ibi nec damnatio nec corona, D. Hieron.

Negatio.

Negatio est enunciatio alicuius ab aliquo. Aristoteles 1 peri Hermenias.

Negantibus in causa criminali plus creditur. Bald. in repeti. l. Data opera. allegando glossam Decreti. quam multū exclamat Roman. in l. hoc iure, in fi ff. de verbo. obliga. Plura vide apud D. Franciscum Curtium, in tracta. de testib. fol. 17. num. 55.

Affirmantibus duobus magis creditur, quam mille negantibus, glos. in l. Diem proferre. §. Si plures, ff. de Arbit. Barto. Bald. & Angel. in l. hæredes palam, in principio, ff. de Testa. Imola & Docto. in c. Quid per nouale. de verb. significa. vbi Hostien. Pau. de Cast. in cons. 7. in fi. Bald. in l. 2. de rescindē. vend. D. Anto. in c. 1. de prescript. in 6. & c. Cum ecclesia. de cau. posses. & proprie. Limita hoc verum esse in negatiua non coarctata loco & tempore. de qua materia vide D Franciscum Curtium, in tracta. de testib. f. 15. verso, n. 8.

Negatiuè temeraria assertio testem in lata culpa collocat. Idem D. Francis. Curt. in tract. de testibus.

Negatiua implicita de testimonio repellitur. Ibidem.

Negatiua per coarctationē loci & temporis indirectè probatur. Ibidem.

Negatiua iudicio viam aperiens est probanda, vt & si neganti vtilitas principaliter resultat. Ibidem.

Negatiua quæ in testis sensum non cadit, est improbabilis. Ibidem.

Negatiua super artis peritia probatur. Ibidem.

Negatiuam asserens tacite probat. Ibidem.

Negatiua probatur directo per instrumēti ostensionem, l. fi. C. de reb. credit. pari modo per testes. Plura vide apud eundem Franciscum Curtium, in præfato tractatu fol. 17. verso, num. 58.

Negatiua mera & simplex est improbabilis. Fallit quando negatiua est coniuncta sensui. Plura vide apud D. Lanfrancum in tract. de probat. vbi copiose hanc materiam determinat, fol. 190. num. 5. & 6.

Negociatio.

Nolite facere domum meam domum negociationis, Ioannis 2.

Negligentia.

Negligentia est defectus debitæ solicitudinis, secundum interiorem actum, D. Tho. 2.2. q. 54 artic. 1.

Negligentia ordinarii ius conferendi reuoluitur ad Papam, c. licet, & c. literas, & c. si. de supi. neglig. prælatorum. Reliqua vide apud D. Pet. de Perusio. in tract. De vnione ecclesiarum, fol. 139. verso, num. 23.

Negligentia magna est culpæ adnumerāda, l. Magna, ff. de verbo. significa. Plenius vide totam hanc materiam expositam apud D. Pet. à Biaxio. in tractat. Directorii Electionum, fol. 226. verso, num. 14.

Negligentia est nouerca eruditionis, sicut instantia mater artium, in suo quoque genere. vnde dicitur, quod quælibet prælati negligentia est mortale peccatum, vt vult glos. notabilis, in c. Ea quæ, de officio Archid. & textus in c. Dictum, distinct. 81. & Panorm. in c. Peruenit. de deci. imo propter negligentiam quis remouetur ab officio. vt in c. De officio custodis. & sicut dicitur in iudice, in l. Si quis, De offic præfect. orientis, & in l. Carceri. ff de custo reorum. Vberius vide apud D. Ludouicum Montaltum in tracta. De reprobat. senten. Pilati, fol. 191. num. 82.

Negligentes velocibus alis fugit scientia.

Negligentia omnia lædit.

Nemo.

Nemo peccat in eo, quod vitare non potest.

Nemo dat, quod non habet l Indebiti soluti § Sed si nummi. ff de condic indebi. Idem ait D. Anto. de Rosellis in tracta. de Cōciliis, fol 90. num 48.

Nemo potest duob. dominis seruire, quin, vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & Mammonæ. Matth 6.

Nemo potest simul flare & sorbere.

Nemini facit iniuriā, qui suo iure vtitur. c. Cū ecclesia Vulterana. De elect. sic inquit,

D. Petr. de Vbaldis in tracta. De Canonica episcopali & parochiali, fol. 176. nu. 12.

Nemo cogendus est rē emere vel vendere.

Nescientia.

Nescientia vel ignorantia est intellectus ad dubium determinatus: vel, est error rei. ignorātia crassa & supina, est ignorare id quod omnes sciunt vt l. Latæ culpæ, ff. de verbo significa. & c. 1 de postu præla. & c. Apostolicæ de cleric. excommuni. mi. Errore iuris communis seu ignorantia neminem excusat. Vide D. Guiliel. à Montferrat. in tracta De success. regum. fol. 2. 8. num. 11.

Nihil.

Nihil additum tale facit desinere rem esse talem. & identitas rei & formæ facit idē esse in substantia, vt Philosophus ait. & D. Albertus Brunus allegat in suo tract. De Augmento, fol. 173. num. 1. & 13.

Nobilitas.

Nobilitas est claritas maiorum. Aristotel. 2. Rheto.

Nobilitas est honorabilitas progenitorum ex virtute generis, vel est virtus & abundantia antiqua. Aristot 4 Politico.

Nobilitas est laus veniens de meritis parentum. Boet. 3 de Consola. philo. prosa 6.

Summa apud Deum nobilitas est, clarum esse virtutib. D. Hiero. ad Celantiam.

Nobilis vere dicitur, qui virtutibus claret. Cicero.

Nobilitas stercus est ni habeat comitantiam virtutis. qui superbit de nobilitate aut nobiliori sanguine, de stercore nobiliori intumescit. Hostien.

Nobilitas dedecori est sceleratis. Nam nobilitas sine virtutibus esse nequit. ideo dicebat Socrates, Nullum discrimen esse inter baiulum & Alcibiadem si virtus abesset. & Satyricus, nobilitas ait sola est atque vnica virtus. & Platina in Dialogo, De vera nobilitate: gloriari possumus à claris maiorib. sanguinem, artus, & viscera accepisse, nobilitatem nequaquam, quæ tota ex animis nostris pendet, non aliunde. Aristoteles asserit in Politicis virtutes maiorum aut diuitias non nobilitare. Et Socrates diuites ignaros comparat ouibus aurati velleris. Plura vide apud D. Ioannem le Cirier in tractat. de Primogenitura, fol. 170 num. 10.

Nobilitas generis sola non efficit Deo gratum, sed morum honestas & virtutum nobilitas, c. Venerabilis, de præbend. c. Sicut excellentia, 23. quæst. 4. D. Hierony. in Prologo ad Roman. Plura vide apud D. Petr. à Braxio in tractat. Directorii Electionum, fol. 125 numero 15.

Nulli te vnquam de generis nobilitate preponas, nec obscuriores quaslibet & humili loco natas te inferiores putes, D. Hierony. ad Celantiam.

Nonnullis solet nobilitas generis parere ignobilitatem mentis, vt minus in hoc mundo se despiciat, qui plus se cæteris aliquid fuisse meminerunt, D. Grego. Dialogo 16.

Nobilitas vel bonitas cognatorum nō valet, nisi fuerimus nosipsi boni. D. Chrysosto. Homil. . super Matth.

Genus apostolorum est non aliunde nobile, quam morū ingenuitate & fidei fortitudine, D. Bernard. ad Eugenium.

Doctrina facile exornat generosum, quæ etiam ex obscæno nobilem facit.

Nobilitatem melius est fundare quam euertere: quia iura dicunt maiorem esse præsumptionem bonitatis in viro nobili & ingenuo, quā in viro vilioris generis. vt c. 1. de purga. cano. vbi nobiles à morum bonitate degenerant, præsumtionem talem amittunt. Plura vide apud D. Magistrū Rauaudum in tracta. Speculi iudicū, fol. 89 verso, num. 48. & Bart. in l. 1 C de d. g. lib 12.

Nobilitas ex genere materno non procedit, sed ex paterno. vt l. Cum legitime, ff. de sta. homi. & l. Filia, & l. liberos, ff. de Senato. & Bald. in l. fina. in fi. C. de Seruis fugiti. Cætera vide apud Dom. Ioannem le Cirier, in tractatu de primogenitura, folio 180. verso, numero 29.

Nobiles debent regere ciuitates, de hoc est textus in Authen. de defen. ciuita. §. 1. ibi Ciuitatum habitatores. & Angelus hinc arguit statuta Florentiæ, quibus nobiles excluduntur à re publica admissis plebeis. & Barbatia in c. Antecedens, colum. 10. de lite non contesta. extra & in Italiæ vrbib. nobiles omnes morantur. Prærogatiuas nobilitates, Lucas de Penna recenset in l. Mulieres, column. 5 6. & 7. Amplissime ad numerum, 37. & in 7. casibus defectus. De hac re vide Dom. Ioann. le Cirier in tractatu De primogenitura, folio 170 num 8.

Nobilitas in beneficialibus est in consideratione.

Nobilis præsumitur strenui esse animi.

Nocere.

Nocere nulli debes, ita nulli fœnerari. vt est textus Ambrosii in 14. q 4. vide D. Anto. Archiepiscopum Florentinum, in tractatu De vsuris, fol. 102. num. 7.

Nomen.

Nomen non curatur cum persona est certa, l. In venditionibus, ff. de contrahend. emptio l. Quoties, ff de hæred. instituend. & l. Quæ extrinsecus, ff. de verbo. obliga. sic tenet D Ioa. Lupus, in tract de Matrim. f. 103. n. 57.

Nomine careat, quod caret effectu. l. Cum precibus, C. de probat. & allegatur à D. Anto. à Canario, in tract. De executione instrumẽtorum, fol. 212. num. 26.

Nomina maiorũ tacere dignũ est reprehẽsione, vt formaliter dicit D. Andr. Barbat. in c. Ecclesia, ext. de consti. col. 5. in fine & Bald. in l. Vt intestato. C. de suis & legit. Reliqua vide apud D. Ioan. de Cirier in tracta, de primogenitura, fol. 161 num 11.

Noscere.

Nosce te ipsum. Iuuenalis Satyra, 11. Pittacus & Chilon.

Tecum habita vt noris quam sit tibi curta supellex. Persius.

Magnus accessus est ad Deũ cognitio infirmitatis suę Cassiod. super Psal. Miserere mei Deus.

Melior es si te ipsum cognoscas. Hugo de claustro.

Notarius.

Notarius nemo nascitur, sed natus creatur. ideo si negetur notarius expedit probare. vt voluit Specul. in titu. de instru. edi. §. Restat, ver. & si has. Sicut allegat D. Ioannes à Grassis in tracta. De substantialibus procuratorii, fol 87. num. 2.

Notorium.

Notorium communiter remedia contra sententiã excludit. quia notorie delinquens non auditur appellans, c. Cum sit Romana. cum speciali §. Porro, in fi. de appella. c. Consuluit. 1 q. 1. Plura vide apud D. de Butrio. in tracta. de Notorio, fol. 75. n. 53.

Notorium est probatio indubitata & finita, quæ nulla eget discussione, nã est vox publica & famosa proueniens ex euidentia rei. quæ nulla tergiuersatione cælari potest, l. Si vicinis, C. de nupt. & l. Tua, ff eodem tit. Plenissime vide totum hoc thema explicatum à D. Anto de Butrio, in tracta. de Notorio. fo. 170. num. 1. & 2.

Nouatio.

Nouatio non inducitur per pactum, sed per stipulationem, vt assignat glos. in l. Auia. Cod. de iure doti. Verum hoc falsum ait D. Ioannes Campesius. Ratio, quia per quẽcunque contractum producerem saltem naturalem obligationẽ potest induci nouatio. l. Si mandato meo, §. fi ff mandati & Bartol. in l. 1. ff. de noua. & l. Si pro mutua, & l. Si ex precio, C. Si certum peta. Amplius vide D. Ioan. Campesium in tractat, de dote, folio 120. q. 130. num. 3.

Nouitas.

Nouitates discordias generant, cap. Cum consuetudinis, ext. de consuetud. dicit Spec. in titu De Feudis, §. 2. Nouitates inducendas non esse: mutationes enim periculosæ sunt. vt ait Goffredus & Cardinalis in c. Consuetudinis, 2. notab. Idem tenet D. Ioa. le Cirier in tract. De primogenitura, fol. 183. n, 8.

Nouitates odiosæ sunt.

Nudus.

Nudus qui est, alium vestire non potest, vt notatur l. Lecta, ff. Si cert. peta. & D. Petr. à Biaxio in tracta. Directorii electionum, folio 204. num. 1.

Nullus.

Nullus producendus est ad salutem opitulante mendacio. vt c. 1. & c. faciat. 22. q. 2. vt habet D. Anto de Rosellis, in tracta. De Conciliis, fol. 101. num. 7.

Nuntius.

Nuntius est pica, & organum, & vox mittẽtis ipsum, sicut epistola, & refert verba Domini c. Cum dilecti. de dolo & contu. c. Causam quæ, in fi. ext. de testib. & in Spe. de procu. §. Vt autem versiç. vero. Plura vide apud D. Ioan à Grassis in tracta. de substantialibus procuratorii, fol. 80. num. 1.

Nuptiæ.

Nuptiæ immortalitatem pręstant humano generi. vt in Authen. de nupt in principio, & l. 1 ff. Solu. matrimonio, & meminit D Iason. in l Gallus, § Quid si tantum, colu. 18. ff. de liber. & posthum. Amplius vide D. Ioann le Cirier, in tracta. de primogenitura, fol. 153. num. 21.

Nuptiæ sunt radix castitatis.

Nuptię terram replent, virginitas paradisum, D. Hiero.

Nuptiæ habent multa incõmoda. Idem.

Nuptiæ inuitæ pariunt malum exitum. c. 2. de sponsalib. c. Tuæ, col 16. eodem titu.

O

Obedientia.

Obedientia est subiectio proprię voluntatis. Ioannes Damascenus, 3. c. 4 Initium & caput totius disciplinæ & cæterarum virtutum virtus. Melior est obedientia, quam victima. 1. Regum, 15. Obedientia enim tollit præsumptionem rebellionis.

Vir obediens loquetur victorias. Prou 21.

Obedire oportet Deo magis, quã hominibus, Act. 5. Nec semper obtemperandũ mãdatis superiorum. Si vis esse sapiens, esto obediens. D. Bernardus.

Obscurus.

Obscura & nulla respõsio ęquipollet, l. Are § 1 ff. Quod vi aut clam. sic allegat D. Iacob de Arena in tract. positionum, f. 58. num. 11.

Obstinatia.

Obstinatia est firmitas & confirmatio in proposito, D Tho. 2. 2. q. 155 artic. 1.

Ob hoc inflexibilis & obstinatę mẽtis malũ punitur ęternaliter, D. Bern. in epistol. 232.

Obliuio.

Obliuionis præsumptio cessat in eo, quod iuratum est. Ita notat Baldus in c. 1 De noua forma, fide. & per text. In l. Si quis maior, C. De transactionibus. Idem annotauit D. Marcus Antonius Bauerius in tracta. De virtute iuramenti. fol. 48. num 26.

Obligare.

Obligare se nemo potest de non implendis operibus pietatis. Vide D. Ioan. de Selua plenè de hac materia disputantem in tracta. de iureiuran. fol 219 num. 23.

Obligatio.

Obligatio omnis tollitur soluto eo quod debetur. Insti. Quib. mod tolli ob. in principio, ita tenet D. Ioan de Bare. in tract. De formandis libellis, fol 163 libel. 9. num. 8.

Obligationes factæ Deo non valẽt in foro cõtentioso, nisi recipiãtur ab homine. vel. illud, C. de sacrosf. eccle. & c. Quanquam, De vsuris, lib 6 & quod not. Innoc. c. Parochianos de sepul. & l. Arbiter inter certum, ff. de Arbi. Plura vide apud D. Anto. de Rosellis, in tract. de Conciliis, fol 104. n. 35.

Obsequium.

Qui maledicit patri & matri, eius extinguetur lucerna in mediis tenebris. Prouerbiorum 23.

Amicis & consanguineis inferendum obsequium.

Obsequium amicos, veritas odium parit. Terentius in Andria.

Cum

Cum potes interdum vincēdo cede sodali,
Obsequio quoniam dulces retinētur amici, Cato in Moralibus.

Obsequium seruetur non seruili metu, sed caritatis affectu, non timore pœnæ, sed amore iustitiæ, D. Gregor. 13. Moralium.

Occasio.

Occasio est oportunitas temporis casu proueniens, Mirabellius in Polyanthea.

Occasioni obtempera: noli spirare contra ventos, Phocylides.

Occasionem damni qui dat, dare damnū dare videtur, c. Sicut, extra, de testib. & c. de cætero, extr. de homi. c. Studeat 50. distinct. c. Si abstines, 27. q. 2. & l. Qui occidit, §. Penult ff. ad l. Aquil. l. Penultima, §. Si quis. de vi bonor. raptor. D. Damasus in Brocardis, fol. 139, num. 42.

Ocium vel ociositas.

Ociositas est vacatio ab aliquo opere spirituali, vel corporali ob quietem habitam necessariam, Mirabell. in Polyanthea.

Multam malitiam docuit ociositas Ecclesiast. 38.

Peruersi facti sumus ab ocio, Chrysost super Ioannem.

Ociosus non sibi viuit, sed quod turpissimum est ventri & somno, Seneca.

Ocium emollit vires, sicut rubigo ferrum, Idem.

Ocium est rubigo quasi quædam ingenii, D. Hieron.

Ocium est hostis omnium virtutum, pro viribus euitari debet, D. Hieron.

Oculus.

Oculi plurimorum plus vident, quam oculi vnius.

Oculus impudicus impudici cordis est nuncius, c. Nec solo, 32. q. 5.

Oculi taciti cordis fatentur arcana, D. Hieronymus.

Odium.

Odium est ira inueterata, Cicero 4. Tuscul. quæstionum.

Odium est dissonantia appetitus animalis vel rationalis ad apprehensum & disconueniens, D. Thom 1. 2. q. 29. artic. 1. & 2.

Odium Dei est filia luxuriæ, odium proximi est filia inuidiæ.

Amor, odium, & proprium commodum faciunt iudicem non cognoscere verum, & perturbant reipublicæ statum.

Non oderis fratrem tuum in corde tuo, Leuitici 19.

Odium suscitat rixas, vniuersa delicta operit caritas, Prouerb. 10.

Festuca in oculo ira est, trabs in oculo odiū est, D. August. super Matthæum.

Odia debent restringi, & fauores ampliari, l. Cum quidam, ff. de liber & posthumis. Et pœnæ sunt molliendæ, l. Interpretatiue, ff. de pœnis. Plura vide apud D. Hermannum de Bare, in tractatu de formandis libell. folio 156. libello 40. num 2.

Offensus.

Offensus cogi non potest ad pacem, sed persuaderi, aliter in foro contentioso, vt voluit Bald. in l. 1. §. Quies, ff. de Offic. præfect. vrb. Idem Butrigarius in c. 1. in penult. colum. de mutuis petitionibus, allegat gloss. 1. in l. 1. in §. Et post operis, ff. de nou. ope. nunciat, & idem Abbas in c. Cum pridem, in vltimo notabili, De pact. & in c Cum inter, in 3. colum. de elect. Plura vide apud D Corsetum Siculum, in tract. de priuileg. pacis, folio 99. verso, num. 17.

Offenso non creditur in articulo mortis excusanti offensorem, secundum Baldum in margi. verbo Maleficium. Ita tenet D. Ioannes Bertachinus, in tractat de Episcop. folio 90. num 9.

Offensa magistratui facta videtur facta Principi, sicut dicimus quod iniuria facta vasallo videtur facta domino; de quo Bart. in l. 1 §. fina ff. de iniuriis. Reliqua vide apud D. Franciscum Lucanum, in tract. de Fisco & eius priuilegiis, fol. 113. num. 11.

Offendere.

Offendens officialem tempore syndicatus

punitur ac ſi eſſet in officio ſub ratione, vel occaſione cuius eſſet offenſus, l. Aſſit tutor, C. Quæ cau. poſt puber. ſic allegat D. Cataldinus de Boncompaignis, in tract. de Syndicatu, fol. 134. verſo, n. 185.

Offendens in vno præcepto, factus eſt omnium reus, Iacob. 2. c. Fratres, de pœnis, diſtinct. 5. & c. Dolendum, & in regulis c. Defleat, de regul. iuris, lib. 6. vt allegat D. Ioan. de Lignano in tractat. de Cenſura eccleſiaſtica, fol 15 verſo, §. 4. n. 3.

Offendi qui poteſt in perſona, etiam offendi poteſt in bonis, l. Si ſeruus, C. de his qui ad eccleſiam confugi & tenet idem Corſetus in tract. Fallentiæ reſtitutionis ſpoliatorum, fol. 103. n. 3.

Offenſio.

Offenſio quando eſt licita, defenſio eſt illicita, l. Prohibitum, C. de iure fiſci, libr. 10. & not. D. Ant. de Roſellis in tract. de Conciliis, fol. 96. num. 25.

Officium.

Officium eſt actio, cuius probabilis ratio reddi poteſt, Cicero 1. Offic.

Officium iudicis conſiſtit in rite declarando litem eſſe conteſtatam, vt declarat D Io. à Graſſ. in tract. Arboris iudiciorum, f 96. n. 10.

Officium patroni nobile, procuratoris vile eſt Bald in l 1 §. Ait prætor, ff de poſtulando, & gloſſ in l 1 §. hoc edicto, in verbo perſonis, eod tit. de poſtulan. quia aduocare eſt honoris, & procurare eſt oneris, vt notat D. Paulus de Citadinis in tractat. de iure patrona. folio 40 n. 6.

Officium non exercentes nō gaudent priuilegiis illius, licèt in eius matricula ſint, C. de ſacroſanct eccleſ. ca. Qui ſub prętextu, &c. vide D. Ioan. Franciſc. in tractat. de officio & poteſtate capituli Sede vacante, fol. 197 n. 31.

Officium à quo remouetur, ab eo remouetur & præmium. l. Alumnæ, §. hęredibus, ff. de ali. lega. & l. Si quis quos, ff. de legat. 2. & l. Si quis, ff. de condit. & demonſt. & l. Seio, ff. de annu lega. Ita tenet D. Pet. de Vbald. in tra. de Canonica epiſc. & paroch, f. 153. verſo, n. 3.

Officio duplici nemo fungi poteſt, l. Nemo, C. de aſſeſſ c. 1. ext. offic. archid. l. Conſulta, C de teſt. Plura vide apud D. Pet. Antibolum in tract. de Muneribus, fol. 17. n. 64.

Officio conceſſo videtur tacite conceſſum ſalarium, l. Accepto, C. Locati, vt Bald. in l. Item quia, ff. de pact. vt ait D. Mart. Laudenſis in tractat. de Officialibus dominorum, folio 119. q 72.

Officia iuſtitiæ benemeritis ſolum debent conferri, ne benefacta male locata iuxta Ciceronē fiant malefacta, vt teſtatur D. M Rauaudus in tract. Speculi iudicum, fol. 89 n. 21.

Officialis.

Officialis pecuniam recipiens debet danti quadruplum reſtituere, vide D. Angel. in Authent. vt iu. ſine quoquo ſuf §. His igitur, vide plura apud D. Ioan Franciſc. de Officio & poteſtate capituli ſede vacante, fol. 197. n. 26.

Officialis punitur qui pœnas legibus impoſitas differt diſſimulatione vel gratia, l. 1. C. de deſert. lib. 12. & Baldus in l Presbyteri, C. de ſacroſanct. eccleſ. Vide D. Ioann. Franciſc. in præfato tractat. fol. 197 n. 24.

Officiali iniuſte exequenti licite poteſt reſiſti, l. Prohibitum, C. de iure fiſci, libr. 10. & l. Deuotum, C. meta. lib. 10. Idem enunciat D. Amedęus de Caſtello in tract. de Syndicatu, fol. 114. n. 101.

Officiales & Magiſtratus de leuiſſima tenētur culpa, l. Non ſimile & l. Magiſtratus, ff de magiſt. conuenien vt habet D. Catald. in Boncompaig. in tract de Syndic. f. 125. n. 9.

Omiſſio.

Omiſſio eſt prętermiſſio boni debiti in ordine ad legem diuinam vel humanam, vel ad proximum, D. Thom. 2. 2. q. 79. artic. 3.

Omiſſio ſcrutandi vnum ſolum, reddit electionem inualidam. Vide D. Pet. à Biaxio in tract. Director. Elect. fol 217. cap. 27. num.

Omnia.

Omnia conſonāt in virtuoſo, vt allegat D. Ant. de Roſellis in tracta. de poteſtate Imperat. & Papæ, fol. 50 § De Pontificali, num. 7.

Omnia à primo fundamẽto capienda sunt, l. 2. §. Sed cum prospeximus, C de vete. iure enuclean. Vide D. Anton de Rosellis in tract de potestate Imperat. & Papæ, fol. 47. verso, §. Vtriusq;, num. 2.

Omnia reguntur melius per vnum, c. In apibus 7. q. 1. vt testatur D. Anton. de Rosell. in tract. præfato, vbi de Monarchia agit, fol. 32. verso, n. 2.

Onus.

Onus mensuram capit ab honore, l. Sed si non seruus, ff ad l. falcid. & l. Imperator, §. 1. ff. de legat 2. Idem probat D. Rolandinus in tractatu de Flore testamentorum, fol. 194. verso, n 8.

Onus rei transit cum ipsa re, c. Pastoralis, de deci. & c Cum non sit, de pignor. ex literis. Plura vide apud D Ioan. Calderinum, in tractat. de interdictis, fol 4. n. 31.

Opera.

Opera hominis attenduntur ex ante actis: ex gestis enim præteritæ vitæ præsentia metimur, vt l. Penultima, §. fi. C. de agen. in reb. libr. 12. Ita tenet D Guido à Susaria, in tract. de iudiciis, fol. 90 n. 34.

Opera tenebrarum ab hominibus abiicienda, ne cadat indignatio Dei super nos, vt ad Colos 3 Vide plura apud D. Martinum de Arles in tractat. de superstitionibus, folio 151. verso, n. 108.

Operam dedisse videtur, qui culpam adhibuit. Vide D. Placentinum in tract de Iudiciis, fol. 127. tit. 13. n 3.

Opus.

In actionibus humanis minus creditur sermoni, quam operibus, Arist. 10 Ethic.

Opinio.

Opinio est actus intellectus declinantis in vnam partem contradictionis cum formidine alterius, D. Tho 2. 2. q. 1. artic 4.

Opinio communis non est sequenda vbi iudex noscit illam non bonam esse, l 1. § Sed neque, C. de vete. iure enucle. vt attestatur D. Tyndarus in tractat. de testib. fol. 106. n. 11.

Opinio communis totius populi plenè probat, ponit Angel. in l. At quod natura, §. Cum me absente, ff. de negot gest. & l. Proprietatis, C. de probat. plura vide apud D Ioannem à Grassis, in tractat. Arboris iudiciorum, fol 94 num. 1 § Octauo.

Opinio vltimo relata videtur approbata, gloss vulgata in l Qui filium, § Sabinus, ff. Ad Treb. Amplius vide apud D. Ioannem le Cirier, in tract. de Primogenitura, folio 162. num. 30.

Opinio Doctorum fundata testibus præualet cæteris, imo à communi Doctorum opinione non est recedendum, l. Si is qui. ff. de inoffic. testam. Totam hanc materiam vide expositam à D. Angelo Perusino, in tractatu de suitate, folio 116. n. 55.

Opinio communis, & non singularis, & peregrina aliquorum Doctorum tenenda est, Bald. in l. 2. in fin. ff. de Sena. Opinio magistralis in non diffinitis legibus pro lege seruanda est, & opinio mediocris & opinio probabilior & moderniot sequenda est. Clementin. 1. de summa trinitate. Reliqua vide apud D. Cataldinum de Boncompaignis, in tract. de Syndicatu, fol. 126. verso, n. 35.

Opinio multorum doctorum excusat in foro conscientiæ, secundum Paulum de Ca. consilio 19. in col. Innocent. in c. Ne innitaris, de Consti. Licet opinio multorũ Doctorum nõ necessitet ad sententiandum, tamen facit ad præsumptionem pro sententia Doctores in c Sicut, de re iudic. Idem annotat D. Lenauderius in tractat. de oneribus Doctorum, fol 171. q 40.

Opinionum error malam consuetudinem induxit, vt testatur D. Corsetus Siculus, in in tractat. de Trebellianica, fol 197 §. Quarto, num. 2.

Oppositio.

Oppositio nullius partis de compensatione habet de necessitate fieri in iudicio, sed sufficit extra iudicium, quod debitor declarat se velle compensare, quo casu facta denunciatione creditori inducta est ipso iure com-

pensatio, & tolluntur obligationes, vt l. 2 C. quando proba. non est necesse, & l. Si quid à fideiussore, ff. de Compensationibus. Prolixius vide totius negotii discussionē apud D. Tyndarum in tractatu, de Compensatione, folio 126. num. 66.

Oratio.

Oratio est pia affectio mentis ad Deū petentis, D. August. & 4. Sententiarum distinct. 15. artic. 2.

Oratio est oris ratio, per quā minima cordis Deo manifestamus, D. Thom. 2. 2. q. 83. artic. 1.

Longe est Dominus ab impiis, & orationes iustorum exaudiet, Prouerb. 15.

Melior enim est finis orationis, quam principium, Ecclesiast. 7.

Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei, Actuum 19.

Oratio paucis verbis res multiplices complectitur, D. August. in gloss. Matthæi 6.

Ieiunio passiones corporis, oratione pestes mentis sanandæ sunt, D. Hieron. super Marcum.

Sperare & orare solus motus est, quo homines cum Deo loqui videntur, Boetius lib. 5. de Consola. Philosoph.

Oratio tota redditur falsa, si aliquid falsi in ea reperitur, l. Si is qui ducenta. § Vtrum, ff. de reb. dub. & l. fina. ff. in ius voca. vt eant. Nam modicum fermēti totam massam corrumpit. Plura vide apud D. Iacobum de Arena, in tractatu Positionum, folio 58. verso, num. 21.

Oratio indefinita æquipollet vniuersali, l. Si plures, ff. de legat. 3. per Alexand. & Doct. in Rubrica, ff. Solu. matrim. & l. 1. §. Si quis simpliciter, ff. de verbo. obligat. & Baldus in l. C. Assess. idem tenet Gand. in tract. malefic. in titu. de quæst. & torment. in principio verbi Incipiamus. Plura vide apud D. Paulum Grillandum in tract. de Pœnis omnifariam coitus, fol. 227. verso, n. 2.

Oratio est sacrificium Domino in odorem suauitatis, Leuit. 2. c. Exod. 29 & Psalmista ait Psal. 51. Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. Oblationis 4. sunt species, 1. in actum latriæ diuini cultus, & est oratio. Altera est oblatio fructuum. Tertia, decimarum & primitiarum. Quarta, Voluntaria & vltronea de quibuslibet aliis reb. Harum expositiones vide apud D. Troilū Maluetium, in tract. de oblationibus imaginis fictis, fol 179. num. 2. & 3.

Oratio publica fit verbis ab Ecclesia, vt dicit gloss. in Clement. 1. de Reliquiis & venera. in verbo orationes super 7. parte, versi. sed dubitatur. Ita allegat D. Ioannes de Selua in tractatu de iureiurand. folio 216. §. Quarto, num. 7.

Orator.

Orator viduitatis non potest esse, qui coniugia frequentauerit, c. Vna, in fin. distinct. 16. Sic adducit D. Anton. de Rosellis in tract. de Conciliis, fol. 105. verso, n. 4.

Ordo.

Ordo est dispositio parium, dispariumque tribuens sua cuique loca, D. August. De ciuitat. Dei.

Omnia honeste & secundum ordinem fiant in vobis. 1. Cor. 14.

Ordo sacer est signaculum quo spiritualis potestas traditur ordinato ad officium. Magister Sententiarum, & Bonauentura 4. distinct 24.

Ordinate ad ordines accedendum est, D. Gregor. in Registro, vbi quæ ad hoc sacramentum pertinent cum aliis diffuse explicantur.

Ordo in comitatu regio seruandus, vt fi... finis & distinctio officiariorum secundum dignitates. de hoc ordine virorum mulierumque plene tractat D. Nicolaus Boerius in tractat. De ordine graduum vtriusque fori, fol. 77. n. 3. 6. & 12. & 13.

Ordo iuris in notoriis non requisitus, c. E... uidentia, de accusat. vide D. Barbatiam in tractat. de præstantia Cardinalium, folio 66. verso, num. 18.

Ordo certus in diuinis officiis seruandus est. D. Augustin. in lib. de ordine. Archid de consecratione, distinct 2. c. in Christo, & adducit D. Ioannes à Lignano, in tract. de horis canonicis, fol. 162. num. 1.

Ordo iudicii in paradiso ortum habuit. Speculator in procemio, § Cæterum, titu. de iudice delegato. Vbi dicit, Iustitiam colere summum bonum esse. & testis est huius D. Magister Rauaudus in tracta. Speculi iudicum, fol. 88. verso, num. 10.

Ordo, testimonium & accusatio regulariter pari passu incedunt, vt qui ab vno repellitur, etiam ab aliis tacite prohibitus censeatur, c. vltimo, iuncta glos. De testib. & cap. Ipsi apostoli. cum glos. 2. in principio & in medio. 2. q 7. Plura vide apud Ioannem de Montaigne in tractat. de Bigamia, folio 191, numero 11.

Vbi ordinario remedio locus est cessat extraordinarium: & contra, deficiente remedio ordinario, ad extraordinarium recurritur.

Omnia facienda sunt ordine & mensura.

Multum refert quo quid ordine fiat.

Ordo in dignitatibus & honoribus gerendis seruandus est. l. Honor, § gerendorum, ff. de Munerib. & hono. & glos in c. Pueri. 1. q. 1. & ibi Lucas de Penna. & in l. fin. de primicerio, C. li. 12. & C. de his qui spōte mu. pub. subeunt. Exabundanti hanc materiam perstringit D. Nicolaus Boerius in suo tracta. de ord. gra. vtriusq; fori, fol. 73 num. 6.

Ordo inuersus non vitiat, præposteratio non vitiat. vt sequitur Salicetus. Paulus de Castro, & moderni: quia leuis solennitas non solet vitiare, l. 1. circa finem, ff. de ventre inspicien. & sic eleganter declaratur à D. Baldo in l. Licet, de procurato. Quod ordo vt prius iuret actor, quam reus, non est necessarius, sic astruit D. Francisc. Curtius in tract. de iureiurando, fol. 9. num. 16.

Ordo iudiciarius pactis priuatorum tolli non potest, & sic ius publicum, l. Ius publicum, ff. de pact. sic affirmat, D. Francisc. Curtius, in tracta. de Sequestris, fol. 7. num. 75.

Ordo rerum in virtutum actiuarum actionibus attendendus est, nō solum secundum naturas ipsarum rerum, sed etiam secundum earum motus. Ordo motus consideratur secūdum propriam rationem, vt est motus localis: vel secundum ordinem mobilium, & sic motus cæli prior est motu corporum elementarium. & idem ait D. Paulus Grillandus largius in tractatu De Sortilegiis, folio 208. num. 17.

Ordo in electione per scrutinium attendi debet, vt & in confirmatione. sic tenent Ioannes Andreas & Panorm. in c. Quia propter, §. Electiones, de electio. De materia ordinis vide Barto in l. Moribus, §. Prius, column. 2. ff. de vulga. & pupilla. substitu. vbi triplicem ponit ordinem. primum rei, quo ad hoc quod aliquando in esse producatur: secūdū temporis, quo res vna aliam precedit. Tertium scripturæ vel locutionis. & hoc bifariam. vt sit ordo vel necessitatis vel voluntatis. Omissio ordinis necessitatis vitiat actum. vt in l. Prolatam. C. de senten. & interlocut. omnium iudi. & glos. ibi, quæ sint ordinis iudic. Omissio ordinis voluntatis si sit modici preiudicii, non vitiat actum: sed si est magni præiudicii, tunc vitiat actum. vt in l. Cum hi. §. Si prætor, ff. de transact. Vberrime expositam vide hanc materiam apud D. Feli. in c. Cum dilecta, column. 3. 4. & 5. & D. Petr. à Biaxio in tracta. Directorii Electionum, fol. 220. cap. 38. num. 1. 2. & 4.

Ordo præuertitur si fideiussor conuenitur prius, quam principalis. quia debet præmitti causa agitanda cum principali reo, antequā agitatur caussa cum fideiussore. talis peruersio habet vitiare processum, nisi opponatur exceptio. Simile est si conueniatur hypothecaria non prius discusso reo principali. atque ita ratiocinatur D. Lanfrancus ab Ariadno, in tractatu de interlo. & appella. folio 215. numero 30.

Ordo est incipere à genere, fa. glos. quę plura similia adducit in Rubrica, de Regulis iu-

r

ris, in 6. in principio, ibi si quęratur. Ita annotat D. Franciscus Balbus in tracta. de præscriptionib. fo. 213. §. Tractaturus, num. 4.

Ordines iudiciarii inuenti sunt ad indagãdam veritatem, qua inuenta omitti possunt. probatur hæc sententia à D. Anto. de Butrio in tract. de notorio, fol. 174. num. 26.

Ordinarius.

Ordinarius plus habet in concessione, quã patronus in præsentatione, c. Dilectus, ext. de de offic. lega. & c. Cũ dilectus, ext. de iure patro sic alllegat D. Bartholomæus Brixiensis, in tracta. quæstionum Dominicalium, folio 57. q. 3. num. 4.

Ordinarius quilibet ex officio de fama subditorum inquirere potest, & infamia reperta de crimine, c. 1. de offic. ord. & c. Irrefragabili, eodem titu. & c. sicut olim. de accu. & c. Vno. ver. quod etiam, vt eccle. beneficia sine di. cõfer. & c. Placuit, 10 q. 1. Præterea potest legi hęc sentẽtia vberius apud D. Bonicontũ in tract. de accusa. & inquisit.

Ordinarius cui delegatur causa, salarium accipere non potest. licet secus si sit delegatus simpliciter, Guilielmus & Albertus in l. Diem functo, ff. de offic. asses. notatur in cap. Statum, de rescript. lib. 6 & D. Martinus Laudensis scribit hanc materiam, in tractatu De officialibus Dominorum, folio 120. quęstio 147.

Ordinatio.

Ordinatio cursus monetæ subditos non ligat, nec præiudicat nisi fuit obseruata, sciente & patiente principe. vt est glos. ordinaria, in c. 1. in verb. Frangere, ad finem, de treuga & pace. Amplius de hac materia vide D. Martinum Laudensem in tracta. de monetis, fol. 5. num. 23.

Ordinationi Dei resistit, qui Imperatori resistit, c. Qui resistit, 11. q. 3. sic exarat D. Ant. de Rosellis, in tractatu de Conciliis, fol. 125. §. 3. num. 4.

Ordinabile.

Ordinabile destruitur si ordo destruatur, l. Tria prædia, ff de serui. rusti. prædi. & ad destructionem antecedentis sequitur destructio cõsequentis, l. 1. §. huius rei, ff. offic. eius cui manda. est iurisd. sic scribit D. Ioa. Ferald. in tracta. de iure & priuilegiis regni Francorum, fól. 240. num. 46.

Origo.

Origo ipsa domicilio priuilegiatior esse creditur, l. Libertus, §. Præscriptio. ff. ad Municipales. Breuiter attingit hanc rem Dom. Petr. Antibolus in tractat. de Muncrib. folio 12. num. 14.

Origo paterna per accidens repudiari non potest. & ille qui eam non habet, non potest per accidens acquirere. vt l. Assumptio, in principio, ff. ad municipales. Nam naturale per accidens non amittitur, § fi. Insti. de legitima agnato. tute. Accidẽs enim naturæ præposteratur, l. Qui habet, §. 1 ff. de tute. His cõsentit D. Petr. Antibolus. in tracta. de Munerib. fol. 12. num. 4.

Ornatus.

Ornatus, munditiæ acquisitæ delitiæ nõ conueniunt Christiano, vt nec affectatæ sordes, D. Hiero. in epistola 84.

P

Pacisci.

Paciscens cum parte, vel pecunia corrumpens ne se accuset, infamiam non euadet, l. Imperatores, ff. de Pollicita. & l. Quoniam, ff. de his qui notan. infa. & l. Finali ff. ad Turpil. & l. Fallaciter, & l. finali, C. de abolit. Maiorem expositionem facit D. Paulus Grillandus in tracta. de Relaxatione carceratorum, fol. 233. num. 10.

Pactum.

Pactum vel pactio vel placitum vel consensus duorum vel plurium in idem est, l. 1. ff. de pact.

Pacta & conuentiones seruãdæ sunt. Nam pacta & cõuentiones dant legẽ contractib. l. 1. §. Si conuenerit, ff. depositi, & c. Per vestras, de donatio. inter vir. & vxo. & multis aliis argu-

argumētis Hostiensis id nititur probare. vt habet D. Ambrosius de Vignate in tracta. de vsuris, fo.170. verso, num. 167.

Pactum nudum vestitum legis auxilio vestit aliud pactum nudum incōtinenti appositum: quod est notabile, l. Quoties, ff. solu. matri. & l Ab exactione, C. do promis. Prolixe quære hanc materiam apud D. Bald. Nouellum in tracta. de dote, folio 8. verso, num. 8. & 9.

Pactum legis commissoriæ est odiosum; quia in fraudem vsurarū adiectum esse præsumitur. ideo in pignoribus reprobatur, l Emilius. ff. de minorib. sic annotat D. Fabianus de Monte in tracta. de emptione & venditione, fol. 154. num. 14.

Pactum, cōsuetudo, & pręscriptio ęquiparātur, Bald. in l. 1. C. de serui. & aqua. Id paucis restringit D. Matth. ab Afflictis in tractat. de iure protomiseos, fol. 144. num. 8.

Pactum de iniuriis illatis includit in se pacem & concordiam. Ideo dicit Angel. l. 1. in verb. Pactum, ff. de pact satisfactum esse statuto requirenti pacem & cōcordiam vt bannitus rebanniatur vel accusatus nō puniatur. Hoc inculcat D. Corsetus Siculus in tract. de priuilegiis pacis, fol. 99. verso, num. 15.

Pactum geminatum de non petendo tollit obligationem ipso iure, sed simplex tollitur per exceptionem. Angel. Paulus de Castro. & Docto. in l. legitima. ff de pact. sicut refert D. Corsetus Siculus in tracta. de verbis geminatis, fo. 93. num. 19.

Pactum cōtractui nominato & vestito cohęrens illi legem dare censetur & eidem inesse. vt Iacobus de Rauenna, & alii vltramōtani & alii viri illustres voluerunt. quemadmodū est legere apud D. Ioa. Baptist. Caccialupū in tract. de pact. f. 216 n. 21. & 25.

Pactum est duorum vel plurium in idem tacitus cōsensus, l 1. ff. de pact. & l. Placitum, ff. de pollicit. quēadmodū docet D. Ioa. Caccialupus in tract de pact. f. 213. q. 1 num. 1.

Pactum in dubiis semper pręsumitur personale, nisi contrariū probetur, l. Tale pactū, ff. de pact. & c. Iuregentiū, §. Pactorū, de pact. sic enarrat D. Bart. Brixiens. in tract. de quæstionibus Dominicalibus, f. 57. q. 50. n. 4.

Pacti nudi geminatio actionem producit, secundum Ludo. Rom in l. Si vero, §. de viro in 13. casu. in 31. fal. ff solut. matrimonio, sic adstruit D Corsetus Siculus in tract. De verbis geminatis, fol. 93. num. 21.

Pactum de petendo prodest ad replicationem, l. Si vnus, § Pactus ne peteret, ff. de pact. sic breuiter percurrit D. Baldus de Vbaldis in tract. de Pactis. fol. 168. num. 3.

Pactum inter partes ne appelletur nō valet appellatio, c. Si autem, 2 q 6 & D. Ioannes Monachus in tracta Defensorii iuris, fol. 68. §. quoniam, num. 7. hoc affirmat.

Pactum generale humanæ societatis est regibus obtemperare, c. Quæ contra mores, 8. distinct. & c. in summa, dist. 93. & cap. Qui culpatur, & D. Hiero ait Principibus & potestatibus fidem & reuerentiam seruare oportet, quam qui non exhibuerit præmia apud Deum habere non poterit, c. Regum, 23 q. 5. & c Sicut apud carnales, 23. q. 5. & l finali, C. de exacto. tribut. lib 10. De pœna inobedientium diuersa iura statuuntur. Rem hanc abunde docet D Ioa Feraldus in tract. de iurib. & priuilegiis regni Francorum, f. 238. n. 26.

Pactum tacitum prodest ad actionē producendā, l. Queritur, §. Qui impleto, ff. locati, & l Solutum, §. Solutā, ff. de pignora. actio. vt percurrit D Ioa. Campesius, in tract. de dote fol. 119. q 127. num. 2

Pactum de retro vendendo est de per se licitum, l. 1 & 2. C. de pact. inter empt. & vend. & glos. in c Ad nostram, ext. de empt. & venditio. Reliqua vide apud D. Ambros. de Vignate in tracta de vsuris, f. 167. verso, nu. 111.

Pactū personale emptori prodest, l Si tibi, §. pactū, C. de pact sic ponit D. Ioa. le Cirier in tract de primogenitura, f. 186. q 1. num. 7.

Pactū facilius tollitur, quā ius cōmune, l. Eius militis, §. militia missus, ff. de testa. mili. legitur hęc sentētia apud præfatū D. Ioan. le Cirier in codē tract. q. 8. n. 20. f. 191. verso.

Pactum in præiudicium libertatis adiectũ non valet, l. 1. §. Quæ onerandæ, ff. quarum rerum act. non datur, & l. Si filio, §. Totiens, ff. eod. tit. & l. Quæ onerandæ, ff. operis liber. & l. Si quam, in fine, C. de operis lib. sic tenet D. Petr. Antibolus in tract. de muneribus, fol. 38. verso, num. 166.

Pactum cum vno, alteri nocere non debet, nec libertati alterius etiamsi mater sit paciscens, l. Transactione matris, C. de transactionibus, & l. 1. C. de liber. causa, & l. 3. §. Sed an. ff. de iureiurand. Per huiusmodi pactum inducitur quidam seruitutis modus, ergo pactum non valet in præiudicium hominum, vt pluribus demonstrat D. Pet. Antibolus, in tractat. de Muneribus, fol. 40. n. 182.

Pactum potest quilibet adiicere in traditione rei suæ, c. Verum, ext. de conditio. apposi. & c. Eleuterius, 18. q. 2. & sic de his sententiam depromit D. Pet. Antibolus in prædicto tractatu, fol. 23. num. 45.

Pacta non seruans graui subiacet peccato, imo mortali, vt c. Prædicandum, 22. q. 2. Nec dominus facit differentiam inter simplicem loquelam & iuramentum, c. Iuramenti, 22. q. 5. & Dauid ait, Quę procedũt de labiis meis non faciam irrita, sic patet quod pacta obtinent suam firmitatem, c. 1. §. Item sacramenta, de pact. iur. fir. in vsib. feud. sic hæc coniungit D. Anton. Corsetus in tractat. de iureiurando, fol. 232 num. 76.

Pactum cum certis personis vel vna persona factum, aliis non præiudicat, l. Si vnus, §. ante omnia. ff. de pact. Breuiter id annotat D. Pet. Antibolus in tract. de Muneribus, fol. 26. num. 68.

Pacta conformia iuxta cõsuetudinem seruanda sunt. Hanc sententiæ vim plenius extendit D. Angelus de Periglis, in tract. societatum, fol. 56. num. 7.

Pacta & conuentiones ex sua parte nõ seruanti per aduersarium in fauorem etiam non debent seruari, etiam si velit soluere pœnam & stare contractui, in quo esset apposita clausula, rato manente contractu, l. Qui fidem, ff. de transactio. diffuse adhuc hæc causa exponitur per D. Ioa. Baptistam in tract. de transact. fol. 193. q. 14. num. 3.

Pacta semper ad æquitatem & æqualitatem arbitrio boni viri sunt reducenda, l. In proposita, ff. pro socio, sic nos erudit D. Ambrosius de Vignate, in tract. de Vsuris, fol. vlt. num. 189.

Panis.

Panem gerens pro vita puniri non debet, secus si pro gustu, id est pro monstra, l. 1. & ibi Bald. & Salic. C. Quæ res exportari possunt, vbi loquitur de eo qui portat vinum in lagena, stante statuto pœnali contra extrahẽtem bladum aut frumentum causa necessitatis suæ non punitur, vt Ioannes de Porcelinis in §. Si quis ad opus, ff de legat. 1. in fi sic allegat D. Bertachi. in tract. de gabellis & vectigalib. fol. 69. verso, n. 2.

Papa.

Papa pater pauperum dicitur, & horũ causa ad eum principaliter spectat. c. Nihil, extr. de præscript. Huius meminit D. Hugo in tractat. de offic. 4. Prælatorum, fol 28. §. Commissæ, num. 1.

Papa vel Imperator potest reuocare sententiam definitiuam, & hoc speciale est in vtroque, c. Cum literis, de in integrum restitut. & notatur in l. Prima, Cod. Sentent. rescin. non possẽ. Ita docet D. Martinus Laudens. in tractat. de principibus, fol. 110 q 389.

Papæ curia est communis forus, quia vbi Papa, ibi Roma, Innocent. in c. Exposuit, de dilat.

Papa habet vtrumque gladium pro defensione fidei, & ecclesiæ, can. Omnes, 22. dist.

Papa licet sit hæreticus, non desinit esse Papa, si est paratus corrigi, c. Nunc autem, dist. 27. & ibi glos.

Papa non potest legitimare filium Regis Arragonum in pręiudicium fratris qui debet succedere in feudo, Gemi. in c. Grandi. de supplen. negli prælato lib. 6.

Papa potest statuere laicis Imperatore ratificãte

tificante, c. Ad abolendum, de hæretic.

Papa dat curatores Regibus inutilibus ad gerendam rempublicam, c. Grandi, de supplen. negligen. prælato. & Papa supplet defectum Regis vacante regno, c. Cum inter vniuersales, de Elect. Vide Specul. in tit. de lega. §. Nunc ostendendum. Et de potestate Papæ Baldus in l. Rescripta, C. de precib. Imperator. offeren.

Papa est maior in administratione quam Diuus Paulus, Innocent. in c. Super eo, de Bigamia.

Papa non potest deponi propter insufficientiam vel negligentiam, licet alii sic, glos. in c. 1. de Renuncia. lib. 6.

Papæ obediendum est præ omnibus. Innoc. in can. Comparati, de appel. Nisi contra Deum vel vbi timetur maximum scãdalum, vel nisi contra vniuersale statutum ecclesiæ, nisi ex causa manifesta, vt Innoc. in c. Inrequisitione, de sentẽt. excommuni & in c. Quanto, de Consuetud. & c. Proposuit, de concess. præbend.

Papa cognoscit de hæresi Papæ mortui, sed Concilium cognoscit de hæresi Papæ viuentis, Archid. in c. Fidei, de hæret. lib. 6.

Papa hæreticus non est Papa, quia hęresis priuat dignitate, c. 2. 23. q. 1. & c. Conuenientibus, 1. q. 7.

Papa sine causa non potest remittere iuramentum, Innocent. in c. 2. de renunciat. nisi in casibus in quibus authoritas eius est accepta, & not. in gloss. in c. Quanto, de iureiurand.

Papa vel Imperator est iudex in causa propria, l. & hoc Tiberius, ff. de hæredib. instituend.

Neq; Papa neq; Princeps debet permittere ludos inhonestos, l. 1. C. Manda. lib. 11.

Papa à nullo pendet. Sicut sol se habet in planetis, ita papa in ecclesiis, Bald. in c. Bonę, 2. De elect. & C. de postu. prælat. & in procemio Decretalium. Has sententias & similes colligere licet ex D. Mart. Laud. tra. de Principib. quærere qui velit, potest ad illũ recurrere.

Papa quod semel approbauit, amplius reprobare non potest, c. In istis, in gloss. 4. distinct. & c. Dilectissimi, 8 q. 2. & c. Horrendus, 32. q. 5. & l. Ab arbitrio, ff. Qui satisdar. cogunt. Plenius vide excussum hoc thema apud Cataldinum, in tract. de potestate Papæ, fol. 89. verso, num. 9.

Papa omnia potest, quia eius motus proprius est omnium optimus artifex, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & quæ sunt de iure naturali, & Diuino voluit ac reuoluit, vt patet in matrimonio, & c. 1 de voto, lib. 6. in quo personas inhabiles facit habiles, & c. 1. de sponsal. & c. Non debet, de consang. & affin. vt hoc plenius Doct. ostendunt, maxime Guiliel. de Mõte Lauduno, in Cle. Si Romanus Pontifex, & c. Proposuit, de concess. præbend. Annotat omnia hæc D. Anton. de Rosellis, in tractatu de Conciliis, fol. 86. numero 7.

Papa & Imperator sunt virtutes graduum: Nam possunt dispensare de gradibus & legitimare, c. Ex tenore. Qui filii sint legit. Hanc materiam exponit D. Anton. de Rosellis, in tractatu de legitimatione, fol. 94. num. 15. & 16. & 25.

Papa est canon animatus in terris, can. Ipsi sunt, 9. q. 3. Nec tamen concedit priuilegium in alterius iacturam, c. Nunc vero, 9. q. 3. & c. Cum olim, extr. de consuetud. sic Imperator est lex animata in terris. Non tamen facit aliquid in præiudicium alterius, l. Nec auus, C. de emancipa. nec ius in præiudicium alterius debet quicquam concedere, quia introductũ fauore alicuius non debet trahi ad iniquum compendium, l. Quod fauore, Cod. de legat. Pulchre hæc tradit D. Barthol. Brixiensis in in tractatu Quæstionum dominicalium, fol. 58. q. 55. num 3.

Papam facere non decet quicquid eidem licet, quia in omni re ponderandum est quid deceat & expediat, non quid liceat, c. Magnę, de vot. & voti redempt. & ibi Doct. & Martin. Laudens. in tract. de Principibus, fol. 114. q. 547.

Papa mortuum nobilitare poteſt, & dare illi gradum militiæ, notat D. Abbas, in c. A nobis, colum. 2. ſuper gloſſ. in verbo relaxatū, de ſenten. excommunica. Bart. in l. 1. C. de dignitat. lib. 12. Illud enim non eſt contra ius diuinum, & honor corpori attribuitur, ſed ſi animæ attribueretur vt doctorare, non poſſet fieri poſt mortem, vt notat idem D. Abbas loco præallegato & D. Ioan. de Selua in tract. de iureiurand. fol. 225. verſo, n. 87.

Papa poteſt facere, vt non factum pro facto habeatur, c. Is qui. de ſponſa. & matrim. hæc & ſimilia recenſet D. Ioannes de Selua. in tractat. de iureiurando, fol. 225. n. 85.

Papa mendacium iocoſum non poteſt facere, quod ſit peccatum mortale, licèt poſſit præcipere, ne fiat mendacium iocoſum, vt not. Franciſcus de Mayrone, in 4. Sentent. diſtinct. 19. legitur hæc quoque ſententia apud D. Ioannem de Selua in tractat. de iureiurando, fol. 224. num. 45.

Papa in pectoris ſcrinio gerere dicitur omnia iura, de diſpenſationibus loquentia, ſic adducit D. M. Rauaudus in tract. Speculi iudicum, fol. 9. n 63.

Parens.

Honora patrem & matrem, Exod. 20 & 21. Leuit. 19. 20. Deuter. 4. & 21. & 27. Tobiæ 4. Prouerb. 19. 20. Eccleſ. 3. Paul. ad Epheſ.

Parētib. atq; patronis ſemper debet honor impendi cum naturali ratione. honeſta enim & ſancta ſemper parētes patroniq; debet perſona videri, l. 1. & 2. C. de litiscontest. vt habet D. Placent. in tract. de iudic. fol. 128. tit. 5. n. 3.

Parentum vitia filiis virtutem quærentib. ruborem incutere non debent, vt ait D. Hieron. quod eſt trāslatum in c. Dominus noſter Ieſus Chriſtus voluit non ſolum de alienigenis commixtionibus, ſed etiam de adulteris naſci, nobis magnam fiduciam præſtans vt qualicunq; modo naſcamur, dum tamen veſtigia eius imitemur, & ab ipſius corpore non ſeparemur, id atteſtatur D. Ioann. Lupus, in tra. de matrim. & legitimatione. f. 106. n. 30.

Par.

Par in parem nō habet poteſtatem vel imperium, vt pulchre demonſtrat Bart. in l. Ambitioſa, de decre. ab ordi faciend. ſic refert D. Ioan. Baptiſta Caccialupus in tract. de penſionibus, fol. 208. n. 58. & dicit Bald. quod vnus Dominus non poteſt punire alium, & idem Bart. in l. Inter tutores, ff. de adminiſtra. tut. & Lucas de Penna l. Nihil C. de Palati. ſacra. lar. lib. 12. ſic exponit D. Nicolaus Boerius in tractat. de cuſtodia clauium, fol. 221. n. 58.

Pariter.

Pariter in eadem vnanimitate non omnes mouentur, hoc demonſtrat D. Laurentius de Rodulphis, in tractatu de Vſuris, fol. 149 verſo, num. 31.

Parietes.

Parietes dicuntur dealbati, qui carent rectitudine animi. Hanc ſententiam effatur D. M. Rauaudus in tracta. Speculi iudicum, fol. 88. verſo, num. 15.

Parlamentum.

Parlamenta ſunt ſtabilia & motoria pro momento. Nam firmum dignius eſt quam infirmum, ſtabile quam inſtabile, conſtans quam lene: vt Inſtitut. de iuſtit. & iure in princip. & l. Iuſtitia, in exordio, ff. de eodem tit. Sic copioſius arguit D. Ioannes Mōtaigne in tractat. de Parlamentis, fol. 82. verſo, ſecundo facit, num. 1.

Parochia.

Parochia quælibet ex Epiſcopi prouiſione regi debet. c. Regem, 10 q. 1. & c. 2. & c. vnicuiq;, 9 q. 3. ſic affirmat D. Ioan. Bapt. Caccialupus, in tract. de vnionib. fol. 208. n. [illegible]

Pars.

Pars cenſetur turpis, quæ ſuo toto nō conuenit, c. Quæ contra mores, 8. diſtinct. c. [illegible] li, de ſponſ. duo, & alibi legitur. Quicunque ſe non conformat moribus aliorum, talis [illegible] ſuperſtitioſus, & intemperatus, vt Auguſt. ait in lib. de doctrin. Christiana, & in c. [illegible] diſtinct. ita ratiocinatur D. Albertus de [illegible] rariis in tract. de horis canonicis, f. 214. [illegible]

Pars & ordo partium non debet eſſe [illegible]

sior suo toto. Nam partes & ordo partiũ sunt ad totum tãquam ad finem, qui finis melior est ipsis partib. ordinatis ad finem, vt ait Philosophus 1. Ethic & quemadmodum omnes prædictæ partes humani generis melius respondent ad totum ipsum humanum genus, semper regendo per vnum: sic ipsum totum humanum genus, quod est pars creaturarum Dei, debet melius respõdere ad suum totum, quod est Deus, se etiam regendo per vnum. Hactenus D. Anton. de Rosellis, in tractatu de potestate Imperatoris & Papæ, folio 51 §. Docetur, num. 5.

Pars benignior in dubiis tenenda est, l. Benignius, ff. de legi. id perstringit D. Ioannes le Citier, in tractat. de Primogenitura, folio 389. num. 12.

Parti non permittitur, quod iudici denegatur, respice glosam super constitutione regni, super Rubrica de iniuriis nobilium personarum, quæ dum loquitur de militib. discernit factum iudicis, l. penult. & ibi Baldus, C. de pignora. actio. cum similibus. ita hoc tradit D. Ioannes Baptista Caccialupus, in tractatu de debitore suspecto & fugitiuo, fol. 226. num 20.

Partem fundi intrans totum fundum intrare videtur, de acquirenda possessione libr. 6. in principio sic allegat D. Antonius de Rosellis, in tract. de potestate Imperatoris & Papæ, fol. 46. n. 19.

Particeps.

Participes, & conscii criminis, admittuntur in casu delationis fauore fidei ad testimonium, vt c. fidei, de hæretic. in 6. sed in casu delationis de ludo dæmonum non admittitur, quia fere illuduntur & decipiuntur, vnde contra alios non faciunt fidem nec iudicium ad inquirendum, & contra si fiat male proceditur, quia per deceptos alios decipere gestiũt, c. Qui sine saluatore, 16. q. 2. id pertractat D. Ioannes Franciscus Ponzinibius in tractat. de Lamiis, fol. 119. verso n. 65.

Partus.

Partus quo ad hominis statum, ventrẽ sequitur sc. libertatis, vel seruitutis, vt si mater sit libera, partus quoq; sit liber, vel si mater sit ancilla partus quoq; sit seruus, vt Institut. de ingenuis, in principio, C. de rei vendic l. Partum, tunc partus ventrem & matris conditionem sequitur, secundum Pet. de Bella pertica, sic in medium adducit D. Pet. Antibolus in tract. de munerib. fol. 12. n. 9.

Partus in vtero non venit appellatione hominum in statuto, secundum Baldum in l. Cum in veteres, C. de fideicommiss. libero. Ratio est, quia partus dum est in vtero, dicitur persona incerta, secundum Baldum in Rubrica C. ad Treb. ideo non est in consideratione, maxime in odiosis, secus in fauorabilibus. vt dicitur in q capiente lupam prægnantem admisso ad præmium per statutũ, quod est verũ siue agatur de fauore testamẽti, siue de fauore contractus fauorabilis, secundum Bald. in l. fin. C. de suis & legit. Ideo Bald. in l 3. C. ad Tertul. dicit quod causa partus in vtero fauorabilior est causa nati. & no quod partus cedit ex titulo ex quo cedit mater vel venter, l. Non quocunq. §. Iulia. & ibi Bart. de legat. 1. & l. Si quod ex Pamphila. §. 1. & ibi Bart. de legat. 2. Nec dicitur partus pars rei dum est in vtero, nec facit rem preciosiorẽ, sicut faciunt fructus pendentes, casus est singularis secundum Bart. in l. In lege falcidia placuit, ff. ad l. Falcid. Hucusq; D. Bertach. in tractat. de gabellis seu vectigalibus, folio 69. verso, numero 7.

Passio.

Passio non fit à naturæ assuetis, vel ab assuetis non fit passio vt refert D. Iacob. à Canibus in tractatu executionum vltimarum voluntatum, fol. 136. num. 10.

Pastor.

Pastor non excusatur, quod lupus oues cõederit, c. Quamuis, & ibi bona gloss. Innoc. & Doct de Regul. iuris in antiquis, & c. Tres personas, 23. quæst. 4. sic habet D. Nicolaus Boerius in tract. de Custodia clauium, folio 218. num. 13.

Pastores exemplo gregi esse non debent,

ad hoc hortatur D. Paulus, Exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate, 1. Timoth 4. & sic inquit D. Hugo in tractat. de Officio 4. prælatorum, fol. 39. §. Iam nunc, n. 3.

Pater.

Patris & filii eadem vox censetur, & econuerso, §. Ei, & §. Post mortem, Institut. de inutilib. stipulationib. & l. fi. C. de Impube. & aliis substitut. & vbi est vnus, ibi alter esse videtur, l. Cum scimus, C. de agricol. & censit. lib. 11. Plura vide apud D. Nepotem à Montalbano in tract. Exceptionum, fol. 174. numero 25.

Pater inter filios æquiparatur militi, vt & in eo sufficiat si testetur ex iuregentium, D. Vdalricus Zasius luculenter hoc citat in tract. de substitutionib. fol 93. n. 4.

Patria.

Patria potestas per religionis ingressum soluitur, l. Si ex causa, §. Pap. ff de minorib. & §. Cum, Institut Quib. mod. ius patrię potestat. soluitur. Et Auth. Verum, & Authent. Sed dignitas, C. de episc. & cleric. sic habet D. Pet. Antibolus, in tract. de Muneribus, folio 15. verso, num. 14.

Fumus patriæ dulcis est.

Patria sua cuique dulcissima, l. Qui habebit, in gloss. ff. de legib. & Oldendorpius in locis communibus.

A subsidio & constitutione murorum patriæ nemo se potest excusare.

Felix patria vbi sic Princeps abundat diuitiis ne ad obliquum regimen reipublicæ subsit miseriæ.

Iura & cōmoda patriæ seruanda sunt. Impune in defensione patriæ licet filio occidere patrem, si inuadat illam, vt & patri filium, l. Minime.

Non dubia est Ithaci prudentia, sed tamen optat Fumum de patriis posse videre focis, Ouid. 1. de Pont. Elegia 4.

Patrimonium.

Patrimonium habentes omnes tenentur ad collectam, l Rescriptum, ff. de Muneribus & honorib. sic infert D. Guilielmus Bont in tract. de Vsuris, fol. 15. n. 14.

Patrocinium.

Patrocinium si præsto, rem meam petenti facio mihi pręiudicium, c. Ex literis, de transactionib. c. Ex ore, extra, de his quæ fiunt à maiore parte, c. Cum Adrianus, 63. distinct. l. Vltima, ff de inoffici. testam. Hæc legũtur apud D. Damasum in tract. de Brocardis discussa ex vtraque parte, fol 139. n. 30.

Patronus.

Patronus debet actualiter prę̨sentare, quod multis exponit D. Paulus de Citadinis in tractat. de iure patronatus, fol. 53. verso, n. 37.

Patientia.

Patientia est virtus æquanimiter portans impetum contumeliarum & omnis aduersitatis, Cic. in Rhet.

Patientia læsa sæpius fit furor.

Patientia est voluntaria & diuturna rerum arduarum perpessio, causa honestatis & vtilitatis, Idem.

Patientia vincit potentiam: Patientia vincit omnia.

Patientia est æquanimis tolerantia iniuriæ in se & suos, vt §. 1. 23 q. 1.

Melior est patiens viro forti, Prouerb. 10.

Doctrina viri per patientiam noscitur, & gloria eius est iniqua prętergredi, Prouerb. 19.

Patientia lenietur Princeps & lingua mollis confringet duritiem, Prouerb. 25.

Melior est patiens arrogante, Eccles. 7.

Patientia superioris in inquisibilibus sine principis priuilegio gestum non iuuat, vt tenet D. Dominicus de sancto Gemi. in c. 2. de præbend. in 6. in antepenultima colum. vbi infert quod quantumcūq; papa toleret, quod decimæ per laicos non soluantur, non tamen videtur posse per laicos queri ius non soluendi decimas, quod perpetuo tenendũ esse cordi, dicit D. Bertachi. in suo tractatu de Gabellis seu vectigalibus, fol. 57. n. 32.

Patientia aliquando pro traditione habetur,

tur,l. Si ego, § Si de vſufructu, ff. de publica. Ita allegat D. Placentinus in tracta de rerum venditionibus, fol.1 o titu.5.num. 4.

Patientia includit in ſe neceſſario ſcientiā, l. Quoties.ff. de ſerui.titulo generali. & patientia facit præſumi mandatum. l Qui patitur,ff manda. Plura de hac materia licet diſcere apud D. Ioannem Franciſcum Balbum, in tracta.de Præſcriptionibus, fol. 221 num. 30,& paulo ante apud eundem legitur, quod licet ex patientia longi temporis cum præſtatione vel ſine, aliquādo inſurgat præſumptio iuxta prædicta: debet tamen allegari, id quod præſumitur ex tempore, vt titulus vel conſenſus. aliàs non reſultat præſumptio ex eo, quod fuit allegatum, licèt extrema probentur. ex quibus inſurgit ſecundum Paulū de Caſtro in l. Si filius per legē ſi adulterium cum inceſtu. § Idem Pollioni. ff de adulterio. Plures allegationes licet cernere apud D Ioannem Franciſcum Balbum, in tractat. de præſcript. fol.221.num. 19.

Pauper.

Pauper non ſemper luit in corpore, quod non habet in ære. Nam ſi Martinus pauper adeo, vt codicē nec reddere, nec ſoluere poſſit, ipſe nō luet in corpore: quia hoc iure cautum non inuenitur. ſed ſi condemnatus in pœnam, 15. librarum Turonenſiū & præ paupertate inficietur, tunc luet in corpore, l.1. §. Generaliter, ff. de pœnis. iuxta id quod notatur de ſimili inficiatione, § ex maleficiis, ver. Item mixta Inſtitu. de ac. Non tamen eſſet idem in pœna, quæ ex promiſſione hominis debetur, cum lege cautum non ſit, ſed ſufficit tunc debitori quod cedit bonis. Ita adſtruit D. Hermannus de Bare. in ſuo tractat. de formandis libellis, f 158. libello 62.n.3.

Pauperes effecti diuites de facili tyrannizant. Egidius Romanus ait mores nuper dictatorum vtplurimum peiores eſſe minorib. eorum, qui fuerunt diuites ab antiquo. ſic mores nuper potentum & nuper eleuatorū per adeptionem ciuilis potentię peiores ſunt moribus aliorum. pro quo adduco aureum textum in c. negociatorem clericum, 88. diſt. vbi dicitur negociatorem clericum, & ex inope diuitem, & ex ignobili glorioſum, quaſi quandam peſtem fuge. & eſt vna de abuſionib. ſæculi duodecim. quas refert D. Cyprianus & gloſ. in Clement. Ne in agro, §. Quia vero, in verbo. Curias principum. de ſtatu regu. & ſubdit Egidius quod tales neſciūt ferre fortunas. & nuper exaltatum eſſe in regem, eſt quaſi quædam ineruditio regiæ dignitatis. tales vt plurimum Tyranni ſunt. & inflati corde inerudite regnant. Plura vide conſequenter apud D. Ioannem le Cirier in tracta. de Primogenitura, fo.183.n.12.

Pauperum cibos vorare ſacrilegium eſt, c. Si quis propter 1 q 2. ſic ratiocinatur D. Barbatia, in tracta. de prçſtantia cardinalium dicens grauiter hos peccare, quando proprias facultates conſeruant, & cibos pauperum capiunt. fol.54.n.2 & 3.

Paupertas.

Paupertas, vel inopia eſt defectus multorum neceſſariorum ad vitam, ſed nō omniū, & vna ex coacta neceſſitate: altera ex voluntate, Diuus Thom. contra gentiles, 2.c.134.

Qui deſpicit pauperem, exprobrat factori eius, Prouerb.17.

Nouerca eſt diſciplinę egeſtas. Boet. de cōſolatione Philoſophiæ.

Magnæ diuitiæ ſunt lege naturæ compoſita paupertas. Seneca 4.

Paupertas & obedientia interueniunt in ſolēnitate voti. conſtat ex verbis D. Antonii de Roſellis in tractat. de Conciliis, folio 101. verſo n.14.

Paupertas non tollit libertatem voluntatis, nec ſeruitus, c. In principio, 15. quæſt. 1. & c. Palea ſed penſandum, 61. diſtinct. & c. Nabugodonoſor 23. q. 4. Pleniorem probationem huius pandit D. Ioa. à Lignano, in tract. de Amicitia, fol. 11. verſo, §. viſo. n.4.

Paupertas ſine culpa veniēs excuſat à periurio. ſi in tempore permiſſo non poteſt ſa-

tisfacere. vt nota. in c. Breui, & in c. querelam. de iureiuran. & notat Baldus in c. 1. de no. for. fideli. & in c. 1. §. Porro, quam sit iusta caussa benef. amit. & in c. licet. Si de feud. fuer. controuersia, & in c. vnico. de alie. paterni feudi. sic distinguit Dom. Matthęus ab Afflictis, in tracta. Protomiseos, fol. 149 n. 16. Vbi dicit, quod necessitas nō habet legem, l. 1. ff. de offic. consulis. Necessitas furari facit licitum, c. discipulis Domini, & ibi bona glos. de Consecrat. dist. vltima, c. 1. in verb. equum suum, de pace tenenda. Necessitas facit licitum patri vendere filium, textus in l. 2. C. de patribus qui filios distraxerunt. Necessitas famis pro alimētis & medelis facit licitum res prohibitas alienare, l. Mutus, §. Morte, ff. de iure doti. & l. Si cum dotem, ff. solu. matrimonio, sic necessitas famis illicitum facit licitum, c. Mutationes, 7. quæst. 1. & sic necessitas vel paupertas veniens sine culpa excusat à periurio, &c.

Pauperrimus.

Pauperrimus ciuitati nō debet pręfici, nec ditissimus. Scipio enim de duobus viris in Hispaniam mittendis rogatu amicorum dixit, neuter mihi placet, eoquod alter nihil habet, alteri nihil satis est. Idem vult D. Magister Rauaudus in tractatu Speculi iudicum, folio 89. num. 40.

Pax.

Pax est tranquillitas ordinis, maxime in voluntate, D. Thom. 1. 2. q. 70. articu. 3. Rursus 2. 2. q 29.

Pax est margarita Christianis preciosissima, Dominicus Soto Segobiēsis Theologus, in epistolam D. Pauli ad Romanos.

Pacis nomen dulce est, & ipsa res salutaris, pax est tranquilla libertas. Cicero in Philippicis.

Pax est belli intentio & finis.

Pax est vinculum charitatis, c. Nouit. de iudi. hæc sententia legitur apud D. Anto. de Rosellis in tractat. de Conciliis, folio 121. §. decimo sexto, num. 1.

Pax est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, vinculum amoris, consortium charitatis, D. August. De verbis Domini.

Pax est laudabilis & desiderabilis omnibus, magnæ sunt laudes venerandæ pacis, quæ nihil aliud est, nisi multitudinis vnitas, bonum & salus populi consistit in pace. Pax quippe omni regno desiderabilis est, in pace populus proficit, vtilitas gentium custoditur. Bonarum artium mater decora est: Pax mortaliū genus multiplicat, facultates protendit, mores extollit: Legislatori bono ac graui pręsidi semper adhęrere debet, vt quietem habeat prouinciam, sine pace vitæ vtilitas facile perit. Hæc Oldradus in consilio 94. in 6. colum. & Imperator in fauorem pacis & laudem dicit, Pacem desideratā & toti orbi necessariam per vniuersas regni partes habendam regia inducimus authoritate, tit. de pace tenenda, in vsib. feudo. Hactenus eadem tenet D. Ludouicus Montaltus in tract. de reprobatione sententiæ Pilati, 188. nu 11. & deinceps.

Pax sectanda etiā cū labore nostro, damno & opprobrio. Dominicus Soto Segobiensis in epistolam D. Pauli ad Romanos.

Pax vera est cum vnusquisq; ius suū tranquille possidet. Idem, eodem lib.

Pax & tranquillitas commode nō habetur: nisi sit vniuersitas sub vno principe propter vinculum vnionis & indissolubilis charitatis, c. Loquitur, 23. q. 1. & pacem melius facit quod vnum est, quam quod est in plures distinctum vt discordiæ vitētur: quod commode publicat D. Anto. de Rosellis in tracta. De potestate Imperatoris & Papæ, fol. 51. § Docetur, num. 7.

Pax facta per testes probari potest. hoc et iure demonstrat, D. Cataldinus de Boncompaignis, in tractatu De Syndicatu, folio 129. numero 90.

Pax & cōcordia valet per pecuniam facta: quia agitur de propria iniuria, non de aliena. Amplius vide Dom. Cataldinum de Boncompai-

compaignis in d. tractatu De Syndicatu, fol. 131 num.126.

Pax vim restitutionis in integrum habet, Bald.in tit.De pace Constantię, in glos.super verbo.Priuilegia omnia dicit, quod pax non solum habet vim simplicis indulgentiæ, sed restitutionis in integrum,cum sublata guerra per pacem tollatur omnis effectus secutus per guerram vel bellum.vt admonet D.Corsetus Siculus in tract. De priuilegiis pacis,fo. 100.num.12.

Pacis præparatio bellum.

Pacis fractor potest à quolibet de populo accusari,inquantum dimidia pœna fisco debetur,Bart.in l.1 in fine,ff.de iure fisci & in l. Arbiter,ff de Arbitris.Hoc allegat.à D. Corseto Siculo in tract.De priuilegiis pacis, folio 100.num.31.

Pacis faciendæ mandatũ morte mandantis non expirat, vt hæres non teneatur eam facere vulneranti Specu.in titu. de Homicidio.ver.Sed pone.Et D.Corsetus Sicul. prorsus adstipulatur,in tracta. priuilegiorum pacis,f 100 verso,num.28.

Pacis cõfirmatio est vera iustitia, l.de vindicta,ff de furt. sic cõcludit enumerationem multorum bonorum,quæ ex pace scaturiũt, D Bald.de Vbaldis in tracta.De pace Cõstantiæ.fol.80.num.117.

Pacem cuncta bona sequuntur,c. quod sicut,ext.de elect & textus in l.Creditor §.1.ff. manda. Reliqua vide apud D. Ludouicum Montaltum in tractat. De reprobatione sententiæ Pilati,fol.188.num.14.

Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Paulus ad Hebræos 12.

Duæ sunt amicæ, iusticia & pax, D. Aug. super Psalm 84.

Peccatum.

Peccatum est actus deuians ab ordine debiti finis, contra regulam naturæ, rationis, vel legis æternæ,D Tho.1.parte,q 63.articu. 1.& 2.2.q.21.articu.1.

Peccatum est vtendis frui, & fruẽdis vti, D.Augusti.

Peccatũ est pręuaricatio legis diuinę,& cęlestiũ inobedientia præceptorũ,D. Ambros.

Peccatum est affectio mala voluntaria, D. August.de libero arbitrio.

Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua, Genesis 8.

Vę iis qui peccant,& non obseruant mandata mea,ait Dominus Esdræ 15.

Qui faciunt iniquitatem & peccatum, hostes sunt animæ suæ, Tobiæ 12.

Iniquitates capiunt impiũ, & funib. peccatorum suorum constringitur, Prou.5.

Vsq; adeo peccatum voluntariũ est malũ, vt nullo modo peccatũ sit, si non sit volũtarium D. Aug de vera religione.

Peccans non potest dici peccare authoritate legis præsertim canonici, c.Qui peccat,23. q.4 & l.Gracchus,C.de adulter.cuius regulæ intellectum ponit Felinus in c.Ecclesia, colum.13.de Consti Ita habet D Ioannes Franciscus Balbus in tractatu de præscriptionib. fol.226.num.4.

Peccatum nõ dimittitur, nisi ablatũ restituatur,c.Peccatũ,de regul.iuris libr.6. Idem cõfirmat D. Ambrosius de Vignate, in tract. De vsuris,fol.171.verso,num.182.

Peccator pœnitens Deo est acceptus,indiget tamen dispensatione in promotione, c. quia circa.de Bigamia.c.fi. de temp. ordi. legitur hęc sententia apud D.Paulum de Citadinis in tractat. de iure patrona. folio 60 7. parte,num.3.

Peculium.

Peculium castrense,vel quasi castrense,nõ cõfertur.nec datũ à patre dignitatis filii nomine,nec id quod debetur,& si adhuc debetur, nõ onerabitur solus filius, qui dignitatẽ meruit,sed de cõmuni erit soluendum, l.1.§. Nec castrense.& §.Sed an illud ff.de colla.bono.D.Vitalis,hãc sententiã annotat in tract. de colla.fol 224.verso,num.22.

Pecunia.

Pecunia reprobata non liberat, & non eſt expendibilis, nec nomen pecuniæ habet, l. Elegãter, §. Qui reprobos, ff. de pignora. actio. & facit textus elegans in l. 1. C. de vet. num. poteſt. lib. 11. vbi pecuniam antiquam aliàs probam, ſi fuerit reprobata ratione materiæ vel formæ, poſſum licite & impune recuſare, quia bonitas pecuniæ ex vſu conſideratur, l. 1. ff. de contrahen. empt. Pleniores allegationes adducit D. Albertus Brunus in tracta. de monetis, fol. 191. num. 2.

Pecunia nullum lucrum confert niſi per induſtriam vtentis. vendere ergo vtilitatem prouenientem per mercatiuam induſtriam ei cui mutuata eſt, nihil aliud eſt, quam vendere induſtriam & actus ſuos, quod eſt contra naturam vel legem naturalem. & eſt ratio Scoti ſuper 4. Sententiarum, diſtinct. 78. ſic ratiocinatur D. Anto. Archiepiſcopus Florentinus, in tracta. de vſuris, fol. 200. verſo, numero 7.

Pecunia non germinat fructum: nam germinare fructum repugnat naturę, & ſic principiis naturalib. rerum. propter quod reprobatur contractus vſurarius, vt vult D. Laurentius de Rodulphis in tracta. de vſuris, fol. 131. num. 57.

Pecunia non eſt locabilis, Archid. in c. Si fœneraueris 14 q. 3. tenet, quod loquẽdo proprie nõ eſt locabilis, ſed mutuabilis.

Pecunia non eſt vendibilis, quia aliarum rerum eſt æſtimatio, l. Si ita, ff. de fideiuſſorib. Idem probat D. Laurẽtius de Rodulphis, in tracta de vſuris, fol. 131. num. 54. & cõſentit D. Magiſter Hiero. à Luca, in tractatu de Cambiis Lugdunenſibus, folio 8. verſo, nu. 50 & 51.

Pecunia non parturit pecuniam nec poteſt recipi lucrum ex re aliena. ſic habet Do. Guiliel. Bõt in tract. de vſur. folio 176. verſo, numero 7.

Pecunia minuta quanto plus vileſcit, tanto plus groſſa creſcit. Nam quanto magis vileſcit moneta argentea, tanto plus creſcit moneta aurea, vt demonſtrat experientia & facit l. 2. ſecundum vnum ſenſum, C. de vete. num. poteſtate, lib. 11. ſic legitur apud D. Albertum Brunum in tracta. De monetis, folio 195. particula 17. num 2.

Pecunia pro re inuito creditore non ſoluitur, c. Qui ſtudet, 1. q. 3. & hoc quando eſt Dominus, quia tunc in executione contractus venit dare. aliàs ſi nõ eſt Dominus ſoluendo intereſſe liberatur, nec cogitur incurrere pœnam duplex in euentu euictionis. ita intelligitur l. 1. ff. act. empt. & facit cum emptor ff. ad l Falcid. & in l. Qui reſtituere, in fine, ff. de rei vend. & Bald. in l. 1. in penultima colum. ver. Et vlterius quæro an venditor, C. de ſent. quæ pro eo intellige prædicta vera, ſi commode tradere poteſt. quia non ſubiaceat alicui caſui euictionis & dicit hãc eſſe communem opinionem. Copioſius hæc ſententia excutitur apud D. Fabia. de Monte in tractat. De emptione & venditione, folio 151. num 39.

Pecunia hoſti extorquenda ſubtiliter, vt egeſtate laboret. vel ſic pecunia ſubtili ingenio eſt ab hoſtib. velut à barbaris extorquenda vt egeſtate laborent, l Bona fides, ff. depo. & facit huc D Baldus de Vbaldis in tracta de Pace Conſtantiæ, fol. 74. verſo, num. 2.

Pecunia facit omnia: quia nihil eſt tã proportionabile rebus, ſicut pecunia. vt eſt textus notabilis in l. Si ita fideiuſſorem accipere, ff. de fideicõmiſ. vbi dicitur quod omnes merces pecunia æſtimantur, non ita pecunia mercibus, vnde ſine illa nec emptio nec locatio conſiſtere poteſt, vt in l. Naturalis, §. At cum do. in gloſ. ff. de præſcript verb. ſecundum Bald in l. 1. in 44. q. ff. de re. diuiſio vnde dixit gloſ. ordinaria, quod pecunia eſt vita hominis. vt l. Aduocati, C. de aduo di. iudic. ſuper verbo vitam, quam egregie ponderauit Baldus in l Si Thais, C. de oper. libe. Amplius vide D. Fabianum de Monte in tractat. de empt. & vendit. fol. 142. verſo, num. 20 & adde quod veteres omne robur patrimonii in pecunia poſuerunt. vt dixit textus in l Lex

que

quæ tutores, C. de adminiſtr. tut. & iuriſconſultus refert alibi ſe audiuiſſe aliquos ruſticos ſenes dicentes, pecuniam ſine peculio pugilem eſſe, l. Si chorus, § 1. ff. de legat. 3.

Numus eſt fideiuſſor futuræ neceſſitatis, vt Atiſtoteles dixit & Baldus poſt gloſ. in l. 2. ff. de conſtitut. pecun. Idem confirmat D. Franciſcus Curtius in tract. de ſequeſtris, fol. 2. num. 4.

Pecunia eſt vita hominis, textus cum gloſ. in l. Aduocati, C. de aduoc. diuerſo. iudic. & dicit gloſſ. in l. 2. C de numera. & actua. libr. 12. quod conſuetudo populi Romani fuit pecuniam ex tributis perceptam in marſupium reponere, etſi marſupium non ſufficeret, ad fiſcum, id eſt ſaccum deueniretur. Si ſaccus non ſufficeret, ad ærarium deferebatur, ſic dictum, quod æs appellatione pro omni pecunia dictum in eo reponebatur, vnde populus Romanus fuit auctus in gloria, &c. Hanc ſententiam citat D. Franciſcus Curtius in tractat. de ſequeſtris, fol. 2. num. 5.

Pecuniæ finis conſumptio eſt, non conſeruatio, vel pecuniæ proprius vſus eſt conſumptio, vt notat D. Guilielmus Bont in tractatu de Vſuris, fol 176. verſo, n. 8.

Pecuniæ nulla vtilitas, ſi claudatur in arca. & eſt eius vſus ad commutandum, vnde in ea vtilitatis cauſa principalis eſt hominis induſtria, ſic allegat D. Laurentius de Rodulphis in tractatu de Vſuris, folio 134. verſo, numero 14. Idem author poſtea in 3. particula principali, numero quarto, dicit quod pecunia eſt inuendibilis, & ipſa, & ipſius vſus, qui non eſt aliud, quam ipſa conſumtio à pecunia inſeparabilis. vnde vnum ſine altero vendi non poteſt, nec etiam vtrumque ſimul, tanquam alterum accreſcit in valore, iuxta notata per Ioannem Andream in quæſtione poſita, ſuper regula peccatum, in 2. q. de Regul. iuris, lib. 6. huiusmodi expoſitione rem declarat D. Laurentius de Rodulphis in tractat. de Vſuris, fol. 147 num 4.

Pecuniæ cudendæ potentiam conſuetudo tribuit, ex quo cõſuetudo tribuit iuriſdictionem, vt in l. 1. C. de emancip. lib. Item videmus quod obſeruant ciuitates & magni domini de conſuetudine vt cudant monetam: ſocietates autem non obſeruant, ideo præcaueant cudere, vt egregiè dixit Angel in l. 1. C. de falſa moneta, & aſtipulatur D. Fabianus de Monte, in tract. de empt. & vendit. folio 142, num. 5.

Pecuniam cudere eſt de regalibus, vt in c. 1. in verbo. Monetæ, Quæ ſint regalia, in Vſibus feudo. & Bartol. in Rubrica, C. de vete. nummiſ. poteſtate, lib. 11. Ex his etiam probatur quod cudere pecuniam eſt iuris publici & non priuati, vnde moneta adulterina, id eſt falſa, vel quia eſt ære cõtaminata, vel quia fucata, id eſt tincta in ſubſtantia & materia falſa, vel quia eſt de bona materia, ſed non habet publicam formam, id eſt publicũ characterem, vel quia qui cudit non habet authoritatem cudendi à ſuperiore, qui punitur de falſa moneta, l. 1. C. de falſa moneta, & l. Qui falſum, ff de falſis, & c. Quanto, de iureiurand. vnde ſi ſocietas campſorum vel mercatorum abſq; authoritate principis cuderet monetam de bona moneta & imprimeret in eadem formam propriam, nõ ſuperioris puniretur tãquam falſaria monetarum. In moneta duo requiruntur ſcil. veritas & authoritas. Veritas conſiſtit in qualitate materię, in impreſſione veræ formę, & in iuſtitia ponderis. Authoritas conſiſtit in habendo merum imperium. Princeps fabricatoris falſę monetæ pœnam ſtatuit exuſtionem, vt l. 2. Cod. de falſa moneta. Ciuitas vel alius à principe pœnam ſtatuit detruncationem capitis. Plura copioſius hac de re exponit D. Fab. de Monte, in tractat. de empt. & vendit. in 5. q. de Materia monetarum, fol. 142. n. 2. & 3.

Pecuniæ faciendæ expenſa de publico ſoluenda, vt nihil detrahatur valori materiæ ſi eſſet in maſſa: vt eſt textus & gloſſ. & declaratio Bart. in l. 1 C. de vete. nummiſ poteſta. in verbo debiti ponderis, & in l. 1. eod. in gloſ. in verbo æſtimatio, & ſolẽniter declarat Bart. in l. 1, ff. de auro & argento lega. & in l. 1. in

principio, ff. si certum petatur, & bene facit text. in c. Quanto, de iureiurando, & ibi gl. declarat. Quod tria requiruntur: materia, pondus, & forma licet quod expensa fiat de publico, secundum Bart. nunc de consuetudine non seruetur, quemadmodum testatur etiam D. Fabianus de Monte, in tractatu de empt. & vendit. fol 142. n. 2.

Pecuniam accipiens vt testimonium dicat etiam verum, falsum committit, vt notat gl. elegans in l. 1. §. 1. in verbo ad notationem, ff. de fals. & text. in c. 1. §. 1. Quid sit inuestitura, in verbo non reminisci. Largius vide Tyndarum in tractat. de testib. fol. 106. numer. 9. & 10.

Pecunia est possessio totius eius quod homines in terra habẽt, & quorũ Domini sunt, vt Agar seruus, vas, pecus, &c. D. Aug. de Doctrina Christiana.

Pecunia est nummus factus ex pecudibus vel ex materia metallica, de hac dicitur: pecunia facile cõsumitur, consilia exhauriri nesciunt, hæc vsu augentur, pecunia minuitur, & cito deficit, cõsilium autem collatum quo in plures diffunditur, eo redundantius manet, & in suum fontem recurrit, contra pecuniam, D. Ambros. lib. 1. de Officiis.

Pecunia cũ labore acquiritur, cum timore seruatur, tandem cum grauissimo dolore amittitur. Cassiod. cap. 5. de dilectione Dei.

Vbiq; pecunia vincit, omnes mendicitatẽ spernunt, Isidor. Soliloquiorum, lib. 1. c. 1.

Pulchrum est neglexisse fœda lucra pecuniæ, Cassiod. lib. 5. epist. 13.

Propter pecuniarum possessionem omnia prælia nobis sunt, Plato in Phædone.

Male enim se res habet, cum quod virtute effici debet, id tentatur pecunia, Cicero lib. 1. Officiorum.

Pecuniæ quærendæ non solum ratio est, verũ etiam collocandæ, quæ perpetuos sumtus suppeditent, nec solum necessarios, sed etiam liberales, Cicero ibidem.

Nihil eorum, quæ virtuti debentur, emere pecunia licet, Valer. Max. lib. 4.

Pedagium.

Pedagium pro famulis dominus tenetur, l. Vsurpatione, & ibi Bald. & Salicet C. de vect. & ig & commiss & l. Si quis vxore, C. de dona. inter vir. & vxor. & D. Bertach. in tract. de gabellis seu vectigalib. fol. 67. verso, n. 30.

Pellis.

Pelli mortuæ in arduis credere est vnũ mirabilium mundi, c. Tertio loco, cum ibi notatis, extra, de probat. Ideo requiritur authoritas principis vel habentis potestatem à principe, vt habetur c. 1. & 2. & c. Cum per tabellionem, ext. de fide instrum. & c. Cum cõtra falsam, extra, de probat. & c. per venerabilem, extra, qui filii sint legiti. Similiter arguit D. Ioannes à Grassis, in tract. de Substantialibus procuratorii, fol. 87. n. 3.

Periurium.

Periuriũ est falsa iuratio, vel mendaciũ iuramẽto firmatũ, D. Tho. 4. Sent. dist. 39. q. 4.

Ille qui hominẽ prouocat ad iurationẽ & scit illum falsa iuraturum esse vincit homicidam, D. August. in decolla. Ioannis.

Fraude periurium astringitur, non soluitur, Cicero Offic. 3.

Periurii pœna diuina exitium: humana dedecus.

Periurus est infamis, infamia ciuili, secundum Canones, vt voluit Collectarius & D. Cardinalis, contra antiquam & hodiernam iurisprudentiam, & facit gl. in c. Ipsi apostoli, 2. q. 7. quæ sentit quod periurus est infamis. Reliqua vide apud D. Andream Barbatiam in tract. de testib. fol. 83. n. 18.

Periuri priuantur beneficiis, c. Querelam, de iureiurando, & D. Ant. de Rosellis in tract. de Conciliis, fol. 111. verso, num. 27.

Periurium aggrauat mendacium, c. Si quis conductus, 22. q. 5. & D. Matth. ab Afflictis, in tract. de iure protomiseos, fol. 154. verso, n. 27.

Pendens.

Pendente appellatione iudex secularis non debet facere nouitatem, vt allegat D. Laur. de Rodulph. in tract. de Vsuris, fol. 144. n. 25.

Pendentia litis non inducitur per sequestrationem bonorum aut capturam personæ de fuga suspectæ, l. Si nulli, C. de iudic. & per Bald. in l. Ordin. Cod. de rei ven. & l. omnes populi, ff. de iustic. & iure. circa principium. Maiorem expositionem licèt videre apud Ioann. Baptist. Caccialup. in tracta. de debitore suspecto & fugitiuo, fol. 229. verso, §. 15. n. 3.

Pensionarius.

Pensionarius pensionem remittere potest, absq; superioris authoritate, sicut demõstrat clarius hoc D. Ioann. Baptista Caccialupus in tract. de pensionibus, fol. 211. q 30. num. 11.

Pensio.

Pensio aut merces vbi augmentum est in bonitate, etiam augetur, secundum Bart. in l. Si merces, §. Vis maior, ff. locati, Imola. Panorm. & Doct. in c. Propter sterilitatem, ext. locati. Reliqua vide apud D. Albert. Brunum, in tract. de Augmento, f. 181 conclus. 14. n. 1.

Pensio potest assignari laico, quia de sui natura non censetur beneficium ecclesiasticum, nisi sit talis pensio quę cõsueuisset pro ecclesiastico beneficio assignari, Archid. allegat c Quamuis & primo. de præbendis in sexto, & c. Ad audientiam, Clem 2. Ibi annuas pensiones seu aliã beneficia ponderat, quod pensio, quæ super reditib. ecclesiarũ aliquando alicui conceditur, non potest dici beneficium ecclesiasticũ, quia nullam spiritualitatem habet in se, sed etiam quid mere temporale. Recurre ad D. Ioannem Caccialupum, in tractatu de pensionibus, fol. 202. q. 12. n. 2.

Pensionis constitutio gratuita beneficium dicitur, sicut disputat idem Ioann. Bapt Caccialupus in tract. de pensionibus.

Percutere.

Percutere & framiam vibrando minari paria sunt, l. 1. §. Diuus, ff ad l. Cor. de sicar. & l. 3. ff ex quibus caus. maio. & l Metum, Cod. Quod metus causa. Idem norat D. Guido de Suzar. in tra. de indiciis & tortura, f 92, n. 72.

Perdere.

Perdere nemo potest, quod non habet, l. Nam ad id quod, ff. de iniusto testam. & ff. de regulis iuris Non videtur re exclusus qui rem non habet, & c. Dyabertum, 1. q. 7 sic exponit D. Ioannes de Lignano in tract. de Censura ecclesiastica, fol. 20. n. 1.

Perditum non vtendo, postea non recuperatur, l. fin. C. de remiss pigno. secundũ Bald. 1. §. Rursus, colum. vers. Sed iuxta hoc quæro in tit. de controuer. inuesti. cuius verba formalia refert & sequitur in omnibus prędictis Alua. ibi. colum. 2. & attestatur D. Ioannes Franciscus Bald. in tract. de præscriptionibus, fol. 240. n. 14.

Peregrini.

Peregrini sine pera & baculo non gaudent peregrinorum priuilegio, vt dicitur in l. Sanctum, ff. de rerum diuisione, & dignum hoc notatu adducit D Iacobus à Canibus, in tractat. de repræsal. fol. 116. n. 44.

Perfectus.

Perfectior in gradu est in benefaciendo potẽtior, c. Qui episcopatũ, 8, q. 1. & c. Sit rector, 43. dist sic refert D. Ioan. à Lignano in tract. de Amicitia, fol. 5. §. Restat, n. 5.

Perfectius.

Perfectius, melius, & prudentius ad salutem orbis digeritur, quod excellentissimorum virorum cõsiliis ruminatur, l. Omnium, de testib. in verbo omniũ testamentorum solennitatem superare videtur, quod insertum mera fide precib. inter tot nobiles probatasq; personas etiam conscientiam principis tenet, & c. In canonicis. 19. distinct. & c. De quibus, 20. dist. præsumitur adesse ibi Spiritus sanctus, Matthæi 23. Si duo ex vobis vel tres conueniunt super terram in nomine meo, quodcunq; petierint, fiet illis à patre meo, & can. Alienus, 24. q. 1. & l. Finali, C. de fideicom. & l. 3. C. de inge. manumiss. Hinc ecclesia habet Senatum, sine cuius consilio nihil licet facere, can. Ecclesia, 16. q. 1. Romani habebãt Senatum, sine quo nihil faciebant. Docet hęc D. Barbatia in tract. de præstantia Cardinalium, fol. 47. n. 19.

Periculum.

Periculum qui amat peribit in illo, Ecclesiastici 3. & significat vt exponit D. Gulielm. Bont in tractatu de Vsuris, fol. 179. num. 72. quod qui exponit se discrimini peribit in illo. Probabilis enim certitudo sufficit in moralibus, & qui stãte dubio se periculo committit, potest argui de discrimine vel peccato mortali, sic in dubiis opinio securior sequenda.

Periculum est debitoris, si post moram pecunia efficiatur melioris æstimationis, l. Illã, C. de Coll. & l. Si ex legati causa, ff. de verbo. obligat. & l. Quod te, ff. Si cert. peta. Reliqua vide apud D. Martinum Laudens. in tractatu de Monetis, fol 3. n. 21.

Periculum in se suscipiens de periculo tenetur, aut etiam cum deposita est pecunia apud eum gratia eius, vt puta si emisset crediti nomine obligatus esset, vt l. Si quis, ff. Si cert. peta. sic tenet D. Placentinus in tract. de Iudiciis, fol. 126. verso, n. 2. tit. 10.

Periculo in mora existente receditur à regulis iuris, l. 1. ff. de glande legenda, tali casu dicimus periculo præsente moræ ferias inductas etiam in honorem Dei non esse seruãdas, vt patet per gloss. notabilem in l. fin in verbo fideiussoris, C. de feriis. Similiter contemnenda est authoritas iuris tali casu, vt l. De pupillo, §. Qui riuos, ff. de oper. no. nuncia. Ibi pretor generaliter cetera opera excipit, quorum mora esset periculum allatura, fa. text. in l. 1. ff. de dam. infect. Lõgius hoc tradit D. Ludouicus Montaltus in tract. de reprobatione sententiæ Pilati, fol. 186. verso, n. 22.

Periculosiora magis timenda & cauenda, fa. text. in c. duo mala, distinct. 13. Itaque si periculi necessitas ex pluribus malis vnum perpetrare cõpulerit, id resoluere debemus, quod minori nexu noscitur obligari. Ita perstringit D. Ioan. le Cirier in tractatu de Primogenitura, fol. 183. verso, num. 14.

Peritus.

Perito cuique de pertinentibus ad artem creditur, quia peritis est standum, c. Fraternitis. De frigidis & maleficiatis, c. Significasti, extra, de homicid. l. 1. circa principium, ff. de vent. inspicien. l. semel, C. de re militar. lib. 12. & Alex. in consil. 1. & consilio 107. in 2. volu. post Petrum de Ancha. in q. incipient. Antiquis & modernis temporibus. Idem affirmat Dominus Ioannes Franciscus Ponzinibius in tractatu de Lamiis, fol. 136. verso, numero 6.

Hoc loco debet poni Periurium & quæ de eo supra dicta sunt.

Permissio.

Permissio in prohibitis non egreditur terminos permissionis, l. Ius singulare, & l. Quod vero contra, ff. de legib. Regulariter quod nõ reperitur prohibitum, intelligitur permissũ, l. Ex eo, cum vul. ff. de testib. l. Cum prætor, in 1. ff. de iudic. l. fin. §. Quadrupli C. de spõsalibus. Ita adducit D. Albertus Brunus in tract. de Augmento, folio 177. conclus. 8. numero 3.

Permissum ad tempus videtur post tempus prohibitum, l. Imperator, ff. de postulat. l. Statuliber à cæteris, ff. de statu. id asserit D. Ioannes le Cirier, in tractatu de Primogenitura, fol. 157. n. 5.

Permissum cum quid expresse non reperitur, remanet sub regula prohibitionis, vt c. Exiui, §. porro cum concordan. in Clem. de verbo significat. & l. Sancimus, C. de testamentis, & c. præcipimus, de appel. & c. constitutio, de elect. lib. 6. Sic allegat D. Ioannes Calderinus, in tract. de interdict. fol. 8. verso, num. 12.

Permutatio.

Permutatio est vicaria præstatio vnius rei certæ pro altera re certa, l. in glos. C. de permuta.

Permutatio aut emptio solos decet mercatores, intelligendo mercatores illos qui deseruiunt bono publico afferendo bona publica & oportuna pro fulcimine particularium, & argumentamur sic. Vnumquemque in opere honesto, rei publicæ seruientem de suo laborioso sudore non solum viuere sed lucrari opus est, cũ valeat ingenium, industriam, & soli-

& solicitudinem iuste vendere, nec solum ex labore, sed etiam propter plurima pericula, quæ accidunt, iustus legislator conduceret mercatores non solum precio asportātes necessaria, sed iis etiam contribueret. & si legislator desit, licet mercatoribus non extorquēdo, sed moderando lucrum ab aliis recipere. sicut hoc infert D. Hieronymus à Luca, in tractatu De Cambiis Lugdunensibus, folio 8. num. 32.

Perpetuum.

Perpetua esse debent, quæ sunt ad cōmunem vtilitatem. 25. q. 1. 2. 3. 4. & 5. nec de illa, sed secundum illam iudicare tenetur, c. In istis, 4. distinct. Ita discurrit D. Ioannes Randeus in tractat. De præeminentiis episcoporum, folio 160. verso, §. In his omnibus, numero 2.

Perpetuum dicitur durante vita, textu. est in l. 1. ff. pro socio. sic habet Dom. Philippus Francus, in tracta. Disputationis petitorii, fo. 82. verso, num. 19.

Perpetuum est, quod triginta annos durat. vt Institu. de perpe. ac tempo. actionibus, quemadmodum infert D. Bald. de Vbaldis, in tractatu de pace Constantiæ, fol. 78. verso, numero 109.

Perseuerantia.

Perseuerantia est permāsio stabilis & perpetua in ratione bene instituta, Cic. in Rhetor. & D. Thom. 2. 2. quæst. 128. articu. 1. Qui perseuerauerit in finem hic saluus erit, Matthæi 10.

Perseuerātia est efficax & manifestum iudicium voluntatis, l. 3. ff. de diuortio, & cap. Diuortium, de pœniten. distinct. 2. sic inquit D. Philippus Francus, in tractat. disputationis petitorii, fol 82. num. 15.

Perseuerare.

Perseuerare præsumitur, qui non reuocasse reperitur, l. 3. ff. Quod metus caussa. Si appellat non intelligitur perseuerare, sed tacite reuocare, l. creditor, § Iustus, ff. de appella. Sed longam expositionem huius sententiæ datur legere apud D. Franciscum Brunum, in tracta. de indic. & tortura, fol. 103. num. 45. & deinceps.

Persona.

Persona vilis pauper pœnam pecuniariam soluere non valens, luere debet in corpore, l. 1. §. fi. ff. de pœnis, & notabilis textus, l. Quicunque, §. Quod si, Cod. de seruis fugi. & l. Si quis, ff. de iurisdic. omnium iudicum. Barto. in l. 1. §. fi. ff. de pœnis. Dicit hoc esse regulare in vilibus personis, & limitat, quod quælibet pœna corporalis minima, maior est quauis pœna pecuniaria. Ita annotauit D. Paulus Grillandus in tractat. de pœnis omnifariam coitus, f. 228. num. 6.

Persona ignominiosa coram Principe nō debet stare. Angel. in l. 2. §. Ignominiæ, ff. de his qui no. infa. sic habet D. Martinus Laudensis, in tractatu de principibus, folio 107. quæst. 160.

Persona quo ad forum regulariter attenditur, non res, l. Quod legatur, ff. de re iudica. & l. A diuo Pio, ff eodem titu & l. fi Cod. vbi in rem act. bona enim sequuntur conditionem personæ, l. fin. C. de inoffic testa. sunt enim accessoria huius causa creata, l. In pecudum, ff. de vsu. Vnde qui est iudex personę, etiam est iudex bonorum, l. Prudentia, ff. de dona. inter vir. & vxo. & mutata conditione personæ, mutatur status rerum. etiam quo ad forum, l. Si quis, ff. de re iudica. Plura vide apud D Petr. à Monte in tracta. De Monarchia conciliorum, fol. 206. n. 4.

Personæ honestæ non sunt fustigandę, sed viles, Barto. in § Serui cęsi. qui §. dependet ex §. Solent, in l. Capitalium, ff. de pœnis, & Cepo. in consil. 40 colum. 3. vers. quantum ad mortem, sed debent in emendā condemnari secundum facultates eorum: quia causa & personæ considerari debent, l. Vna, C. Si quis Imper. maledixe. Plura plenius vide apud D. Nicolaum Boerium in tractat. de Seditiosis, f. 168. verso, num. 50.

Personarum ratio plus attendi debet, quā

loci, id est ipsius ecclesiæ, l. Si is qui, ff. de lib. lega & in diuisibili negotio inspicitur persona illius qui plurimum, non eius qui minimum capit, l. Si is qui duos, ff. de libera. legati. atque ita attestatur D. Petr. de Vbaldis in tracta. de canonica episcopali & parochiali, f. 164. verso, num. 51.

Persuasio.

Persuasio obligat, l. Si obstetrix, §. 1. ff. ad legem Aquil. & c. Tibi Domino, distinct. 63. sic promit D Barthol Brixiens. in tract. Quęstionum Dominicalium, fol. 64. n. 5.

Perturbatio.

Perturbatio est commotio animi contra naturam aduersa ratione. Cicero Tuscula. quæst. vel est mutatio ordinis & æqualitatis in ratione & immoderata passione inferiorum potentiarum, quæ non fuit in Christo nec sapiente alio, D. Thom. 3. Sententiarum, distinct. 15. q. 2. articulo 1.

Peruersio.

Peruersio ordinis vnius causæ ad aliā non vitiat sententiam nisi apponatur exceptio, l. Si mancipium, §. 1. ff. de empt. & l. 1. Cod. de appella. & l. 2. C. communia diuidundo. Ita tenent Bartol. Bald. & Angel. in l. prolatam, Cod. de senten. & interlo. omnium iudicum. Idem sentit D. Lanfrancus ab Ariadno in tractatu de interlo. & appellatio. folio 215. num. 29.

Pestis.

Pestis est bellum diuinum, secundum Bartol. in l Naturaliter, column. vltima, versic. Idem forte, ff de vsucap & Bald. in l. Cum notissimi, §. Imo. column. 2. ad finem, Cod. de præscript. 30. annorum, notat Alexand. consilio 81. Reuocatur in dubium. vltima column. 5. volumine. sic probat D. Ioannes Franciscus Balbus, in tract. de prescriptionib. fol. 266. num. 5.

Pestis nulla efficacior ad nocēdum, quam familiaris inimicus, c. Nihil prodest, extr. de præscript. & c. Cum ex iniuncto. extr. de hæreti. c. Certe ego sum. 12 quæst. 1. & c. Si inimicus, 93. distinct. & l. à tutela, ff. de donat. allegat & exponit hanc sententiam D. Damasus in tractatu De Brocardis, folio 140. numero 3.

Petitio.

Petitio generalis admittitur sine rerum specificatione, l. 1. in fin. ff. de rei vendica. potest enim reus esse certus ex prædicto libello, l. Si in rem, ff. de rei vendica. vbi sufficit dicere, peto seruum, qui fuit ex tali hæreditate: debet tamen agens probare quod illa obuenerint ecclesiæ legatariæ ex illo iudicio defuncti, l. 1. C. quando & à quib. 4. pars debetur. Reliqua vide apud D. Petr. de Vbaldis in tracta. De canonica episcopali & parochiali, fol. 169. num 22.

Petitio interesse non prohibetur. sed tamen petitio turpis lucri vel alterius illiciti nutrimenti & additamenti vetatur, cap. Si quis oblitus, 14. quæst 4. Sic ait Dom. Ambros. de Vignate in tractatu de vsuris, fol. 113. numero 25.

Petitorium.

Petitorium dominium ex parte agentis requirit, l. 1. C. de alie. iudi. & in cap. Examinata. de iudi. Hoc exemplis demonstrat D. Philippus Francus, in tractat. disputationis petitorii, fol. 78. num. 1.

Phantasia.

Phantasia est motus ad sensus factus secundum actum. Aristoteles 2 de anima. vel est quinta potentia media inter æstimationem & imaginationem, quę componit & diuidit species imaginatas. Auicēna. & D. Thō in 1. parte, q 78. artic. 4.

Phantasma.

Phantasma est similitudo indiuidui in organo corporeo, D. Thom. 1. parte, quæst. 84. articulo 7.

Philosophia.

Philosophia est amor scientiæ & sapientiæ. D. August 4. De ciuitate Dei.

Philosophia quę est circa elementa mūdi magis

magis est falsa, quam vera sapientia, D. Ambros. super Beati immaculati.

Philosophia docet homines suum cognoscere creatorem, Aristot de Morte.

Si oportet velle sapere, dare operam philosophiæ conuenit, Cicero in Rhet.

Nullum bonum philosophia præstabilius, neq; datum mortalium generi, sed Deorum concessum munere, neque dabitur vnquam, Cic. de creatione cæli & mundi.

Philosophia rationib. progredi debet, Cicero in Hortensio.

Philosophia operam mercenariam sperne re dicitur, & sapientia ciuilis non æstimatur nummis, nec dehonestanda, & quæ locationis vinculum aspernatur, vt l. 1. §. An philosophi, ff. de var. cog. Sic notat D. Placentinus in tract. de actionibus personalibus, fol. 122. verso, tit. 8. num. 2.

Philosophiæ virtus curiosa in operatione consistit, vt præfatur D. Rolandinus in tract. formulæ capitulorum in testamentis, folio 214 Rubrica 1. num. 1.

Pictura.

Pictura est ignorantium lectio, & pictura gentibus pro lectione est. quod legentib. scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernentibus, quia in ipsa ignorantes vident, quod sequi debent, vt habet Gregorius scribens ad Massiliens. episcopum, & habetur in c. Perlatum, distinct 3. de consecratione, & probatur in c. Venerabiles imagines, eadem distinctione. Reliqua vide apud D. Troilum Maluetium in tractatu de obligationibus imagini factis, fol. 179 verso, n. 4.

Pia.

Pia loca fundantur ex fructibus superfluis. Innoc. post gloss. in c. Dilecta, de excessibus prælato Baldus in Authent habita. C. ne filius pro patre column 9. vers. Tertio quæritur, Panorm. in c Dilecta iam allegato in fin. Idem tenet D. Paulus de Citadinis, in tractat. de iure patronatus, fol. 59 num. 22.

Pietas.

Pietas est iustitia erga Deos & homines, & patriam & parentes ac reliquos cum debito cultu, Cicero De natura Deorum, & D. August 10. de ciuitate Dei.

Pietas vulgo etiam dicitur actus misericordiæ, D. Thom. 2.2. q. 80. artic. 1.

Pietas ad omnia valet: est autem quæstus magnus cum sufficientia, D. Paulus in epist. 1. ad Timoth. cap. 6.

Pietas etiam excusat à peccato minime, c. fin. de Consuetudi. & in c. Super eo, de vsu. vbi docetur, quod nec princeps, nec priuilegium, nec consuetudo, nec pietas excusat à peccato, sicut quoq; confirmat Dominus Albericus de Rosate in tractat. de Testibus, fol. 175. num. 13.

Pignorare.

Pignorata res manet in debitoris bonis pleno iure, l. Generaliter, ff. Qui & à quibus, & l. Itaque fullo, §. 1 ff de Furt. Reliqua vide apud Dominum Fabianum de Monte, in tractatu de empt & venditione, fol. 139. numero 10.

Pignoratio.

Pignoratio non transfert veram possessionem. Ita inquit D. Paulus de Citadinis in tractat. de iure patronatus. fol. 55. verso, numero 69.

Pigritia.

Pigritia est metus consequentis laboris, Cic. 4. lib. Tuscula. quæstionum.

Piscina.

Piscina vendita trahit ad se naues piscatorias, l. Patronus, §. fin. ff. de legat. 3. vbi legatus vsus balnei comprehendit omnia necessaria ad vsum eius, facit etiam l. 2. ff. de iurisdict omnium iudicũ. Item facit quod legatum fundi ad vsum fructũ comprehendit etiã instrumenta necessaria ad fruendum, l. Sed si quid, §. Proprietatis, & l. Item si fundus, §. Seminarios, & ibi Florianus, ff. de vsufructu. Item & vsus frumenti ad seminandum, vt Angelus ibi & Barthol. Cepolla. De serui. titul. De vsufruct. Sicut recitat D Bertachinus,

in tract. de gabellis seu vectigalibus, folio 61. num. 65.

Plenitudo.

Plenitudo non indiget adiectione, c. Si omnia, 6. q. 1. & c. Benequidem, 96. distinct. & l. Huiusmodi, §. ædes, ff. de lega. 1. sic qui plenitudinem potestatis habet, omnia habere dicitur, vt D. Anton. de Rosellis probat in tractat. de potestate Imperatoris & Papæ, fol. 33. §. facit, num. 2.

Pluralitas.

Pluralitas in singularitates resoluitur. Hęc sentētia allegatur à D. Matthesyllano, in tractat. de success. ab intestat. fol. 16. n. 24.

Pluralitas communiter & regulariter prohibetur, c. Quia intantum, c. de mulcta, extra, de præbendis, & in c. Ad apostolicæ, extr. de except. & pluralitas beneficiorum facit ineligibilem, sic disputat D. Ioannes à Grassis in tractatu de Substantialibus procuratorii, fol. 81. §. Ista clausula, & hæc, n. 4.

Plus.

Plus ponens in societate, plus percipere debet. Hanc sententiam allegat D. Anton. Archiepiscopus Florentinus, in tractat. de Vsuris, fol. 206. num. 71.

Plus & minus non faciunt rem differre specie. & maior vel minor capacitas non habet formam rei substantialem immutare, l. fin. ff. de fun. instrum. cum concord. Sic habet D. Albertus Brunus in tract. de Augmento, fol. 170. verso, num. 10.

Plurium communio discordiam parit, l. Cum pater, §. Dulcissimis, ff. de legat. 2 quod patet in vtero Rebeccę, vbi Esau & Iacob pugnauerunt, c. In apibus, 7. q. 1. & Lucanus: Nulla fides regni sociis, omnisque potestas Impatiens consortis erit. Hinc melius est vnum esse regem, quam plures, secundū Philosophum. Demonstrat hoc D. Ant. de Rosellis in tract. de potestate Imperatoris & Papæ, fol. 50. verso, n. 4.

Pœna.

Pœna est supplicium quo quis ob delictū afficitur. Mirabellius in Polyanthea.

Pœna est noxæ vindicta. Vlpianus.

Pœna est delictorum debita coertio vel satisfactio, quæ à lege vel ministris legis imponitur, vt Azo, in summa De pœnis, & in l. Si pœna, ff. de pœnis.

Pœnæ iuris ciuilis sunt 8: vt damnū, vincula, verbera, talio, ignominia, exilium, seruitus, mors, Cicero, & alii Doctores.

Pœnæ iuris canonici sunt sex: suspensio, excommunicatio, depositio, intrusio, incarceratio, verberatio.

Pœna locum non habet, vbi nulla noxa. Nam pœna suos debet tenere authores, & ibi debet esse pœna, vbi etiam noxa, l. Sancimus, C. de pœnis. Nullus ob beneficium debet perferre supplicium, c. Nullus, 61. distinct. sic legitur apud D. Pet. à Braxio in tractat. de directorio Electionum, fol. 204. num. 7. Et qui gladio non ferit gladio non peribit. Matthæi 26. vt demonstrat etiam D. Paulus Grillandus dicens, quod facinus sequitur suū authorem cum pœna, nec vlterius progrediatur metus quam sit delictum, l. fin. C. de Episcopa. audien. vbi dicitur, homicida quod fecit, semper expectet. Vide D. Grillandum in tractat. de Relaxatione carceratorum, fol. 131. §. Quinto, num. 1.

Pœna est delicti merces. Iulianus in l. Ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.

Pœna criminis ex tempore legis est, quæ crimen inhibuit, D. Ambros. de Patriarchis, & c. Dixit Sara, 32. q. 4.

Pœna potest demi, fama perennis erit, sic enim Ouidius cecinit.

Quem semel horrendis maculis infamia nigra
Ad bene tergendum multa laborat aqua.

Sic qui semel periurus fuit, ad testimonium non admittitur, c. Paruuli, 2. q. 5. Infamiam enim per pœnitentiā abolere non possumus, c. Hinc colligitur, 2. q. 3. Sufficit enim qui antea criminosus fuit, c. Qui crimen, 6. q. 1. & can. Quærendum, 2. q. 7. sic legitur apud D. Barthol. Brixiens. in tractat. Quæstionum venerialium, fol. 70. q. 44. n. 2.

Pœna

Pœna delicto conformari vel commensurari debet, vt pro paruis parua, pro maioribus grauior pœna inferatur, quod manifestè demonstratur c. vt clericorum, de vita & honesta. clericor. Vbi minor est culpa, ibi leuior debet esse vindicta, c. Vergentis, de hæretic & c. Fraternitatis, 34. distinct & c. Sicut dignũ, de homicid. Hæc discurrit D. Paulus Grillandus, in tract. de pœnis omnifariam coitus, l. Respiciendũ, in princ. ff. de pœnis. vbi text. mandat iudicanti ne quid aut durius aut remissius constituat, quam causa deposcit. Nec seueritatis vel clementiæ gloria affectãda est, sed perpenso iudicando, quod res poscit, statuendum, c. Felicis, de pœnis in 6. Pœna proportionetur delicto, vindicta æquo excessu respondente, ab offensa cohibeatur. Nõ enim delictum non delictum, vel non crimen, crimen facere debemus: Nam qui iustum iniustum, & qui iniustum iustum dixerit, abominabilis est apud Deum, nec iudex amarũ dulce. nec dulce amarum facere debet, c. Non afferamus, 24 q. 1. c. Si quis dixerit 11 q. 3. nec stateras dolosas afferre debemus, quod sceleratius commissum, grauius vindicatum, can. Firmissime, 15 q. 1. & qui plus boni plus gloriæ: qui plus mali, plus pœnæ consequentur. Matthæi 25. Hostiensis & Panorm. in cap. de causis, de offic. delegat. dicunt, quod iudex efficitur infamis, quando mitiorem vel grauiorem pœnam statuit, quam delictum expostulat, l. Seruos, C. ad l. Iuliam de vi publi. vel priua. Nec iudex debet esse mitior lege, in §. Oportet, in Authent. de iudicibus, & dicimus quod mitius agitur cũ lege, quam cum homine, l. Celsus, ff. de arbit. Sic exponit D. Ludouicus Montaltus in tractat. de reprobatione sententiæ Pilati, fol. 180. n. 42.

Pœna delicto commensurari debet, vt pro modo delicti, sit & plagarum modus, Deuteronom. 25.

Puniri non debet quis vltra quã deliquit, gloss. in verbo. Si vasallus, tit. de vasallo qui contra constitutionem Lotharii regis beneficium alienauit, in vsib. feudo.

Ad diuersitatem personarum pœnę diuersificantur.

Pœna quæ in iure non exprimitur, iudicis arbitrio relinquitur, c. Super his, in verbo. arbitrium, De accusationibus, & c. De causis, de offic. delegati, & §. penult. Institut. de public. iudic Plura vide apud D. Ludouicum Montaltum, in tractat. de Reprobatione sententiæ Pilati, fol. 180. verso, n. 59.

Pœnæ arbitrariæ etiam ad mortẽ possunt extendi, vt patet per gloss. in §. in summa, Institut. de iniuriis. Idem tenet D. Ludouicus Montaltus, in præfato tractatu, fol. 184. n. 29.

Pœnę respectu principis sunt omnes arbitrariæ, vbi non sunt determinatæ à iure, l. penultima, ff. Si ex noxa. cau. agatur, & Guilielmus de Cug. & Angel. & Bartol. qui hoc sequitur in l. 1 ff. de pœnis. Hanc sententiam ita excutit D. Barbatia, in tract. de præstantia Cardinalium, fol. 59. num. 4.

Pœnę legales sunt exigibiles, etiam vltra interesse, c. Si ecclesiæ, & c. Statuimus, 16. q. 1. & l. Si quis in tantam, C. vnde vi. Plura vide apud D. Marcum Antonium Bauerium, in tractat. de virtute iuramenti, fol. 53. verso, num. 139.

Pœnæ conuentionales licite exigi possunt, dummodo non sint conuentæ, & promissæ, in fraudem vsurarum, can. Fraternitas, 12. q. 2. In legibus, de Arbitris, c. Dilecti. de pœnis. Licèt lex quandoq; pœnam appellet versum, l. Lecta, ff. Si cert. peta. l. Gaius, ff. de Vsuris, & l. Qui sine, ff. De negot. gest & l. Plene, ff. de condi. indeb. Hæc annotat D. Ambrosius de Vignate, in tractatu de Vsuris, fol. 166. numero 90.

Pœna legibus vel statutis prætermissa est arbitraria, l. 1. § 1. ff. de effract. & expila. & l. 1. ff. de iure delibe. c. de Causis, extra, de offic. delegat. & gloss. in l. Nemo martyres, C. de sacrosanct. eccles. Baldus in l. Legis verbis, ff. de legat. Sic determinat D. Angel. de Perusio in tract. de Syndicatu, fol. 135. n. 9.

Pœna talionis infligitur vel infringitur propter calumniam, sic propter extrinsecam

causam, sic propter diuersam causam. Plenius lege hanc sententiam interpretatam apud D. Cataldinum de Boncompaignis, in tract. de Syndicatu, fol. 131. num. 112 Huc facit illud, Pœna calumniantis est similitudo supplicii, vt est gloss. in l. 1. C. de aduocat diuers. iudic. & ibi Bart. Sicut allegat D. Paulus Grilland. in tract. de Relaxatione carceratorum, folio 235 verso, num 1.

Pœna quatenus interest peti potest in omni contractu, l. Cum allegas, C. de Vsuris. Plura vide apud D. Laurentium de Rodulphis in tract de Vsuris, fol. 137. num. 10.

Pœna nulli debet præstare vel tribuere immunitatem, nec vnum & idem factum debet esse causa pœnæ & pręmii, l. Relegatorum, § Finali, ff. de interdict. & relegat. Adde huc notata D. Pet. de Vbaldis in tract. de Canonica episcopali & parochiali. fol. 180. n. 27.

Pœna adiecta in statuto censetur repetita in additione, secundum Car. post Lap. in Cle. c. Statutum, in principio, in 1. oppositione, de elect. Amplius consule D. Albert. Brunum in tract. De Augmento, fol 177. num. 6.

Pœnę molliendę, non aggrauandæ; nec asperandæ, l. Præses, ff. de pœnis, & in §. Pœnæ de pœnitent. distinct. 1. In dubio an Blasphemia habeat pœnā mortis, dicitur quod non, quia benignior in dubiis sententia sequenda, l. Semper in dubiis, ff. de reg. iuris, & melius est reddere rationem clementię vel misericordiæ, quā crudelitatis, l. Absentem, ff. de pœnis: circa principium, & Sanctius impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnarę, & mitius punitur iniuria facta Deo quam homini. Maiora adhuc si lubet, declarantur apud D. Lud. Montaltum in tractatu de reprobatione sententiæ Pilati, fol. 178. n. 12. & 13.

Correctio nimia est offensio, can. Cum beatus, 45. distinct. & l. Præceptoris, ff. ad l. Aquil.

Pœnalia restringi conuenit potius, quam laxari.

Noli esse nimium iustus.

Pœnę nomine non venit pecuniaria pœna, nam appellatione pœnæ solum corporalis venit, vt in c. Inter alia, & ibi Panorm. in 4. notab. de immunita. eccles. & gl. in c. Dilecto, de sentent. excommunic. lib. 6. nec licet ita sæuire pro defensione rerum vt corporum, c. Si perfodiens, & c. suscipimus, extra, de homicid. vbi de iure canonico pro defensione rerum furem nocturnum non licet occidere, sed pro defensione personæ licet. Sic adstruit D. Ludou. Montaltus in tract. de reprobatione sententiæ Pilati, fol. 178. num. 15.

Pœnam non meretur, qui lege permittente aliquid operatur, l. Gracchus, C. de Adulter. l. Nec in ea, § Ius occidendi, ff. de adulter. l. Raptores, in principio, C. de episcop. & cleric. Latissime quæ ad hanc materiam faciunt enarrat D. Paulus Grilland. in tract. de pœnis, fol. 220. n. 5.

Geminatio criminis, vel delicti geminat vel multiplicat pœnam, gloss. in ver. Postponendus, in l. Præclaram, C. de primicerio, in fin. lib. 12.

Consuetudo in delinquēdo aggrauat pœnam, gloss. in verbo, Exempto, in l. Si quis, C. de commeatu, lib. 12.

Pœna pari facientis & consentientis puniuntur. c. Non satis, ext. de si. & c. Notum, q. 1. c. Qui consen. 11 q. 3 c. Consanguineorum, 1. q 4. & c. 1. 2. & 3. 83 distinct. Vide D. Damasum, in tract. de Brocardis, fol. 143 n. 22.

Pœna vnius est metus multorum.

Oderunt peccare mali formidine pœnæ, Horatius.

Deus irascitur ob negligentiam correctionis delictorum, c. displicet, cum seq. 23. q. 4. & c. Ad abolendam, & c. Vergentis, & quasi per totum, de hæretic. & teste D. Hieronymo ad Ryparium, & c. Legi. 23. q. 8. Non est crudelitas crimina pro Deo punire, sed pietas. Itaque zelo Dei & vindicta ac satisfactione iustitiæ mali, iniqui, iniusti, malefici, & peruersi puniendi sunt, non rancore, nō priuata vindicta. Vnde D. Paulus ad Romanos 13. Dei minister est, ait, tibi in bonum: si autem

tem malum feceris, time. non enim sine causa gladium portat, Dei enim minister est, vindex in iram ei qui mala facit.

Correctione peccata emendantur. Est autem correctio triplex, Mentalis, verbalis, & realis.

Correctio vel correptio facinorosi est odiosa, quia odium parit. Vide repertorium Bart. 1. parte. fol. 202. verso, colum 1. & 2.

Corrigere se debet primo, qui vult alium corrigere.

Inexaminatum, ne punias vllum, Menander.

In puniendis criminibus probationes debent esse luce meridiana clariores.

Sola vexatio dabit intellectum.

Arra in sponsalibus admittitur, non pœna.

Iuste puniuntur, qui licitis abutuntur, iustius puniuntur, qui aliena rapere conantur: sic sathan cælũ, protoplastus paradisum perdidit, Hugo de Claustro.

Facilius res illæsa potest conseruari, quam post lęsionem remedium restitutionis inquirere. Segnities eo dignior est puniri, quod quis ex eo, quod subsistere malum potuit remedium non quæsiuit.

Pœnitentia.

Pœnitentia est actus plangendi mala præterita, nec alia committere, D. Ambrosius & Theologi, 4. Sent. distinct. 41.

Pœnitentiam agite; appropinquabit enim regnum cælorum, Matth. 3. & 4.

Facite ergo fructũ dignũ pœnitẽtiæ, Luc. 3.

Pœnitentia nunquam sera est, D. August. de pœnitentia.

Pœnitentiæ comes dolor est, & lachrymæ testes sunt doloris.

Nouit Dominus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum, D. Ambros. & c. Nouit, de pœnit. distinct. 1.

Pœnitens publicus non est ad dignitates eligendus, c. Pœnitentes, 55 distinct. & c. Ex pœnitentibus, 50, distinct & Ioannes Andr. in c fin. de post. prælat. ex publica pœnitentia insurgit nota impediens promotiones ad dignitates, quæ solennitas requiritur in publica pœnitentia ea exponitur c. In capite 50. distinct. Publica pœnitentia non est imponenda, nisi pro crimine manifesto & enormi, totam ciuitatem commouente, c. Presbyter 26. quæst 6 & gloss. in can. In capite, 50. distinct. & ibi Archidiac. & Domi. quos vide in can. Placuit eadem, 50. distinct. qui ponunt 4. Rationes, cur publice pœnitens non possit promoueri nec administrare in sacris ordinibus. Hæc prodidit D. Pet. à Biaxio in tractatu Directorii Electionum, folio 208. cap. 17. n. 1. & 2.

Pœnitentia locum non habet in atrocioribus criminibus regulariter, etiam quod si fur vltra pœnitẽtiam ipsam restituisset bona furto subtracta propriis dominis, non tamen parcitur sibi, l. Qui ea mente, & ibi Bartolus ff. de furt. Plura vide apud D. Paulum Grillandum in tractat. de Hæreticis, folio 198. verso, q. 5. num. 1.

Pœnitentia calumnioso accusatori nõ imponitur propter pacem, c. Accusasti, de accusat. vt paucis perstringit Dominus Antonius Corsetus, in tractat. de priuileg. pacis, folio 99. n. 6.

Poeta.

Poeta est factor eius dicti, versus, & carminis quo alius refocillatur. Quid poetæ? numquid post mortem nobilitari volunt, Cicero lib. 1. Tuscul. quæstionum.

Poetæ nulla immunitatis gaudent prærogatiua. Nam à Doctorib. & professoribus literarum excipiuntur poetæ, qui nulla immunitatis gaudent prærogatiua, l. poetæ, C. de professo. & medi. lib. 10. Sic legitur etiam apud D. Hugonem in tract. de Offic. 4. prælatorum, fol. 35 § Merentur. num. 3.

Politia.

Politia multa abhorret, quę Christianus vt iusta tenet, & econuerso. Orbatos nutriri vetat politia, Aristot. 7. Polit. in fin. quod lex Christiana præcipit. Plura vide apud D. Hieron à Luca, in tractat. de Cambiis Lugdunensibus, fol. 7. § Sequitur, num. 11.

Pollicitatio.

Pollicitatio obligationem in se naturalem non habet nec continet. Nam obligatio naturalis parte obligati & obligantis dicitur habere cõsensum, vt l. 1. ff. de solut. & l. Stichũ, §. Naturalis, ff. eodem, de solut. & l. pactum, ff. de pollici. Qui consensus non interuenit vtrinque in pollicitatione. vt tenet eleganter Guilielmus, in l. Si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de solut. vt & sequuntur ibi Bald. & Raph. & textus in l. pactum, ff. de pollicitat. dicit quod per pollicitationẽ promissum est quasi debitum, & si non oriatur inde vera naturalis obligatio: tamen oritur quędam quasi naturalis. Latius hanc sententiam expositam cõtemplare apud D. Ioannem Baptistam Caccialupum, in tract. de pactis, fol. 213. verso, q. 5. num. 2.

Populus.

Populus est cœtus hominum consensu iuris & communione vtilitatis sociatus, D. August. De ciuitate Dei, D. Thom. 1. parte, 31. q. artic. 1.

Populus Romanus virtutibus meruit anteponi cæteris nationib. quod sanctus, pius, felix, atque deuotus fuit, l. 1. C. de Iusti. codi. confir. sic eum laudat conclusiue D. Anton. de Rosellis in tract. de Conciliis, fol. 122. verso, §. 20. num. 6.

Populi clamor facit nil recte geri, sed non excusat à pœna, & dicitur, Nil recte geritur, si cum clamore vincitur.

Propter populum multum transit crimen inultum.

Populus non semper lacte nutriendus.

Populus est docendus non sequendus, can. Docendus, 61. distinct. & c. Miramur, distinct. eadem, l. Decurionum, C. de pœnis, sic allegat D. Ioannes le Cirier, in tract. de primogenitura, fol. 150. num. 10.

Portio.

Portio accrescit portioni, & pars cõsolidatur cum suo toto, vt in l. Vnica, C. quan. non peten. par. peten. accresc. sic D. Guilielmus à Montferrat. infert volens regalem dignitatem accrescere ad regalem in qua prius erat, & primæuam constituit. Vide illius tract. de success. regum. fol. 226. num. 11.

Positio.

Positio obscura reiicienda. Positio est quæ loco interrogationis ponitur, hæc si obscura, non admittitur, l. Ambigua, ff. de rei vendica. Nec debet esse superflua, nec cõtraria, nam in his casibus de iure non est respondendum, vt & si est impertinens ad causam. Hanc materiam late prosequitur D. Odofred. in tract. Positionum, fol. 202. verso, num. 11. & aliis.

Positio in parte falsa, licèt in reliquis sit vera, in totum negari potest. vt notat gloss. in c. 2. De confess. lib. 6. & gloss. in c. Præsentium, de testib. & D. Baptista Caccialupus, in tract. de Ludo, fol. 198. n. 74.

Positio periculosa non est admittenda, vt cum quis sine periculo non possit respondere, hoc est, cũ pendet ex alia positione l. Et quia, in fin. ff. de interrog. actionib. sic adducit D. Iacobus de Arena, in tract. positionum, fol. 59. n. 31. vbi antea pertractatur hæc sententia.

Positio si est cõtra naturam eius quod ponitur erit respuenda, vt maiorem ætate, minoris esse filium, l. Confessionibus, & l. sequenti, § Finali, ff. de interro. actio.

Positio captiosa responsum non meretur.

Positio captiosa dicitur, quando responsio negando vel affirmando non potest fieri sine præiudicio. Integre explicatam de positione materiam, lege apud D. Lanfrancum ab Ariadno in tractatu Responsionum & interrogationum, fol. 196. verso, n. 8. vbi pertractantur species positionum, quibus non respondere opus est vt positioni incertę, impertinenti, contrariæ, factum alienum cõtinenti, superfluæ, captiosæ negatiuæ, multiplici, criminosæ responsum nequaquã dandũ.

Positio de iure disposito facienda, non de disponente. vt declarat Bart. l. fin. ff. de iureiurando. & l. Quidam in iure, ff. de dona. sic vult D. Francisc. Curtius in tract. de iureiurando, fol. 12. verso, n. 34.

Positio-

Positiones facere nequit, qui libellum nō intelligit. Baldus elegāter in §. quod si actor. sub l. Ad probationem, ff de probat. Sicut allegat D. Franciscus Curtius, in tracta. de iureiurando propter calum. f. 12. n. 24.

Posse.

Posse non dicitur qui sine adiutorio non potest, c. 1. de reb. eccles. non alienan. l. Non solū. C. de præd. mi. & l. Siquidem, & l. Lex quæ tutores, C. de administra. tuto. vt annotat D. Franciscus Ponzinibius in tractatu de Lamiis, fol. 139. num. 57.

Possessio.

Possessio iusta à Deo authore permissa nulli, & ne Saraceno est auferenda, l. Iuste, ff. de acqui. pos. per quæ infert Innoc. quod si populus alicuius magni principis infidelis converteretur ad fidem, & ipse remaneret in infidelitate, deberet tolerari in sua iurisdictione vel dominio, nisi immineat periculum fidei vel fidelium, tunc debet recipere precium vel commutationem, c. si de Iudæ. & alibi amittit quis res sine culpa, sed non sine causa, puta fauore libertatis, l. 1. Cod pro quib. cau. ser. accipi. liber. multo ergo magis ratione fidei & religionis, l. Sunt personæ, ff. de religi. & sumpti. funer. atque id edisserit D. Corsetus Siculus in tractatu de potestate regia, fol. 109 num. 25.

Possessio est facti & animi. vt habet D. Ioannes Franciscus Balbus in tracta. de præscriptionibus, f. 267. n. 12.

Possessio facilius perditur, quam dominiū. vt latius refert Alexan. in l. Si de eo. § Si forte, ff de acquir. vel amitten. posses. sicut allegat D. Ioa. Franciscus Balbus, in tract. de præscriptionib. fol. 277. n. 11.

Possessio continuata præsumitur, nisi interrupta probetur. vt dicit Innoc. in c. Sæpe. de restitu. spoliato. sic possessio quæ semel quæritur, semper retenta præsumitur, nisi perdita probetur secundum Cynum in l. Penultima, C. de præscript. long. temporis. & allegat D. Guido Papa in tractat. de præsumptionibus, fol 235. n. 62.

Possessionis commoditas nemini auferēda, § Commodum, Institu. de Interdict. c. 1. ext. vt lite pendente, c. 1. ext. de seque. posses. & fruct. c. volumus, 16. quæst. 4. vt testatur D. Franciscus Curtius, in tract. de Sequestris, fol. 2. num. 7.

Possessionis titulum nemo cogitur dicere, l. Cogi possessorem, C. de petiti. hæred. § 1. 2. q. 5. multo minus possessionem dicere tenetur. Ita nemo cogitur contra se exhibere instrumenta. vt c. 1. ext. de probat. & l. Nimis graue est, C. de testib. & D. Bartho. Brixiensis in tract. Quæstionum dominicalium, folio 60. verso, q. 66. n. 4.

Possessor.

Possessor in iudicio diuisionis dominus esse censetur vt dicit Angel. in l. Et ideo, ff. de condicio. furti. & Sozinus consilio 278 colu. penultima, vers. Præterea, vbi ait, quando nō apparet de prioritate, prefertur qui est in possessione: quia natura possessionis releuat ab onere probandi. vt demonstrat D. Ioannes le Cirier, in tractatu de primogenitura, fol. 149. numero 7.

Optima est possessio eruditio.

Possidere.

Possidens in pari causa melioris est conditionis, c. In pari. de regul. iuris libr. 6 vt notat D. Paulus Grillandus in tractat. De hæretic. fol. 200 n. 5.

Possidere non dicitur qui iure familiaritatis vtitur, l. Qui iure, ff de vsucap. sic habet D. Petr. Antibolus in tractatu de Muneribus, f. 14 num. 16.

Canon ait, omne alienum esse, quod male possidetur. Male possidetur, quo quis male vtitur.

Posthumus.

Posthumus æquiparatur capto ab hoste & postea reuerso, l. Inter agnatos, ff vnde legit. sic annuit D. Ludo. à Sardis in tracta. de legitimatione, f. 129 n. 8.

Potentia.

Potentiæ suæ manifestationem quilibet

naturaliter diligit. vt habet Dom. Ioannes à Lignano in tracta. De Amicitia, fol. 7. verso, numero 2.

Potentes.

Potentum blanditiæ sunt minis æquiparandę, glo in l. 1. C. Si rector prouinciæ. sic effatur D Magister Rauaudus, in tracta. Specu. iudicum, fol. 89. num. 44.

Potestas.

Potestas est potentia actiua cum præeminentia, D. Thom. 4. Senten. distinct. 24. q. 1. articulo 1.

Potestas miracula faciendi non est nisi à Deo, cap. Teneamus, 1. quæstio. 1. & glos. in cap. 1. De reli. & vene. sancto. in fine magnæ glos. in 6. sic habet D Anton. de Rosellis in tracta. de potestate Imperatoris & Papæ, fol. 50. num. 5.

Potestas vnius per negligentiam gradatim deuoluitur ad alium, c. Cũ in cunctis, ad fin. de elect. & c. 2. de cõcess. præbendę. Plura vide apud D. Cataldinum de Boncompaignis, in tracta. de potestate Papæ, f. 93. n. 63.

Potestas sæcularis non debet se intromittere ecclesiasticis casibus & negotiis, c. Ecclesiæ sanctę, & in c. Quæ in ecclesiarum, de cõsti. & cap. Plura vide apud D. Ioannem à Grassis in tracta. Arboris iudiciorum, fol. 91. principali 1. num. 13.

Potestas omnis à Deo, ad Rõ. 13. & §. Huic etiam, 12 q. 1. & c. Quid culpatur, 13. q. 1. & Ioannis 19. sic probat D. Anton. de Rosellis, in tracta. De potestate Imperatoris & Papæ, fol. 47 §. Vtriusq;, num. 4.

Potestatem qui dare non potest, nec auferre potest: quia vnumquodque dissoluitur eo vinculo quo ligatur, c. 1. de Regul. iuris. vt annotat etiam D. Anto. de Rosellis, in tract. De potestate Imperatoris & Papæ, f. 59. n. 8.

Præceptum.

Præceptum est iussio faciendi aliquid vel non.

Deum time & mandata eius obserua, Ecclesiastici 12.

Præceptum est strictius mandato. vt nota. in l Sæpe, ff. de offic. præsid Cętera vide apud D. Corsetum Siculum, in tractat. de verb. geminatis, fol. 93. verso, num. 29.

Præceptum impossibile nullum est ipso iure, l. finali, ff. Quæ senten. sine appel. rescinduntur. est regula iuris, Impossibilium nulla obligatio. Vide Dom. Lanfrancum ab Ariadno in tractatu De dilationibus, folio 193. verso, num. 14.

Præceptum cum causæ cognitione æquipollet sententiæ diffinitiuæ. maxime si præcedit litiscontestatio. vt notant Doctores in c. Peruenit, de appella. & c. fina. de confes. Sicut arguit D. Ant. de Butrio in tract. de Notorio, fol. 172. num. 34.

Præceptum iniquum nõ obligat, c. Quod ait, 14. distinct. & c. Quo modo, 13. distinct. Sicut habet D. Bartholo. Brixiensis in tracta. Quæstionum Dominic. fol. 47. q. 1. n. 5.

Preces.

Precibus frustra impetratur, quod iure communi conceditur, l. 1. C. de thesau. lib. 10. vt habet Dom. Anto. de Rosellis in tractatu De potestate Imperatoris & Papæ, fol. 69 numero 89.

Præcipitatio.

Præcipitatio est operatio per impetum voluntatis, vel passionis sine prudẽtia & partib. eius, D. Tho. 2. 2. q 8. artic. 6.

Prædestinatio.

Prædestinatio est electio diuinæ volũtatis per gratiam, D. August. de libe. arbit.

Prædestinatio est præordinatio Dei ab æterno in his quæ fiunt per gratiam Dei. vel est ratio transmissionis creaturæ rationalis ad vitam æternam, Diuus Thom. 1. 1. quæst. 23. articulo 1. vel, est cognitio futuræ beatitudinis.

In illo tempore saluabitur populus tuus omnis qui inuẽtus scriptus fuerit in libro vitę. Danielis 12.

Prædicatio.

Præd-

Prædicatio est recitatio euangelii, vel bonæ rei. Ite in orbem terrarum & prædicate euangelium omni creaturæ, Marci 16.

Prædicatione euangelii virtutes roborantur, Ioan. Andr. c. 1. de censib. sicut habet diffuse D. Petr. à Biaxio in tractatu Directorii electionum, fol. 224. cap. 49. num. 2.

Prædicandi munus est officium, nō dignitas, cap. Quod Dei timore. de statu mona. sic monet D Barbatia in tract. de præstantia cardinalium, fol. 42. num 18.

Prædium.

Prædia propria principis vel emphyteuta ab extraordinariis & sordidis muneribus sunt exempta l fina. C. de excu. lib. 10 sic habet D. Martinus Laudensis in tractatu De Fisco, fol. 131. quæst. 163.

Prædo.

Prædo post iudicium fatalitatem pręstet, & id ipsum tunc cum distracturus petitor fuerat l. Illud quoq;, ff de petitio hæred & l. Item si, ff. de rei vendica. sic in medium depromit D. Placentinus in tracta. de iudic. fol. 126. verso, titu. 9. num. 2.

Præfatio.

Præfatio legis finalem intentionem docet, l. Regulas, §. Licet, ibi, nutum constitutionis demonstrat, ff. de iuris & fact. ignorantia, & l. finali, ff. de hære. insti. Plura vide apud Dominum Ioannem le Cirier in tractatu De primogenitura, folio 159. numero 34.

Præfixum.

Præfixum tempus videtur habere citatio, l. Aut qui aliter, §. 1 ff. quod vi aut clam. & l. finali, §. Sin autem nullatenus, Cod. de iure domi. impetran. Plura vide apud Domin. Anton. de Rosellis, in tractatu de Conciliis, fol. 79. num. 6.

Præiudicium.

Præiudicium qui sentit vocandus est, quia is cuius factum tangitur, siue cui pręiudicatur, vocari debet, vt constet an consentiat. Nam non valet actum in non vocati & non consentientis iacturam vel præiudicium. l. finali, Cod. de pact. & l. Nam ita Di. ff. de adoptionibus. Ita concludit D. Ioannes le Cirier in tractatu De primogenitura, folio 160. verso, num. 6.

Prælatus.

Prælatus est omnis habens curā animarū. Innoc. in c. Firmiter, de sum. trini. & in c. decernimus, de iudic.

Prælati maxima onera sustinent, quia ipsis incumbit sacramentorum administratio, ratio de propriis, ratio de alienis, Diuus Thom 4. Sentent. distinct. 17. quæstio 3. articulo 3.

Pręlatus pastoris vice fungitur, cap. Ne pro defectu pastoris. De elect. & c. Postquam, 50. distinct Ideo iubet Dominus prælatos attentos esse circa gregem sibi commissum, Actuum 25. c. Suggestum, 7. quæst. 1 1. Petri 5. & Christus dicit, Petre amas me, pasce oues meas. Ioannis 21. & c In scripturis, 8. quęst. 1. & bonus pastor ponit animam pro ouibus suis. Ioannis 10. Et sententia pastoris siue iusta siue iniusta fuerit, timenda est. Diuus Gregorius, & c. ipse ligandi. 1. quæst 3. Et lux gregis est flamma pastoris Diuus Gregorius in Pastorali, & est Magister populorum, dictus à monendo seu demonstrando, l. Quibus, ff. de verbo. significa. & Ioannis 13. Vos vocatis me Magister, &c & c. Cū sit ars artiū, regimen animarum. Hostien. in Summa, titulo de elect. Plura require apud Dom. Pet. à Biaxio in tractatu Directorii Electionum, folio 225. verso, numero 1. & sequentibus ex quo authore eliciuntur & sequentes sentētię, & ab eodem probantur.

Prælatus principalia officia habet.

Prælatus debet esse præco. Esaię 58. Clama nec cessa, quasi tuba exalta vocem tuam. Secundo, debet esse dux populorum, c. Quę ipsis, 38. distinct. & sic est lux mundi, &c. Tertio, est Magister populorum, ad exemplum Christi, qui fuit magister, &c.

Quarto, debet esse pastor gregis con-

tra lupos rapaces, c. postquam 50. distinct.

Prælatus lenitatem cum seueritate misceat, & hoc figuratur Lucę 10 in Samaritano fundente vinum & oleum in plagas vulnerati, c. disciplina, 45. dist.

Prælatus negligens deponatur, glos. in verbo negligentiam, in c. Dictum, 81. dist. & glos. in verbo negligens, in c. Cum ad monasterium, de statu Monachorum.

Prælatus raro in publicum prodeat. nam omne rarum charum, c. Legitimus, 93. dist. Hactenus ille.

Prælatus est ordinarius iudex in populo suo, c. Cum ab ecclesiarum prælatis, extr. de offic. ordina. Hugo in tracta. de officio 4. prælatorum, fol. 34. §. debet, num. 2.

Prælatus principi laico subuenire debet. puta regi, duci, & simili tempore necessitatis ad vtilitatem publicam, D. Anto. De Butrio, in c. Non minus, de Immunitate eccles. Amplius lege D. Martinum Laudensem in tract. De Principibus, f. 111. q. 433.

Prælatus prælatum iuuare debet auxilio & consilio, c. 1. § Si quis, extra de treu. & pace, c fi. in principio, de Transact. nec id omittet amore vel odio alioqui damnum dignitatis incurrit, c. Præcipimus, 90. distinct. Sic D. Hugo. in tracta. de offic. 4. prælatorum enucleat, f. 38 §. Sed decet, num. 1.

Prælatus plus peccat exemplo quam culpa. vt ait Patricius in tracta. De Institutione Reipublicæ, & citatur à D. Ioanne le Cirier in tractatu De primogenitura, fol. 146. verso, q. 9. num. 9.

Prælatus suam, sed non ecclesiæ iniuriam remittere potest, c. Inter querelas, 23. quæst. 4. Plura vide apud Dom. Ioannem Franciscum Ponzinibium in tracta. de Lamiis, fol. 140. verso, num. 85.

Prælatus malus repræhensione sociali arguatur, glos. faciendo tres species repræhensionum, in c. Nolite, 21. distinct & Panorm. in c. Nouit, circa prin. 11. colum. de iudic. Sic refert D. Ludouicus Montaltus in tract. a De reprobatione sententię Pilati. vbi paulo ante ostendit prælatis non esse detrahendum, fo. 161. verso, num. 87.

Prælatus quasi signum ad sagittam positus est. vnde sciat malum vitare, c. Qualiter & quando, 2. de accusat. vt vult idem D. Ludouicus Montaltus in eadem pag. nu 95.

Prælatus sit humillimus, l. Si eum, § Qui iniuriarum, ff. Si quis cautio Explicat hanc sententiam simul detestando superbiam D. Ludouicus Montaltus in præfato tractatu, fol. 191. num. 79.

Præmium.

Præmium est datum in bonum pro recte factis. dictum quasi prę[u]ium, quod proponitur certantibus initio, & victori inde datur, Mirabellius in Polyanthea.

Præmii mensura dignitatis metitur, l. Nemo, in fi. C de offic. ma offi. Sic habet D. Ioannes Montaigne in tract. de autho. Conciliorum, fol 72. verso, num 13.

Præparamentum.

Præparamenta sæpe sufficiunt pro facto, l. Si partem, ff. Quemadmod. serui. amit l l. qui cum telo. C. de Sicar. Latius vide Dom. Nicolaum Boerii in tractatu de Seditiosis, fo. 168, num. 39.

Præponderatio.

Præponderatio nulla est digna animæ cotinentis. vt habet D. Ant. de Rosellis in tract. De Conciliis. fol 101. verso, n. 17.

Prærogatiua.

Prærogatiua sæcularis est dignitas, c. licet & c. Venerabilem. de elect. c. Administratores, 23. q. 5. Sic pertractat D. Barbatia, in tract. de præstantia Cardinalium f. 44 n 40.

Præscribere.

Præscribens similis est soluenti, Barto. in l Tam mandatoris, colu. 2. versic. Item dubitatur, C. de non numera. pecu. Sic allegat D. Franciscus Balbus in tractatu de præscriptionib. fol. 215. verso num. 4. § 6.

Præscribi non potest contra matrimonium, c. Non debet. De consanguinita. & affinita. Plenius vide D. Ioannem Franciscum

Balbum

Baldum, in tract. de præscript. fol. 262 n. 3.

Præscribit ille cuius nomine possidetur, l. Si is, ff. de vsucapio, sic testatur Dominus Pet. de Vbaldis, in tract. De canonica episcopali & parochiali, fol. 174. num. 29.

Præscriptio.

Præscriptio non habet locum in rebus ecclesiasticis, publicisve, l. Vsucapionem, ff. de vsucap. §. Si aliquando, & §. Res fisci, Instit. de vsucap. & l. final C. de sacrosanct. eccles. & in Authent. de eccles. tit. §. pro temporalibus. Plura vide apud D. Nepotem à Montalbano, in tract. Exceptionum, fol. 180 num. 14. vbi ponuntur sequentes sententiæ.

Præscriptio non currit ecclesiæ vacanti.

Prescriptio ecclesiæ cōtra ecclesiā nulla est.

Præscriptio sine iusto titulo & bona fide, nulla est.

Præscriptio super limite parochię vel diœceseos nulla est.

Prescriptio tempore hostilitatis vel guerrę nulla est, vel non currit.

Præscriptio iuris ciuitatum nulla est.

Præscriptio in rebus furtiuis, vi possessis vel aliter vitiosis nulla est.

Præscriptio contra procurationem causa visitationis, nulla est.

Præscriptio interrupta nulla est.

Præscriptio contra obedientiam nulla est.

Præscriptio contra matrimoniū nulla est.

Præscriptio contra votum nulla est.

Præscriptio longi temporis in rebus sacris aut publicis nulla est.

Præscriptio in re filii à patre alienata nulla est, nisi in triginta annis.

Præscriptio in re tradita præsidi contra l. Iuliam repetundarum, nulla est.

Præscriptio in publicis functionib. seu tributis & contra hominem liberum, nulla est.

Præscriptio contra numerum ecclesiasticæ disciplinæ nulla est.

Præscriptio in via publica & contra ius publicum, nulla est.

Præscriptio in re pupilli vel adolescentis, nulla est.

Præscriptio contra filiosfamilias existentes in patria potestate nulla est.

Præscriptio in rebus sub die vel conditione debitis nulla est, quamdiu conditio vel dies non venit.

Præscriptio tempore suspensionis prælati contra ecclesiam nulla est.

Præscriptio in tenente precario nulla est.

Præscriptio à colono vel conductore vel emphyteuta vel inquilino, vel vsufructuario, vel superficiario nulla est.

Præscriptio ab vsuario vel fructuario nulla est.

Præscriptio nisi centenaria contra ecclesiam Romanam nulla est.

Prescriptio contra mulierem pro dote durante matrimonio nulla est.

Præscriptio contra libertatem nulla est, vt nec agenti pro libertate.

Præscriptio in alienatione possessoris malæfidei nulla est.

Præscriptio contra intentatem hæreditatis petitionem nulla est.

Præscriptio non procedit ex titulo simulato, vt docet D. Ioannes Franciscus Balbus in tract. de præscriptionibus, fol. 227. §. 12. per totum. Rursus fol. 222. §. 12. n. 7.

Præscriptio currens contra scientem habet tacitam renunciationem, verum est in iure radicando, non radicato, quia prescriptio nō habet in se consensum, Bald. in c. ad audientiam, circa finem colum. 1. de præscriptionibus. vt habet D. Ioannes Franciscus Balbus in tractatu de præscriptionibus, fol. 214 verso num. 6.

Præscriptio introducta est propter negligentes.

Præscriptione firmatur quod ipso iure est irritum, Bald. in l. 1. C. ne de statu defun. Sic habet idem D. Franciscus Balbus in tract. de præscriptionib. fol 215. verso, num. 8.

Præsens.

Præsens non dicitur ille qui non persistit in loco, l. Si pro patre, §. versum, ff. de in rem vers. Sic arguit D. Anton. de Rosellis in tract.

de potestate Imperatoris & Papæ, fol. 58. n. 58.

Præsentare.

Præsentans præsumitur scire conditionem præsentati, l. Si patronus, in fi. ff. de confirm. tutor. Ita notat D. Rochus de Curte in tract. de iure patrona. fol. 7. verso, num. 20.

Præsentans nullum ius tribuit præsentato, sic inquit D. Paulus de Citadinis in tract. de iure patrona. fol. 48. verso. num 14.

Præsentia.

Præsentia non præsumitur, nisi probetur cum sit facti, l. In bello, §. Factæ, ff. capti. Cætera inquire apud D. Ioannem Franciscum Balbum in tracta. de præscriptionib. fol. 231. verso, § 3. num 3.

Præsentia illius multum proficit, cui res committitur gubernanda.

Præteritorum reuolutio præsentia certificat.

Præsentatio.

Pręsentatio spernitur propter iuris alterius apparentiā. Hoc demonstrat Dominus Paulus de Citadinis in tract. de iure patronatus, fol. 52 num. 16. Apud eundem leguntur & hæ sententiæ.

Præsentatus legitime & non admissus, superiorem debet adire.

Præsentatus inuitis populis non est instituendus.

Præsentatus præfertur qui votis paribus gaudent maioribus meritis.

Præstantia.

Pręstantia est quoddam patrimoniale munus, & ideo forensib. habentibus patrimoniū ibi imponi potest, l. Finali. §. Patrimoniorū, ff. de munerib. & honorib. & ibi Bart. Sic præstringit D. Mart. Laudens. in tractat. de Fisco, 55. q.

Præstigium.

Præstigium est diuinatio per Dæmones, ingerentes se visui vel auditui hominum, D. Thom. 2. 2. q. 95. artic. 3.

Præmium.

Præsumptio est in bono vel in malo.

Præsumptio in bono est progressus cum diligentia & opere ad bonum perficiendum, D. Thom. 2. 2. q. 21. artic. 2.

Præsumptio in malo est immoderatio spei siue supra vires, siue cōtra iustitiam Dei. multos impedit à firmitate præsumptio infirmitatis: nemo erit à Deo firmus, nisi qui se à se ipso senserit infirmum, D. August. de verbis Domini.

Nulla præsumptio perniciosior est, quam de propria iustitia aut scientia superbire, D. August. super Ecclesiastici 7. Non te iustifices ante Deum.

O superba præsumtio, præsumptuosa superbia quæ non solum Angelos Deo voluit adęquare, sed etiam homines Deificare. Porro quos erexit depressit, & quos exaltauit humiliauit: Hæc turrim euertit, linguam cōfudit, Goliam prostrauit, Aman suspendit, D. Bernardus de duodecim abusionibus.

Non temeritas interuenit pręsumptionis, vbi est diligentia pietatis. Leo Papa c. Si nulla, 4. distinct. de consecratione.

Omne malum detestabilius redditur quando publica præsumptione tractatur, Cassiodorus super Psalmum. Et non defecit de plateis eius.

Ad casum vadit, qui nimiū ascendit. Franciscus Petrarcha.

Præsumptio pessimus est præceptor, D. Hieron.

Pręsumptio non adaptatur ad ea, quæ habet incertā formam erogationis vt habet D. Ioan. Francisc. Balbus in tract. de præsumtionibus, fol. 221 n 23.

Præsumptio tollitur præsumptione c. Illud, & c. Literis. De pręsumptionib. & l. Continuus, § Cum, ff. de verbo. obligat. Sic D. Laurentius de Rodulphis in tract. de Vsuris, fol. 129. verso, n. 41.

Pręsumptio iuris licet sit liquidissima probatio, vt l. Licet Imperator, de legat. 1 & glos in l. Si tutor, C. pig. tut. tamen admittit contrariam probationem, vt glos in l. Nō est verisimile, ff. quod met. cau. & gl. iuris canonici

in c. Is qui fidem, de sponſ. & textus in l. Qui chirographum, de probat. Hanc ſententiam tuetur D. Lanfranc. ab Oriano, in ſuo tractat. de Arbit. fol. 37 n. 42.

Præſumptio cedit veritati in foro animæ, c. Veritate, diſtinct. 8. Ioan. Andr. in c. 2. de Vſur. in 6. & c. Tua, & c. Is qui fidem, extra, de ſponſalib. Sic deponit D. Ioan. le Cirier in tractat. de Primogenit. fol. 184 n. 3. & f. 138. n. 6.

Præſumptum.

Præſumptum ſilet adueniente expreſſo, vel expreſſum facit ceſſare præſumptum l. Si ita, ff. de liber. & poſthumis, & l. Clemens, ff. de heredib. inſtituend. Sic habet D. Ioann. le Cirier in tract. de Primogen. fol. 172. art. 5. n. 2.

Præſumere.

Præſumere quod minus eſt debemus de precio. l. Semper in ſtipulationibus, ff. de regul. iuris, & facit quod Bald. Dixit, l. fin. §. 1. ff. de legat. 2. quod in venditione æſtimatio refertur ad præſentia, non futura. Sic exponit D. Albertus Brunus in tractat. de Augmento, fol. 184. n. 6.

Precium.

Pretiũ debet eſſe congruũ valori. l. Et ſi æquo, & l. Si fundum per fideicommiſſum in principio, ibi excuſſo pretio ſecundum reditum emi. & ibi notat Bart. ff. de legat. 1. Hinc eſt quod venditio vno nummo facta non valet, quia videtur potius donatio, quam venditio, niſi res ſit parui pretii. Largius vide enucleata hæc apud D. Fabianum de Monte in tract. de empt. & vendit. fol. 142. verſo num. 21 & 24. apud quem etiam probãtur ſequentes ſententiæ.

Pretium conſiſtit in numerata pecunia.

Pretiũ conſtitutũ in dubio intelligitur de moneta vſuali frequenti in loco contractus, & de ea debet ſolui, niſi aliud ſit expreſſum.

Pretium intelligitur deductis expenſis & labore.

Pretio vno res plures emptę faciunt vnam emptionem, & pluribus pretiis res vna empta facit cenſeri plures emptiones vel cõtractus.

Pretii certitudo & ſpecificatio debet eſſe declarata in quantitate & qualitate.

Pretium in venditione incertum per iudicem declaratur.

Pretii paruitas nõnunquam donationem præſumit.

Pretium non transfert dominium in emtorem ſine ſolutione.

Prætor.

Prætor debet Doctori pauperi alimenta præſtare, l. 2. §. Primus Diuus, ff. de origi. iuris. Amplius vide apud D. Pet. Lenauderiũ, in tractatu de oneribus Doctorum, folio 170. verſo, q. 20.

Prætoris factum derogare iuri non debet, l. 1. ff. de fer. & l. furti, ff. de his qui notan. infa. Plura huc pertinẽtia notat D. Iacob. de Arena in tractatu poſitionum, §. 1. num. 3.

Primatus.

Primatum in terra ambiens, in cælo ſe cõfundit, c. Virum, 47. diſtinct. vt pulchre affirmat D. Ludouicus Montaltus in tractatu de reprobatione ſententiæ Pilati, folio 186. verſo, num. 12.

Primogenitus.

Primogenitus debet ſedere à dextris patris, gloſ. in Decretis, ſed non vbiq;, c. Quam periculoſum, 7. q. 1. Largiſſime primogenituræ commoda adiungit D. Nicolaus Boerius in tract. de ordine graduum vtriuſq; fori, folio 76. verſo, num 3. Sed Ioannes le Cirier huic themati totum librum dedicauit, in quo vniuerſam rem de Primogenitura euoluit.

Primordia.

Primordia cuncta pauida ſunt, virtus vſu nutrita grandeſcit.

Quod nunquã incœpit, nõ poteſt deſinere.

Origo rerum ſpectanda eſt.

Difficile eſt vt bono peragantur exitu, quę malo principio inchoata ſunt.

Initiũ vitę hominis panis & aqua, Eccl. 29.

Princeps.

Princeps eſt qui primas tenet partes, tum princeps eſt primus & optimus in re-

publica, vel aliquis summum magistratum habens, siue bonus siue malus.

Leo rugiens & vrsus esuriens princeps impius super populum pauperem: Dux indigens prudentiâ multos opprimit per calumniam, Prouerb. 7.

Principes dicuntur qui principantur cogitationibus, D. Gregor. Moralium 11.

Authoritas belli est penes principem, ministerium exquēdi penes milites, D. August. contra Faustum, c. 32.

Principum crudelitas bellum est, Seneca de Clementia.

Optime Deos exemplum principibus constituam, vt se tales ciuibus præbeant, quales sibi Deos esse velint, Seneca ibidem.

Princeps minister Dei est in terra, D. Paulus 13. ad Romanos.

Princeps pœnam peccati applicabilē parti potest remittere, vt Cyn. & Bart. volunt in l. Scripta, C. de precib. impera. offerend. & Doct. in c. Quæ in ecclesiarum, de constit. Sic etiam vult D. Ludouicus Montaltus, in tract. De reprobatione sententiæ Pilati, fol. 184. verso, num. 34.

Principem decet prudentia, vel vt Aristot. 3. Politicorum. Principis propria virtus est prudentia, & nullus est cui sapientia magis conuenit quam principi. Vegetius de re militari, & Magister Rauaudus in tract. Speculi iudicum, fol. 90. num. 64. & dicitur princeps absque temeritate magnus, vt gaudeat princeps se iuris certitudini subiacere, l. Si quando, C. de inoffic. testam. quæ etiam iniquitatem expellit.

Bene felix patria in qua plurimi præsunt sapientes. Et beatas Plato inquit Respublicas, si eas sapientiæ studiosi regerent vel rectores earum studiant sapientiæ.

Princeps vitiis careat, iustos amet, procedat sola facti inspecta veritate.

Princeps ornetur clementia, iustitia, pietate, religione, sapientia, fortitudine perpetua, & virtutibus cunctis præluceat. Nam principis delicta exigua videntur vulgo magna, cuius vita in conspicuo est. Infectio capitis cæteris membris cedit ad dolorem. Vulgus prognosticat ritus principū per exteriora, & indigni aliis præsidere, qui sibiipsis preesse non curant. Et princeps caueat ne sit occasio mali populi, vigeat reuerentia Dei & diuini cultus, disciplina sui, potestate officialium, affectu & protectione subditorum. Et princeps verus bonum publicum, & imago diuinæ Maiestatis non debet sæuire in subditos & finitimos, vt Albericus in l. Decernimus, C. de sacrosanct. eccles. Princeps debet iuste regere, aliàs Deus adimet regnū, transfertur regnum de gente in gentem propter iniustitiam, c. Si de rebus, 27 q. 3. & Hispania Christiana fuit occupata propter peccata à Sarracenis, c. Si Rex, 56. distinct. vt habet D. Martinus Laudensis in tract. de principibus, fol. 107. q. 155.

Principem decet pietas, per quam solam Dei seruatur imitatio, l. Imperialis, Cod. de nupt. Sic decet principem religiosos venerari & vbi clerus crescit, ibi dignus honor datur & florescit. Honos alit artes, & facienda semper aliqua prærogatiua studentibus, vbi nulla recognitio laboris pii, ibi desides fiunt artifices. Regna iuuantur, precibus ecclesiasticorum. Respublica augmentatur in sustentando ecclesiasticos, & principes puniant turbatores pacis & ecclesiæ.

Princeps euitet adulatores.

Principes effugiant potationes. Nam quos ferrum non domuit, ebrietas lamentabiliter subiugauit.

Principes euitent adulteria.

Princeps est ligatus dictamine rationis, quia est animal rationale politicum. vt Bald. in l. 2. C. de serui. & si princeps sit dominus legum, non tamen est dominus morū. Bald. in extract s iuris canonici, vt allegat D. Barbatia in tract. de præstantia cardinalium, folio 68. num. 5.

Nec quis putet potentiam diuitiarum iustitiæ præualere, in Auth. vt omnes obediant iudicib. prouincialib. §. Si vero ille, collat. 6.

Princeps erit liberalis ad expensas militares.

Princeps non debet vti plenitudine potestatis: plenitudo potestatis non extenditur ad aliquod iniquum. Vide syluas nuptiales.

Principi lætanter pręstanda sunt subsidia. Domini possunt imponere subditis subsidia postquam suam bursam euacuauerint. prius enim incipere debent à suo.

Indulta quibus princeps crimen supplicātibus indulget, faciliter admittenda sunt.

Fraus interuenire non potest, vbi princeps manu propria se subscribit.

Venia vel principis beneficium negatur negligenti in administratione & recuperatione rerum ciuitatis, l. Mancipia in fi. C. de seruis fugiti & l. Decreuimus, Cod. de aquæ ductu.

Qui pro obnoxiis crimini læsæ Maiestatis intercesserit & notabiles & infames fiūt absque venia.

Sine principibus impossibile est esse ciuitatem, Aristoteles 4. Politicorū Expedit subditis principes immediate habere rectores & protectores ipsorum.

Ex defectu & paupertate principis iuri & reipublicæ derogatur.

Regimen illius tutum, qui subditorum corda possidet.

Cogit, non rogat, cum rogat potentior.

Preces superiorum dicuntur armatæ.

Qualis princeps, tales ciues esse solent.

Qualis rector, tales habitantes.

Qualis rex, talis populus vel grex.

Par in parem non habet imperium.

Princeps quæ semel diffiniuit, hæc amplius in dubium vocari non debent.

Cum principe contendere furor est.

De principibus & fide loquere sobrie & parce.

De principibus non est dicēdum malum, l. 1. C. Si quis imperat. maledixe.

Principes incusare non est tutum.

Principis omnia sunt quę ad iurisdictionē & maius dominium pertinent.

Principis culpa, populi plaga.

In facto principis semper iusta causa præsumitur.

Deus permittit tyrānos & corruptos principes ad vindictam scelerum populi.

Prouinciarū administratores citra omne pecuniarum suffragium creari debent.

Periculosum est principi dare subdito magnos honores. Arist. 5. Politicor.

Principibus obediendum, vt & missis ab eo, c. Solitæ, ext. de ma. & obed. c. Omnes, de censib. vt habet D Hugo in tracta. de offic. 4. prælato. f. 34. §. Sed cum, n 1.

Principale.

Principali sublato cessant accessoria, l. Non dubium, C. de lega. Sic habet D Ioannes Calderinus in tractatu de interdict folio 5 verso, num. 59.

Principans.

Principans sit summe vigil. c. Qui episcopus, 23. distinct. vt notat D. Anto de Rosellis in tractatu De potestate Imperatoris & Papę, f. 50. § Perquiramus, num 2.

Principatus.

Principatus non sanguini, sed vitæ integritati deferendus. sic Moyses elegit Iosue, c. Moyses, 8 quæst 1. Ita tenet D Hugo in tractatu de Officio 4. prælatorum, fol. 29 §. Sed aduertendum, num 4.

Principium.

Principium & finem docere sufficit ad media præsumenda, C. de apo. pub. vt refert D. Anto de Rosellis, in tractatu de succes. ab intesta fol 239. num. 47.

Principium rei potissima pars l. 1. ff. de origi. iuris, vt dicit D. Amedęus de Castello, in tracta. de Syndicatu. fol. 109 n. 1.

Prior.

Prior tempore potior in iure, l Potior, ff. Qui potio. in pigno habeantur. Ita ponit D. Ioan à Grassis in tractatu De Substantialib. procuratorii, fol. 86. verso, n 5.

Priuatio.

Priuatio est negatio substantiæ ab aliquo

determinato genere. Aristoteles 4. Metaphysicorum.

Priuatio nil ponit in esse, l. Si totam, ff. de acquiren. hæred. Ita legitur apud D. Guilielmum à Montferrat. in tractatu de succes. Regum, fol. 226. num. 13.

Priuatus.

Priuatus iurisdictionem habere non potest. l. 1. ff. de iurisdict. omnium iudic. & l. Liberam, C. Qui cum eo qui in alie. potesta. Sic recitat D. Ioannes à Grassis in tracta. Arboris iudiciorum, fol. 90. verso, n. 4.

Priuilegium.

Priuilegium est ius priuatum indultum contra ius commune, vel est priuata lex, respiciens priuatas personas & communia negotia, D. Tho. 1. 2. q. 96. artic. 2.

Priuilegium immunitatis ab imperatore concessum valet. sed excipiuntur plurima. inter quæ priuilegium impetratum contra euangelium & legē Dei est nullum, l Omnes, C Si contra ius vel vtili. public. vt copiose declarat D. Petr. Antibolus in tracta. de Munerib. fol. 35 n. 110. & in sequentib.

Priuilegium secundum tollit primum, l. Dimis. §. Penultimo, ff. de iure codicil. l. Si quis, in principio, ff. de leg. 3. & c. Veniēs, ext. de rescript. vt habet D. Nepos de Mōte Alba. in tract. except fol. 166. artic 2.

Priuilegium receptis fraudulenter nō datur, l fi. ff. de verbo. significa. vt allegat Dom. Franciscus Lucanus in tracta. de fisco & eius priuilegiis, fol. 114. verso, num. 22.

Priuilegium concessum exercenti triuium extenditur ad exercentem quadriuium. maxime in casu Authen Habita, C. ne filius pro patre. Sic allegat D. Baptista à sancto Blasio, in tract. de correlatiuis, f. 33 verso, n 30.

Priuilegium libertatis nō minuitur morbo laborāti. Bart. in l. Ex agentib. C de princ. agēt. in reb. lib. 12. & libertas est res inæstimabilis, & res tāto est vilior, quo plus à libera cōditione recedit. sic habet D. Ioa. le Cirier tract. de primogenitura, fol. 187. verso, n. 5.

Priuilegium debet esse perpetuum. vt se Regula decet, lib. 6 sic habet D. Pet. de Perusio in tracta. de reuocatione vnionis, folio 144. num. 2.

Priuilegium damnosum non valet, c. Sugestum, ext. de decimis. & priuilegium perditur his quæ versibus comprehenduntur. Si facis contra. si negligo, propter abusum. Delictum, damnum, pariterq; cōcessa potestas. Plura vide apud D. Ioan. Monachum in tract. Defensorii iuris, fol 66. verso, num 7.

Priuilegium æquipollet naturæ, nec est absurde interpretandum, Bald. in l. Siue possidetis, colum. 2. vers. 2. quæro, C de probat. Sic exponitur à D. Ioan. le Cirier in tracta. de primogenitura, fol. 174. verso, n. 6.

Priuilegium & consuetudo æquiparātur, vt notat Panor. in c. Cum nobis olim colum 1 de præscript & in c. Per venerabilem, colu. 3. Qui filii sint legiti. Sic perstringit D. Ioan. Franciscus Balbus in tracta. de præscrip. folio 224. verso, num. 14.

Priuilegio abutens illo priuatur. vt in Authen. vt iudic sine quoquo suffrag. §. antepenultimo, colum. 2. & c. Tuarum, ext. de priuilegiis. vt in medium depromit D. Nepos à Montalbano in tractatu Exceptionum, fol. 166. num. 13.

Probabilitas.

Probabilitas sufficit ad æstimandum rei valorem, si dubium sit an plus vel minus valeat. sicut probat D. Ioan. Nider in suo tract. De contractibus mercatorum, folio 165. verso, num. 12

Probare.

Probandi onus est graue, l. Is qui destinauit. ff. de rei vend. sic allegat Dom. Iacobus de Arena in tractatu positionum, folio 64. numero 1.

Probandi onere grauatur, qui non possidet. Ita inquit D Barbatia, in tractat. de præstantia Cardinalium, fol. 50. n. 24.

Probatio.

Probatio est inuestigatio facti, huius ratione

tionem quærens & cor tangens, D. Thom. super Psalm. 16. colum. 2.

Probatio non competit reo, vt dicit D. Ioannes à Grassis, in tractat. de Substantialibus procuratorii, fol. 84. num. 3.

Probatio est actus educens rem dubiam in lucem, & hoc notatur C. de probat. in Rubrica, & ibi Baldus. Sicut habet D. Paulus Grillandus in tract. de Quæstionib. f. 226. n. 12.

Probationes in criminalibus sint luce clariores ad condemnandum, l. Sciant cuncti, C. de probat & c. Quisquis, 2. q. 8. Idem asserit D. Paulus Grillandus, in tractat. de hæreticis, fol 199. num. 18.

Probationes non sunt angustandæ, sed amplificandæ, c. Præterea, de testib. Plura vide apud D. Laurentium de Rodulphis, in tract. de Vsuris, fol. 146. verso, n. 19.

Probitas.

Probitas antistiti digna, l. Nemo, Cod. De offic. ma. & c. quod proderit, & c. Miserum, 61. distinct. Sic habet D. Barthol. Brixiensis, in tract. Quæstionū venerialiū, f. 68. q. 28. n. 2.

Procurator.

Procurator causam tenetur instruere tam in facto quam in iure. Distinguit hanc q. D. Ioan. à Grassis in tract. De substantialib. procuratorii, fol. 84. verso, num. 1.

Procurator incertus institui non potest, l. 2. ff. De procurato. sic allegat D. Ioan. à Grassis in præfato tractatu, fol. 80 n. 1.

Procurator non cauens de rato repelli potest, §. Si vero, Institut de Satisdationibus, l. Tutores, ff. Rem ratam habe. Plura licet de hac parte discere apud D. Nepotem à Montalbano, in tractatu Exceptionum, folio 170. num. 42.

Procurator concludere & renunciare potest, c. Auditis, de procurato. c. Cum dilectus, in principio, De fide instru. Sic habet D. Ioa. à Grassis in tract. de Substantialibus procuratorii, fol 84. verso. n. 1.

Procuratorium.

Procuratorium partis datur aduersario, c. Quoniam cōtra falsam, cum ibi notatis, extr. de probat. & c. Cum in iure peritus, extra, de offic. deleg. Sic enucleat D. Ioan. à Grassis, in tract. præfato, fol 86. num. 2.

Prodigalitas.

Prodigalitas est incontinens & superabundans profusio pecuniæ vel similis rei, Aristot. 4. Ethic.

Prodigalitas est peccatum propter inordinatum modum dādi & quib. non debet dari, nec propter quæ, D. Tho. 2. 2. q. 119. artic. 1.

Prodigus.

Prodigos tristis & inopinatus sequitur euentus.

Prodigus discretione caret, vt probat D. Pet. à Braxio, in tractatu Directorii Electionum, fol. 210 num. 4.

Proditor.

Proditor principis manifestandus statim est, l. Methodorum, ff. De pœnis. And. de Ysernia in cap. 1. Quæ fuit prima caus. benef. amitten. vt habet D. Mart. Laudens. in tractat. de crimine læsæ maiestatis, fol. 125. q. 53.

Producere.

Producens falsum instrumentum in iudicio, si protestetur euitat pœnam falsi, l. Si aduersarius, C de fide instrumento. post talem protestationem vti illo volens non poterit. Sicut docet D. Lanfrancus ab Ariadno in tractat. de fide instrum. fol 211. verso, num. 41.

Prohibere.

Prohibitum videtur quod fortunæ viribus tantum nititur, vt in Auth. Alearum vsus, C. de religios. & sumptib. funer. & in can. An & quando sit licita, vide D. Paridem à Puteo, in tract. de Ludo, fol. 190. verso, n. 37.

Proles.

Proles numerosa à muneribus excusat, vt qui habet 12. filios excusatur à muneribus etiam realibus, l. Finali, C Qui numer. libero. lib. 10 Magis si habet 16 l. Semper § demōstratur, ff. de iure immunitatis, & l Si quis decurio, C. de Decurionib. lib. 10. Ita habet D. Franciscus Lucanus in tractat. De fisco & eius priuilegiis, fol. 115. verso, num. 5.

Promissio.

Promissio est actus rationis enuncians & ordinans aliquid, D. Thom. 2.2. q. 88. artic. 2.

Promissio generalis non ligat promittentem, c. Cum venissent, & ibi Doct. ext. de instit. Sic habet D. Matthæus ab Afflictis in tractatu de iure protomiseos, folio 155. verso, numero 10.

Pronunciari.

Pronunciari non potest de facto, nisi examinetur, l. prouidendum, C. de veteranis, & l. Cum proponas, C. de hæred. instituend. Ad hunc modum notat D. Baldus de Vbaldis, in tractatu de pace Constantiæ, folio 76. num. 32.

Pronunciatio.

Pronunciatio verbalis in electione est necessaria, c. Cum ab vno, de re iudica. libro 6. hoc modo adstruit Dom. Petrus à Braxio, in tract. Directorii electionum, folio 220. c. 36. num. 1.

Prophetia.

Prophetia vel vaticinium est prædictio diuina inspiratione facta, præsagium ex bono spiritu, prognosticon verum, D. Thom. 2. 2. quæst. 171. artic. 3.

Propositum.

Propositum principale semper inspiciendum. Quum quid non potest fieri directè, id non potest fieri per indirectum, vt in c. statutum, de hæretic. lib. 6 Cui respondetur quod id procedit quando indirectum tendit principaliter ad id ipsum, secus si ad consequentiam, quia inspicitur principale propositum, l. Si quis nec causam, ff. si cert. peta. l. Verum, ff. de furt. l. 1. §. studii, cum ibi notatis, ff. de iustit. & iure, & l. 1. ff. de autho. tuto. Principale propositum statuti est fauor Reipublicæ ipsius, l. Ambitiosa, ff. de decret. ab ord. facien. Et in dubio non debet præsumi animus iniuriandi, etiam si in consequentiam sequatur amissio lucri, l. Fluminum, §. final. & l. Proculus, ff. de damno infecto, vbi declaratur, quod principale propositum statuti erat præiudicare iurisdictioni ecclesiasticæ, quod non admittitur in statuto laicorum. Hæc leguntur vberius, apud D. Philippũ Francum, in tractatu Disputationis petitorii, folio 83. verso, num. 12.

Propositio.

Propositio vel propositum est actus voluntatis deliberatæ, D. Thom. 2. 2. q. 88 art. 1.

Propositio apud dialecticos est enunciatio ex nomine & verbo conflata, verum vel falsum sine ambiguitate notans. Vel, est enunciationis altera pars, de qua prędicatur vnum de vno, Aristot. 1. Posteriorum.

Proprietas.

Proprietas absorbet causam possessionis, c. Cum delictus, de causa possess. & propriet. hoc copiose exponit D. Rochus de Curte, in tract. de iure patronatus, fol 18 num. 40.

Publica præferenda propriis.

Bonum cõmune appetibilius est proprio.

Vtilitas communis præferenda est vtilitati propriæ vel priuatæ, l. Iudicem, ff. communi diuidun. l. Si conuenerit, ff. de reg. iuris, l. Actionem, §. Labeo, ff. pro socio. Male seruatur respublica cum cuncti agunt, quod singulis credebatur, & singulare commodum publico & cõmuni non debet derogare, & volumus totum destruit, & iura publica ciuitatibus cõseruãda sunt. Hinc est quod qui monopoliũ ausus fuerit exercere bonis propriis spoliatus, perpetuitate exilii damnetur.

Hinc est, quod dicitur, ciuitatibus fauor adhibendus est magnus.

Et singulare vel proprium commodum, occultum odium & iuuenile consilium Troiam, Niniuen & Romam destruxit.

In proprio facto error non est tolerabilis.

Proprium apud Dialecticos est de genere accidentium substantiæ, D. Thom. 1. 2 q. 11. artic. 2.

Propulsatio.

Propulsatio iniurię fiet cũ moderamine tutelę inculpatę, l. 1. C. vnde vi: Sic recitat D. Anton. de Rosell. in tract. de Conciliis, f. 96. n. 11.

Prosp.

Prosperitas.

Prosperitas est felicitas & ad votum successus, vt habet Mirabell. in Polyanthea.

Prosperitas stultorum perdet eos, Prou. 1.

Prosperitas gressus obligat, vt vix ad bona prodire possint. Iob 18.

Solet lætitia arcana mentis aperire, atque aperiendo amittere: aduersa enim nos exterius deprimunt, interius cautiores reddunt, D. Gregorius 28. Moralium.

Quasi per amœna prata ad carcerem venit, qui per præsentis vitæ prospera ad interitum currit, D. Gregorius, super illud Iob 5. Vide Stultum.

Ex rerum prosperitate luxuria, ex hac omnia vitia, sic impietas erga Deum nascitur, Lactantius 2. diuinarum institut.

In omni aduersitate fortunæ infelicissimũ infortunii genus est fuisse felicem, Boetius in consolatione Philosophiæ.

Prosperitas est prosperitate carere.

In tribulationibus nostris Deo gratias agimus, & libenter igitur in infirmitatibus meis gloriabor, D. Paul. 2. Corint. cap. 12.

Rebus in aduersis animum submittere noli, Cato.

Rebus angustis animosus, atq;
Fortis appare, sapienter idem
Contrahe vento nimium secundo
Turgida vela.

Horat. in Carminibus.

Post tempestatem trãquillum, quod dum differtur, non aufertur.

Melior est buccella sicca cum gaudio, quã domus plena cum iurgio.

Luxuriant animi rebus plerunq; secundis;
Nec facile est æqua commoda mente pati.

Protestatio.

Protestatio sequentis temporis cursum impedit, non præteritum. Sic allegat D. Bonicontius, in tract. de appellat fol. 40. n. 14

Protestatio contraria litiscontestationem impedit, c. 1 ext. de litiscõtesta. li. 6. Pleniorẽ vide explicationem huius sententiæ apud D. Ioan. à Grassis in tract. de substantialibus procuratorii, fol. 83. n. 2. De litem contestando.

Protestatio etiam facto repugnãs non nocet, confirmatur c. Solicitudinem, de appel. & nemo potest à se abdicare iurisdictionem, l. legatus, ff. de offic. præsidis, quia sic interpretatio est facienda, vt potius valeat quam pereat, l. Quotiens, ff. de re dubia. & l. Quotiens, ff. de verbo. obliga. Plura vide apud D. de Lignano in tract. de Censura ecclesiastica, fol. 22. num. 45.

Protocollum.

Protocollum nisi in mundum redigatur, nõ probat, sic etiam nisi compleatur, pro nihilo habetur, l. penult. C. ad Sillan. simile de testamento & de sentẽtia datur, quę licet scripta, sed nondum completa nihil probant, l. Si is, C. de testament. & l. Ex ea seruitute, C. de sent. ex pericu. recitan. l Contractus, C. de fide instrum. Plenius exequitur hanc sententiam D. Anton de Canario, in tract. de insinuationibus, fol. 160. verso, n. 43.

Protocollum bonum sustinet extractum vitiosum, quare Notarii debent ita bene seruare protocolla, sicut principales partes ipsa extracta, & nunquam cassent in eorum protocollis instrumenta, quæ ad eorum fidẽ perpetuam requiruntur, sic plurib. docet, D. Ioann. à Grassis, in tract. de substantialib. procuratorii, fol. 79. num. 2.

Protocollo potius creditur quam instrumento extenso, glos. est in §. fin. in Auth. de tabellionib. & hęc est sentẽtia Bart. in l. Sempronius Proculo, ff. de lega. 2. huius meminit D Lanfranc. ab Ariadno, in tract. de probat. fol. 190. num. 15.

Prouidentia.

Prouidentia est Dei, & sic est diuina ratio in summo principe constituta cuncta disponens. Boetius 4. prosa. 6. lib. de consolatione philosophiæ.

Prouidentia Dei omnia gubernantur, & quæ putatur pœna, medicina est, D. Hieron, super Ezechielem.

Prouidentia cõmuniter est circumspectio futuri antequam fiat, Cicero in Rhetor.

Prouidẽtia est notio futurũ pertrectãs euẽtum & ex præsentibus futura perpendens, se consilio præmuniens aduersus futuram calamitatem, D. August. de spiritu, & anima.

Vbicunq; fuerit prouidentia, frustrantur vniuersa contraria, vbi prouidentia negligitur, omnia contraria dominãtur, D. August. de singularitate cleric. Tela præuisa minus feriunt, D. Gregor. in Homilia.

Prouincia.

Prouincia vel exarchia est regio procul deuicta, habens 10. vel 11. ciuitates & vnum regem, c. Scitote, 6 q. 3.

Prouinciæ alterius iudicem habere non licet, nisi detur per superiorem, §. 1. 6. q. 3. & c. Iudices, 11. q. 1.

Extra prouinciam reus non debet trahi, nisi causa discussionis, appellationis, mandati maioris iudicis, criminis, quęstionis & dubitationis circa fidem, personæ immediate ad papam vel principem pertinentis, 3. q. 6.

Prouisio.

Prouisio significat prospectionem, nominationem, postulationem, præsentationem & collationem. gloss. in Clem. & de elect. in verbo, prouisio.

Proximus.

Proximus est, quem nemo antecedit, l. 1. §. Proximus, ff. vnde agnati & l. Proximus, de verbo. signific. Reliqua vide apud D. Anton. de Rosellis, in tract. de success. ab intestato, fol. 241. n. 88.

Proximior in gradu non semper est potior in succedendo, nec semper par in gradu pariter vocatur, vt in Auth. In successionem, C de suis & legiti. hæredib. & §. Repetitis, versic. cumq; enim, Institit. de ser. cogna. sic tenet D. Cynus Pistoriensis, in tract. de success. ab intestato.

Proximior.

Proximior in gradu, proximior & potior est in successione. l. Adminiculo, C communia de successione, sicut habet C. Dynus Mugellanus in tract. de success. ab intestato, fol. 250. num. 28.

Proximum diligamus plus quam corpus nostrum. Qui negligit damnum, propter amicum, iustus est, Prouerb. 12. & caritas non quærit quæ sua sunt, 1. Corinth. 9. Sic allegat D. Ambros. de Vignate in tractat. de Vsuris, fol. 159 verso, num. 5.

Proximus ecclesię semper vult vltimus esse.

Proximus sum egomet mihi, Terent.

Prudentia.

Prudentia est recta ratio agendi, Aristot. 6. Ethicor.

Prudentia est virtus mentis, qua de bonis & malis ad felicitatem pertinentibus possumus consulere, Aristot. 1. Rhetor.

Prudentia est virtus dirigens ad normam rationis omnia cogitata & facta, Macrob.

Prudentia est scientia rerum bonaũ & malarum, Cic. 2. Rhetor.

Prudentia est sciẽtia rerum appetendarum & vitandarum, D. August. de libero arbitrio.

Prudentia est ratio ordinis in finẽ. D. Tho. 1 parte, q. 49. artic. 1.

Dic sapientiæ soror mea es, & prudentiam voca amicam tuam, Prouerb. 7.

Melior est sapientia quam vires, & vir prudens, quam fortis, Sapientiæ 5.

Prudentia carnis mors est, Rom. 8.

Prudentia est circa operabilia, in quib. electio est & fuga, Aristot. magnorũ Ethic. c. 11.

Prudẽtia sicut architector virtutũ est, Idẽ.

Rerum exitus prudentia metitur.

Non sunt inspicienda quæ fiunt, sed quæ fieri debent.

Prudẽtię cõpendium in literis continetur.

Dux indigens prudentia multos opprimit per calumnias.

Prudentis est bene consiliari, Aristoteles 6. Ethicor.

Prudentis est caliditas, quæ ratione quadam potest habere delectum bonorũ & malorum, Cicero in Rhet.

Publica.

Publica vtilitas inbest constituto ab vniuersitate, l. Barbarius, ff. de Offic. præsid. & l. 1. C. de testam. Reliqua vide apud D. Ioann. de Li-

de Lignano, in tractat. de Censura ecclesiastica, fol 35. verso, n. 29.

Publicanus.

Publicanorum nomen Deo, & hominibus odiosum, Matthæi 26. c. Nouit, extra, de iudic. & lex nostra volens publicanorum audaciam compescere, edictum de publicanis proposuit, l. 1. in princ ff. de publicanis, & l. 1. C. de superactorib. lib. 10. Copiosius vide D. Franciscum Lucanum in tractatu de fisco & eius priuilegiis, fol. 116. n. 3.

Publiciana.

Publiciana agens dicitur agere petitorio. Ita tradit Baldus in l. 3. C. Si à non compe iudice, colum. 3. & text. in l. Minor, § Si seruus, ff. de euictione. & l. Eum qui, §. Publiciana, ff. de publici. vbi dicitur, quod actio publiciana instar proprietatis non possessionis obtinet, vt docet D. Philip Francus in tract. Disputationis petitorii, fol. 78. n. 3.

Pudicitia.

Pudicitia est virtus animi, qua quis verecundatur de actibus non satis honestis venereis, D. August. 14 De ciuitate Dei.

Pudicitia res est animæ, virginitas corporis, D. August. contra Iulianum.

Pudicitia est ornamentum nobilium, exaltatio humiliũ, nobilitas ignobilium, pulcritudo vilium, solamen merentiũ, augmentum omnis pulchritudinis, decus religionis, minutio criminis, multiplicatio meritorum, creatoris omnium Dei amica. Sanctus Cyprianus de 12. abusionibus.

—Raro est adeo concordia formæ atq; pudicitiæ, Iuuenal. Satyr. 10.

Lis est cum forma magna pudicitiæ, Ouidius in epist. Paridis ad Helenam.

Pudor.

Pudor est timor iustæ vituperationis, estq; affectus honestissimus & pertinet ad turpium euitationem, Mirabellius in Polyanthea.

Pueri.

Puerorum operę parui penduntur, vt & mulierũ, l. Arboribus, in §. de illo, ff. de vsu, & quemadmodum quis vtatur, & l. 2. §. Impuberes, ff. ad Silleia. & l. Finali, ff. de lib. causa. Plura vide apud D. Ambros. de Vignate, in tract. de Vsuris, fol. 171. verso, n. 190. & 191.

Pulchritudo.

Pulchritudo est aptitudo corporis membrorumq; eius, cum suauitate coloris, Cicero in Tusculanis q.

Fallax gratia, & vana est pulchritudo, Prouerb 31.

Pulchritudo corporis donum Dei est, id etiam largitur malis, ne malum bonum videatur bonis, D. August de ciuitate Dei.

Formæ dignitas aut morbo deflorescit aut vetustate extinguitur, Cicero 4. Rhetor.

Diogenes ait in pulchrum, sed inhonestũ: ô quam bona domus & malus hospes.

Puniri.

Puniri quis debet in his in quibus deliquit, c. Pastoralis, in fin ff. de iure patronat. & in c. Ad liberandam, de Iudæis, & cap. Cum olim Magister, de Offic. delegat. & cap Literas, de tempo ordina. & c. Quanto, de translatione prælatorum, & c. 2. de rebus ecclesię non aliennan. Vide etiam D. Ludouicum Montaltum in tractat. de Reprobatione sententiæ Pilati, folio 180. num. 41.

Punitio.

Punitio est pœnę illatio actus iustitiæ cõmutatiuæ & vindicatiuæ publice, D. Thom. 2. 2. q. 80. artic. 1.

Per quæ quis peccat, per hæc etiam torquetur vel punitur, Sapient 11.

Pertinet ad innocentis officium, nõ solum nemini malum inferre, verum etiam cohibere à peccato, vel punire peccatum, vt ipse qui prius odio habetur corrigatur experimẽto, & alii terreantur exemplo, D. August. de ciuitate Dei.

Iuste puniuntur, qui licitis abutuntur: Iustius puniuntur, qui aliena rapere conãtur. sic Sathanas cælum, Protoplastus perdidit paradisum, Dominus Hugo 2. de Anima.

Mitiſſima pœnarũ erit iis, qui præter peccatum originale nullum ſuperaddiderunt, D. Auguſt. in Enchiridio.

Iuſtum eſt vt quos culpa inquinat, par etiam pœna aſtringat, D. Grego. 9. Moralium.

Occultam culpam ſequitur aperta percuſſio. Caſſiod. ſuper Pſalmos.

Et pœnam ſemper ante oculos verſari putant, qui peccauerunt. Cicero pro Milone.

Sceleris etiam pœna triſtis, & præter eos euentus, qui ſequuntur per ſe ipſa maxima eſt. Cicero De legib.

Noxæ par pœna eſt, vt ſuo vitio quiſque plectatur.

Pupillus.

Pupillus religioni non obligatur, c. 2. ext. de reg. iuris. vt allegat D. Bald. Peruſinus, in tractat. De ſubſtitutionibus, folio 123. verſo, numero 39.

Pupillis non ſunt indicenda munera, l. 2. §. 1. ff. de vaca. & ext. mu.

Maioribus vt puberibus licet minores 25. annis, dicunt quidam quod non indicuntur munera, niſi in ſubſidium, quando alii non inueniuntur, l Ad rem publicam, ff. de muneribus & honorib. Sicut teſtatur D. Guiliel. à Cunio in tracta. De muneribus.

Puſillanimitas.

Puſillanimitas eſt vitium animi apparentis eſſe haud ſatis potentis ad felicitatem, infelicitatem, honorem, & dedecus ſuſtinendum. Ariſtoteles in Ethicis. & D. Thom. 2. 2. q. 130. articu. 1.

Q

Quæſtus.

Quæſtus eſt id quod ex opere cuiuſq; deſcendit, l. Quæſtus, ff. pro ſocio.

Quæſtus turpis nõ præſumitur in iudice, ſecundum Bald. in l. Nominibus, C. Qui accuſa. non poſſunt, & l. fina. C. de fideicommiſ. liber. vt allegat Domin. Cataldinus de Boncompaignis, in tractatu de Syndicatu, fol 1. 7. num. 50.

Quæſtio.

Quæſtio eſt interrogatio de re aliqua certa vel incerta, ſic, Quæſtioni inimicorum non creditur: quia facile mentiuntur. nec tamen ſub prætextu inimicitiarum detrahenda erit fides quæſtioni, ſed cauſa cognita habenda fides aut non, dum tamen in vnius ſerui vel liberi quæſtione fides rei non ponatur. vt l 1. §. Quæſtioni, ff de Quæſtioni. & §. iidem, ff. eodem. De varietatibus quęſtioni in hoc ſenſu copioſe diſputat D. Placentinus in tractat. De accuſationibus. folio 134. titu 6. per totum.

Quæſtio eſt interrogatio per torturam. & ponitur ſæpe pro tormentis. ſic quæſtio repeti non poteſt, niſi nouis ſuperuenientibus indiciis, l. Boues, §. hoc ſermone, ff. de verbo. ſignifica. & l. repeti, ff. de quæſtionib. & l Si ſocius pro filia, ff. Ne ſi prior, ff. pro ſocio. Ita tenet quoque D. Bald. de Periglis, in tractatu De Quæſtio. & tormen. fol. 238. numero 6. is enim materiã hanc ex profeſſo ibi tractat.

Qualitas.

Qualitas eſt prędicamentum, quo reſtales & quales eſſe dicuntur. Ariſtot. in Prædicamentis, D. Tho. 1. 2. q. 49. articu. 2.

Qualitas ſine ſubiecto ſtare nequit, l. Eius qui in prouincia, ff. Si certum peta. & l. In teſtamento, ff. de condit. & demõſtra. vt habet etiam D. Baptiſta de ſancto Blaſio in tract. de correlatiuis, fol. 32. num. 8.

Qualitas alterans crimen, vel accuſationem, vel factum eſt probanda, aliàs non ſequitur condemnatio. vt Barto. in l. Denunciaſſe, § quid tamen, ff. de adulterio. Ratio, quia dicitur aliud factum ſine illa qualitate. vt demonſtrat D. Albertus Brunus in tractatu de Augmento, fo. 171. num. 25.

Qualitas diuerſitatem inducit, c. Quanquam, de vſuris, libro ſexto & ibi notatur per Ioannem Andream & alios Doctores. & vt affirmat Domin. Laurentius de Rodulphis,

in tra-

in tractatu De vsuris folio 145. numero 38.

Qualitas causæ in puniendis delictis debet considerari, l. Mulier, ff. rerum amota. & l.2. ff. vi bo. rapto. Plura vide apud D. Nicolaum Boerium in tracta. De Seditiosis, folio 164.nu.2.

Qualitates substantiales alterant delictũ, ita, vt dicatur ex abiectione aut detractione talis qualitatis aliud delictum. Nam percussio cũ effusione sanguinis alia est, & alia sine effusione sanguinis. Item alia de nocte, alia die. Nocte facta magis punitur ex forma statuti, quam die facta. & alia cum gladio, & alia sine, sic de similibus, vt Barto in l. Denunciasse, § Quid tamen, ff. de adulte. & in l Senatus, ff. de accusatio. Copiosius enodatum hoc vide apud D Albertum Brunũ in tracta. De Augmento, fol.170.n.5 & 6.

Quantitas.

Quantitas est prædicamentum magnitudinis vel multitudinis. Aristot. in Prædicamentis.

Quantitas est prædicamentum post Substantiam, D. Tho.1 2.q 52 artic. 1.

Quantitas precii facit iudicari contractũ. & qualitatem eius l 1. §. Quid ait, in glos. ff. de superficia. & Bart. in l. Cotem ferro, § Qui maximos, ff. de publica. sic etiam allegat D. Ambrosius de Vignate in tracta. de vsur. fol. 167. verso, num. 113.

Quasi.

Quasi est impropriet atis nota, vt apparet per D. Bartho. de Saliceto in tracta. de mora, fol. 125 verso, num.24.& 25.

Quasi impossibilia censentur ea, quæ in voluntate alterius & vnius consistunt. vt voluit Bald. in l. Cum seruus, §. Constat, referẽs tenuisse Raymundum, ff. de lega.1. Ita infert D. Angelus à Gambellionib. in tractat. de testamen. fol 2. verso, num.8.

Quasi caduca & incerta non transmittuntur, l. vnica, §. Pro secundo, C. de caduc. tollend. sic legitur apud D. Ioa le Cirier in tract. de primogenitura, folio 161.n.11.

Quasi possessio decennalis non datur in incorpotalibus, l. finali, in fi. C. de præscript. longi tempor. & in l.2 cum ibi nota. Cod. de serui. & aqua, & notatur per Barto. in l. Iusto, §. Non mutat, in fi. ff. de vsucap. Plura vide apud D. Ioannem Franciscum Balbũ in tract. de præscriptionibus, fo.254.num,7.

Querela.

Querela de inofficiosa donatione præsupponit testamentum non esse nullum, sed rescindendum, l. Papinianus. § Sed nec impuberis, ff. de inofficio. testa. sic tenet D Angel. Perusinus, in tractatu de suitate, folio 116. numero 60.

Quilibet.

Quilibet de populo petere potest pia legata, tanquam ęs alienum statim persolui, etiã si aliis legatis bona non sufficiant. vt vult Dyn. & Angel. & Ioannes de Por. in l. Quærebatur, ad l. falcid. & in l. Si quis testamento, §. apud Iul. ff de legat.1. Rem omnem expositam vide apud D. Ioan. Bertachin in tract. de Episcopis, fol.105 n.84.& 85.

R

Rancor.

Rancor est displicentia contra aliquem, vnde quærit quis malum alteri, vel est indignatio contra inducentes ad diuina, D. Tho. 2.2.q.25.articulo 4.

Rapina.

Rapina est ablatio rei alienę per vim & iniusta, D. Tho.2.2.q 66.artic 8.

Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere. Psal 61.

Rapinam emere non licet, nisi intentione vt cui est ablata, restituatur. D. Ambrosius.

Nulli cui rapina feliciter cessit, gaudium rapti durauit in posterum. Senec. epist 75.

Rapina non fiat, vt inde fiat eleemosyna, c. Non est putanda, 1.q.1. Reliqua vide copiose apud D. Iacobum à Canib. in tract. de executione vltimarum voluntatum, f.141.n.16.

Si pœnale est clanculo auferre, multo maioris pœnæ est violenter eripere. D. August. in sermone Dominica 4. Quadragesimæ.

Quid recipiet, qui aliena tulit, si semper ardebit, qui sua non dedit? Rabanus super Matth.16. Esuriui & non dedistis mihi manducare, &c.

Raptus.

Raptus est ereptio & violẽtus illicitus cõcubitus, D.Tho.2.2.q.154.artic.8.

Raritas.

Raritas est cuius partes à se inuicem distãt. Aristot.in Prædicamentis.

Raritas est id, quod crebro non fit, & ideo præstans est, D. Tho. super distinctione Sententiæ, 2.distinct.30.q.2.artic.1.

Rata.

Rata haberi non debent gesta in fraudem, l.1.in principio, ff. Quæ in fraud. credito.& l. 1.Cod.de debito. ciui. c.Ex tenore, ext. de rescript. sic etiam habet D. Petr. Antibolus in tract.De munerib.fol.20.num. 110.

Ratihabitio.

Ratihabitio iudicium nullum cõfirmat, l.licet, ff.de iudi. l. 3. §. falsus, ff. Rem ratam habe.sic habet D Bartho.Brixiensis, in tracta. Quæstionum venerialium, fol. 69. verso, q. 41.n.2.& q.43.per totum.

Ratio.

Ratio est aspectus mentis, quæ bonũ malũmq; discernit, virtutes eligit, Deum diligit.D. August De spiritu & anima.

Ratio est natura intellectualis obumbrata, D. Tho.1 Sentent.distinct.3 q.4.

Ratio est pars prudentiæ discurrens intellectualis, quo applicantur vniuersalia principia agendorum ad particularia varia & incerta agibilia. Macrobius ex Platone.

Ratio est motus animi vera à falsis distinguens, Mirabellius in Polyanthea.

Semper ita viuamus, vt rationem nobis reddendam arbitremur. Lactantius Institutionum.6.cap.4.

Sola ratio est incommutabilis & iudicii tenax; non enim seruit, sed imperat sensibus, Seneca.

Bona illa sunt vera, quæ ratio dat. cætera opinione bona sunt. Senec.epist.76.

Ama rationem. Huius enim amor contra durissima armabit. Senec.epistol.77.

Nam cum sola ratio perficiat hominẽ, sola ratio perfecta beatum facit. Idem Seneca.

Homines ratione, & intellectu vigentes naturaliter domini sunt, & rectores aliorum, Aristot.1. Politicor.

Ratio naturalis est clypeus legis, Bald.l.1. §.1.in 2.notabili, C. de caduc. tollend.& natura norma legis est, Cicero 2.De legib Plura de natura supra dixi. & plura licet videre de natura & ratione apud D.Ioannem le Cirier, in tracta. de primogenitura, fol. 151. num. 17. ibi etiam in fine docetur. quod duæ vel plures rationes vincunt vnam. Specula. in titu. De feu. §.2.ver.16 Baldus in l.1. ver. sed contra, C. de legiti. hæred. Panorm. in c.Suggestum, in fine, de iure patronatus, D. Iason in l.Reconiuncti ff. de lega.3. hanc opinionem consuetudo amplectitur, quæ est optima iuris interpres vulgatis iuribus.

Ratio ciuilis non potest perimere naturalem, §.1 distinct.5.& l Eos, ff. de capi. diminuti. §. Sed naturalia, Institu. de iur. naturali. Ideo non licet defensiones, quæ sunt à iure naturæ, constitutionibus tollere, Cle. Pastoralis.de re iudica.& l.Prohibitum, & l. facultas, C.de iure fisci. lib. 10. Sic habet D. Anto. de Rosellis in tracta. De Conciliis, folio 120. verso, §.13. num.1.

Ratio est anima legis, & anima legis dicitur, l. Quod dictum, ff. de pact & strictius est obseruantia, quam ipsa lex, Baldus in l. Quicunq;, C. de seruis fugi & in l. Non dubiũ, scolu C de leg.& l Si quis seruo, C.de furt. vbi ait, quod ratio est sicut anima, & verba sicut superficies, & dicit in l. Non dubiũ, C. de leg. quod est spiritus viuificans legẽ omne dictũ & factũ faciens ratum & firmũ. & Abbas in Cõsilio 1. in primo volu. idẽ dicit & Bald. in l.Nemo, C de senten.& interlocut. omnium

iudi-

iudicum. narrat Francos semper allegare rationem & dicere, sic est ratio legis, & non sic est lex. Plura hac de re percurrit D. Franciscus Ponz inibius in tract. De Lamiis. f. 137. n. 28.

Sicut dux est seruator exercitus: sic ratio eruditionis vitæ est dux animæ. Aristoteles ad Alexandrum.

Lex vera atq; princeps apta ad iubendū & ad vetandū est ratio recta. Cic. De legib.

Ratio pędagogus est.

Sed præsto est domina omniū & regina ratio, quę cōnexa per se & progressa longius fit perfecta virtus. Cic. 2 Tuscula. quæstionum.

Rationis perfectio est virtus. Cicero De finibus bonorum 4.

Ratio est obex & obstaculum iræ.

Ratio est frenum constitutionis.

Ratio castigat, nunquam mentitur, tristitiā leuat, terrorem pellit, tranquillat animū, iram compescit, loco non clauditur.

Par ratio, par ius habet.

Ratio mentium dispar.

Ratio duorum habet aduersarium.

Eos qui ratione vtūtur, & cum hac omnia agunt, laudamus. Aristot. ad Alexandrum. vbi contra agentes bestiales odimus.

Nihil autem potest esse diuturnum, nisi cum subest ratio, Q. Curtius de gestis Alexādri Magni, lib. 4.

Ratio pudoris habenda est.

De omni verbo ocioso reddenda est ratio. D Paulus.

Rationi consentaneum est, beneficii accepti memoriam habere.

Hominum genus rationibus & arte viuit. Aristot. 1. Metaphysico.

Ratio semper deprecatur ad optima. Aristot. 1. Ethicorum.

Fortes enim non modo fortuna adiuuat, vt est in veteri prouerbio, sed multo magis ratio, quæ quibusdā præceptis cōfirmat vim fortitudinis. Cicero 2. Tuscula. quęstionum.

Irrideat si quis vult, plus apud me vera ratio valebit, quam vulgi opinio.

Ratio de secretis Dei non reddenda, c. Si quādo, ext. de rescript. & D. Feli. super præfatum capitulū. Si quando, colum. 6. vers. circa reddenda. sic enodat D. Ioa. le Cirier, in tract. de primogenitura, fol. 191. n. 21.

Ratio vnica in statuto habetur pro expressa, l. Quamuis, C. de fideicommiss. Sicut annotat D. Ioannes Campesius in tract. de Dote. fol. 137. num. 6 q 24.

Rationis vsus ad alimenta prouidus est. Sic habet D. Ioan. à Lignano in tracta. De Amicitia. f. 13. §. Surgit, num. 4.

Rationibus terminorum ignoratis impossibile est intelligere cætera. Sic habet D. Thomas de Vio in tracta de monte pietatis, fol. 196. c. 4. num. 1.

Rationabilis.

Rationabilis voluntas per omnia est seruāda, c. Vltimo, 13. q. 2. & l. 1. C. de sacrosanct. eccles. & c. Tua, de testament. Plura vide apud D. Petr. de Vbaldis, in tracta. de Canonica episcopali & parochiali, folio 173. verso, n. 15. circa medium.

Reatus.

Reatus est obligatio ad pœnam propter peccatum, D Tho. 2. Sententiarum, distinct. 30. q. 1. artic. 2.

Reatus sumitur pro pœna, aliquando pro culpa, nam est media inter vtrunq;. Teste D. Thoma vt supra.

Rebellis.

Rebellem non reuelans pœna relegationis punitur, l. Metrodorum, ff de pœnis. Hūc textum allegat Romanus in vltima charta suorum singularium. & D. Ludouic. Montaltus in tractat. de Reprobatione sententiæ Pilati, fol. 186. n. 16.

Rebelles sunt extra legis protectionē. Vide C. de nat. libe. per Cynum ibi cassentur. Plura vide apud D. Baldum de Vbald. in tracta. De Pace Constantiæ, fo. 76. n. 38.

Rebellium consuetudo & statuta non valent, & hoc in odium illorum. vt Baldus in l. 2. C. quemadmo. testa. aperi.

Receptator.

Receptatores æquali pœna puniuntur cũ receptatis. Receptatorum genus est pessimũ: nam sine illis nemo diu latere potest, & perinde debent puniri sicut latrones, l. finali, ff. de receptatorib. & l. Congruit, de offic. præsidis. Amplius lege D. Hugonem in tractat. de officio quatuor prælatorum, folio 38. §. Sed decet, num. 3.

Recessus.

Recessus à iure communi censetur odiosus, quia stricti iuris, c. 1. & 2. de iure patrona. & c. Quod dilectio. de consangui. & affinita. & glos. in c. Ordinarii, De offic. ordina. Sic adducit D. Paulus de Citadinis in tracta. de iure patrona. f. 45. num 6.

Reconciliatio.

Reconciliatio est reparatio amicitiæ, D. Tho. 4. Sentent dist. 15. q 1 artic. 5.

Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens munus offer. Matthæi 5.

Frustra propitiari sibi Deum quærit, qui cito placari in proximum negligit. Isidorus, De summo bono.

Rectum.

Rectum est iudex obliqui. vt ait D. Ioan. Nider in suo tractatu De contractibus mercatorum, fol. 167. num. 10.

Recusatio.

Recusatio & appellatio pari passũ ambulant. vt notat Lapus in allegationib. suis allegatione 1. Notatur in c. cum speciali. de appellat. sic habet D. Barbatia in tracta. de præstantia Cardinalium, fol. 65. num. 2.

Redhibitoria.

Redhibitoria non datur pro vna spatula porci vel pro re minima, l. Si tamen, § si ff. de ędili. edic. nec pro vitiis paruis, l. Cui dens abest, & l. 1. §. Proinde, ff. de ędili. edicto. sicut disputat D. Anto. Corsetus in tractatu de Minimis, folio 86. verso, num 5.

Redimere.

Redimendi ius conuenit socio rei cõmunis, vt c. Constitutus de restitu. in integrum, & l. In officium, C. de rei vendica. vt testatur D. Matthæus ab Afflictis in tract. de iure protomiseos, f. 146. verso, num. 17.

Redimens aliquem ab hostib. repetit precium, l. Liber captus, Cod. de capti. vt allegat D. Baldus Nouellus in tracta. de dote, fol. 7. verso, num. 8.

Regere.

Regere seipsum summa sapientia est vt patet per Philosophum. & attestatur D. Franciscus Ponzinibius in tracta. de Lamiis, folio 137 n. 24.

Regio.

Regio vel regnum diuisionem vel sectionem non patitur, secundũ Innoc. in c. Licet, De voto. Sicut habet D. Nicol. Boer. in tracta. de ordine graduũ vtriusq; fori, f. 77. nu. 8.

Regnum.

Regna sine iustitia dicuntur magna latrocinia, D. Ambros. Quid sunt regna remota iustitia, nisi magna latrocinia? Sic allegat D. Magister Rauaudus in tracta. de Speculo iudicum, fol. 89. num. 33.

Non parcit populo regnum breue. vt vulgo dicitur.

Regnum aut regimen illius tutum futurũ est, qui multorum corda possidet.

Regula.

Regula prohibitiua potius attendenda, quam permissiua. cum sunt duę regulę, quarum vna est permissiua & altera prohibitiua vt l. Tutor. & ibi Barto ff de suspect. tutorib. & Baldus in proœmio Decretorum, columna 3. dicit. Quod potentius est quod prohibet, quã quod permittit, per l. Sabinus, ff. cõmuni diuidun. & Iason post doct. in l. Si Ruffinus, C. de testa. milit. vt habet D. Ioan. le Cirier in tract. de primogenitura, fol. 147. n 19.

Regulis standum, donec de exceptione appareat. vulgo traditur, Regulę stãdũ tanquã expedito iuri, donec de exceptione appareat, hoc est, donec expressus casus allegetur in cõtrarium, Barto. in l. Quoties, ff. si quis cau. Abbas in c. Ad naturã, & c. Cõsuluit 1. de appellat. vt habet D. Vdalric. Zasius in tracta. de substitut. fol. 97. num. 3.

Religio

Religio.

Religio est cura & ceremonia diuinæ naturæ, Cicero 2. Rhetor.

Religio est cultus diuinus, vel religatio animæ ad Deum, vnde peccato se separauerat, D. August. de ciuitate Dei & Bonauentura, 1. Sententiarum, distinct. 9. q. 2. art. 3.

Si quis putat se religiosum non refrenans linguam suam à malo, sed seducẽs cor suum, huius vana est religio. Religio munda & immaculata apud Deum hęc est: Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorũ, & immaculatum se custodire ab hoc seculo, D. Iacobus 1. cap.

Religio esse non potest, vbi nullus metus est, Lactant. de ira Dei, cap. 11.

Vt religio est propaganda, quę est coniuncta cum cognitione naturæ, sic superstitionis omnes stirpes eiiciendæ, Cicero de Diuinatione.

Religio careat mundo & rebus mundanis, Ioann. 17. quia non sunt de mundo, & vt ait gloss. Matthæi 4. super illud, Ductus est Iesus in desertum, & Matthæi 19. Nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Plura vide apud D. Ioan. Lucam in tractat. de matrimonio & legitimatione, folio 102. num 38.

Pro religione & loquere & disce, Menand.

Cultus autem Deorum est optimus idemque castissimus atque sanctissimus, plenissimusque pietatis vt eos semper pura, integra, incorruptaq; mente & voce veneremur, Cicero de natura Deorum, 2 lib.

Nec enim superstitione tollenda religio tollitur, Cicero de Diuinatione.

Publica religione consecrata virtus nulla priuata laudatione indiget, Valerius Maximus lib. 3.

Pœna violatæ religionis iustam recusationem non habet, Cic. De legib.

Religiosus.

Religiosi sunt qui facienda & vitanda discernunt, Macrob. Saturnalium 3.

Religiosi in sua vocatione persistant, c. 1. 21. q. quia cum isto onere ac conditione se dedicauerunt monasterio, vt habet D. Ioannes Lupus, in tractatu de libertat. Ecclesiastica, fol. 145. n. 9.

Reminiscentia.

Reminiscentia est inquisitio eius quod à memoria excidit, D. Thom. 1. parte, q. 78. articulo 4.

Renunciatio.

Renunciatio est reputatio legitima scienter facta proprii iuris, vel suæ rei, c. Quam periculosum, 7. q. 1.

Res.

Res aliena prius reddenda, quam creditori soluendum, l. 2. § Mutuum ff. Si certum peta. Sic allegat D. Ioan. à Lignano in tractatu de Amicitia, fol. 13. num 8.

Rem alienam donare ius est principis; quia quantumcunq; aliena sit, ipse tamen est dominus, & ad proprietatem, & maius dominium, & iurisdictionis defensionem. Sicut allegat D. Ioannes Franciscus Balbus in tractat. de Præscriptionib. fol. 287 n. 8.

Rem alterius auferre speciale est in Imperatore, l. Id quod nostrum, ff. de regul. iuris. Sic dicit D. Baldus de Vbaldis in tract. de Pace Constantiæ, fol. 79 n. 99

Res de facili ad suam naturam redit, c. Ab exordio, 35. distinct. & l. Si vnus, §. Pactus ne peteret, ff de pact.

Res communes negligi naturale est, & cõmunio, vt plurimum discordiã parit, l. Cum pater, §. Dulcissimis, ff. de lega. 2. Sicut docet D. Anton. de Rosellis, in tractat. de Conciliis, fol. 119. § 7. n. 2.

Rescriptum.

Rescriptorum par est conditio, scilicet falso confitentis, l. In iure interrogatus, & l. de ætate, §. 1. & §. In hoc, & §. Qui interrogatus, ff de interroga. actionib. Plura vide apud D. Iacobum de Arena in tract. Positionum, fol. 59. verso, n. 44.

Rescriptum reprobatur in quo falsa latini-

tas reperitur, vt c. Ad audientiam, extra, De rescript. & vide D. Nepotem à Montalbano, in tract. Exceptionũ, vbi omnes exceptiones rescriptorũ enarrat, fol. 164. verso, art. 1. n. 10.

Nullum rescriptum debet valere nisi subscriptum.

Rescriptum impetratum in fraudem Reipublicæ non valet neq; tenet, vt l. Authoritate, C vnde vi.

Rescriptum principis ad nullius tendat præiudicium, Idem.

Rescripta impetrata ad vexationem & extra prouinciam non valent, Ibidem.

Respondere.

Respondere per verbum dubitatiuũ philosophicum est, vt per verbũ forte, vt inquit gloss. in l. Cum res, §. Sed si Stichum, ff. de legat. 1. Sicut allegat D. Ioan. Franciscus Ponzinibius, in tract. de Lamiis, fol. 138. n. 35.

Responsio.

Responsio debet concordare cum positione. Nam si super vno fit positio, & super alio fit responsio, talis responsio nulla est, & habetur ac si responsum non esset, l. Si defensor, § finali, ff. de interrogato. actionibus. Ita tenet D. Iac. de Arena in tract positionũ, f. 59. n. 29.

Respublica.

Respublica præfertur caritati liberorum.

Præferre patriam liberis decet Regem, Seneca Tragœdia 6.

Respublica tenetur præmio & pœna.

Respublica periret, imo mundus, nisi per religionem staret & iustitiam.

Respublica habet fundamentum suum iustitiam.

Respublica gubernatur tribus concurrentibus, cura custodiæ, vrbis & ædium: cura ærarii: cura rerum necessariarum, vt hæ sint in copia. Sicut M. Rauaudus dicit Tullium allegans in tracta. Speculi iudicum, f. 89 n 39.

Respublica cõseruatur literis & armis, itaq; hęc nobilitati cõueniunt, initio Institutionũ.

Respublica potius regitur per diuites, quã per pauperes.

Respublica si geritur aut administrat[ur] causa diuitiarum est, damnabile.

Respublica dignior re priuata.

Res priuatæ non subsistunt sine reipublicę subsistentia, cui communitas debet assistere.

Oportet priuatis vtilitatibus mortalibus æternas anteferre, multoque diligentius suo muneri cõsulere, quam facultatibus, Plinius epistola septima.

Respublica destruitur imprudẽti vel iuuenili consilio, priuato commodo, latente odio.

Respublica Romana dominium obtinuit sano consilio, secreto consilio, dictis & fide pertinaciter inhærendo.

Rempublicam studio adiuuare & prodesse est philosophiæ fructus.

Reipublicæ vsus est, leges esse omnib. communes D. Ambros. Homilia 5.

Respublica felix resplendens multis ornata concionibus, Cassiod. 6. lib. epist. 11.

Rempublicã quæstui habere turpe est, Cic.

Respublica suitatem tollere potest & eius authoritas, c. Sciant, 7. q. 1. vt habet D Laurus de Palatiis in tracta. de successione masculorum, fol. 47 num. 32.

In republica sunt licita, vtilia, possibilia, practicabilia.

Restitutio.

Restitutio in integrum non datur ex ignorantia crassa & supina, vt dicit Ioan. de Imola in Repetitione c. fina colum. 49. versic. sed hic est aduertendum, ext. de præscriptionib. Romanus consilio 127. incip. Posito quod dicunt ad finem, vt citat D. Mart. Laudensis in tractat. de Monetis, fol. 5. num. 17.

Retro.

Retro non trahuntur quæ valẽt ex tempore, c. 1. de rescript. §. vnde, Institut. de milit. testa. & l. Tribunus, ff de milita. testa Plura vide apud D. Anto. de Rosellis, in tracta. legitimationum f 90. verso, num. 25.

Reuelare.

Reuelans secreta in damnum principis hostibus capite punitur, l. Omnes exploratores ff. de

ff de re milita. Reliqua vide D. Martinũ Laudensem in tracta. de crimine læsæ maiestatis, fol 125. q. 49.

Reuerentia.

Reuerentia summa excusat, sicut & superioris mandatũ, c. cum inter R. Seniorem, de elect. & l. Penultima, aliàs antepenultima, ff. furt. Sic habet Dominus Barbatia, in tractat. de præstantia Cardinalium, f. 53 n. 3.

Reuisores.

Reuisores rationum possunt absentẽ condemnare, l. 1 ff. de administ. re. ad ciuit. pertinentium, vt allegat D. Angel. de Perusio, in tractat. de Syndicatu, fol 135. num. 6.

Reuocari.

Reuocari nil debet ex officio nisi in causa ordine iudicario hoc fuerit probatum, c. Significante, extr. de appel. vt habet D. Guido Papa, in tract de appellationib. fol 194. n. 19.

Reus.

Reus est fauorabilior quã actor, l. Fauorabiliores, ff. de reg. iuris, & l. Arian' ff. de actionibus, & obligat. vt notat D Baptista à sancto Blasio, in tra. de Correlatiuis, f. 34. verso, n. 41.

Rex.

Rex est Monarcha in suo Regno, c. licet, de voto. Sicut docet D. Ioan Montaig in tracta. de Authoritate conciliorum, fol. 80. n. 59.

Rex vel Princeps debet viuere secundũ leges, quod ex legibus pendet eius Authoritas, Bald. in l. Digna vox, C. de legib. vbi de debito honestatis princeps legib. esse subiectus dicitur, & parib. licet iudicare non imperare.

Rex dicitur lex animata regno suo, Bartol. in Repertorio

Rex verus imago Dei: Rex tyrannus imago Diaboli.

Rex & populus corpus vnum.

Rex iustus est melior, quam lex iusta pro populo.

Rex sine virtute non dicitur Rex.

In principibus veritas firmior esse debet, quam in aliis.

Reges prius fuerũt quam leges, Ant. Corset. Sicul. in tracta. de potestate & excellentia regis.

Reges sunt ministri Dei in terris. text. coniuncta gl. in l. Ex hoc iure, versic. Regna condita, ff. de iustic. & iure. Plura vide apud D. Corsetum, de potestate Regia, fol. 85 n. 2.

Rex potest plus, quam lex communis vel consuetudo in regno, Innoc. de fide instrum. cum §. Tabellio, & manu regia, id est, arbitrio regis omnia gubernantur, vt idem Corsetus habet præfato tractatu.

Rex aut Princeps quod facit dicitur facere populus.

Rex vnus magis esse expedit, quam plures.

Rex senior magis expedit regno.

Rex vt & princeps rationi obedire debet.

Principem vel Regem conuentiones cum sint bonæfidei, fidelissime decet seruare.

Rex sine sapientibus deficit.

Rex aut Princeps est Dominus omnium rerum, quo ad protectionem videlicet.

Nouus rex noua lex, Æneas Syluius.

Reges subsunt Papæ, Bart. in Repertorio.

Rex vel Princeps ius diuinum tollere non potest, nec lex Imperatoris est vltra legem diuinam.

Rex solium, doctor cathedram, iudexque possidet ac sedem præsul, prætorq; curule.

Regi debetur legum custodia.

Regis officium & iustitia est parcere subiectis, & debellare superbos, Virgilius.

Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis, Ouidius.

Regis officium malos vindicare, bonos laudare, Bart. in Repertorio.

Rex aut Princeps ad vindictam nõ facilis.

Rex sit largus, beneficus, liberalis. prudẽs, deuotus, probus, iustus, humanus, diligens, modestus, fortis.

Rex laudatur ex sapiẽtia, veritate, iustitia, pietate, clementia, affabilitate, fide, fortitudine, magnanimitate magnificentia, liberalitate, modestia, castitate, continentia, Bartholom. Chassan. in Catalogo gloriæ mũdi.

Regis & regni custos est amor populi.

Desperatio aut furor populi est ꝑditio regni.

Medicamen sine veneno: si vis amari, ama.

Qui in libera ciuitate ita se instruunt, vt metuantur, his nihil potest esse dementius.

Malus est custos diuturnitatis metus, contraque beneuolentia vel fidelis vis ad perpetuitatem.

Beneuolentia vis magna est, metus inbecilla.

Nulla vis imperii tanta est, quæ premente metu possit esse diuturna, cur igitur metui magis, quam chari esse & diligi malumus?

Qui se metui volunt, à quibus metuentur, eosdem metuant ipsi necesse est, Cicero in Offic.

Quem metuunt oderunt, quem quisque odit, periisse expetit, ibidem.

Multorum odiis nullæ opes possunt subsistere.

Principis mens vel regis talis esse debet, qualis est legum candor & rationis naturalis integritas.

Regis proprium donare, Bartolus in Repertorio.

Donationes principum maxime remuneratoriæ non possunt ex post reuocari aut modificari, Bald in l. Qui se patris, Cod. Vnde liberi.

Regis proprium liberalitas. D. Hieron.

An nescis longas regibus esse manus?

Rex vel Princeps non debet dare officiũ semel delinquenti in officio, Bald. in l. Qui se patris, C. Vnde liberi.

Rex vel Princeps sine causa dispensans peccat.

Rex vel Princeps nemini gratiam concedere debet in iniuriam tertii.

Quidquid delirant reges plectuntur Achiui, Horat. 2 epist. lib. 1.

Reges corruptos hypocritas, tyrannos permittit Deus sæpe ad vindictam scelerum populi, & Iob 34. cap.

Rex immoderate donans iura regni contra venire potest, secundum Paulum de Castro in Consilio 72. vt habet Dominus Ioan. Bertach. in tracta. de Episcopis, f. 107. n. 118.

Rex sine virtute non dicitur rex, Aristot. 1. Politicorum, & Ioannes à Lignano in tracta. de Amicitia, fol. 11. §. Dictum est, n. 4.

Rex super abusibus intendat, & iudices super abusibus constituat, vt vult D. M. Rauaudus in tractatu Speculi iudicum, folio 89. num. 46.

Rex in regno sit pacificus tanquam hæres Christi, vt Panorm. ait in procemio Decretalium, in verbo Rex pacificus, & debet defendere ecclesiam, alioqui possit à regno deponi, c. Venerabilem, de elect. & c. Principes, 23. q. 3. Plura de officio regis vide apud D. Ludouicum Montaltum in tract. de Reprobatione sentent. Pilati, fol. 186. n. 4.

Regi pacem non seruanti debet curator dari, tanquam ipse non sit dignus administrare, vt declarat præfatus Ludouicus Montaltus in tract. de Reprobatione sententiæ Pilati, fol. 187. verso, num. 11.

Rex regnum non potest subdere seruituti, vt Oldradus in consilio 231. Incip. vt eius de quo quæritur, aliqualis notitia habeatur, in fine, in versic. 3. Vidẽdum est, vbi dicit quod pacta inita inter Iacobum Regem Maioricarum ex vna parte, & Iacobum regem Aragonum ex altera parte, per quæ regnum Maioricarum est suppositum seruituti, non tenuerunt. Copiosius hoc exponit D. Corsetus Siculus in tract. de potestate regia, folio 111. num. 61.

Rex est quilibet in domo sua, sicut ait rusticus Ricardo Angliæ regi alapam dans, dicensque: Quilibet rex est in domo sua. Plura vide apud D. Ioan. le Cirier in tractat. de Primogenitura, fol. 145. verso, n. 11.

Rex insipiens est denarius ęneus in computo mercatorum, vt notat Albericus in suo Dictionario, post Egidium Romanum in suo tractatu, lib. 2. cap 7. de Regimine princip. Sicut allegat D. Ioan. le Cirier, in tractatu de Primogenitura, fol 183. verso, num. 14.

Rigor.

Rigor relaxatur vbi strages timetur, c. vt conti-

constitueretur, 50. dist. & ibi glos. vt habet D. Paulus de Citadinis in tracta. De iure patro. fol. 53. n. 30.

Roma.

Roma est communis patria, l. Roma, ff. Ad municipa. vt habet D. Anto. de Rosellis, in tracta. De Conciliis, fol. 85. n. 3.

Romana ecclesia dicitur fiscus. vt notat. in c. Quia diuersitatem. in glos. antepenultima, De concessione prębendæ. vt tenet D. Pet. de Vbaldis in tractat. De canonica episcopali & parochiali, fol. 157. verso, n. 39.

Rumpi.

Rumpi non potest, quod nullum est, l. 1. ff. de iniust. rup. & irri. test. & l. Si post mortem, §. finali, ff. de bono. posses. contra tabulas. vt habet D. Paulus Grillandus in tracta. de pœnis omnifariam coitus, fol. 225. q. 24. n. 2.

Rusticus.

Rusticum non excusat ignorantia iuris, in his quæ fiunt ad conseruandũ iuris rigorem, l. Ambiguitate, & ibi Docto. & glos. Cod. de testa. Bald. & Paul. de Castro in l. Iuris, C. de iuris ignoran. & ibi dicit Baldus, Emissionẽ formæ à rustico factam vitiare, licèt per errorem omissa sit. Nec rusticitas excusat in his, quæ sunt contra honestatem. secundũ Bald. in l. Quicunque, C de seruis fugiti. Plura vide apud D Bertach. in tracta. de Episcopis, fo. 110. num 204.

S

Sacerdos.

Sacerdos est homo Deo dicatus ad faciẽda sacrificia, qui in ecclesia personam Dei gerit. c. Sceleratior. de pœniten. distinct. 3. vt habet D. Anton. de Rosellis, in tractat. de potestate Imperatoris & Papæ, folio 34. §. Sacerdotium, num. 3.

Sacerdotes qui accedunt ad Dominũ, sanctificentur. Exod. 19.

Si sacerdos est, sciat legem domini, si ignorat legem domini ipse se arguit nõ esse sacerdotem. Sacerdotis Domini est scire legem, & ad interrogata de lege respondere, D. Hiero. super Aggæum prophetam.

In sacerdote periculosum, & turpe veritatem non libere pronunciare, D. Ambrosius ad Theodosium.

Multi sacerdotes, & pauci sacerdotes. multi nomine & pauci re. Chrysostomus super Mathæum

Quis est homo tanta violentia, vt qui sacerdotem violare audeat. Plautus in Rudẽte.

Sacra aut religiosa vendicare nõ possunt. sed nec liberi nostri, nisi adiecta causa. vt est ex iure Quiritum, l. 1 § Per hanc autem, ff de rei vendica. Sicut allegat D. Placentinus in tractat. de rerum venditionibus, folio 119. verso, num. 4.

Sacramentum.

Sacramentum est iusiurandum per sacra factum, sic est sacramentum militare.

Sacramentum est mysterium. vnde Sapientiæ 2. Nesciuerunt sacramenta Dei.

Sacramentum est signum rei sacræ visibilis, forma inuisibilis gratiæ Dei, Augusti. & Hugo de Sacramentis.

Sacrificium.

Sacrificium est sacrum factum in honorem Dei ad placationem ipsius, D. Thom. 2. 2. q. 80. articu. 4.

Sacrilegium.

Sacrilegium est sacræ rei violatio, vel vsurpatio, D. Tho 2. 2. q. 99.

Sacrilegus.

Sacrilegus dicitur qui Deo mẽtitur, c. Serpens, de pœniten. distinct. 1. & ibi glos. Idem dicit in mentiente Papæ, & quod sacrilegiũ tanto maius quanto digniori personæ committitur. vt agit D. Lud. Montaltus in tracta. de reprobatione sententiæ Pilati, folio 180. verso, num. 51. Hinc est quod impetratio habita mediante mẽdacio nullius est momẽti.

Sal.

Sal vendere sine licentia principis nemini licet, aliàs cadit in commissum sal vẽditum,

z

& debetur officialibus, l. Si quis, & ibi Docto. & Salic. C. de vectiga. & commiss. vt allegat D Bertach. in tracta. de gabellis & vectigalib. fol. 67. verso, n. 33.

Salus.

Salutem propriam cuique tueri licet, l. vt vim, ff. de iustitia & iure. Ideo iustè Romani iniquos reges expulerunt. vt pluribus docet D. Anto de Rosellis in tracta. de potestate Imperatoris & Papæ, fol 45. verso, n. 11.

Sanctificatio.

Sanctificatio est munditia à peccato, & cōfirmatio in bono, vel deputatio in cultum Dei, D. Tho 2. 2. q 81 artic. 8.

Sanctitas.

Sanctitas est scientia colendi Deos. Cicero 1. De natura deorum.

Sanctitas est virtus faciens homines fideles & seruantes ea, quæ ad Deum sunt iusta. vt Andronicus ait.

Sanctitas est munditia immaculata, D. Dionysius Areopagita de Diuinis nominib. & D. Tho. 1. Sentent. 10. q. 4. artic. 4.

Nullus sanctus & iustus caret peccato, nec tamen ex hoc desinit esse iustus, vel sanctus, cum affectu teneat sanctitatem. August. de diffinitionibus.

Quæ est ista iustitia sanctos colere, & sanctitatem contemnere. primus gradus pietatis est sanctitatem diligere Chrysosto. super Matthæum.

Sanctus.

Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester. Leuitici 19.

Viua enim lectio est vita sanctorum, D. Gregorius Moralium 24.

Sapiens.

Sapiens autem semper beatus est Sapientē ipsa natura locupletat. Cic de finib.

Sapiens non cōturbat publicos mores, nec populum in se vitæ nouitate conuertit. Sen. ad Lucilium, epist. 9.

Consilium semper à sapiente perquire, Tobiæ 4.

Sapiens nusquā solus esse potest D. Hieron.

Sapiens non metu frangitur. Ambrosius in epistola ad Simplicium.

Sapienti nihil alienum, nisi quod virtuti incongruum, D. Ambros. in epistol. ad Constantium.

Sapiens instrumentum solemnisare potest, substantialia vero non poterit sapiens minuere nec addere, l Si mandato Titii, §. fina. cum ibi notatis, ff. mandati. vt probat D. Ioannes à Grassis, in tracta. de substantialibus procuratorii, f 87 num. 1.

Sapientia.

Sapientia est scientia rerum mirabilium, Aristot. 1. Rhetor.

Sapientia est cognitio primarum & altissimarum caussarum, Arist. 1. Metaph.

Sapientia est scientia & cognitio rerum diuinarum humanarumq;, quę causa rei cuiusque fit. Cicero in Tusculanis.

Initium sapientiæ timor Domini. Prouerb. 1 3. 4. 7. 8. 10.

Sapor.

Sapor est passio humidi à sicco mediante calore alteratiua gustus de potentia ad actū. Aristot. de sensu & sensato.

Scandalum.

Scandalum est dictum factumve minus rectum, prębens alteri occasionem ruinæ. D. Tho. 2. 2. q. 43.

Scandalum vtilius nasci, quam virtutem amittere. c. Qui scandalizauerit. de reg iuris in antiquis, & D. Paulus de Citadinis in tract. de iure patronatus, fol. 53. num. 33.

Scandala vitanda sunt, c. Studendum, 90 distinct & c. Ad apostolicæ de re iud c. Plura vide apud D. Ioan. Lupum, in tracta. de confœderatione principum, fol. 147. num. 14.

Scholaris.

Scholaris lusor raro ad bonam frugē peruenit. vt demonstrat D. Baptista Caccialupus in tract, de Ludo. fol 194. n. 16.

Scientia.

Scientia est habitus demonstratiuus vel est de-

est determinatio intellectus ad alteram partem cum certitudine. Aristot. 6 Ethic.

Scientia inflat, charitas ædificat, 1. Corinthiorum 8.

In multa scientia multa indignatio, 1. Corinthiorum 1.

Sciens.

Scienti non subuenitur, sed ignoranti, l. 2. ff Quod cum fals. tuto. & c. Apostolicæ, De cleri. excommunica. & c. Cum non ab homine, & c. Cum desideres, de senten. excommunica. vt habet D. Ioan. Calderinus in tract. de interdict. fol. 6 verso, num 78.

Scienti & consentienti non fit iniuria neque dolus, de re iudicata libr. 6. vt succincte innuit D. Anto Archiepiscopus Florentinus in tract. de vsuris, fol. 210 n. 37.

Schisma.

Schisma est separatio ab vnitate ecclesiæ, renuēs subesse Papæ & communicare membris ecclesiæ, D Tho 2 2. q 39. artic. 1.

Scriptura.

Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est 1. Timothei 3.

Quæcunq, scripta sunt, ad nostram vtilitem scripta sunt, Romanorum 15.

Scriptura & creatura ad hoc sunt vt Deus quæratur, & diligatur, vt qui illam creauit & illam inspirauit, D. Augusti de trinitate.

Qui nescit scripturas, nescit Dei virtutem, eiusq; sapientiā: ignorantia scripturarū ignorantia Christi est, D Hiero. super Esaiam.

Scriptura sacra aliquando nobis cibus, aliquando potus est, D Grego. 1. Moralium.

Scripta diserta manent.

Quod viuus videntib. hoc mortuus in scriptis legentib. dat publicæ virtutis incentiuū.

Scriptura est ad memoriā & probationē, l. Cōtrahitur, ff de pigno. vt allega. D. Anto. de Cana. in tract. de Insinuationib. f. 160. n. 39.

Scurrilitas.

Scurrilitas est iocularitas ex defectu rationis, non valentis cohibere gestus exteriores, D. Tho. 2. 2 q. 48. artic. 6.

Secretum.

Secreta principum non sunt manifestāda, Odofred. in Extrauaganti. De pace Constantiæ. circa finem, & D. Martinus Laudens. in tract. de princip. fol. 107. verso, q. 190.

Secundum.

Secundū peti non debet nisi obtento primo. vt allegat D. Laurentius de Rodulphis in tracta. de vsuris, fol. 143. verso, n. 15.

Securitas.

Securitas est quies animi perfecta à timore remota, & est quasi fortitudo. D. Tho. 2. 2. q 129 artic. 7.

Securitatis magna portio est, nihil iniquè facere. Seneca.

In ipsa securitate animus se ad difficilia præparet. Sen. epistola 23.

Securitas est legitimum præsidium.

Securitas eundi in se redeundi tutelam continet.

Securitas tollit plenam causam timoris.

Securitatem petens totam & perfectam petiuisse intelligitur.

Securitate superflua non est vtendum, l. Non cogendū, ff de procurato. & l. stipulatio. §. Diuus, ff. vt le. no. caue. Sic tenet D. Guiliel. à Cuneo, in tract. de Securitate, f. 42. n. 5.

Securus.

Secura mens quasi iuge conuiuiū. Prou 15.

O vita secura vbi conscientia pura.

Sedens.

Sedens dicitur magis honorari quā stans. vt not. Bald. in l. Quoties, C. vbi Senatores vel cla per textum in verb. Sedendi. Sicut habet D. Nicolaus Boerius in tracta. de ordine graduum vtriusq; fori. fol. 74 num. 9.

Seditio.

Seditio est mutua impugnatio inter partes multitudinis vel præparatio ad pugnam, D. Tho 2. 2. q. 42, artic. 1.

Seditio est tumultus ad pugnam, vbi est multitudo hominum, vt in campo, classe, exercitu, schola, vrbe.

Seditio est graue & enorme crimen ex quo

oriuntur homicidia, adulteria, omnis generis vitia.

Seditio generatur per proprii cõmodi procurationem.

Seditionis authores illaqueandi furcis.

Seditio & discordia generatur si aliis alleuiatis alii minus in collectis grauentur.

Seditiosus.

Seditiosus & Rebellis statim puniatur, c. Mala consuetudo, 8 distinct. sic adstruit D. Ludo. Montaltus in tract. t. de reprobatione sententiæ Pilati. fol 186 n. 20.

Segnities.

Segnities est timor futuræ operationis, vel est fuga operationis ex timore laboris, Diuus Thom. 1. 2. q. 41. artic. 4.

Semel.

Semel malus semper præsumitur malus, l. Siue possidetis, C. de probat. Sicut plene docet D. Ambrosius de Vignate in tract. de Vsuris fol. 169. n. 36.

Senectus.

Senectus est occasus vitæ, vel ætas vltima, durans quantum aliæ ætates, D. Tho. 4. Sententiarum, distinct. 43 art. 3.

Time senectutem. non enim venit sola.

Nõ spernas hominem in senectute, Ecclesiastici 8.

Senectus est res veneranda.

Senectus per se morbus vel proxima causa mortis, ideo senex mortuus præsumitur ex senectute decedere, l. Si vt certo, §. Nunc videndum, ff. commo. quinimo senex semper dicitur esse in periculo mortis, l. Mortis causa capio, ff. de dona. causa mort. vt allegat D. Cataldinus in tractatu de potestate Papæ. fol. 95 num. 99.

Senex.

Senex honorandus, corã cano capite consurge & honora personam senis, Leuitici 18.

Nefas grande si iuuenis vetulo non assurrexerat. Valer. Maximus. Iuuenalis Satyra 13.

Senem coætaneum patris æqualibus honoribus honora, Menander.

Venerare cana tempora habentes, Phocylides.

Seniorem ne increpaueris Paulus ad Timoth. & D. Gregor. in Registro.

Senis verba, vel vt alii habent, senis vmbra plus valet quam gladius vel eloquentia iuuenis, secundum Bald. in c. 1. extra. de Renuntia. Sicut habet D. Ioan. le Cirier in tractat. de Primogenitura, fol. 164. verso, num. 9.

Senes bis pueri.

Senior debet prior loqui quã alii iuuenes.

Sensus.

Sensus est potentia animæ passiua recipiens obiectum sensibile externum, D. Thom. 1. q. 79. artic 3.

Ad plurima intentus minor est ad singula sensus.

Sensualitas.

Sensualitas est vis appetitiua sensitiuæ partis, D. Thom. 1. q. 81. artic 1.

Sententia.

Sentẽtia est determinata acceptio alterius partis contradictionis, D. Thom. 3. Sententiarum, distinct. 23. q 3. artic 2.

Sententia sine causæ cognitione nulla. Et sententia intolerabilem habens errorem de iure nulla est, c. Per tuas, de senten. excommuni. vt dicit D. Nicolaus Plobius in tractat. de interdict. fol. 156. n. 4 §. Restat.

Sententia post multos annos potest dici & declarari nulla, Bald. in l. Data opera, colum. antepenultima, C. Qui accusare possunt, & hoc est quod vulgo dicitur, Quod nullitas nunquam transit in rem iudicatam, & Salic. quod nulla sententia non confirmatur taciturnitate vel temporis cursu. Sic habet D. Ioannes Franciscus Balbus in tract. de præscriptionib. fol. 244. §. 32. num. 4.

Sententia inferioris ius superioris non tollit, c. Cum inferior. De maio. & obedient. & l. Minor autem magistratus, ff. de Minorib. vt habet D. Per. à Monte, in tract. de Monarchia Conciliorum, fol. 32. num. 22.

Sequester.

Sequestrum acceptare inuitus nō cogitur, vt Angel. in l. fin. circa medium, ff. de verbo. signific. vt allegat D Francisc Curtius, in tractat. de Sequestris, fol. 3. verso, num. 25.

Sermo.

Sermonis auari nullus honos est.

Sermo syncopatus acrius pungit delinquentem.

Verba honoris non obligāt, vel ea quę promittuntur ob reuerentiam non obligant.

Sermo duplicatus maiorem vim ostendit, vt docet D. Corsetus Siculus, in tract. de verbis geminatis, fol 92 n. 7.

Seruire.

Seruire duobus dominis contrariis nemo potest, c. 2. 26. distinct. vt habet D. Ioannes de Lignano in tractat. de pluralitate beneficiorum, fol 141. verso, num. 6.

Seruitus.

Seruitutes sunt odiosæ, & ideo restringēdę.

Seruus.

Qui seruiunt dominis & serui obedite dominis carnalibus, Coloss. 3. Ephes 6 1. Pet. 1.

Seruum qui percussit vt moriatur, reus erit, Leuit. 21.

Seruus peccati qui facit peccatum, Ioan. 8.

Seueritas.

Seueritas est virtus inflexibilis circa inflictionem pœnarum, quando hoc recta ratio requirit, D. Tho. 2. 2. q. 157. artic. 2.

Signum.

Signum repræsentat signatum.

Simile.

Similia dissimilibus non congruunt, & vt inquit Philosophus: In habentibus symbolum facilior est transitus, & Bald. in Repe l. Si lex, colum. 6 C. de emancip liber. vt notat D. Ioan. le Citier, in tract. de Primogenitura, fol. 192. num. 6. & 7.

Similitudo.

Similitudo est relatio æquiparantiæ, D. Thom. 1. parte, q. 4. artic 3.

Simonia.

Simonia est studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquod spirituale per se. vel annexū opere subsequuto, D. Tho. 2. 2. q. 100. art. 1.

Simonia mentalis sola pœnitentia aboletur, c Ex parte, de simonia, in verbo omnino, & c. Ad audiētiam, & c. fi. de Simonia, vt Sandæus dicit: Et D. Ioannes Baptista Caccialupus in tract. de pensionibus, fol. 206. n. 8.

Simplicitas.

Simplicitas est virtus directe se pręseruans à malo & à deceptione, D. Tho. 2. 2. q. 111. art. 3

Simplicitas iustorum diriget eos. Prouerbiorum 11. & 20.

Prudentia absque simplicitate malitia est. D. Hier. super Oseam.

Simpliciter.

Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter, Prouerb. 10.

Simplicia simpliciter intelligenda, & indistincta, indistincte, c. Solite, de maior. & obedient. & c. 2. de coniugio seruorum, & c. Quia circa, de priuileg. & c. Si dormieris, 31. quæst. Plura vide apud D. Ioan Lupum in tracta. de bello, fol 152 § Placeat, num. 3.

Simplices.

Estote prudentes vt serpentes & simplices vt columbæ, Matthæi 11.

Deus non proiiciet simplicem, Iob 8.

Simplicia initio tradita aditum parant ad difficilia, vt habet D. Anton. de Rosellis, in tract. Legitimationum, f. 85 § Insipienti, n. 1.

Simulatio vel hypocrisis.

Simulatio falsa veritati non obest, bona tamen simulatio à iure est permissa, vt l. Nec omissa, C. de libera. causa. ea enim quæ simulate geruntur pro infectis habenda sunt, vt l. Cum ea, C. de transactio. & Cod. plus valere quod agitur per totum, & c. Vtilem simulationem, 22. q. 2. & c. In mandatis, 43. distinct. Sic habet D. Barthol. Brixiens. in tract. Quæstionum dominicalium, f. 52. verso, q. 26. n. 2.

Sitis.

Sitis est appetitus frigidi & humidi, Aristot. 2 de Anima.

Sitis est condimentum potus Socrat. apud Diogen. Laert.

Soboles.

Soboles est bonum matrimonii, l. 1. ff. Solu. ma. & Instit. de patria potestat. in principio, & c. omne itaq;, 27. q. 2. Sicut habet D. Ioannes Baptista, in tract. de Arbitris, fol. 15. cap. 6. num. 1.

Sobrietas.

Sobrietas est temperantia in cibo & potu.

Sobrietas est mentis & sensus membrorū omnium corporisq; tutela, castitatis pudicitiæq; munimentum, pudori proxima, amicitiæ pacisq; serua, honestati coniuncta semper, criminum atq; vitiorum omnium profuga, D. August. ad sacras virgines.

Sobrietas temeritatem fugat, pericula cuncta declinat, mutuis officiis obtemperat, superbiam detestatur, domū familiamq; cum moderatione gubernat, fidem sibi committentibus seruat, Idem August.

Societas.

Societas est coniunctio duorum pluriumve contracta ob commodiorem vsum, & vberiorem quæstum, D. Tho. contra oppugnatores religionis, c. 5. colum. 3.

Vir amicabilis ad societatem magis amicus erit, quam frater, Prouerb. 18.

Societas malorum est corruptela bonorū, c. Sæpe, 28 q. 1. Plura vide apud D. Ludouic. Montaltum in tractatu de reprobatione sententiæ Pilati, fol. 188. n. 18.

Socio non teneor subuenire meo damno, c. Si habes, 24 q. 3 Plura vide apud D. Ant. Archiepisc. Florent. in tract. de vsuris, fol.. 03.

Nec regna socium ferre nec tædæ sciunt, Seneca in 8. tragœdia.

Solertia.

Solertia est subtilitas facilis in non perspecto tempore medii, Aristot.

Solertia est habitus ex repentino interueniens, D Thom. 3 Sentent. dist. 33. q 3. art. 1.

Solicitudo.

Solicitudo est animi ægritudo cum cogitatione, Cic. in Tuscul. D. Tho. 2. 2. q 55. art. 6.

Solicitus.

Solicitus quisq; esse debet pro anima fratris lucranda, vt notat Io. de Calder. in c. Ad probandum, de re iudica. Et D. Ant. de Rosellis, in tract. de Conciliis, fol 76. verso, n. 55.

Solitudo.

Mihi enim oppidum carcer est, & solitudo paradisus, D. Hieron. epist. 72.

Omnia nobis mala solitudo persuadet, Seneca in epist. 61.

Solitarius.

Solitario difficilis est vita, Aristot. 1. Ethic.

Solitarius aut Deus est, aut bestia, Aristot. 1. Politicorum.

Vita proculdubio singularis ac solitaria nō modo tranquillior, sed altior est atq; securior. Petrarcha De vita solitaria.

Sol.

Solem facula eluminat, qui plenitudini adiungere nititur, c. Per venerabilem, Qui filii sint legi. & c. Si omnia, 6. q. 1. & c. Bene quidem, 26. dist. Sicut habet D. Pet. à Monte, in tra. de Monarchia cōciliorū, f. 22. verso, n. 22.

Solutio.

Solutio reproba debitorē nō liberat, l. Eleganter, § Qui reprobos, ff. de pigno. actio. vt habet D. Barth. Brixiens. in tract. Quæstionū venerialium, q 79 fol. 63 num. 2.

Solutio est patrimonii diminutio, vt habet D Fabianus de Monte, in tractatu de empt. & vend. t. fol. 139 verso, num. 12.

Solutio præcedens, declarat sequentem, vt Angel. in l. Si certis annis, C. de pact. argu. l. Cum de in rem verso. C. de vsu. Plura vide apud D. Franciscum Curtium, in tract. Monetarum, fol. 7. verso, n. 32.

Somnus.

Somnus est cōprehensio primi sensitiui, vel est ligatio omniū sensuū, Aristot. de Somno.

Sors.

Sors vitii vel peccati est ignis æternus, quia ex actu peccati debet quis sortiri ignem æternum, & sic ignis æternus est sors vitiosi vel peccatoris, vt annotat D. Guilielmus Bont, in tract. de vsuris, fol. 177. verso, n. 46.

Specie-

Specialis.

Speciale mandatum exigitur in transactione, c. Coram, de restit. in integ. & c. Quia ad agendum, de procuratorib. lib. 6.

Speciale preceptũ plus tenet quã generale, c. si aduersus nos, de heret.

Species.

Species quælibet destructa censetur, si genus destruatur, l. Fundi, ff. de fundo instru. & l. 1. C. ne fiscus rem quam vendidit euincat, lib. 10. Sic tenet D. Iacob. de Beluiso, in tract. de excommunica. fol. 152. n. 20.

Spes.

Spes est expectatio certa beatitudinis, proueniens ex Dei gratia & meritis nostris, D. Thom. 3. Sententiarum, distinct. 26.

Spes est præsumtio perueniendi ad id quod quis credit se habiturũ, D. Aug. De ciuit. Dei.

Spes est extensio appetitus in appetibile, D. Thom. 3. Sententiarum, dist. 16. q. 1. art. 1.

Spes non confundit, Romanor. 5.

Qui arat debet arare spe fructus percipiendi, 1. Corinth. 9.

De spe incassum præsumit qui Dominũ timere in suis operib. rennuit, D. Greg. Mor. 19.

Spirituale.

Spiritualia seminans dignè metet temporalia, vt ait D. Pet. de Vbaldis, in tract de Canonica episcopali & parochiali, fol. 178. n. 4.

Spiritus.

Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei, 1. Corinth. 12.

Vbi spiritus domini, ibi libertas est, 2 Cor. 3.

Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, Paulus ad Rom. 8.

Spiritus sanctus ipsa hora quid dicetis, docebit vos, Lucæ 12.

Nulla in discendo mora est, vbi Spiritus sanctus doctor adest, Beda in Homilia 9.

Spoliatus.

Spoliatus spolianti non tenetur respondere, nisi restitutus, vt 2 q. 2. per totum, & c. Cũ dilectus, extra, de restit. spolia. & c. 1. & 3. q. 2. per totum. Sic allegat D. Nepos à Montalbano, in tract. Exceptionum, fol. 168. verso, n. 12.

Sponsalia.

Sponsalia sunt promissiones futurarum nuptiarum, vt habet Mirabell. in Polyanth.

Status.

Status est positio naturalis, cum immobilitate: tum est immobilitas: deinde est obligatio ꝑsonę hominis, D. Tho. 2. 2. q. 183 art 1.

Status personæ mutatur dignitatis assumtione, c. Cũ in cunctis. de elect. & c. Quia pontificali, De offic. delegat. lib. 6. vt habet D. Pet. de Perusio in tract. de mutatione status personarum, fol. 148. num. 2.

Statutum.

Statutum fines suæ ditionis non egreditur, l. Finali, & ibi Doct. ff. de iurisd. omnium iudic. & in l. Omnes populi, de iustit. & iure, & l. 1. C. de summa trinitat. & fide Catholi. & c. à nobis, 1. de Sentent. excomm. & c. animarum, de constit. lib. 6. & l. 2. C. Quæ sit longa consuetud. & Hosti. in summa de consuetudine, & Bald. in l. Finali, C. de commerci. & mercat. Doct. in c. Finali. De foro compe. Ioannes de Lignano, in contractu De Sentent. excommunic. versic. consequenter quæritur. Quid de statuto, & versic. Consequenter quęro. Nũquid superior, hęc adducit D. Bertach. in tract. de gabellis seu vectigalib f. 74. n. 64.

Statutum ad impossibile non trahendum, Bald. in l. Fin. §. In computatione, in fin. C. de iure deliber. Idem Baldus in l. Finali, in 5. colum. C. de sacrosanct. eccles. & l. Sacrosanctæ, C. de episcop. & cleric. & c. Cum non ab homine, & c. Clerici, extra, de iudic. & in lege Omnes populi, ff. de iustic. & iure. Plura vide apud D. Ioannem le Cirier in tract. de Primogenitura, fol 185. num. 6.

Statutum est lex municipalis, quæ licèt sit non scripta, tamen pro lege scripta debet seruari, vt l. prima, Cod. de emancipa. liber. & §. Sed naturalia, Institut. de iure naturali. Plura vide apud Dominum Petrum Antibolum, in tract. de Munerib. fol. 26. verso, n. 66.

Stylus.

Stylus iudiciorũ est ius prætoriũ, vt Bald. in Rub. Qui admit in 7 & 9 q & in l. certum, in 2. colum. versic. Sequitur videre, De bono-

posses.7.q. C. vnde legit. & Bart. in l Omnes populi. in 6 q. principali in 4. q. ff. de Iusti. & iure. Sic habet D. Albertus Brunus in tracta. de Augmento, folio 171. n. 20.

Stipendium.

Stipendio non careat, qui auxilium præstitit pro tempore, c. Charitatem, 12. q. 2. Sic habet D Bartho. Brixiensis. in tract. Quæstionum dominicalium, f. 61. verso, q. 72. n. 3.

Stipulatio.

Stipulatio per iocum facta non obligat, l. Oblationum substãtia, in fi. ff. de actio. & obliga. vt habet D. Paris à Puteo, in tractat. de Ludo, f 192. n. 60.

Studere.

Studere literis est opus meritorium. quia per hoc peruenimus ad veram sapientiam de qua Scriptura dicit, Beatus vir qui inuenit sapientiam, & affluit prudentia. Melior est acquisitio eius auri & argenti, puri & purissimi fructus eius. Sicut annotat D Albertus de Ferrariis, in tractat. de horis canonicis, folio 212. verso, num. 21.

Tria sunt studentibus necessaria, vt natura, exercitatio, & disciplina. Hugo in Didascalico.

Studium.

Studium est applicatio animi cum magna voluntate agendi aliquid. Cic. in Rhetor.

Dominus exercituum ait, Bonas facite vias vestras & habitabo vobiscum in loco isto. Hieremiæ 7.

Studiis legentium obsunt negligentia, imprudentia, fortuna. Hugo in Didascalico.

Commune omnium debet esse studium. Arist. 2 Politicorum.

Stultiloquium.

Stultiloquium est sententia verborum peruersa, per quæ quis præfert delectationes luxuriæ aliis bonis, D. Thom, 2. 2. quæst. 153. artic. 5.

Stultitia.

Stultitia est erratio recti, & boni in dictis & factis per ignorantiam. Lactantius 2. Institutionum.

Stultus.

Stultus filius mæsticia est matris. Prouerbiorum 10.

Stultus irridet disciplinam patris sui Prouerbiorum 15.

Stultorum infinitus est numerus Ecclesiastes 1.

Stulto nulla re opus est, nulla vti scit. Seneca epistola 10.

Stulti despiciunt sapientiam atque doctrinam. Prouerb. 1.

Plus prodest correctio apud prudentem, quam centum verbera apud stultum. Prouerbiorum 17.

Subdelegare.

Subdelegare non potest is, cui delegata est inquisitio, vel alicuius ecclesiæ prouisio etiam de consensu partium, c. finali. ext de offic. delega. quod si fecerit, per exceptionem potest remoueri. vt dicit D. Nepos de Montealbano in tractatu Exceptionum, folio 167. numero 29.

Subditus.

Subditi principem iuuare tenentur ratione iurisdictionis, non feudi, vt vasalli tenentur iuuare principem & ire ad bellum personaliter, nisi excusentur ætate vel morbo, vel professione vel sexu. vt distinguit D. Martinus Laudensis in tractatu De bello, fol. 124. quæst. 41.

Subhastatio.

Subhastatio precium iustum decernit. Ioannes Andreas allegat Authentic. Hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. eccles. & l. Ad officium, C. Communi diuidun. Reliqua vide apud D. Fabianum à Monte, in tract. de empt. & vendit. fo. 146. num. 89.

Subhastator.

Subhastator vendens non potest habere fidem de precio, l. A Diuo, §. Sed si emptor, ff. de re iudica. & Bart. in l. Ad finem, C. de fide instrumento. & iure hastæ fisca. libr. 10. Sic tenet D. Bertach in tracta. de gabellis seu vectigalibus, fol. 59 num. 17.

Subio-

Subiectum.

Subiecta qualia, talia & prædicata sunt, c. Apostolus, 32. q. 7. Sic inquit D. Pet. de Vbaldis, in tracta. de Canonica episcopali & parochiali, fol. 175. verso, n. 4.

Subrogare.

Subrogatus sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, l. 1. § hoc. ff. Si quis testa. liber esse iuss. & l. 1. § Similiq; modo, C. de bonis quæ liber. Sic annotat D. Anto. de Rosellis in tractatu de succes. ab intesta. folio 240. numero 72.

Substitutio.

Substitutio pupillaris est fauor populi, l. Ex tribus, C. de inoffic. testa. l. filiis matrem, C. eodē. vt meminit D. Rolandinus in tract. flos testamentorum, f. 202. verso, n. 5.

Substitutio reciproca non impeditur per portionum inæqualitatem, l. Si plures, ff. de pupil. substitu. Sic ait D. Angel. à Gambellionibus in tracta. de testamen. f. 36. n. 9.

Substitutus.

Substitutus à matre sagaci præferendus est substituto à patre stulto. vt vult Bart. in l. Ex facto, ff. de vulga. & pupilla. substitu. in ver. Vltimo quæro Plura lege apud D. Angelum à Gambellionib. in tractat. de testamen. fol. 34. verso, num. 14.

Subtilitas.

Subtilitas nulla est sine vtilitate.

Subtilitas est proprium epitheton interpretantis.

Subtilitas nimia est odiosa legibus, maxime ad infringendum contractum.

Subtilitas licèt toleretur in disputando, non tamen in iudicando toleratur.

Subtilitates in practica sunt fugiendæ.

Subtilitas plerunque in pernitiem vertitur, l. In causæ, ff. de minorib. vt allegat D. Ioannes Pyrrhus in tracta. de suitate, folio 108. verso, num. 5.

Subuenire.

Subueniendum magis dilecto, l. liberorum, ff. de verb. signific. & l. Isti quidem, in fine, ff. eodem. Plura vide apud D. Ioan. à Lignano, in tractat. de Amicitia, fo. 12. verso, § hic insurgit, num. 2.

Superbia.

Superbia est appetitus peruersæ celsitudinis, D. August. de ciuitate Dei. Hug. de sacramentis. Isidorus in Etymo. D. Tho. 1. 2. q. 84. artic. 2. & 2. 2. q 77. artic. 5.

Superbia est odibilis coram Deo & hominibus, Ecclesiastici 10.

Superbiæ initium apostatare à Deo. Ibidem.

Superbia est initium omnis peccati, D. Augusti. super Genesim.

Superbia prior est in vitiis, D. Augusti. de verbis Domini.

Superfluitas.

Superfluitas toleratur vt res dilucidius dicatur.

Superstitio.

Superstitio est vitium religioni oppositum per excessum, D. Tho. 2. 2. q. 92. artic. 1.

Ad rem peragendam non superstitionem habeas, sed rationem ducem. Cicero lib. 2. de diuinatione.

Suspitio.

Suspitio est acceptio vnius partis cum formidine alterius, Cicero.

Suspitio est opinio mali ex leuibus signis. D. Tho. 2. 2. q 60. artic. 4.

Suspitio vel opinio vnius cum æquitate plus valet, quam multorum sine æquitate, l. Quod dem, § Si des, ff. de impens. in reb. dota. fac. Et Oldendorpius in locis cōmunib.

T

Tabellio.

Tabellio est habens officium scribendi publica instrumēta ad faciendam fidem. vel, est seruus publicus. vt glos. in c. Quanquam, de vsuris, lib. 6.

Tacere.

Tacens in sui præiudicium nunquā dicia

tur tacere vel consentire, glos. in l. Gaius, ff de pigno. act. vide cætera apud D Lanfrancũ ab Oriano in tracta. de Arbitris, fol. 27. n. 42.

Ille scit recte dicere, qui & ordinatè nouit tacere, D. Grego. 30. Moralium.

Malum hominem aliquis vincet melius tacendo, quam respondendo.

Tace & expecta.

Tacentis securior conditio est.

Taciturnitas.

Taciturnitas in dicendis, & locutio in tacẽdis est peccatũ, D Tho 2 2 q. 73. artic. 2.

Tacitus.

Tacitum aliquãdo plus operatur, quã expressum: & tacitè multa possunt fieri, quæ non expresse, l. Modicis, ff. de contrah. empt. Plura require apud D. Philippum Francum, qui dicit etiam, quod tacitus consensus non videtur valere, vbi expres⁹ reiicitur, in tract. Disputationis petitorii, fol. 83. verso, n. 11.

Temerarium.

Temerarium est præsumere aliis concessa, c. Quoniã, de prescript. & c Sane, de priuileg. vt allegat Dom Paulus de Citadinis, in tract. de iure patro. f. 48. num. 6.

Temeritas.

Temeritas est defectus cõsilii & species imprudentiæ D. Tho. 2. 2. q 35. artic. 25. c. finali.

Temperantia.

Temperantia voluptatibus imperat. Sen. in vltima epistola.

Tempus.

Tempus est numerus motus secundum prius & posterius, Aristoteles 4. Physico. D. Tho. 1 parte, q. 10. artic. 6.

Tempus omnia fert, Ecclesiastes 3. & 8. & Plato, &c.

Dum tempus habemus operemur bonũ, ad Galat. 5.

Conserua tempus & declina à malo.

Solennia munera suis locis & temporibus eroganda sunt.

Iactura nulla maior est quam temporis.

Omnia probè fiunt, quæ fiunt tẽpore suo.

Tempus vendere non licet, hoc est, pluris vendere ad terminum, quam ei, qui statim soluit. Sic dicit D. Hieron. à Luca, in tract de Cambiis Lugdunensibus. fol. 6. verso, §. Sequitur, num. 8.

Tentatio.

Tentatio est sumptio experimenti de aliquo, vt cõstet an sciat, velit possit, D. Thom. 2. 2. q 97. artic. 1.

Beatus qui suffert tentationem, D. Iac. 1.

Tergiuersatio.

Tergiuersatio est inordinata omissio accusationis vel defensionis vel alicuius operis, D. Tho. 2 2. q. 66. artic. 3.

Terminus.

Terminos à patribus positos transgredi non licet, Prouerb. 22. & c. Quæ ad perpetuã. 21. q. 1. Sic habet D Pet. à Monte in tractat. de Monarchia Conciliorum, fol. 17. n. 12.

Territio.

Territio vel timor leuis non inualidat cõfessionem delati de crimine, l. Item apud Labeonem, § Quæstionem, ff. de iniuriis, & l. Metum, C. Quod metus caussa. Plura videapud D. Guidonem à Suzaria, in tract. de indiciis, fol 92. num. 76.

Testamentum.

Testamentum secundum iuratum tollit primũ, l Si quis in principio testamẽti, ff de lega. 3 & l. Si mihi & tibi, § fina. ff de legat. 1. Consule D. Marcum Antonium Bauetruin tracta. de virtute. fol 50. n. 68.

Testator.

Testator dispositionem statuti tollere nequit per testamentum suum vt habet D. Fabianus de Monte in tracta. de empt. & ẽ dit. fol 134 verso, num 52.

Testatoris voluntas seruanda, de sacrosanct. eccl. l. 1. & c. Tua nos, de testa. sic habet D. Petr de Vbaldis in tract. de Canonica episcopali & parochiali, fol. 157. verso, n. 36.

Testis.

Testis mendax peribit. Prou. 21.

Vni testi nec Catoni credendũ est, D. Hier. contra Ruffinum.

Testis titubans pro ignorante est habendus & ideo repellitur, c. Super his, ext. de pœnis. Amplius vide D. Ioannem Monachum, in tracta. Defensorii iuris, f. 65. verso, §. Quoniam, num. 3.

Testis deponere debet pro certo, & super certo. l. Cum filius, § Pater, ff. de leg 2. Sic habet D. Ioannes Franciscus Balbus in tract. de præscript. fo. 281. n. 14.

Testes duo ad probandam voluntatē testatoris sufficiunt. vt Soci & Crotus volunt l. hæredes palam, §. Sed si notam, §. de testa. vt Citat Vdalricus Zasius, in tract. de substitu. folio 88 num. 25.

Testium dicta debent interpretari in meliorē partem. vt not. Innoc. in c. Dudum, ext. de elect. Sicut habet D. Baldus de Vbaldis in tract. De pace Constantiæ, f 79 verso, n. 112.

Testes duo deponentes de gustu vini sunt præferendi duobus deponentib. de visu vini. vt habet D. Anto. de Rosellis, in tract. de success. ab intesta. fol. 237. num. 5.

Timor.

Timor est metus mali impendentis. Cicero in Tuscula.

Timor Dei corrigit, timor hominum differt actionem, D Hiero. super Matthæum.

Timor Domini principium sapiētiæ. Ecclesiastes vltimo.

Timiditas in sapiente esse non debet.

Tyrannis.

Tyrannis est dominatus vnius in propriū commodū. Arist. 4. Politic. & 8. Ethico.

Tyrannus.

In vita tyrannorum nulla fides, Cicero de Amicitia.

Nulla nobis est societas cum tyrannis, Cicero 3. Offic.

Titulus.

Titulus iniustus non est titulus, l. Nec vllam, ff. de peti. hæred. vt habet D. Stephanus Costa in tracta. de Ludo. f. 187. num. 10.

Tolerantia.

Tolerantia principis non iustificat actum. quantocunque tempore, Geminianus in c. licet, de præbendis lib. 6

Tollere.

Tollere potest qui & condere, l. Nam natura, ff. de condi. indeb. & l. Nihil tam naturale, ff. de reg. iuris. Cætera vide apud D. Paulum Grillandum in tractat. de Relaxatione carceratorum, fol. 231. q 6. num. 3.

Transactio.

Transactio captiosa rescindenda est. vt habet D. Fabian. de Monte in tract. De emptione & venditione, fol 155. verso, num 13.

Tribulatio.

Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, Actuum 14.

Tribunal.

Tribunal episcopi & vicarii, idem est. vt Specu. in Spe. de le. § Nunc ostendit, versic. de Concilio. vt allegat D. Petr. à Monte in tract. Monarchia conciliorum, fol. 17. verso, n. 7.

Tributum.

Tributum subiectionē denotat. c. Omnis anima. De censib. vt allegat idem D. Petr. à Monte. in tracta. de Monarchia conciliorum, fol. 26. n. 2.

Tristitia.

Tristitia nocet cordi. Prouerb. 25.

Cor sapiētium vbi tristitia, cor stultorum vbi lætitia. Ecclesiastici 7.

Turba.

Turba non punitur, sed bene quod in turba perpetratur, l. Prætor, ff. vi bonorum rapto. vt allegat D. Nicolaus Boerius in tractat. de Seditiosis, fol 168. num. 43.

Tutor.

Tutor plus iuris habet in bonis pupilli quam procurator in causa, l Qui fundum. §. Tutor. ff pro emp. vt habet D. Albericus de Rosate in tracta de testib. 170. num. 6.

V

Vacuum.

VAcuum est locus priuatus corpore. Aristoteles 4 Physico.

Vacare.

Vacante sede nihil est innouandum, c. 1. & per totum, Ne sede vacante, & quia sententia contra ecclesiam tunc lata non valet, l. Acta, §. Finali, ff. de re iudicat. vt habet D. Ioannes Franciscus in tract. de Offic. & potestate can. Sede vacante, fol. 193. q. 8. num. 3.

Vagabundus.

Vagabundus vbi reperitur, ibi conueniri potest, gloss. in l. Hæres, in verbo debebit, ff. de iudic. vt habet D. Pet. à Biaxio, in tract. Directorii electionum, fol. 205. c. 29. n. 2.

Valetudo.

Valetudinis ratio est habenda, l. Qui cum vno, §. fin. ff. de re militar. vt habet D. Iacob. de Arena in tractat. de expensis, fol. 43. verso, num. 19.

Vectigalia.

Vectigalia antiqua augeri nō debent, quod fit cum plus quam cōsuetudinario more accipitur, vt l. Finali, C. Noua vecti. & l. Imperatores, ff. de polli. vt allegat D. Pet. Antibolus in tract. de muneribus, fol. 40, num. 198.

Venditio.

Venditio metu facta est nulla, sicut quando dolus dat causam contractui bonæfidei: vt signanter ponit Bartol. in l. 3. ad fin. Cod. Quod metus causa. Sic allegat D. Fabianus de Monte, in tractatu de emptione & venditione, fol. 145. num. 66.

Venia.

Dat veniam coruis, vexat censura columbas, Iuuenalis.

Christianus fratri septies, imo septuagies septies in se peccanti veniam dabit, Matthæi 18. August. de agone Christiano, D. Hieron. super illud Matthæi, 24. Si peccauerit in te frater

Venia dignus qui alieno vitio laborat, l. Legem, C. de natu. liber. & Archidiaconus allegat, c. Idololatria, 28 q. 1. & c. Secūdo, de coniugio leprosorum. Hæc excerpuntur ex D. Antonii de Rosellis, in tract. de Conciliis, fol. 109 num. 33.

Venia peccati non datur nisi correcto can. Peccati de regulis iuris, lib. 6. vt idem D. Anton de Rosellis, in tractatu de Conciliis, fol. 92. num. 7.

Verbum.

Verba debent esse consonantia rebus, §. Est & aliud, cum similibus, Instit. de donat. Sic dicit D. Petr. Antibolus, in tract. de Muneribus, fol. 36. verso, num. 130.

Verbum in cōtractu nullum debet esse ociosum, c. Præsul. 2. q. 4. in versic. Cardinalis vrbis Romæ, & in c. 1. 79. dist. in versic. Cardinalium eiusdem ecclesiæ. Sic habet D. Batbatia in tract. de prestantia Cardinalium, fol. 57. num. 8. in fine.

Veritas.

Veritas scientiæ non est quærenda de riuulis, sed de ipso fonte, c. Ieiunium, 86. dist. Item Ioannes Andreas in c. Certificati, de sepult. vt habet D. Lapus de Castellione in tractatu de Canonica portione & quarta, folio 133. num. 23.

Veritas semper est amica iuris, vt inquit D. Anton. de Rosellis, in tractatu de Conciliis, fol. 120. num. 7.

Veritas & æquitas sunt duo lapides angulares, quos iudex seruare debet, Baldus in c. Quin contra, de probat.

Veritas est iudicii domina & iudices illi seruire debent.

Veritas in omnibus principatum tenet & est præferenda à quocunq;.

Veritas mater iustitiæ, magna mater, & fortior omnibus.

Veritas est filia temporis, super omnia, 3. Esdræ 3.

Veritas omnia vincit, præualet simulationi, legum amica, amanda & cui omnia cedūt.

Veritas odium parit, Terent. in Andria.

Veritas per homines multos fit splendidior.

Veritas per inuestigationem reperitur.

Veritas multos habet inimicos, paucos amicos.

Veritas laborare potest, vinci non potest.

Veritas non defensa opprimitur.

Veritas determinata non datur de futuris contingentibus D. Hieron.

Veritas bene demōstrata & sustentata semper vincit, Seneca epist. 50.

Veritas plus valet, quam opinio.

Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas, Psalm. 11.

Veritatis oratio simplex est.

Veritatis gratia omnia grauia subeunda (sunt.

Veritatis ignorantia est hominis ruina.

Veritatis loco est res iudicata.

Veritatis nō dicendę iuramentum non valet.

Deus veritas est.

Verum.

Verum semel, semper verum, Bald. in c. 1. colum. 3. vt lite non contesta.

Verum scire diuinę est sapientiæ, vtinam tam facile vera inuenire, quam falsa conuincere possem. Lactant. Firmianus.

Verum ex falso effici non potest, Cicero 2. De anima.

Cogitatio tua nunquam recedat à vero, Seneca.

Non omne quod apparet & videtur verum est, Aristot. 3. Metaphys.

Verum est bonum & laudabile, Aristot. 4. Metaphys.

Non oportet tantum verum dicere, sed etiam causam falsi assignare, Aristot. 7. Metaphysic.

De omni est affirmatio vel negatio vera, Aristot. 1. Priorum.

Ex falsis bene sequitur verum, sed ex veris nunquam falsum: Aristot. 2. Priorum.

Verisimile.

Verisimilius dicitur quod iuri communi concordat. Imol. in c. Auditis, de præscript. Bald. in c. 1. de controuers. inuestit. Petr. de Ancharano & D. Anton. in c. 1. de rescript. in 6. Romanus in rubrica, de Ar. in 17. q. in conclusione incipiente, Testes incredibilia, sic testatur D. Franciscus Curtius in tract. de testib. fol. 16. num. 22.

Vetustas.

Vetustatis mos seruandus est, c. Conquestus, 9. q. 3. l. Cum antiquitas, C. de testam. cum aliis similibus, vt allegat D. Nicol. Boerius, de ordine graduum vtriusq; fori, fol. 77. verso, num. 20.

Victima.

Victimæ impiorum abominabiles Domino, c. Sicut populus, 1. q. 1. vt notat D. Anto. de Rosellis, in tract. de Conciliis, fol. 104. verso, num. 35.

Victoria.

Victoria quæ vincit mundum est fides nostra, Ioan. 1. cap. 5.

Non est gloriosa victoria, nisi vbi fuerint laboriosa certamina, D. Ambros. in Offic.

Victoria in arbitrio Dei, non tuo est posita, Lactantius 6. Institut. cap 6.

Ea demum victoria, & apud Deum, & apud homines minimū inuidiæ habitura est, quæ plurimum humanitatis habet, Valerius Maximus lib. 5.

Vincere.

Vincere seipsum est omnium victoriarum prima & optima, vinci à se ipso & turpissimum & pessimum, Plato De legib.

Victus.

Vna salus victis nullam sperare salutem, Virgilius.

Quondam etiam victis redit in præcordia virtus, Idem Virgilius.

Vigilia.

Vigiliis & laboribus bona quæruntur, & excrescit respublica, vt dicit D. Philippus de Casolis in tractatu de testam. & succes. folio 113, verso, num. 13.

Vis.

Vim vi repellere licet, cum quosq; se defensare iura permittunt, c. Olim, de Restit. Spoliato. Sic refert D. Ioan Lupus in tractatu de bello, fol. 151. verso. num. 3.

Vindicta.

Vindicta vel pœna leuior ibi, vbi culpa mi-

nor, sicait D. Paulus Grillandus in tract. De pœnis omnifariam coitus, fol.221.num.8.

Vinum.

Vinum sobrie sumptum prodest, vt habet D.Pet.Lenauderius in tract.de Oneribus doctorum, fol.173. De vino bibendo moderate.

Virginitas.

Virginitas thesaurus impreciabilis est, Genesis 24.

Virginitas rara est virtus, res difficilis apud omnes nationes semper tenuit principatum, frumēto & auro cōparatur, grādis virtus virtutis in carne non carnaliter viuere, D.Hiero.

Virginitas altus mons est, ad quam Angelus hortatur, qui videt se non posse ascēdere, maneat in Segor, id est legitimo matrimonio, melius mediocri bono vti, quam per abrupta libidinum præcipitari, D.Gregor.super illud Genesis, In monte saluum te fac.

Virilitas.

Virilitas est fiducia virium vel pars potentialis fortitudinis, D. Thom.2.2.q.128.

Vir.

Vir caput est mulieris, 1. Corinth.11.

Vir bonus nil cogitat quod prædicare non audeat, Lactantius 6 Instit. 4.

Vir præcipit vxori in qualibet domo recti regiminis, vt habet D. Anton. de Rosellis in tractatu, de potestate Imperatoris ac Papę, folio 34.num.7.

Virtus.

Virtus est habitus animi rationi consentaneus, Cic.in Rhetor.

Virtus colenda, non imago virtutis, Lactantius 1. Instit. 1.

Virtus omnis gratiosa nō amat angustias, non superuacua, Seneca epist. 89.

Virtus extollit hominē, & super astra mortales collocat, Seneca epist.88.

Virtus dispersa labitur.

Virtus vnita est fortior & melior sua disparsa, vt dicit D. Anton. de Rosellis in tractatu De potestate Imperatoris & Papæ, fol.51.verso, §. Hanc, n.3.

Virtus in senio iuuenescit, vt testatur D. Ioannes à Lignano in tractat. de amicitia, folio 5 verso, § Restat, n.2.

Virtus inuidiam semper comitem habet.

Virtus ars est circa difficilia, Aristotel.2. Ethicor.

Beatus esse sine virtute nemo potest, Cic. 1. de natura Deorum.

Virtus clara æternaq; habetur, Salustius in Catilina.

Virtutis vberrimum alimentum est honos, Valerius Maximus.

Virtute nihil amabilius est, Cicero in Amicitia.

Vita.

Vita est mansio animæ in corpore physico, Aristot de vita & morte.

Vita breuis est, & ipsa breuitas semper incerta, D. August. de verbis Domini.

Vita hæc est cæca, dubia, ærumnosa, August. in Originali.

Vita nostra similis est nauiganti, Gregor. in Registro.

Vitium.

Vitium est habitus animi naturæ & rationi repugnans, Cicero, & D. Thom.1.2.q.71. artic.1.

In vitia alter alterum trudimus, Seneca, epist. 4.

Vitiis detrahentes offendunt plurimos.

Voluntas.

Voluntas est appetitus bonus cum ratione, Aristot.1. Rhetor.

Voluntas nihil habet nisi ex se iudicatur, D. August de libero arbit.

Voluntati vltimæ semper est fauendum, l. 1 C de sanctis episc. c. Vigilanti, de præscript. hæc promit D. Pet. de Vbaldis in tract. de Canonica episcop. & paroch. fol. 166. verso, n.7.

Volumus.

Volumus totum destruit, & ad præcipitium ducit.

Volenti & quærenti nihil difficile est.

Voluptas.

Volu-

Voluptas est iucundus motus in sensu, Cicero 2. De finibus bonorum.

Voluptas semper famem sui habet, & trãsacta non satiat, D. Hieron. in epist ad Damas.

Voluptates commendat rarior vsus, Iuuenalis Satyra 11.

Veneno voluptatis homines inficiuntur.

Voluptatis imperium nemo potest effugere, nisi summa cautela & miseratione diuina.

Voluptas intẽpestiua parit damnũ, Menãd.

Votum.

Votum est promissio facta Deo cum deliberatione boni alicuius, Richard. 4. dist. art. 3.

Vouere.

Vouete & reddite, Psal. 75.

Si q d vouisti Deo ne moreris reddere, Eccl(siast. 5.

Vouentibus non solum nubere, sed etiam velle damnabile est, D. Hieron. & c. Vouentibus, 17. q. 1.

Vox.

Vox est percussio aeris inspirati ad vocalem arteriam moti ab anima, quæ inest partibus illis, Aristot. 2. de anima.

Vox vnius, vox nullius, l. Vbi numerus, ff. de testib. Sic meminit D. Ioan. à Graff. in tractatu de arbore iudiciorum, fol 94. verso, §. successiue, num. 2.

Vocem dominorũ dulcius est habere, quã aures ministrorum, quod est elegans dictum Baldi in c. Quia propter, de electio. Dulcius enim ex fonte quam riuulo hauritur aqua, c. Ieiunium, 76 distinct. Ita tenet D. Ioannes Montaigne in tract. de authoritate conciliorum, fol. 79 verso, num. 55.

Vsus.

Vsus communis loquendi derogat propriæ significationi verborum, l. Liberorum, §. Quod tamen, ff de lega. 3. Plura vide apud D. Lanfrancum in tract. de depositionib. testium, fol. 208 num. 151.

Vsus est vis vtendi reb. alienis salua rerum substantia, Azo in summa.

Vsusfructus.

Vsusfructus est ius alienis rebus fruendi salua rerum substantia ad tempus, & est ius in corpore, quo sublato & ipsum tolli necesse est, l. 2. ff. de vsufruct. & Institut. eodem titul.

Vsura.

Vsura parum à rapina differt, vt dicit Frater Raymundus in sua summa in principio, & Philippus de Bergamo super Catonem ait: Quod vsura proprie est rapina. Sic etiam habet D. Guido Papa in tract. de vsuris, fol. 180. verso, num. 3.

Vsura est quicquid solutioni rei mutuatæ accedit ipsius rei vsus gratia pactione interposita. Hostiensis in summa. & D. Thom. in quæstione de malo, q. 13 art. 4 & 2. 2. quæst. 82. artic. 1.

Pecuniam tuam non dabis ad vsuram, Leuiti. 25. Deuteron. 23.

Si quis vsuram accipit. rapinam facit, vitã non viuit, D. Ambros. de bono mortis.

Nihil vsuris turpius, nihil crudelius, Chrysost. super Matth. 5.

Vsurarius.

Vsurarii pecunia similis est morsui aspidis, D. Chrysost. super Matthæum.

Vsurarius Deo & proximo tenetur satisfacere sicut Deum & proximum offendit. Ita arguit D. Laurentius de Rodulphis in tract, de Vsuris, fol. 129 num. 36.

Vsurpare.

Vsurpare nitens & vsurpans honorem indebitum, sacrilegii punitur, l. 1 Cod. vt digni. ordin. ser. lib. 12. sic infert Domin. Laudensis, in tractatu de dignitate, fol. 128. verso, q. 50.

Vtile.

Vtile à solo agente quæritur, c. Sine, cum sequentibus 7. q. 1. Plura infert D. Ioannes à Lignano, in tract. de Amicitia, fol. 6 verso, §. Visum, n. 5.

Intelligat vir bonus nihil expedire, aut vtile esse, quod est iniustum, Cicero Offic. 2.

Vxor.

Vxor est pars corporis mariti, & efficitur

vna caro sic quod ad imparia non debet iudicari, c. Gaudemus, de diuortio. Sic meminit D. Pet. Lenauderius, in tract. de præcedentia Doctorum, fol. 168. q. 2.

Vxor est amanda vt caro, non vt spiritus, D. Hieron.

Vxor amanda vt vxor, nõ vt adultera. Nam nihil fœdius est quam vxorem vt adulteram amare, Idem D. Hieron.

Vxor virtutem mariti sequitur, Erasmus in Parabolis.

Vxor coruscat radiis mariti.

Vxorem ducens in ambigua est, D. Hieron.

Vxorem ducens exponit se fortunæ, vt nauigans, glos. in c. Nos nouimus, 17. q 2.

Vxorem indotatam ducere est verecundia, imo extrema dementia & miseria, In Syluis nuptialibus.

Vxor obsequens ex paribus ducenda est.

Vxorem mores commendant, vxoris vox vir est.

Propter fornicationem vnusquisque habeat vxorem suam, 1. Corinth. 7.

Vxor tenetur maritum vocare dominum, non contra tenetur vir vxorem vocare dominam, notat Bart. in l. Si iudex circumuentus, ff de minorib. l. Si post mortem, §. Vltimo, ff. de bon. poss. contra tabul. & l. penultima, C. de donat. inter vir. & vxor. Nicol. de Neapoli. in l. Amicissimos, § Lucius, ff. de excusat. tuto. Panorm. & Felin. in c. Ex parte, de fo. competen. Plura vide apud D. Ioann. de Montaigne, in tractatu de Bigamia, fol. 17, num. 13.

Z.

Zelus.

ZElus in animo consistit & per coniecturas probatur. l. Dolum, C de dolo, c. 2. de Renunciat. libr. 6. Nec multum curatur de zelo meliori eligentium, modò hi non fuerint ducti malo zelo, vt carnalitate, corruptione, vel mala affectione, c. Sunt nonnulli, & c. Seq. 1. q. 1. & Ioannes Andreas in c. Ecclesia, in 2. columnn. 5. in 11. substantiali, de elect. Hæc allegat D. Pet. à Biaxio in tractatu Directorii electionum, fol. 219. c. 35. n. 9.

FINIS.